479

479-3-5

137

Suma Antonina- 4ª pte



EXIMII DOCTORIS

B. ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI,

ORDINIS PRAEDICATORVM,

SVMMAE

Sacræ Theologiæ, Iuris Pontificij, & Cæsarei,

QVARTA PARS.

Nunc demum ad veterum exemplariorum diligentissimè recognita. Decisionibus etiam sacrosancti Concilij Tridentini, ad matrimonij Sacramentum pertinentibus, necnon Euaristi Papæ decretis, & nouis Annotationibus nuper aucta & locupletata.

Accedunt Summæ totius, Materiarum prædicabilium de B. Virgine, Auctoritatum expositarum ex Biblia, Epistolarum & Euangeliorum propriorum & communium Sanctorum totius anni.

INDICES COPIOSISSIMI.



BIBLIOTECA PROVINCIAL. REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA -

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXXI.



INCIPIT PROLOGVS QVARTAE PARTIS

Summæ B. Antonini Archiepiſcopi Florentini, Ordinis Prædicatorum.

BENEDICTIONEM dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Syon. Pſal. 83. Tota vita hominis ſuper terram, eſt quoddam iter. Vnde dicitur Micheæ 2. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. Et quia oīs motus eſt propter quietem, qui vult ſaluus eſſe oportet vt in mente ſib præſtituat terminum, ad quem peruenire intendat, ad quem perueniens requieſcat, & mediū viæ per q̄ incedatur lumine illuſtratus, quia qui ambulat in tenebris neſcit quo vadit Ioan. 12. ait Chriſtus qui eſt in via veritas & vita. Lumen eſt gratia diuina. Via eſt virtus. Arcta eſt via quę ducit ad vitam. Matth. 7. inquit dñs noſter, quia virtus conſiſtit circa difficilia. Terminus eſt vita æterna, ſuperna Hieruſalem dicta pacis viſio, vbi ſedebit populus in pulchritudine pacis, in requie opulenta, ut teſtatur Eſa. 32. c. Econtra uia lata, quæ vī homini recta, luce gratię carenti, & eius nouiſſima ducunt ad mortem ſempiternā, infernalis Babylonis eſt peccatorum via, quo peruenientes ſeruiunt dijs alienis, i. demonijs qui non dant eis vllam requiem, vt dī in Eſa. Aduerſamini igitur vitia, colite virtutes, & optatam naturaliter requiē conſequimini. Et hoc eſt quod pſal. ait. Benedictionem &c. Vbi tria nota.

Diuiſio thematis.

¶Principium vnde moueantur. ibi. benedictionem dabit.

¶Medium per quod proficiſcamur. ibi. ibunt de virtute.

¶Terminum ad quem perducamur. ibi. uidebitur Deus.

¶Principium unde oportet nos moueri in bene operando eſt lucis gratia. Sine miſericordia enim Dei ſeu gratia præueniente vt velimus, & ſubſequente vt volitum bonum operemur nulla bona opera facere valemus (ait Auguſtinus.). ſ. meritoria. Et hic gratiam propheta vocat benedictionem. Nil ita benedicitur. i. effhcitur creature rationali a Deo in uita preſenti, ſicut cum gratia ei infunditur. Dicere. n. Dei eſt facere. Vnde Prouer. 10. Benedictio dñi ſuper caput. i. mentem iuſti. ¶Pro hac. n. datur benedictio gloriæ cum dī. Venite benedicti patris mei percipite regnum &c. Matt. 25. Hanc autem benedictionem dabit, non retribuet ſeu reddet, quia non ex operibus noſtris, ſed gratis ſua liberalitate largitur qui eſt Chriſtus. Vnus eſt. n. legiſlator & iudex. Iaco. 4. qui legē moſaycam dedit, in qua ſunt præcepta oium virtutum, & euangelicam in qua ſunt & conſilia ad perfectionem ducētia ipſas virtutes. De qua gra habes diffuſe infra in iſta 4. part. tit. 8. ¶Medium per quod proficiſcamur eſt virtus, ibunt de virtute in virtutem. Vnde Prouer. 4. c. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens proficit & creſcit vſq; ad perfectū diē. Semita quæ eſt via arcta eſt uirtus per q̄ incedunt iuſti. Iſta aſſimilatur luci, quæ paulatim in die creſcit vſq, in meridiem. Et ſicut ait Chryſoſtomus, nemo repente fit ſummus, ſed a minimis quiſq; inchoat vt ad maiora perueniat. Et hoc eſt quod dī. Ibunt de virtute in virtutem imitantes Apoſtolum dicentem Philipp. 4. Quæ retro ſunt oblitus in anteriora me extendens ad brauium ſequor ſupernæ vocationis. In cuius figura quam uidit Ezech. in ſpiritu ſancto animalia, vt exponit Grego. cum ambularent non reuertebantur. ſ. ad defectus dimiſſos, nec firma manebant. ſ. ocioſa, ſed vnum quodque ante faciem ſuam gradiebatur Ezech. 1. ca. ¶Et notandum q̄ duplex eſt virtus. ſ. acquiſita & infuſa. Virtus acquiſita eſt quę ſm phūm 2. Ethi. bonum facit habentem & opus eius bonum reddit. Et hæc cauſatur ex actibus humanis frequentatis, quia ex frequenti actu temperantiæ fit homo temperatus, & ſic de alijs. Sed huiuſmodi non ſufficiunt ad ſalutem. Vnde non vere bonum conſtituunt nec opus bonum ſcilicet meritorium, etſi in genere bonum. Virtus infuſa diffinitur a magiſtro ſententiarum in ſecundo poſt Auguſtinum, quòd eſt bona qualitas mentis

Qđ gra Dei vocat benedictio.

De gra hī infra tit. 8.

Duplex eſt virtꝰ ſ. acqſita, & infuſa.

Virtutis infuſæ diffinitio.

.i. quidam habitus bonus in mente, qua recte viuitur quam Deus in nobis sine nobis operatur, sine nobis intelligo non principaliter operantibus, sed nobis consentientibus, & cooperantibus. Est ista econtra non causatur ab actu humano, sed ex infusione diuina, & ex ea causatur actus meritorius, & multiplicatur frequentes, actus autem auget habitum. Ex virtutibus igitur acquisitis ibunt electi Dei in virtutem infusam, quia ille disponunt ad illam.

Qđ in q̃libet virtute consideratur habitus & actus & q̃ realiter distinguitur.

¶Secundo sciendum quòd in virtute qualibet consideratur & habitus & actus eius, quæ sunt distincta realiter. Nam habitus semper manet nisi virtus per mortale excludatur. Actus autẽ eius transit & meritum in anima remanet. Nõ autem habitus, sed actibus meremur si boni sunt, & demeremur si mali. Frequenter ipsa virtus, quę proprie importat habitum, denominat actum suum, vt actus eius dicatur virtus, vt verbi gratia. In symbolo Athanasij dicitur. Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur, quia dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus, & homo est. Credere proprie non est fides, sed actus eius interior, & cõfiteri actus exterior, vnde sumitur fides ꝓ actu suo. Et sic sumitur ibi. Ibunt de virtute in virtutem i. exercebunt in actibus virtuosis transeundo de actu vnius virtutis ad actum alterius. Non .n. decet semper se exerceri in actu vnius virtutis. Sed modo in actu fidei assentiẽdo his, quæ ecclesia prædicat, quando talia menti occurrunt. Iuxta illud. Credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Accedentem. n. ad deum oportet credere, ait apostolus ad Heb. 11. Iste est primus passus in processu virtutum. Aliqñ in actu spei. ps. 36. Spera in deo & fac bonitatem, expectando beatitudinem a deo & auxilium gratiæ si tamen ex parte tua facias bonitatem, alias præsumeres, non separares. De spe aliqñ & sæpe procedendum est ad actum charitatis. Iuxta illud Luc. 10. c. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mẽte tua, & proximum tuum sicut teipsum. De virtutibus theologicis ibũt exercendo se electi ad opera bonorum, quæ etiam sunt virtutes, licet dona dicantur non virtutes. Aliquando in actu diuini timoris. Eccl. vl. Time Deum, & mandata eius obserua. Et de timore ad actum pietatis eorum scilicet quę pertinent ad cultum diuinum, videlicet ad orationem, votum, juramentum, & huiusmodi. Vel etiam miserationem ad proximum. i. Timoth. 4. Exerce teipsum ad pietatem. De pietate ibũt ad actum scientiæ Hiere. 2. ca. Scito & vide, q̃a malum & amarum est te dereliquisse Deum tuũ, pertinet enim ad hoc donũ nosse defectus suos, & bene conuersari inter homines, vt non decipiatur. De scientia ibunt ad actum fortitudinis, vt non solum equanimiter aduersa sustineant, sed audenter aggrediantur anxia ꝓ Deo Thobiæ. 5. c. forti animo esto. De fortitudine ibunt ad actum consilii, & circa aduersa quæ occurrunt agenda meliora assumendo. Vnde Eccl. 24. Sine consilio. s. mentis nihil facias, & post factum nõ penitebis. De consilio ad actum intellectus intus legendo scripturas, non solũ quę in cortice, quia littera occidit, spiritus autem viuificat, & penetrando, & degustando ps. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. i. corpus ei dominando, ideo reges. De intellectu ad sapientiam diuina degustando, ad Col. 3. Quæ sursum sunt sapite non quæ super terram. De donis transeunt ad virtutes cardinales vt inferiores eis operationes earum agendo. Aliquando in virtute temperãtię quoad abstinentiam, & castitatem, & alias eius partes. 1. Petri. 1. Sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus &c. De virtute temperantiæ ibunt ad actum fortitudinis, patienter ferendo quæcunque aduersa pro virtute. Iuxta illud Eccl. 2. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Et de fortitudine ad actum iustitiæ secundum illud. Iuste iudica proximum tuum Leuit. 19. Et de iustitia ad prudentiam, secundum illud Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. De his omnibus & partibus & actibus earum per totum librum istum distinctum in 16. titulos, ita vt quòd quęlibet virtus, & donum habet vnum titulum, quintusdecimus autem est de gratia in medio positus. Non tamen sm istum ordinem positi sunt sed per alium vt patebit certa ex causa. Sextusdecimus titulus de virtute in generali qui est in principio seu primus titulus.

Qđ quælibet virtus hẽt gradus pfectionis.

¶Tertio sciẽdum q̃ quælibet virtus habet gradus perfectionis maioris, & minoris. Iuxta illud Iob. 31. Per singulos gradus pronunciabo illum. s. deum, quia quanto magis quis ascendit ad maiorem gradum perfectionis virtutum, tãto magis debet deum laudare, & ab eo recognoscere totum, & tanto magis glorificatur deus, & ostenditur magnitudo eius apud homines, qui talia donauit hominibus. De his gradibus diffuse tractat Grego. de pæn. distinct. .i. Dum sanctam ecclesiam.

Qđ terminus seu finis virtutũ est clara Dei visio.

¶Terminus ad quem perducamur est ire de virtute in virtutem, inde videbitur deus deorum in Syon. Deus dicitur deorum scilicet dominus, id est angelorum, & sanctorum, & omnium

omnium dignitatum actor, q̃ & ipſi dii aliquã do dicuntur. Syon interpretatur ſpeculatio, qa ſancti ſpeculantur, ideſt clarè vident deum facie ad faciem. Et viſio eſt tota merces ait Augu. Quod & ſaluator ipſe oſtendit cum ait Io. 17. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant ſcilicet clare & pfecte, te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Vbi notatur myſterĩ trinitatis perſonarũ & vnitatis eſſentiæ & humanitatis Chriſti aſſumptæ vt alʒ dictũ eſt, qđ totum ibi videbitur. Viſio autem illa tãtæ pulchritudinis eſt, tantoq; amore digniſſima, vt q̃buslibet, & quantislibet bonis pditã ſine ea animam exiſtimet infeliciſſimã Plotinus philoſophus, vt refert Augu. 10. de ciui. Dei. c. 23. Implebimur inquit Pſal. 64. in bonis domus tuæ, ſanctum eſt templum tuũm mirabile in equitate, vel in iuſtitia ſecũdum aliã litteram domꝰ Dei in qua manſiones multæ ſunt varietate præmiorum, eſt ſtatus gloriæ vbi videtur Deus, & ibi replebimur bonis. Hic nulla boni plenitudo. ſ. talis quę mentem quietet. Nam nec auarus impletur pecunia vt dicitur Eccle. 5. nec ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu Eccle. 1. Quorumcunq; pulchrorum & ſonorum vel ſapiẽtum verborum. Sed (vt ait Aug. in li. confeſ.) Feciſti nos domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te, ſcilicet in patria, & ibi implebimur bonis. Nam intellectus implebitur cognitione ſummæ veritatis. Eccleſia canit. Quæ nunc in ſpem gerimus plena veritate capimus. Voluntas ſeu affectus implebimur dilectione immenſæ bonitatis. Vnde in Canti. Vidiſtis eam, ſcilicet animam ad patriam aſcendentem plenam charitate. Irraſcibilis implebitur tentione perpetuę ſecuritatis Eccleſiaſti. 24. In plenitudine ſanctorum detentio mea. Detinet diuina ſapientia quæ ibi loquitur, quia detinentes facit ſanctos plenitudine bonorum illorum. Concupiſcibilis implebitur fruitione perpetuæ iocunditatis Pſal. Adimplebis me letitia vel iocunditate cum vultu tuo. Erit enim tunc Deus omnia in omnibus ſcilicet beatis vnde impleti omnino. Sanctum eſt templum ſubdit pſalmus, in dicta autoritate. Templum Dei eſtis vos, ait apoſtolus. 1. ad Corin. 3. & ipſi ſancti domus Dei, ſanctum eſt, ideſt mundum ab omni peccato, ſine macula enim ſunt ante thronum Dei Apocalyp. 14. Sanctum eſt ideo dedicatum, ibi enim vocabitur laudibus Dei, nec aliud erit exercitium, dicit Auguſti. ſanctum ideſt firmũ, vt nunquam auerti poſſit adeo, nec aliqua infirmitas, vel moleſtia corporis. Mirabile in æquitate, vel iuſtitia. Iuſtitia vt dicit philoſophus eſt omnis virtus, & ſecundum hanc acceptionem dicitur Matth. 25. Iſti autem ibunt in vitam æternam, non enim ad illam aliter peruenirent ſine iuſtitia ideſt omnis virtus inueniretur in eis ita quòd nulla deficiat. Ipſeque virtutes ibi in eis permanent. ſed ad alium vſum quam hic Augu. ſuper Pſal. tractans illud mirabile in iuſtitia, ſic ait. Iſta ſunt bona illius domus, & templi, non dixit templum mirabile in columnis, mirabile in marmoribus, mirabile in tectis auratis, ſed mirabile in iuſtitia. Habes foris oculos vnde videas marmora, & aurum. Intus eſt oculus vnde videatur pulchritudo iuſtitiæ ſi nulla eſt pulchritudo iuſtitiæ cur amatur iuſtus ſenex, Quid affert in corpore quod oculos delectet, Curua membra, rugatam frontem, caput canis albatum, imbecillitatem vndique quærulis plenam. Sed forte oculos tuos non delectat ſenectus decrepita, aures tuas delectat quibus vocibus, quo cantu. An forte ſonus verborum eius delectat aures tuas, quæ verba vix plena enunciat lapſis dentibus, tamen ſi iuſtus eſt, ſi alienum non concupiſcit, quod ſi ſuum erogat pauperibus, ſi bene monet, & rectum ſapit, integrum credit ſi paratus eſt pro fide veritatis ipſa confracta membra impendere. Quid in huiuſmodi amamus? quid oculis carnis in eo videmus bonum? nihil. Quędam eſt ergo pulchritudo iuſtitiæ quam videmus oculis cordis, quam amamus, quam exardeſcimus. Quid in martyribus erat q̃ amaretur, niſi quia erat in illa fẽditate lania torum membrorum integra pulchritudo iuſtitiæ. Iſta ſunt bona domus Dei. His te para ſatiari. Hæc ille. Si ergo virtus hic amatur, ſapientia appetitur gaudium ſeu delectatio quæretur, & ibi videtur Deus & eorum omnia iſta pleniſſime, ergo illa domus, illud templum quærendum, illud ſuper omnia amandum, ad illud totis viribus inſudandum per virtutum viam conſequendum. Ad quod nos perducat qui in cœlis ſine fine viuit, & regnat. Amen.

INCIPIT TABVLA QVARTAE PARTIS

B. Antonini, quæ habet titulos xvj. quorum quilibet habet capitula multa, quæ capitula habent plures §.

TITVLVS PRIMVS. De virtutibus in generali.

DE diffinitione uirtutum atq; earundem diuisione. Cap. 1.
De acquisitione virtutum & quo sumatur medium in eis. Cap. 2.
Quę bona operentur in nobis virtutes. Cap. 3.
De inequalitate receptionis virtutum, & quomodo sunt gradus in eis. Cap. 4.
De connexione virtutum concathenate adinuicem, & quemadmodum vna sine altera haberi non potest. Cap. 5.
De duratione virtutum. Cap. 6.

TITVLVS II. De prudentia.

Quomodo dicatur prudentia quæ medium præfigit in omni virtute. Cap. 1.
De partibus integralibus prudentiæ. s. memoria intelligentia, & prouidentia. Cap. 2.
De partibus subiectiuis prudentiæ, & de cognitione suiipsius. Cap. 3.
De prudentia monastica aut particulari, & no uē regulis directiuis humanæ vitę. Cap. 4.
De prudentia economica. Cap. 5.
De prudentia regnatiua. Cap. 6.
De partibus potentialibus prudentiæ & ei annexis, videlicet Euboiya, Syneſi, & Gnomyn. Cap. 7.

TITVLVS III. De fortitudine.

Fortitudo triplicter animam firmat, quoad se contra mūdi vanitates, quoad bonum commune cōtra patrię hostilitates, quoad Deū contra errorum prauitates. Cap. 1.
Circa quæ consistit virtus fortitudinis. Cap. 2.
De triplici martyrio. Cap. 3.
De partibus fortitudinis integralibus & subiectiuis. Cap. 4.
De partibus fortitudinis quæ eis annectuntur, & primo de magnanimitate. Cap 5.
De magnificentia quid sit & quibus conueniat. Cap. 6.
De virtute patientiæ. Cap. 7.
De perseuerantia quid sit, circa quæ consistat & de effectibus eius. Cap. 8.

TITVLVS IIII. De temperantia.

Quid sit temperantia, & circa quam materiam versetur. Cap. 1.
De partibus potentialibus temperantiæ & primo de cōtinentia quę tripl'r sumitur. Cap. 2.
De mansuetudine quid sit & in quo differt a clementia. Cap. 3.
De partibus subiectiuis tēperantiæ, quæ sunt abstinentia, sobrietas, & castitas. Cap. 4.
De sobrietate. Cap. 5.
De castitate materia causa & gradibus. Cap. 6.
Virginitas quid sit, & per quæ amittat. Cap. 7.
De virginitatis coronatione, possessione & dignificatiue. Cap. 8.
Clementia quid sit, & in quo consistat. Cap. 9.
Modestia q̄d sit & in q̄bus cōmendat. Cap. 10.
De studiositate. Cap. 11.
De humilitatis quidditate. Cap. 12.

TITVLVS V. De iustitia.

De iustitia in gñali q̄ est triplex iustitia. Ca. 1.
De duabus speciebus iustitiæ, & primo de commutatiua. Cap. 2.
De iustitia distributiua. Cap. 3.
De principiis iustitiæ. Cap. 4.
De partibus potentialibus iustitiæ, & de virtutibus ei connexis. Cap. 5.
De innocentia. Cap. 6.
De religione. Cap. 7.
De oratione. Cap. 8.
De pietatis virtute. Cap. 9.
De virtute obseruantiæ. Cap. 10.
De obedientia quomodo aliquando est generalis, aliquando specialis. Cap. 11.
De gratia siue gratiarum actione. Cap. 12.
De vindicatione. Cap. 13.
De pœnitentia prout est virtus differens ab ea prout est sacramentum. Cap. 14.
De veritate prout est virtus. Cap. 15.
De virtute fidelitatis. Cap. 16.
De liberalitate in q̄tum differt a mīa. Cap. 17.
De mīa multiplici & eius vtilitate. Cap. 18.
De epycheia virtute. Cap. 19.
De amicitia siue affabilitate quomodo sit virtus. Cap. 20.
De duodecim fructibus spiritus. Cap. 21.

TITV-

TITVLVS VI. De charitate.

De charitate theologica. Cap.1.
De charitate qtū ad eius subiectum. Ca.2.
Quid sit diligendum & quo ordine. Ca.3.
De dilectione proximi & quis nomine proximi diligatur. Cap.4.
De charitate quoad p̄ceptū decalogi. Cap.5.
De principali actu charitatis q̄ ē dilectio. C.6.
De gaudio in quantum est actus interior charitatis. Cap.7.
De pace inquantum est actus interior charitatis, & qūo differunt a concordia. Cap.8.

TITVLVS VII. De spe.

De triplici spe & eius quidditate atque fructibus. Cap.1.
De subiecto spei.i. in quibus spādū sit Cap.2.
De obiecto spei, scilicet beatitudine humane vitæ finis. Cap.3.
De btitudis qdditate & multiplicitate. Ca.4.
De dispositiuis ad beatitudinem. Cap.5.
De singulis beatitudinibus in particulari, & primo de paupertate spiritus. Cap.6.
De vltimo fine hois q̄ est btitudo pfectę. Ca.7.

TITVLVS VIII. De fide.

Fides sumitur octo modis. Cap.1.
De habitu fidei & quidditate eius. Cap.2.
De actu fidei & p actus nō potest triplex. C.3.
De obiecto fidei qđ est veritas prima. Cap.4.

TITVLVS IX. De diuina gratia.

De duodecim proprietatibus diuinæ gratiæ ad similitudinē luminis materialis. Cap.1.
De essentia gratiæ. Cap.2.
De diuisione gratiæ quadruplici. Cap.3.
De causis gratiæ. Cap.4.
De necessitate gratiæ. Cap.5.
De effectu gratiæ operantis. Cap.6.
De merito q̄ est effectꝰ gr̄æ cooperātis. Cap.7.

TITVLVS X. De donis spiritussancti.

De septem donis spirituſſancti in cōi Cap.1.
De distinctionib. donorū spirituſſancti a virtutibus infusis, & de eorum necessitate & connexione. Cap.2.
De dono sapientie & de triplici sapīa. Cap.3.
De vita cōtēplatiua & eius excellētia. Cap.4.
De his q̄ ptinent ad vitā cōtēplatiua. Cap.5.
De raptu siue excessu mentis. Cap.6.
De cognitione quæ ptinet ad sapīam. Cap.7.

TITVLVS XI. De dono intellectus.

Donū intellectus vltra lumen naturæ necessarios a deo petituri. Cap.1.
De scripturæ sacræ nobilitate, qualitate & vtilitate. Cap.2.
De multiplici vtilitate sacræ doctrinę. Cap.3.
De doctrine gentilium poetarum & philosophorum, non prosunt ad salutem. Cap.4.
De erroris. cōtra fidē philosopho. gētiliū. C.5.
De erroribus iudeorū & saracenorum. Cap.6.
De erroribus hereticorum. Cap.7.
De articulis. 14. in qbus cōiter magr̄ sniarum & Gr̄anus in decreto non tenetur. Cap.8.

TITVLVS XII. De dono consilii.

De conditionibus requisitis ad bonum consilium. Cap.1.
De consiliis euangelicis. Cap.2.
De consilio paupertatis. Cap.3.
De errore fraticellorum circa paupertatem Christi & apostolorum. Cap.4.

TITVLVS XIII. De dono fortitudiuis.

Quid sit fortitudo & de effectibus eius. Cap.1.
De triplici fortitudine. Cap.2.
Tētationes insurgūt hoīb. a diuersis. Cap.3.
De tribulatione maxima quæ erit tēpore antichristi. Cap.4.

TITVLVS XIIII. De dono timoris.

Timorem multa inducunt. Cap.1.
De timore mundano. Cap.2.
De timore carnali. Cap.3.
De timore naturali. Cap.4.
De timore seruili. Cap.5.
De timore initiali. Cap.6.
Timendum est in præsenti vita propter septē pericula. Cap.7.
Mors est timenda propter septem considerationes. Cap.8.
Assignatio rationum in morte de septem generibus rerum timenda est. Cap.9.
Purgatorium septuplex est timendū. Cap.10.
Finale iudicium quam timendū sit, & de certitudine eius & causa. Cap.11.
Quam timenda est profunditas iudiciorum dei in præsenti circa septem. Cap.12.
De timore filiali in quo consistat, & in quo differat ab initiali. Cap.13.

De timore

De timore reuerentiali. Cap. 14.

TITVLVS XV. De dono pietatis.

De pietatis eminentia & dignitate. Cap. 1.
Quod virgo Maria fons pietatis est mater nostra quatuor modis. Cap. 2.
De conceptione & sanctificatione beatæ Mariæ virginis. Cap. 3.
Sermo de scificatione btē Mariæ virg. Cap. 4.
Sermo de natiuitate beatæ Mariæ virginis ad genealogiam euangelicam. Cap. 5.
Alius ſmo de natiuit. btē Mariæ virgīs. Ca. 6.
Sermo de despōsatione Mariæ Ioseph. Cap. 7.
De annunciatione dominica. Missus est angelus Gabriel. Cap. 8.
Sermo alius de eodem. Cap. 9.
De missione spūſſcti ad Mariā virginē. Ca. 10.
De pulchritudine btē Mariæ virginis. Ca. 11.
De missione filii Dei ad Mariā virginē. Ca. 12.
De salutatiōe angelica. Aue Maria &c. Cap. 13.
De hoc nomine Maria. Cap. 14.
De plenitudine grāe ī Maria virgine. Cap. 15.
De triplici genere gratiarum gratis date, gratum facientis, & priuilegiate. Cap. 16.
De grā virtuali btē Mariæ virginis. Cap. 17.
De grā. 7. donorum q̄ fuit in btā virginē. 18.
Quod beata Maria habuit omnes gratias gratis datas. Cap. 19.
De gratia priuilegiorum singularium beatæ virginis Mariæ. Cap. 20.
Dñs Deus fuit cū Maria qnq; modis. Cap. 21.
Dominus deus fuit cū Maria ad corpus Christi formandum, & ad prolem exaltandum, & ad ipsam magnificandum. Cap. 22.
De quadruplici bndictione btē virginis. C. 23.
De benedictione beatæ virginis apud omnē generationem. Cap. 24.
De triplici fructu benedicto beatæ Mariæ virginis. Cap. 25.
De duodecim fructibus spiritus qui fuerunt in Maria virgine. Cap. 26.
De visitatione beate Mariæ virginis facta ad Elisabeth. Cap. 27.
De cantico beatæ Mariæ virginis, & q̄ aliqua dicuntur magna tripliciter. Cap. 28.
De secundo versu Magnificat, & de multiplici gaudio & varia acceptione spūs. Cap. 29.
De concordantia cantici magnificat cum oratione dominica. Cap. 30.
De partu beatissime virginis, idest natiuitate Christi. Cap. 31.
De epiphania domini Sermo. Cap. 32.
De purificatione beatæ Mariæ virginis, & multiplici lumine. Ca. 33.
Alius sermo de purificatione beatæ Mariæ virginis. Cap. 34.
Tertius sermo de purificatione beatæ Mariæ virginis. Cap. 35.
Quomodo gladius doloris pertransiuit animam beatæ Mariæ virginis, iuxta verbum Symeonis. Cap. 36.
Quomodo Maria inuenit Iesum duodennem in templo, & de triplici interrogatione beatæ virginis. Cap. 37.
De beata virgine cum fuit in nuptiis, quæ significant nuptias spirituales inter Deum & ecclesiam. Cap. 38.
De nuptiis pœnitentium. Cap. 39.
De nuptiis mundum deserentium & se Deo dedicantium, quomodo beata Maria præsens est. Cap. 40.
De dolore maximo virginis Mariæ in filii sui passione. Cap. 40.
De aduentu spiritussancti in Mariam cū apostolis. Cap. 41.
De assumptione beatæ virginis Mariæ Sermo. Cap. 43.
Alius sermo de assumptione beatæ Mariæ virginis. Cap. 44.

TITVLVS XVI. De dono scientię.

Donum scientię quid est, & ad quid se extendat. Cap. vnicum

¶Is quidem titulus hic succinctus, in partib⁹ chronice diffusus, tractat de gestis illustrium ex sanctitate, vel scientia, vel martyrio, vel dignitatibus ecclesiasticis & secularibus & pontificibus & regibus, vel in arte militie & bellorū in tribus voluminibus distinctis, quorum primum continet gesta ad vtrunq; statum ab ipsius mundi exordio vsque ad tempora Siluestri Papę, & Constantini magni imperatoris. Secundum volumen continet gesta vtriusque status a Siluestro Papa vsq; ad Celementem tertium, & a Constātino vsq; ad Imperatorem Henricum sextum. Tertium volumen continet magis modernorum gesta a tēpore Henrici sexti vsq; ad tempora Federici Imperatoris moderni, videlicet annum domini millesimum quadrigentesimum quinquagesimum octauum quæ omnia aliquo modo pertinent ad scientiam. Hęc ibidem intuere & hic mecum de laudes pro fine huius summe deprome ex condigno, sit itaque laus & gloria Deo benedicto. Amen.

¶Explicit tabula generalis.

INCIPIT QVARTA PARS SVMMAE MAIORIS B. ANTONINI ARCHIPRESVLIS FLORENTINI.

IN QVA AGITVR DE VIRTVTIBVS, ET GRATIA, AC DONIS SPIRITVSSANCTI.

TITVLVS PRIMVS

De virtutibus in generali.

¶ *De diffinitione uirtutum, atque earundem diuisione. Cap. 1.*

Sex sunt cõsiderãda in diffinitione virtutis.

IRCA virtutẽ in generali considerãda sunt sex. s. Diffinitio, Diuisio earũ, & Numerus, Cõnexio, Duratio, Acquisitio, & Operatio. ¶ Quantũ ad primũ sic diffinit ab Aug. in 2. lib. de lib. arbit. Virtus est bona qualitas mẽtis, qua recte viuit, qua nemo male vtit, quã deus in nobis sine nobis operatur. In qua diffinitione tãguntur quatuor bona, q̃ ex virtute cãntur. ¶ Primũ est hoĩs perfectio in eo q̃ dr, virtus est bona qualitas mẽtis, pficit n. hoiem q̃tũ ad partẽ intellectiuã p prudentiam, & alias appetitiuã rõnalem per iustitiã, & alias, appetitiuã sensualẽ per fortitudinem, quoad irascibilẽ, per tẽperantiã quoad cõcupiscibilẽ. Faciũt. n. potẽtias expeditas ad bñ operãdũ. ¶ Scdm é operis directio. Vñ subdit, qua recte vtitur. Recte. n. viuere in bene operari cõsistit. Et p hãc clausulã distinguit virtus ꝓprie & stricte dicta, a scia, & itellectu, & sapĩa. Licet n. sint bonæ qualitates mẽtis, nõ tñ sunt bonę qualitates volũtatis regulantes ipsam volũtatẽ, & dirigẽtes, sed pficiẽtes tñ intellectũ. Vnde põt bene, & male viuere hñs eas. ¶ Tertium est criminis exclusio. Vñ subdit qua nemo male vtit. Nullus. n. põt male vti actu virtutis, eo q̃ actus virtutis, vel a virtute ꝓcedẽs, nunquã põt esse malus, sed semper est bonus. Põt tñ aliquis male vti virtute tanq̃ obiecto, puta cũ mala sentit de virtute, cũ. s. odit eã, vel superbit de ea. Qd Isid. in lib. de summo bono prohibet dicens. Cũ quis ex deteriori iã melior esse ceperit, caueat de exceptis extolli virtutibus, ne grauius per virtutes corruat, qui prius ex lapsu vitiorũ iacebat. ¶ Quartum quod causatur a virtute est infusio diuini numinis cũ consensu volũtatis. Vnde dr. Quã Deus in nobis operatur, qd intelligitur quoad virtutes infusas sine nobis operãtibus principaliter, sed non sine nobis cõsentiẽtibus, seu cooperãtib. Rayn. Et in paruulis q dẽ cũ infundantur virtutes in baptismo quãtũ ad habitũ, vt dr ext. de bapt. Maiores, sine ipsis cõsentiẽtibus expresse qa cõsentire nõ possunt nõ habẽtes vsum rõnis, possunt dici consentire inquantũ non dissentiunt. Sed in habentibus vsum cõis, nunq̃ sine ipsis cooperantibus seu assentientibus. Vnde Hier. Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin vbi necessitas, ibi, nec corona, de pœn. dist. 8. Si enim. Sũt virtutes oẽs de q̃bus loquimur, quidã hitus aũt est qualitas de difficili mobilis a subiecto, & facit hoĩem prõpte & delectabiliter operari. Vnde fm philosophũ. Signũ hitus gñati est delectabiliter operari, vnde diffinitur habitus q. s. est quo agimus cũ volumus. Sicut autem habitus vitiorum faciunt hoĩem prompte operari malũ, ita habitus virtutum bonũ. ¶ De virtutibus dantur diuersæ diuisiones, fm diuersos respectus. Et vno mõ pnt sic diuidi videlicet q̃ virtutes. Aliæ sunt naturales. Aliæ acquisitæ. Aliæ infusæ. Quæ diuisio virtutũ attẽditur penes cãm earũ. Aliæ. n. insunt ex dispõe naturali. Aliæ. s. acq̃sitæ ex frequẽtatione actuali seu operũ assuetudine. Aliæ infusæ ex munere diuinali seu gra. Et primæ quidẽ non sunt perfectæ virtutes, sed potius quædã semina, & inchoationes virtutum. Et sic intelligẽdę sunt auctoritates, quæ tales inclinationes naturales & aptitudines ad virtutes, appellãt virtutes, vt illud Iob. 31. Ab infantia mecũ creuit miseratio, & de vtero mris meæ egressa est mecũ. Miseratio virtutis est. Et gl. super illud Matth. 4. Circumibat Iesus totã Galileã, dicit. Docẽs naturales iustitias. i. virtutes. s. castitatẽ, humilitatem,

Virtus sic diffinitur.

Quid sit habitus.

§. 1.

Diuisio virtutũ.

tatē, iuſtitiam, quas naturaliter homo habet. Et illud Dama. in tertio lib. naturales ſunt nobis virtutes. ¶ Pro cuius maiori declaratione notandum ſm beatum Tho. prima. 2. quæſtione 62. ar. 1. q̄ circa ſcientias, & virtutes alii quiſuerunt eas eſſe ab intrinſeco, ita. ſ. qđ omnes virtutes, & ſcientiæ naturaliter præexiſtunt in anima, ſed per diſciplinam, & exercitium impedimenta ſciētiæ & virtutis tolluntur, quæ aduenīūt animæ ex corporis grauitate, ſicut ferrum clarificatur per limationem. Et hæc fuit opinio platonicorū. ¶ Alii dixerunt quod ſunt totaliter ab extrinſeco. i. ex influentia intelligentiæ agentis vt ponit Anicenna. ¶ Alii dixerunt quod ſecundum aptitudinē, ſcientiæ & virtutes inſunt nobis a natura, non autem ſecundum perfectionem, vt dicit philoſophus, 2. Ethi. & hoc verius eſt. Ad cuius manifeſtationem oportet conſiderare, quod aliquid dicitur alicui naturale dupliciter. Vno modo ex natura ſpeciei. Alio modo ex natura indiuidui. Ex natura quidem ſpeciei dicitur homini naturale id quod conuenit ei ſecundū animā rationalem. Ex natura vero indiuidui dicitur naturale quod conuenit ei ſecundum corporis determinatam complexionem. Vtroque autem modo virtus eſt homini naturalis ſecundum quandam inchoationem. Secundū quidem naturam ſpeciei, ideſt inquantum in rōne hominis naturaliter inſunt q̄dā principia naturaliter cognita, tam ſcibiliū q̄ agendo rū, quæ ſunt quædā ſeminaria virtutū intellectualiū, & moraliū, in quantū in voluntate hominis eſt quidam appetitus naturalis homini quod ē ſm rōnem, ſm vero naturā indiuidui inquātum ex corporis diſpoſitione, quidā sūt, diſpoſiti aliqui melius, aliqui peius ad aliquas uirtutes. Vnus. n. habet aptitudinē ad ſcientiā alius ad fortitudinē, alius ad temperantiā. Sic ergo patet quod virtutes inſunt nobis a natura ſm aptitudinem, & inchoationē præter theologicas, quæ ſunt totaliter ab extrinſeco, ſm vero perfectionem, nullę virtutes inſunt nobis a natura. Quod etiam poteſt probari ex hoc quia quod ineſt nobis a natura eſt commune omnibus hominibus, nec per peccatum aufertur, ſed virtus non eſt in omnibus hominibus, quia abiicitur per peccatum, ergo &c.

Ali q̄d dī eē alicui dupliciter.

§. 2. ¶ Virtus acquiſitæ ſunt quæ ex actibus bonis frequentatis cauſantur. Ex hoc enim quod quis frequenter vtitur cibo moderate acquirit abſtinentiam. Ex hoc quod ſtimulatur a concupiſcentia frequenter, & reſiſtit abſtinens ab illicitis voluptatibus acquirit caſtitatem & ſic de aliis, vt oſtendit philoſophus in ſecundo Ethico. Nec tamen per vnum actum bonum cauſatur virtus, ſic nec vna hyrundo facit ver, nec vna dies facit beatum, vel fœlicem aut paruum tempus, vt dicit philoſophus primo Ethico. Nec ignis poteſt ſtatim vincere ſuum combuſtibile, ita quod ſubito totum lignum conuertatur in ignem, ſed paulatim remouendo diſpoſitione, contrarias. Sic non ex vno actu habetur, habitus acquiſitus virtutis, ſed ex multis. Cum enim ſecundum Dionyſium. 4. capitu. de diuin. no. bonum ſit virtuoſius quā malum, & ex actibus vitioſis acquirit habitus vitii ergo & magis virtus acquiritur ex actibus virtuoſis. Pro huius declaratione dicit beatus Thomas prima ſecundæ. q. 63. articu. 2. quod virtus hominis perficit ipſum ad bonum. Dicit enim philoſophus, q̄ virtus eſt quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Ratio autem boni conſiſtit in numero, pondere, & menſura, ut dicitur Sapien. 11. Oportet ergo q̄ bonum hominis conſideretur ſecūdum aliquā regulā, quę eſt menſura rei. Regula autē hæc poteſt eſſe duplex, ſcilicet ratio humana, & lex diuina. Et quia lex diuina eſt ſuperior regula, & ideo ad plura ſe extendit q̄ ratio humana, ita q̄ quicquid regulatur regula ſeu rōne humana: regulatur & diuina, ſed non contra. Virtus ergo hominis ordinata ad bonū ſecūdum q̄ modificatur ſecundū regulā rationis humanæ poteſt ex actibus humanis cauſari inquantū huiuſmodi actus procedunt ratione ſub cuius poteſtate & regula tale bonum conſiſtit. Sed virtus ordinatus hominē ad bonū ſecundū q̄ modificatur per legem diuinam, & non per tationem humanam non poteſt cauſari per actus humanos, quorū principium eſt ratio, ſed cauſatur ſolum per operationem diuinam, ſcilicet infuſionē gratiæ. Hmiuſmodi autem virtutes acquiſitæ ex aſſuetudine operum ſine gratia non ſufficiunt ad ſalutem. Vnde beatus Auguſti. Vbi deeſt agnitio veritatis incommutabilis, ideſt dei p fidem, falſa eſt virtus etiam in optimis moribus. 28. q. prima. §. penultimo. Et his. Vnde nō ſunt perfectæ ſimpliciter, ita ſcilicet, quod perficiunt hominem in ordine ad vltimum finē, ſed ſecundum quid, inquantum perficiūt quo ad fælicitatem humanam, ſeu ciuilem conuerſationem. Et de huiuſmodi virtutibus loquitur, philoſophus in Ethi. & alii gentiles. Et de his intelligitur illud Hiero. Virtutibus romani promeruerunt imperium. 28. q. 1. §. Ex his in fi. §.

De uirtutib. acquiſitis.

Virtus ſecundū philoſophum.

¶ Virtutes infuſæ sūt ille q̄ cauſantur ex gīa dei. Et de hmōi dicit beatus Augu. diffiniens §. 3.

virtutem

virtutem, q̃ virtus est bonã qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nemo malè vtitur, quã Deus in nobis sine nobis operatur. Sunt autem istæ virtutes nõ solum fides, spes, charitas, sed etiam omnes aliæ, vt prudentia, iustitia, & huiusmodi. Pro cuius declaratione dicit b. Tho. vbi supra, q̃ oportet effectus suis causis, & principijs esse proportionatos. Omnes autem virtutes tam intellectuales, quam morales, quæ ex nostris actibus acquiruntur procedunt ex quibusdam principijs naturalibus in nobis præexistentibus, loco quorum naturalium principiorum conferũtur nobis a Deo virtutes theologicæ quibus ordinamur ad finem supernaturalem. Vnde oportet quòd his etiam virtutibus theologicis proportionabiliter alij habitus correspondeant diuinitus infusi, seu causati in nobis, qui sic se habent ad virtutes theologicas, sicut se habent virtutes morales, & intellectuales ad principia naturalia virtutũ. Et per virtutes quidem theologicas perficitur anima inquantum sufficienter per eas ordinatur in Deum immediate. Per alias virtutes infusas, scilicet morales & intellectuales, vt prudẽtiam, & iustitiam fortitudinem, & temperantiam cum partibus suis, perficitur anima circa alias res, in ordine tamen ad Deum. Et sic non sunt superfluæ & huiusmodi sunt perfectæ virtutes simpliciter, & necessariæ ad salutem, & de his intelligitur illud Ambr. in exameron. Illa anima a Deo pingitur, quę habet in se virtutem gratiam renitentem, splendoremque pietatis. Illa anima bene picta est, in qua relucet diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta est, in qua splendor gloriæ, & paternæ imago substantiæ. i. Christi per gratiam virtutum, de pœn. dist. 2. Illa. Item Greg. super Ezech. ait. In sanctorum quippe cordibus spiritus sanctus iuxta quasdam virtutes, scilicet dum perseuerant in gratia semper manet. Iuxta quasdam recessurus venit, & venturus recedit. In fide enim spe, atque charitate, & in bonis alijs, sine quibus non potest ad cœlestem patriam peruenire. Sicut enim humilitas, castitas, iustitia, atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetiæ vero virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione electis aliquando adest, aliquando se subtrahit de pœnit. dist. 2. Potest. Quoad primas virtutes dicitur spiritus stabilis. Quoad secundas dicitur mobilis. in lib. Sapien. Et dicuntur gratiæ gratis datæ huiusmodi virtutes largo modo. Qui diu moraliter vixit, & est ī gratia Dei, habet vtrasque infusas, & acquisitas. Et nota quòd quidam dixerunt idẽ esse realiter secundum essentiam, gratiam, & veritatẽ infusam, sed differre ratione, quia gratia dicitur inquantum gratis datur a Deo, & facit hominẽ Deo gratũ, & opera eius. Sed virtus dicitur inquãtũ inducit hominẽ ad bene operandũ. Et hoc vt sensisse magister sñia. in 2. dist. 26. Sed b. Th. 1. 2. q. 110. ar. 3. in corpore. q. Et probat q̃ differunt realiter, & secundum essentiam. Et gratia quidẽ est accidens, existens in essentia aiæ sicut in subiecto. Virtutes vero in potentijs animæ sicut in subiecto. Et sicut radij procedunt a Sole, ita virtutes a gratia. Et de gratia quidem alibi tractabitur, hic de virtutibus. Et nota secundum b. Tho. vbi supra q. 63. ar. 4. q̃ virtutes infusæ differunt essentialiter, seu specie a virtutibus acquisitis, & moralibus, & intellectualibus. Nã alterius rationis formalis est modus impositus in actu ipsarum virtutum circa materias suas, per regulam rationis humanæ, & alterius modus impositus secundum legem diuinam, puta in sumptione ciborum modus statuitur ratione humana, ne noceat valitudini corporis, nec impediat rationis actum. Secundũ at regulã legis diuinę requiritur, quod homo castiget corpus suum, & in seruitutem redigat per abstinentiam cibi. Itẽ per virtutes moreles infusas regulantur homines, vt bene se habeant in ordine, ad hoc q̃ sint ciues sanctorum, & domestici Dei. Per virtutes autem acquisitas, vt bene se habeant in ordine ad res humanas, & sic ad alium finem sunt ordinatæ quam illæ. Potest autem assignari triplex differentia in vtrisque, seu q̃ differunt in tribus, primo in causalitate, in corruptibilitate, & in vtilitate. In causalitate quidem, quia infusæ causantur a Deo, non ex actu humano, acquisitæ autem ex actibus humanis. Et quia Deus operatur in instanti, homo autem paulatim. Ideo virtutes acquisitæ tempus, & non paruũ requirunt, infusę in instanti, per gratiam iustificati obtinentur. Vnde Amb. Cum renunciatur improbitati, statim assistit virtus. Egressus enim malitiæ virtutis operatur ingressum eodemque aditu, quo vitium exeluditur innocẽtia copulatur in decretis. 22. q. 1. Secundo virtutes differunt incorruptibilitate. Nam virtus acquisita non corrumpitur quoad habitũ per vnum actum contrarium, puta castitas acquisita per vnicum actum fornicarium. Nõ enim directe actus contrariatur habitui, sed habitus actui. Sicut autẽ habitus virtutis, (vt dictũ est) ex pluribus actibus bonis, non vno acquiritur, ita & habitus vitij. Sed habitus virtutis infusæ corrumpitur per vnicum actum peccati mortalis, immo omnes virtutes infusæ simul

Virtutes infusę differũt essentialiter.

mul deficiunt per mortale, hæc ideo est. Quia quodlibet mortale directe cõtrarium gratiæ & tollit gratiam quæ causa est huiusmodi virtutum. Remota autem causa, remouetur effectus, unde Augustinus. Omnis uirtus patitur, detrimentum ab uno uitio. Et sic exponitur illud Iacobi. 2. Offendens in uno, factus est omnium reus, scilicet uirtutum, de pœnitentia distinctio. 5. c. Consideret. Tertio differunt in vtilitate, quia actus virtutis infusæ est meritorius vitæ æternæ. Nõ aũt actus virtutis acquisiti sine gratia comite. Vñ Gra. dicit. 28. q. 1. §. pen. quod tales virtutes scilicet acquisitæ non sunt veræ, quia carent fructu salutis æternæ.

§. 4. ¶ Diuisio virtutum alia datur de virtutibus secundum quod habent hominem perficere, vi delicet quod virtutum aliæ sunt intellectuales aliæ morales aliæ thelogicæ. De primo & secundo genere virtutum tractãt philosophi

Philosophus ponit duplicé virtutem. gẽtiles. Vñ & philosophus in 2. ethi. dicit duplicẽ esse virtutẽ. Hanc quidẽ intellectualẽ illã uero moralẽ uocat Theologicas aũt non posuerunt nec de eis cognitionẽ habuerunt. Sed solum fideles p infusionem habent, illi quĩ habẽt. Et simil'r de donis spũssancti non habuerũt notitiam gẽtiles. ¶ Intellectuales virtutes sũt

Quinq; sunt virtutes intellectuales. quinq; secundũ philosophũ in li. ethi. s. sapientia, intellectus, scia, ars, & prudentia. Et dicuntur intellectuales, quia sunt in intellectu, vt in subiecto, & perficiunt ipsum. Et primæ tres sunt in intellectu speculatiuo, aliæ duæ in intellectu practico. Prudentia tñ, & si sit intellectualis q̃tum. ad essentiam: Et inter eas connumeretur tamen q̃tum ad materiã est etiã moralis. Et sciendũ qd' quatuor ex his sapia, scia, intellectus, & ars, non proprie, & stricte sunt virtutes, nec consueuerũt nominari virtutes. Sed aliqñ distinguuntur ex opposito, vt in 4. topi. put. s. virtus perfecta sumitur. Pro cuius declaratione dicit b. Tho. 1. 2. q. 57. ar. 1. Quod

Habitus dr̃ virtus dupliciter. aliquis habitus dr̃ virtus dupliciter. Vno modo, quia facit facultatem bñ operandi. i. faciẽ di id quod in se bonum est. Alio modo, quia cum facultate facit, & vsum bonũ. i. congrue ordinare ipsum opus ad debitum finem. Primo igitur modo habitus intellectuales dicuntur virtutes, quia faciunt facultatẽ bonæ operationis, quæ est cõsideratione veri. Hoc. n. est bonũ opus intellectus, sed non dicuntur habitus intellectuales virtutes. Secundo modo quasi faciẽtes bene vti habitu, uel potẽtia. Ex hoc enim q̃ aliquis habet habitũ scientiæ speculatiuæ nõ inclinatur ad bene vtendũ, sed sit potẽs speculari uerũ de his quorũ habet scientiã. Sed quod vtatur scientia habita hoc est voluntatem mouente, & ideo virtus, quæ perficit voluntate, vt charitas, vel iustitia facit bene vti speculatiuis habitibus, & secundum hoc in actibus eorũ potest esse meritũ solum ergo morales cũ prudentia dicuntur virtutes perfectæ. Vñ de hoc philosophus. 2; ethi. dicit qd virtus est habitus electiuus. 1. electionẽ faciẽs immete cõsistẽs secundum determinationem rõnis.

¶ Differunt autẽ sapientia, scia, & intellectus §. 5. inq̃tum sunt virtutes habitus, & inq̃tum dona spũssancti, qa inq̃tum virtutes acquiruntur p exercitum & pficiunt hominẽ in ordine ad fœlicitatẽ humanã. Sed inquantum dona infunduntur a deo, & pficiunt hoiem in ordine ad fœlicitatẽ supernã, ad prõpte sequendum motus spiritussancti, quos facit in aia. Hæ quinq; virtutes intellectuales possũt figurari p quinq; virgines sapientes, & qnq; fatuas. De quib. habetur parabola Mathei. 25. Virgines omnes sunt, quia in se habent integritatem veritatis. Sed quinq, sapientes accipientes oleum cum lampadibus sunt ipsæ prout debite habentur, & exercentur cum oleo scilicet charitatis in vase cordis, & lampade claræ famæ. Quinque fatuæ sunt cum habentur sine oleo charitatis, & boni exempli, & his claditur ianua padisi, aliis aperitur. Et sapientia quidẽ est de diuinis non quidẽ inq̃tum habẽtur diuina reuelatiõe hoc enim pertinet ad fide. Sed inq̃tum habentur rõne humana. Cõsiderat aũt sapiẽtia altissimas causas, vt dr̃ in 1. metha. Vnde cõueniẽter indicat et ordinat de oĩbus. Quia enim iudicium perfectum & vniuersale haberi nõ põt nisi per resolutionem ad primas causas. Et iõ non solum de conclusionibus iudicat, de quibus dictum est scientia, sed & de principiis quorum est intellectus. Vnde quia considerat sapientia altissimam causam, quæ est deus, & per causam iudicatur de effectu, & per causam superiorem de causis superioribus. Ideo sapientia habet iudicium demonibus aliis virtutibus intellectualibus, & præeminet de ipsis. Et quamuis de deo in præsenti non possit haberi certa cognitio quoad multa. Sicut habetur de aliis rebus. Tamen similis cognitio imperfecta sui nobilitate, præeminet cognitioni etiam perfectæ aliarum rerum. Vnde pĥs dicit. 2. de cælo & mundo, quod magnum est rebus cælestibus posse aliquid cognoscere, vel de rebus nobilioribus debili ratione. Et in lib. de animalibus dicit q̃ amabile est magis paruum aliquid cognoscere de rebus nobilioribus, q̃ multa cognoscere de rebus ignobilioribus. ¶ Scientia est habitus conclusionum per demonstrationem acquisitus, &

Differũt sapiẽtia scientia & intellectus.

est circa

est circa creaturas. Et habet multas species, qa diuersæ sunt scientiæ, ſm diuersas materias. Et ex his aliquæ dicuntur artes liberales. ſ. triuiũ ut grãmatica, logica, rethorica. Et quadruuiũ, ut arithmetrica, quæ est de nũeris, musica quę est de sonis, geometria, quę est de mẽsuris, astronomia, quæ est de astris, seu motib. & influentijs corporũ cælestium. Et artes quidẽ dicuntur ſm bea. Tho. ubi supra qa habent quã dam similitudinem cum arte. Ad artem enim pertinet opus, quia ad illud ordinatur. Et qa in speculabilibus est aliquid per modũ cuiusdam operis, puta constructio, syllogismi, aut orationis congruæ. Aut opus numerandi vel mensurandi, ideo dicunt artes, non tamen proprie & stricte. Artes autem dicuntur non simpliciter, sed liberales, ad differentiã illarũ artium, quæ ordinatur ad opera per corpus exercitata, quæ sunt quodam modo seruilia, inquã tum corpus seruiliter subdunt animę & homo ſm animã est liber. Aliæ artes dicũtur mechanicæ, quia intellectus quodã modo mechatur in eis, & adulteratur recedens a cõsideratione ueritatis q̃ est sponsa eius. Aliæ vero scientiæ q̃ ad nullũ hmõi opus determinãtur, simpliciter scientiæ dicũtur, vt philosophia naturalis. Et quãuis sciẽtia sit virtus dicit tñ Aug. ꝙ sunt q̃dã, quę melius est nescire, quã scite dis. 38. Quãuis. Et propter abusum. Et Amb. dicit, ꝙ astronomia, & astrologia, & alia hmõi despecta sunt, & qui his studeñt, curã animæ non habẽt, dist. 38. Legimus. Et Hiero. ait Geometria, & arithmetica, & musica habẽt in sua scientia veritatẽ. Sed non est scientia illa scientia pietatis, dist. 37. Si quis artem nouerit. Intellectus est habitus principiorum, quæ per se nota habentur, & statim ab intellectu percipiũtur, vt ꝙ omne totum est maius sua parte, & hmõi. Et non solum per intellectum cognoscũtur principia naturaliter nota in speculatiuis, sed etiam in operatiuis, vt ꝙ malum est fugiendum ꝙ nemini est fienda iniuria, & huiusmodi, Et sine intellectu hmõi principiorum, quæ pertinent ad vitam moralem, non possent haberi aliæ virtutes. ¶ Opinio autem, & suspitio non opponuntur virtutes, quamuis sint intellectuales habitus ex eo secundũ. b. Thom. vbi supra quia habitus virtutis determinate se habent ad bonum & nullo modo ad malum. Bonum autem intellectus est verum, malum eius est falsum. Vnde illi soli habitus intellectuales dicuntur virtutes, quibus semper uerum & nunquam falsum inest. Opinio autem potest esse veri & falsi, est enim opinio vehemens inhesio intellectus alicui conclusioni, cum formidine tamen de oppositio. Suspitio autem est leuis inhesio cum formidine de oppositio. Ars etiam secundum philoso. in 6. ethic. ponitur virtus, non tamen proprie & perfecte. Quia secundum b. Thom q. 57. artic. 3. cum ars nihil aliud sit quia recta ratio aliquoũ operum faciendorum, quorum tamen bonum non consistit in hoc, ꝙ appetitus humanus aliquo modo se habeat ad eas, sed in eo quòd ipsum opus quod facit in se bonum est. Non enim pertinet, ad laudem artificis. in quantum artifex, qua voluntate opus faciat, sed quale est opus quod facit. Et in hoc conuenit cum habitibus speculatiuis prędictis aliqualiter, quia scilicet pertinet ad ipsos qualiter se res habeant quas cõsiderant, vel quas faciunt quoad artem, non aũt qualiter habeat humanus appetitus ad illas. Sũt aũt artes multiplices. ¶ Prudẽtia ſcm beatum Tho. vbi supra conuenit in hoc cũ arte, quia est in intellectu prãctico, & circa contingentia quæ possunt aliter se hr̃e. Sed differt in hoc, quia ars imperfecte habet rationẽ virtutis, quia facit solum facultatem boni operis nõ autem vsum. Vnde per eam nõ fit appetitus rectus. Bonum enim rerum artificialium nõ est bonum appetitus humani, sed bonũ ipsorum operum artificialiter. Sed prudentia habet perfecte rationem virtutis, quia facit cũ facultate boni operis esse bonũ vsum, & respicit appetitũ præsupponẽs rectitudinem eius. Diffinitur aũt prudentia ſcdm philosophum sic. Prudentia est recta ratio agibilium. Ars vero est ratio factibilium. Differunt autem agere & facere in hoc secundum phil. 9. Metha. quia factio est actio transiens in materiam exteriorem, sicut secare & huiusmodi. Agere aũt est actus pmanẽs in ipso agente, sicut videre, velle, & hmõi. Est aũt prudẽtia necessaria ad bene viuẽdum. Nã bene viuere cõsistit in bene operari. Ad bene aũt operandum requiritur electio recta. Cũ autem electio sit eorum, quę sunt ad finem, ad rectitudinem ipsius duo requiruntur, ſ. debitus finis & id quod conuenienter ordinat in debitum finem. Ad debitum finem eligendũ disponitur conuenienter quis per virtutes morales, quæ perficiunt appetitiuam potentiam, cuius obiectum est bonum & finis. Inclinant enim morales appetitiuam in bonum conueniens rationi, qui est debitus finis. Ad id autẽ quod conuenienter ordinatur in debitũ finem disponitur homo per habitum rationis, quia consiliari, iudicare, percipere, quæ sunt eorum quæ sunt ad finem, sunt actus rationis. Et habitus etiam horum actuum est prudentia, qua perficitur ratio ad hoc ꝙ conuenienter se habet

Quid sit prudentia.

Quid ars.

bet ad ea, quæ sunt ad finem. Vnde maxime necessaria virtutum secundum b. Thomam vbi supra. questione. 17. articu. quinto.

§. 6. ¶ Secundum genus virtutum dicitur morale. vt prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Dicuntur autē hæ virtutes, & morales, & principales, & cardinales. Et morales dicuntur seu de moribus secundum philosophum primo Ethi. secundum q̄ mos importat quādam inclinationem naturalem, vel quasi naturalem ad aliquid agendum. Pro cuius declaratione sciendum secundum b. Tho. 1. 2. q. 58. art. 1. q̄ mos duo significat. Quandoq; significat consuetudinem, sicut dicitur Act. 15. Nisi circūcidamini secundum morem Moysi, non poteritis saluifieri. Ad quod etiam facit quod dicit Aug. 11. dist. In his. Mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenēda sunt. Quandoq; mos significat inclinationē naturalem vel quasi naturalem ad aliquid agendum. Vnde & brutorum animalium dicuntur aliqui mores. Vnde dicitur. 2. Mach. 15. Leonum more irruentes in hostes prostrauerunt eos. Et sic accipitur in psalmus. 57. Qui habitare facit vnius moris in domo. Et huic significationi morali propinqua est alia significatio, qua mos significat consuetudinem. Nam consuetudo conuertitur in naturā, & facit inclinationē similem naturali. Sicut autem consuetudo, ita & mos proprie est de his quæ sunt bona, non mala, ad quod facit, quod dicitur distinctione 8. Quæ contra mores. Ab hac autem secunda significatione, moris dicitur virtus moralis qa inclinatio ad actū proprie cōpetit appititiuæ uirtuti. Cui est mouere omnes potentias ad agendum. Virtus autem moralis est in appetitiua parte, & perficit eam. ¶ Dicuntur secundo prædictæ virtutes principales, respectu minus principalium. Et hoc secundum beatum Thom. q. 61. arti. j. vbi suprā. Vel respectu uirtutum intellectualium, quæ solum faciunt boni operis facultatem, sed non vsū, vt morales. Et ideo dicuntur imperfectæ virtutes. Perfectum autem est principalius imperfecto, sicut morales principaliores. Et si non quantum ad subiectum in intellectualibus. Tamen quantum ad rationem virtutis, quæ respicit bonū quod est obiectum appetitus. Dicuntur etiam principales predictę virtutes respectu uirtutum eius annexatum, quæ sunt minus principales. Omnes enim virtutes reducuntur ad prædictas quatuor, ut ostendit Tullius in rethorica sua Nā prudentiæ annectūtur tres virtutes sm philosophum in 6. Eth. Prima. s. eubolia q̄ est bene consiliatiua, inquitēdo de variis modis, & viis, quibus potest peruenīri ad debitum finē. Secunda synesis, q̄ est iudicatiua. s. determinando extra diuersis viis, & modis quæ menti occurrunt illud q̄ sit cōuenientius ad pueniēdū ad finē debitū, sm cōmunes regulas, & leges. Tertia gnomyn, quæ sumit iudiciū de agēdis sm rationē naturalē, in his in q̄bus deficit lex. Proprius autem actus, & principalis prudentiæ est imperare, vt executioni mandetur q̄ consultū, & iudicatum est. Dicitur autē prudentia consultiua, & iudicatiua, sed hos duos actus non facit immediate, sed mediantibus prędictis. s. eubolia, synesi, & gnomini. Iustitię autē annectuntur, religio, q̄ pietas, obseruātia, obedientia, liberalitas, gratia, seu gratitudo vindicatio, sub qua cōprehēditur pœnitētia in quātū uirtus, veritas, affabilitas, seu amicitia, & epicheya, seu equitas. Fortitudini annectuntur magnanimitas, magnificētia; patientia, & p seuerantia. Temperantiæ annectuntur cōtinētia, mansuetudo, clementia, modestia, studiositas, eutropelia, seu vrbanitas, & humilitas, & de his patebit infra. ¶ Dicūtur tertio virtutes cardinales. Vñ Ambro. sup Lucā. Scimus virtutes esse quatuor cardinales, temperantiam, iustitiam, prudentiam, & fortitudinem. ¶ Propterea autē dicuntur cardinales, vt dicitur in catholicon ad similitudinem cardinis, in quo motus ostii firmatur. Cardo autem sm eundem est vna pars ostiis, scilicet cuneus, qui in foramine vertitur, vñ & cardo dicitur aliquando ipsū foramen. Et dicitur cardo a cardian, quod est cor, quia sicut cor hominem regit & mouet, ita ille cuneus ianuā regit, & mouet. Hinc & assistentes papæ precipue dicūtur cardinales, quia per eos mundus debet regi, gubernari, & moueri, sicut ostium per cardinem hæc ibi. Vnde Prouerbiorum. 16. Sicut ostium vertitur in cardine, ita piger in lecto suo. Dicuntur ergo cardinales hæ virtutes, qa per eas vertitur cor humanum sm rationem, vt claudatur vitiis, & aperiatur bonis operib. De his dicitur Sapien. 8. Sobrietatem. idest. temperantiam, & prudentiā docet, & iustitiā, & uirtutē idest fortitudinem, quibus nil in vita vtilius est hominibus. Et figurantur per velū ex quatuor coloribus intextum, quod erat ante tabernaculum, vt ponit magister in 3. sententiarum. Figurantur etiam per quatuor angulos domus. Iob. j. quæ est cōscientia sm Grego. in moralibus. Significantur etiam per quatuor animalia quæ vidit Ezech. j. c. Aquila enim significat prudentiam. Homo iustitiam. Leo fortitudinem. Vitulus temperantiam sm. Greg. super Ezech. & prudentia quidem dicitur cū

mòs duo significat.

quatuor virtutes Cardi.

aliis tribus cardinalis, & principalis eas excellens, non tamen consueuit dici moralis.

§ 7. ¶ De dictis virtutibus cardinalibus secundū Tho. prima secundę. q. 61. ar. 4. est duplex opinio. Quidam enim dicunt esse quasdam conditiones generales humani animi, quæ inueniuntur in omnibus virtutibus, ita, scilicet qđ prudentia nil aliud sit quam quædam rectitudo discreptionis in quibuscunque actibus, vel materiis. Iustitia sit quædam dispositio animi, per quam homo operatur quod debet in quacūque materia. Temperantia vero sit quædam dispositio animi, quæ modum quibuscūque passionibus, vel operationibus imponit. Fortitudo autem sit dispositio animi, per quā firmatur in eo, ꝙ est secundum rationē contra quoscunq; impetus passionum vel laborum. Hæc quatuor sic distincta non importāt diuersitatem habituum virtuosorum, quantum ad iustitiam, fortitudinem, & temperantiā. Cuilibet enim virtuti morali, ex hoc ꝙ est habitus conuenit ei firmitas quædam ne a cōtrario removeatur, quod ſm prędicta pertinet ad fortitudinem. Et ex hoc ꝙ est virtus, habet ꝙ ordinetur ad bonum, in quo importatur ratio recti, vel debiti quod pertinet ad iustitiam. Et ex hoc ꝙ moralis est, habet qđ modum rationis obseruet in omnibus, & vltra non se extendat quod pertinet ad temperantiam. Solū autem hoc quod est habere discretionē, quod dicebatur pertinere ad prudentiā, videtur distingui ab aliis tribus, inquantū hoc est ipsius rationis per essentiam, alia tria important quandā participationem rationis. Alii vero & melius, accipiunt has quatuor virtutes ſm ꝙ determinātur ad materias speciales. Vnaquæq; quidem illarū ad vnam materiā, in qua principaliter laudatur illa generalis cōditio a qua nomen uirtutis accipit. Et ſm hoc manifestum est ꝙ prędicte virtutes sunt diuersi habitus, ſm diuersitatē obiectorū distincti. Quod ergo dicit Grego. in 22. moraliū, ꝙ prudentia uera nō est quæ iusta, fortis, & temperans nō est. potest intelligi ſm primam opinionē dictam. Vel ꝙ istę virtutes denominantur adinuicem per redundantiam quandam, qa a prudentia alię dirigūtur. Et qui est fortis in periculis mortis, est habilior ad refrenandū delectabiliū cōcupiscētiam, & sic de aliis. ¶ De dictis aūt virtutibus moralibus sciendū ꝙ nō sunt passiones, quod patet ex eo, qa passiones ſm se cōsiderate se habent ad bonū & ad malum, ſm qđ possunt conuenire rationi vel non conuenire. Nihil autem tale potest conuenire virtuti cū semper se habeat ad bonū. Dicitur autē uirtus moralis mediū inter passiones non ſm essentiam, qa tunc esset eiusdem generis cum extremis sed dicit me diū quantū ad effectum, quia. s. inter passiones cōstituit mediū. Sed ad actū virtutū potest concurrere passio, sic contrario ad actum vitiorū. Passio enim tristitię reperit in actu inuidię ſm ꝙ cōtrariatur talis passio rōni, & in misericordia, ſm ꝙ conuenit rōni. Sunt aūt virtutes morales uel circa actus interiores rōnis dirigendos, vt prudētia. Vel circa act' exteriores ad alterū, ut iustitia. Vel circa passiones irascibiles, quę sunt spes, & desperatio, audacia, & timor, ita & fortitudo. Aut cōcupiscibilis q̄ sūt amor, & odiū, desideriū, & abominatio, gaudiū, & tristitia. Et de istis passionib. supra in prima par. de tēperātia. ¶ Sed notandū ꝙ si passiones animi dicātur inordinate affectiones, ita ꝙ ꝙ deliberationē rationis eis assentiatur, ac non possunt esse in animo sapientis, ideſt virtuosi, vt dicebant Stoici. Sed si passiones dicantur quicunque motus appetitus sensitiui; qui præuenunt iudicium rationis, sed ordinantur ab ea ita ꝙ non eis assentiunt, sic possunt esse in animo sapientis, & quantumcūque virtuosi, vt dicebant peripatetici, quorum sectam instituit Aristoteles. Et vt Augustinus in 9. de ciuitate dei, capitulo quarto. dicit, ista discordia inter Stoicos & peripateticos magis erat ſm verba, q̄ ſm rerum sententias. Proprio tñ erat locutio Peripatericorū. s. ꝙ passiones caderēt in aīo sapientis, sed regulatæ erāt a rōne. ¶ Et virtutes quidē morales quę sunt circa passiones, vt fortitudo & temperantia, in vsu seu actu, non. possunt esse absq; passione. Huius ratio est, quia ſm hoc sequeretur ꝙ uirtus moralis faceret appetitum sensitiuum omnino ociosum. Sed nō pertinet ad virtutem, ꝙ ea quę sunt subdita rationi a propriis actibus vacent, sed ꝙ exequantur imperium rationis proprios actus agendo. Vnde sicut virtus mēbra corporis ordinat ad actus exteriores debitos, ita appetitum sensitiuum ad motus proprio ordinatos. Motus appetitus sensitiui sunt passiones, quæ sunt materia dictarum virtutum, sed virtutes quæ non sunt circa passiones, sed circa operationes possunt esse sine passione, vt iustitia, quia per eas applicatur volūtas ad propriū actū q̄ nō est passio, sequit tamen ad actū iustitiæ gaudiū nō secundum quod passio est, sed affectus in uolūtate. Et si hoc gaudium multiplicetur per iustitiæ perfectionem, fiet redundantia vsque ad appetitum sensitiuum. ¶ Tristitia autem cum sit passio, ex dictis patet quod potest esse cum virtute & in virtuoso. Et quod dicitur de sapiētia quæ docet istas virtutes, vt habetur Sap. 8.

An passiões possunt esse in animo sapientis.

Quòd virtutes morales quę sunt circa passiones nō pñt esse absque passione cōponitur.

Quod virtutes morales nō sunt passiones.

quòd non habet amaritudinem conuersatio illius neq; tedium conuictus illius licet gaudiũ. Intelligitur secundum beatum Thomam vbi supra quod non tristatur de sapiẽtia, & de his quæ cõgruunt ei, scilicet actibus bonis, sed tristatur vtique de his, quę sunt impedimenta sapiẽtiæ & hęc est bona tristitia. ¶ Tristari enim potest sapiens de nocumentis corporis, sed moderate, & de pecatis quę habet, quia in multis offendimus omnes Iacob. 3. Et de pecatis, præteritis, & de peccatis proximorum, & hoc laudabiliter. Inter has autem virtutes morales excellit iustitia. Vnde Gregorius. 12. quęstione secunda, capitulo. Cum deuotissimam dicit. Summum bonum est in rebus humanis iustitiam colere, & sua vnicuique iura seruare.

§. 8. ¶ Diuiduntur autẽ supradictę virtutes cardinales in quatuor differentias scilicet exemplares, purgati animi, purgatorias, & politicas, secundum Plotinum philosophum, vt recitat. Macrobius de somno Scipionis. Quæ diuisio diuersos effectus notat earum, & diuersos status habentium eas. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. 1.2.q. 60. arti. 5. quod sicut Augusti. dicit in libro de moribus ecclesiæ. Oportet quod anima aliquid sequatur ad hoc qđ ei virtus possit innasci, & hoc est deus, quem si sequimur bene viuimus. ¶ Oportet igitur qđ exẽplar humanæ virtutis in deo præexistat sicut etiam in eo præexistũt omnium rerũ rationes. Sic igitur virtus potest cõsiderari, put est exemplariter in deo, & sic dicũtur virtutes exẽplares, ita scilicet q̃ ipsa diuina mens in deo dicatur prudentia. Temperantia vero conuersio intẽtionis diuinæ ad seipsum, sicut in nobis tẽperantia dicitur, per hoc q̃ concupiscibilis cõformatur rationi. Fortitudo autem dei est eius immutabilitas. Iustitia vero dei est obseruatio legis ęternæ in suis operibus sicut Plotinus dixit. Et quia homo secũdũ suam naturã est animal politicũ. Virtutes huiusmodi cardinales, put in homine existũt secundũ cõditionẽ suæ naturæ politicæ vocantur, prout scilicet hõ secundũ has virtutes recte se habet in rebus humanis gerendis. Et secundũ magistrũ sententiã. 3. ex verbis Augu. Prudentia est in præcauẽdis insidiis. Iustitia in subleuãdis miseriis. Fortitudo in præferendis molestiis. Temperantia in coercẽdis delectationibus prauis. Hæc ibi. ¶ Sunt tamen & alii actus dictarum virtutũ vltra prædictos. Qui enim habent hic politicas virtutes habent quidem tentationes magnas de vitiis contrariis, sed ratione superant eas, & hic est status imperfectorum. Et quia ad hominem pertinet, vt etiam diuina se trahat quãtũ potest, vt dicit philosophus in 10. ethi. & hoc nobis i sacra scriptura multipliciter cõmendatur, vt est illud. Estote pfecti sicut pater vester cœlestis perfectus est Matth. 5. Necesse est ponere quasdã virtutes medias inter politicas, quę sunt humanę & exẽplares, quę sunt diuinæ quæ quidẽ virtutes distinguntur secũdũ deuerstatẽ motus, & termini, ita. s. q̃ quædam sunt virtutes trąscendentiũ, & in diuinã similitudinẽ tendentium, & hę vocantur purgatoriæ, ita scilicet prudentia omnia mũdana diuinorum contemplatione despiciat, omnemque animi cognitionẽ in sola diuina dirigat. ¶ Tẽperantia vero relinquat inquãtum natura patiẽ, quæ corporis usus requirit. Fortitudo est vt anima nõ terreatur propter necessum a corpore, & ascensum ad superna. ¶ Iustitia vero, ut tota aĩa consentiat ad huiusmodi propositi viam, & habentes huiusmodi paucas tentationes sustinent & leuiter superant, & sensualitas parum, & quasi nihil contradicit rationi, idcir co sunt in magna animi quiete. Et hoc est status ualde perfectorum in uia. Quædam vero sunt virtutes iam assequentium diuinam similitudinem, quæ vocãtur purgati animi, ita scilicet quod prudentia sola diuina intueatur. Tẽperantia terrenas cupiditates nesciat. Fortitudo passiones ignoret. Iustitia cum diuina mente perpetuo fedare societur eam scilicet imitãdo, has virtutes dicimus esse beatorum vel aliquorum in hac vita perfectissimorum ut Christi & matris eius. ¶ Et nota quod cum dicitur ad purgatorias virtutes pertinere despicere, & fugere mundana, & solis diuinis inherere, hęc scilicet deserere res humanas & hominum negocia, vt fit per rectores, vbi necessitas imponitur, vt quia imperatur tale exercitium per superiorẽ, & huismodi vitiosum esset alias aũt uirtuosum. Et sic intelligẽdum est illud quod dicitur exercitiũ virtutis pergatoriæ. Vnde Augusti. dicit. Ocium sanctum quęrit charitas, veritatis negocium iustũ suscipit necessitas charitatis quam sarcinam si nullus imponit, perciepiende atque intuendæ vacandum est ueritati. Si autem imponitur suscipienda est propter charitatis necessitatem. Et habetur. 8. q. prima qui episcopatum.

Alia diuisio virtutũ cardinaliũ secundũ diuersos effectus secundũ Macrobium.

¶ De uirtutibus theologicis quod necessariũ sit ponere uirtutes theologicas scilicet fidem spem, & charitatem, & eas habere, quas nec habuerunt nec cognouerunt gentiles philosophi, qui volunt saluari, patet ex hoc quia præcepta legis sunt de actibus virtutum, quibus homo tendit ad beatitudinem perfectam. Et præcepta dantur in diuina lege

§. 9. De necessitate virtutũ theologicarum.

na lege de actibus fidei, spei, & charitatis, vt patet in diuersis locis, & ea præcepta oportet seruare, iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, ergo &c. Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas prima secunde. q. 62. ar. 1. quod homo perficitur per virtutē ad actus, quibus ordinatur in beatitudinem. Est autem duplex hominis beatitudo seu fælicitas vna scilicet proportionata humanæ naturæ ad quam scilicet homo potest peruenire per principia suæ naturæ, & si nō ordinaretur ad aliā fælicitatē hō nisi ad istā, tunc sufficerēt ei virtutes intellectuales, & morales. Nam cū virtus sit quidam habitus perficiens hominem ad bene operandum, vt dicit idem bea. Tho vbi supra. q. 56. & principium humanorum actuum sit duplex. s. intellectus & appetitus. Virtus autem intellectualis perficit intellectum siue rationem, & virtus moralis appetitum. Iustitia quidem appetitū rōtionalem seu volūtatem, & fortitudo & tēperantia appetitū sensitiuum seu sensualē. Sed quia est alia beatitudo seu fælicitas paturā hominis excedens, ad qua in homine sola diuina virtute puenire pōt ſm q̄ndā diuinitatis participationē secundum quod dicitur 2. Pe. 2. Per Christū facti sumus diuinæ naturę cōsortes, & hmōi, beatitudo ꝑportionem humanæ naturæ excedit cū naturalia principia hominis ex quibus procedit ad bñ agēdū non sufficiāt ad ordinādū hoīem in p̄dictā beatitudinē pfecte, sicut sunt virtutes intellectuales & morales. Iō oportet q̄ supaddantur hoī diuinitus aliqua principia pro quæ ita ordinent ad beatitudinē supnaturalē, sicut ꝑ principia naturalia ordinat ad finē conaturalem, & fælicitatē, non tamen absque diuino adiutorio. Et hæc principia dicuntur virtutes theologicæ tum quia habent deū pro obiecto, inquantū ꝑ eas recte ordinamur in deū, tū qa a solo deo nobis infunduntur, tū etiam quia sola diuina reuelatione nobis in sacra scriptura hæ virtutes traduntur, & quamuis ad deum naturaliter ratio, & voluntas ordinētur, prout sunt naturæ principiū, & finis ſm eius proportione naturæ sed ad ipsū secūdum q̄ est obiectū beatitudinis supernaturalis, ratio & voluntas non ordinantur sufficiēter secundū suā naturā, Quānis autē per naturalē inclinationem ordinetur homo in finē connaturalē seu beatitudinem quoad intellectum per lumen naturale ipsius, quoad voluntatem per rectitudinem eius tendentis in bonum rationis, tamen hæc deficiunt ab ordine beatitudinis supernaturalis, & perfecte iuxta illud. i. Corin. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit &c. Vnde oportuit ꝙ aliquid homini superadderetur quātū ad vtrunq; ad ordinādū ipsum in finē supnaturalē, & intellectus q̄dē ordinatur in ipsū finē supnaturalē, ꝑ hoc, quōd addunt homini q̄dam principia supernaturalia q̄ diuino lumine capiuntur, & hæc sunt credibilia de quibus est fides. Secundo ordinatur uoluntas quantum ad illum finem, & quantum ad motum intentionis in ipsam tendentem sicut in id quod est possibile consequi quod pertinet ad spem, & quantum ad vnionem quandam spiritualem, per quam quodammodo transformamur in illum finem, quod fit per charitatem. Appetitus enim cuiuscumque rei naturaliter mouetur, & tendit in finem sibi connaturalē, & iste motus prouenit ex quadā conformitate rei ad suum finem. Motus in finem vltimū est perspeciem, conformatio ad finem per charitatem ¶ Est autem ordo hic inter ipsas quātum ad actus, nam quantum ad habitum simul infunduntur. Ordine generationis præcedit fides spē, & charitatem & spes charitatem. Non. n. potest motus appetitus in aliq̄d tēdere amando uel sperando nisi illud sit apprehensū sensu vel intellecta. Per fidē autē apprehendit intellectus q̄ sperat, & amat. Et ex hoc quod aliqs sperat de aliquo procedit ad amandum. Ordine autem perfectionis charitas præcedit fidem & spem, quia vtraq; per charitatem formantur, & habent perfectionem virtutis. Hæc figurantur per tres ciuita es refugii vltra iordanem, & tres circa iordanem, ad quas fugiēs q̄ homicidium fecerat casu saluus erat a morte corporali. Sic post baptismum inchoatum in iordane tēpore gratiæ & ante scilicet in ueteri testamento qui occidit animam suam per peccatum, vel etiam qui habet originale cōtractum ex primis parentibus qui occiderunt humanum genus non hoc intendētes saluari nō potest de morte eterna nisi reperiens se in istis virtutibus & perseuerans. Qui eni habet vnā perfecte habet & alias, signātur & ꝑ tres filios Iob secūdū Greg. imprimo & vltimo moraliū.

¶ *De acquisitione virtutum, & quomodo sumatur medium in eis.* *Cap.* 2.

DE acq̄sitiōe virtutū, sciēdū q̄ mod' acq̄rēdi virtutes ē triplex, seu tria debēt seruari. Primū ē appetitū dirigere. ¶ Secūdū ifectiuū excludere. Tertiū ē mediū attēdere. ¶ Et q̄tū ad primū debet appetitum dirigere, vt. s. contrariū eius faciat, ad q̄d magis inclinat & delectat ex natura sua ifecta, vt si inclinat ex natura sua, vel consuetudine ad vnū vitium ad eius con-

contrarium ad quod inclinatur natura, exemplum illorum qui dirigunt ligna distorta qui in aliam partem torquent contrariam, ut dirigant. Et sic intelligitur q̃ regnum cęlorũ uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Mat. 11. Ista enim uiolentia infertur sibi ipsi quoad appetitum sensualem, unde & de pe. dist. 2. Siquis semel. Dicitur enim sic quis semel notatus fuerit inuidiæ vel contentionis uitio, & rursus in hoc ipsum inciderit, sciat se primã causam, ex qua inuidia, vel cõtentio nascitur in interioribus medullis habere reconditam. Oportet ergo eum per cõtraria, atq; aduersa curari. i. per humilitatis exercitium. Exercitia uero humilitatis sunt si se uilioribus officijs subdat, & mysteriis indignioribus tradat. Ita nanq; arrogantiæ & humanę glorię uitiũ euitari, vel curare poterit, vt in cõsuetudine humilitatis, affectus ultra iam nõ incidat in arrogantiæ & uanaglo riæ uitium. Et in singulis uitiis similis cura adhibeatur. Hæcibi. ¶ Quantum ad secundum qui vult fieri uirtuosus debat in fectiuũ abiicere. Nõ enim possumus indelectationibus diu morari quin gratulemur in eis, & ideo eas in principio uitare debemus, exẽplo philosophorum seu proborũ uirorum uibis Troianæ qui iudicabãt Helenã mulierẽ pulcherrimã quã. s. rapuit Paris vt pestem fugiendam. Sic & nos omnes corporales delectationes adiiciamus, quia tunc vel nihil vel parũ peccabimus. Nam concupiscentia delectationum in plura peccata inducit. ¶ Tertio debet medium attendere, hoc autem facit quãdo ab extremis, quæ sunt vitiosa recedit, & præcipue quando recedit ab extremo, quod magis medio opponitur, sicut siquis vult ad fortitudiné peruenire, oportet q̃ magis recedat a timiditate, quæ magis opponitur fortitudini, q̃ ab audacia. Hæc beatus Thomas in scripto super librum ethicorum.

§. 1. Qã oĩs virtus aliquo mõ cõsistit ĩ medio conclusiõis hoc intelligit.

¶ Et nota q̃ omnis uirtus aliquo modo consistit in medio, sed nõ uno & eodem modo. Nã uirtus moralis cõsistit in medio rationis secundum q̃ mediũ rationis dicitur id quod ratio constituit in aliqua materia, siue circa actiones, vt in iustitia, quod etiã dicitur mediũ rei siue circa passiones, vt in temperantia, & fortitudine, quod dicitur solum medium rationis & non rei. Et pro huius declaratione dicit beatus Thomas. 1.2.q.64. ar.1. q̃ uirtus de sui ratione ordinat hominẽ ad bonum. Moralis autem uirtus proprie est perfectiua appetitiuæ partis animæ secundum aliquam determinatam naturam. Mensura autem & regula appetitiui motus circa appetibilia est ipsa ratio. Bonum autem cuiuslibet regulati, & mensura ti in hoc consistit, q̃ conformetur suæ regulæ & mensure sicut bonum in artificiatis est, q̃ cõsequatur regulam artis. Malum autem per cõsequens in hoc est, q̃ discordat a regula & mensura sua, quod quidem cõtingit dupliciter, vel per hoc quod supereccedit mẽsuram. Vel per hoc q̃ deficit ab ea, sicut manifeste in omnibus regulatis & mensuratis. Et ideo patet q̃ bonũ virtutis moralis cõsistit in adequatione ad mẽsuram rationis. ¶ Manifestum est aũt, q̃ inter excessum, & defectum, medium est equalitas, siue conformitas, prudentia autem quamuis sit intellectualis virtus, habet idem mediũ quod & moralis, scilicet rectitudo rationis, sed in hoc differunt, quia prudentiæ est istud mediũ, vt regulantis, & mensurantis, virtutis autẽ moralis vt regulatæ & mensuratæ & similiter excessus & defectus. Aliarum autem intellectualium vt scientia, sapientia, & intellectus, bonũ consistit in quodam medio per conformitatẽ ad ipsam rem secundum q̃ dicit esse quod est, & non esse quod non est, in quo ratio veri consistit. Excessus aũt eius secundũ affirmationẽ falsam per quam dicitur esse quod non est. Defectus sm negociationem falsam, per quam dicitur non esse quod est. Res enim est mensura intellectus nostri, vt dicitur. 9. metha. Ex eo. n. q̃ res est vel non est dicitur esse veritas in opinione, & oratione nostra. Virtutes etiam theologicæ possunt dici consistere in medio, sed nõ ita proprie & per se sed per accidens, nam mensura propria earum & regula est Deus, fides. n. nostra mensuratur sm veritatem diuinã. Spes sm magnitudinẽ potentiæ eius. Charitas secũdũ bonitatẽ eius. Et ista est mẽsura, super excellens oẽm facultatẽ creatã, vnde nunq̃ põt hõ tantũ diligere vel sperare, vel credere in eum, quantum debet. Et sic non potest ibi esse excessus, sed quanto plus tanto melius. Sed cõsiderando mensurã harum ex parte nostra uidelicet secũdũ q̃ cõgruit cõditioni nostræ, possunt cõsiderari mediu, & extrema ex parte nra. Nã in dilectione excessus siquis diligeret plus pximum, q̃ debet, puta, cõmittendo peccatũ p̃ salute ipsius. Defectus cũ odit vel inuidet, & huiusmodi. In spe defectus est per desperationẽ excessus per præsumptionem. In fide, vt inter cõtrarias hereses, & arrianorũ, & sabellianorũ vel nimis leuiter credere, & difficiliter rõnabilia credere, & dubitare. In prudẽtia excessus nimia sollicitudo, vel nimis inniti sensui suo, defectus, negligentia, & inconstantia. In iustitia, in distribuendo nimis dare, vel nimis parum. In liberalitate, quę est pars iustitiæ excessus est prodigalitas, defectus, auaritia. In fortitudine

nimia,

nimia, audacia, vel intimiditas, defectus, pusillanimitas. In tẽperantia, gula, luxuria, & huiusmodi defectus insensibilitas, puta non sumendo necessarias delectationes. Et sic possent assignari in aliis. Multa autem solent occurrere homini impedimenta in volendo tenere medium. Sed dicit Grego. 7. q. 1. Aduersitas, quæ bonis votis ideſt ꝓpositis obiicitur probatio virtutis est, non iudicium reprobationis, vnde non dimittendum, Figura habetur cum populus dei deserto vellet ire recto itinere non declinando ad dexteram, vel sinistram ad terrã promissionis obstiterũt reges Syon, & Basan, Sed pugnantes contra eos, & vincentes prosecuti sunt iter rectum. ¶ Ad tenendum viam medii. i. virtutum inducũt multæ auctoritates vt illud psal. 73. Deus autem rex noster a seculo operatus est salutem in medio terræ. i. creaturæ rationalis, per virtutem, quæ consistit in medio, vnde dicit dominus, scietis quia in medio israel ego sum. Ioel. 2. & Aggei. 2. spiritus meus in medio vestri, dicit dominus. Hæc est enim via per quã ibant vaccæ quæ trahentes archã domini gradiebantur vno itinere non declinãtes neque ad dexteram neque ad sinistram, vt habetur. 1. Regum. 6. c. Vnde sapiens medium tenuere beati. Et in signum huius legitut. Ioan. 20. q̃ resuscitatus stetit in medio discipulorum suorum. Et Luc. secundo Inuenerunt eum in templo in medio doctorum, & in cruce in medio latronum.

¶ *Quæ bona operentur in nobis virtutes.* *Cap. 3.*

De effectibus virtutũ in generali.

DE operatione virtutum. Operantur. n. in nobis. A malo exclusionẽ. In prẽlio triũphationem. Et in cœlo præmiationem. Vnde apostolus ad has inuitans dicit ad Roma. 13. induamur arma lucis, respectu primi dicũtur indumẽta, respectu secundi arma, respectu tertii lucis. Primo ergo virtutes excludũtur a malis. Vnde dicuntur indumenta. Et habitus dicuntur indumenta quibus tectis excludũtur a confusione nuditatis, & turpitudinis. Apoc. 3. Vestimentis albis induaris. 1. veris uirtutibus, ne appareat confusio nuditatis tuæ. Hinc & Ambr. de pe. dist. 2. Sapiens nunquam est inanis. i. nudus, sed semper habet in se amictũ prudentiæ qui põt dicere iustitia vestiebar. Hæ nanque sunt æternæ mentis velamina, q̃ nullus perdit nisi volens, his expoliatis Adam cognouit se nudum. Hæc ibi Excludit nanq; virtus non solum culpam, sed & pœnam, & tristitiam. Et culpam quidẽ excludit virtus, vt suum contrarium. Contraria enim simul inesse non possunt. Quælibet. n. virtus habet vitiũ aliquod sibi directe contrarium, vt luxuria castitatem, auaritia liberalitatem, & huiusmodi. Virtus autem infusa excludit omnem actũ peccati mortalis, quia quodlibet sibi cõtrariatur, vel directe per quandam consequentiam. s. ratione connexionis earum. Peccata autem venialia non excludit virtus. Excludit secundo pœnam. Nam quamuis quis habeat virtutem oportet q̃ faciat sibi violentiam in operando. Patitur. n. quandam pœnam, & difficultatẽ in actu bono, sed habita virtute operatio secundum vsum est delectabilis. Vnde Sapiẽs dicit, quod signum generati huius est delectabiliter operari, & sic excludit pœnã difficultatis. Pœnam etiam de cõmissis peccatis diminuit virtus per actum suum, qui nõ solum est meritorius, sed etiã satisfactorius. Excludit ẽt tristitiam virtus, virtuosus. n. non contristatur de opere virtuoso, sed gaudet, vnde dicit Aug. de pe. distin. 3. Si apostolus. Hinc semper doleat, & de dolore gaudeat, quia. s. dolor de peccatis est actus virtuosus. Tristatur autẽ de his quæ virtuti repugnãt aliquo modo scilicet de peccatis suis vel aliorum vt Ezechias cum fleuit fletu magno Esa. 38. & Samuel peccata Saulis. 1. Regum. 15. vel aliis miseriis Moderate tamẽ semper ne incidat in desperationem, vt Iudas qui præ tristitia laqueo se suspendit Matthei. 27. Non sic Petrus negans, non sic Dauid de morte paruuli filii. 2. Regum. 2.

Virtutes operantur in nobis tria.

¶ Secundo operantur in bello victoriam, & defensionem, vnde dicuntur arma, vnde apostolus. Arma vestra non sunt carnalia sed spiritualia, ab destructionẽ inimicorum, ad Ephe. 6. clarat ipsa arma dicens. Induite loricã iustitiæ in omnibus sumen. seu. s. &c. Et galeam salutis assumite, & de aliis alibi scribitur. Ad hoc facit quod habetur. 23. q. 1. nisi. Quatuor autem sunt inter alia vicia & iacula quibus in præsenti vita ab hoste inuadimur & percutimur scilicet stultitia, iniustitia, inconstãtia, & concupiscẽtia. Per oppositum quatuor sunt arma quibus protegimur, & pugnamus, scilicet prudentia contra iustitiam, iustitia cõtra iniustitiã, fortitudine contra inconstantiam, tẽperantia contra concupiscentia, hęc est sententia Hiero. Sed adhuc potiora sunt arma. Scutũ fidei est galea spei salutis, & gladium charitatis, qui gladius in visione figurata fuit ostẽsus Iud. Machabeo. aureus tamen vt dictum est ei in hoc signo ulcens. 1. Machab. Et apostolus. 2. ad Cor. 6. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistri, iustitia est omnis uirtus, uerum habendo omnes uirtutes has adhuc indignemus adiutorio §. 1. §. 3.

rio Christi,& hoc oportet nos cognoscere ex humilitate,vt viriliter resistere. Et in hoc habemus figuram in Dauid qui bellans cõtra gigantem Goliath.cum baculo, & funda, & lapide eum occidit. 1.Reg.17.Goliath significat diabolum qui terribilis & fortissimus est bellãdo,ergo contra eũ debemus vti baculo crucis ad crucifixum recurrendo. Funda quæ est vilis,est humilitas quæ debet adesse cognoscẽdo nos miseros.i.infirmos.Lapis est virilis resistentia,exemplum in Machario cui dixit diabolus q̃ solum humilitas sua eum vincebat.

§.2. ¶ Tertio operatur in cœlo præmiationem unde dicuntur lucis arma non solum quod faciant hominem luminosum interius in anima & exterius in conuersatione, iuxta illud. Luceat lux vestra coram hominibus.Matt.5.cap. & pulchrum diuersis coloribus virtutum.Humilitas.n.ponit nigredinem,charitas rubedinẽ,sapientia aureum colorẽ,fortitudo viredinẽ,temperantia albedinẽ,prudentia hyacinctinum.Sed ẽt dñr arma lucis arma quia perducũt ad lucẽ superne gratię, vnde Greg.super Ezech.omel.5.Iusti.quia vsque ad finem vitæ proficiunt in virtute,ad perfectũ idẽ tunc veniũt q̃n ad regna cœlestia perducti,in ea luce quã desiderant iam minus aliquid non habebunt de pœn.dist.2.Non reuertebãtur, & hoc dicit exponens illud prouerb.4. Iustorum semita quasi lux splẽdens proficit,& crescit usq; in perfectum diem.Et quanto quis fuerit virtuosior,tanto in patria splendidior. Stella.n. differt a stella in claritate.1.ad Corin.15.hoc aũt faciunt uere uirtutes,nõ ficte per hypocrisim,quæ non uere lucent.Vnde Greg. de pen. dist.2.Multi uel sin aliam litteram citius incipitur capitulum illud.Sæpe hõ multis occulte peccatis inuoluitur,& in vna aliqua uirtute magnus uidetur,que ipsa quoq; uirtus inanescẽs deficit,quia dum innotescit hoibus p culdubio laudatur,eiusq; fauor inhianter aperitur.Vnde sit,vt & ipsa uirtus ante oculo Dei uirtus non sit,dum abscondit quod displicet,& prodit quod placet,quod intelligẽdum uidetur qñ hoc fit per hypocrisim, de qua ibi loquitur Greg. & subdit exẽpla. Latet plerunque superbia,& castitas innotescit. Atq; ideo offensa diu castitas circa finem vitæ perditur, quia comparata superbia usque in finem uitæ incorrecta retinetur &c.Ponit exemplum etiã de misericordia,& patientia,& in fine c. dicit. Idcirco aute uirtutis iter non peruenturi inchoãt,vt eis qui peruenturi sunt, uiam quam gradiantur ostendant, quorum casus vtilitate nõ modica electorum profectibus seruit,quia illorum lapsum dum conspiciunt de suo statu contremiscũt & ruina quæ illos damnat,istos humiliat.Hæc ibi.

Quare virtutes dñr arma lucis.

¶ *De inequalitate receptionis uirtutum,& quomodo sunt gradus in ipsis. Cap. 4.*

DE inequalitate receptionis virtutũ. Sciẽdũ q̃ unus hẽt virtutes magis intẽse q̃ alter,& non equaliter.Et unus & idẽ põt habere uirtutes magis intensas,& perfectas vno tẽpore p alio.Et idem ẽt uno,& eodem tempore põt habere virtutẽ aliquã pfectius & plenius q̃ alius,nõ secundum habitum sed secundum inclinationẽ naturæ, & apparentiã exteriorẽ per maius exercitium.¶ Quãtum ad primum quòd in uno sit maior uirtus, q̃ in alio patet, propter quatuor rõnes.¶ Primo propter melior em dispónem,inquãtum vnus est melius dispositũ,ex naturali cõplexione ad unam uirtutẽ,q̃ alius,sicut flegmaticus est magis dispositus ex cõplexione ad mansuetudinẽ q̃ coleri cus.Et sic pt intelligi illud Sap.8.Sortitus sum aĩam bonam,quãtum.s. ad inclinationem ad virtutes ex bona corporis cõplexione ¶ Secũdo propter maiorem assuefactionẽ inquãtum unus magis assuescit ad uirtutes,seu magis exercitatur in bonis operibus,q̃ alius. Consuetudo.n.dicitur quasi altera natura Et sic ex frequentia bonorũ operũ magis firmatur & intẽditur habitus uirtutum.Vnde Cyprianus. Gratia spiritualis, quæ est in baptismo equaliter a credentibus sumitur in conuersatione, atque actu nostro postmodum vel minuitur vel augetur,vt in euangelio dñicũ semen equaliter seminatur, sed pro varietate terræ assumitur aliud in multiformẽ copiã vel trigesimi, vel sexagesimi,vel centesimi numeri fructum exuberanter cumulatur,de cõse.dist.4. Nec quenquam a gratia aũt procedunt virtutes infusæ. ¶ Tertio põt esse magis perfecte virtus in vno q̃ in alio propter maiorem discretionem, inquantũ vnus hẽt perspicacius iudiciũ rõnis, q̃ alius.Ad quod potest induci illud de talentis. Matth.25.Vnicuique dedit secundum ppriã virtutẽ.s.capacitatis,cæteris paribus. ¶ Quarto propter maiorẽ infusionem.s. diuinæ gratiæ.Et istæ est principalior rõ.Magis.n. infunditur vni de virtute q̃ alteri, secũdum maiorẽ intensionẽ seu perfectionẽ.Et hoc principaliter ex beneplacito dei, secũdum illud Eph.4. Vnicuiq; data est gratia secundum mẽsuram donationis Christi & secundario secundũ conatum hominis ad præparandum se ad ipsam,qui etiam conatus ex dei dono procedet.

Quare in vno sit virt,9 maiorio q̃ in al at sũt quatuor rationes.

¶ Quantum

Quod hō pōt ꝓficere in virtutibus.

¶ Quantum ad ſecundum. In vno & eodem diuerſis temporibus poteſt eſſe virtus maior & minor. Nam gradus multiplices ſunt in virtutibus, ad quos poteſt quis de die in diem proficiendo aſcendere. Quod diffuſe declarans Grego. ſuper Ezechielem. (Et habetur de pe. diſt. 2. cum ſanctam eccleſiam) ſic ait. Vnaquæque virtus quaſi quibuſdam gradibus augetur Et ſic per incrementa meritorum ad ſumma perducitur. Alia nanque ſunt virtutis exordia aliud virtutis profectus, aliquid perfectio. Et hoc probat idem Greg in d c. per auctoritates pſal. vbi ait. Deus in gradibus eius cognoſcetur, ſecundum aliam litteram, nā noſtra tranſlatio habet, deus in domibus eius cognoſcet. Et Iob. 31. Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum. i. per ſingula incrementa virtutū quæ a Deo accipio laudem Deo tribuam. Inducit ēt parabolam quæ habetur Marc. 4. de ſemine iactato in terram, quod cum ortū fuerit primo facit herbam, deinde ſpicam, demū plenum frumentum in ſpica. Semen iactatur in terram, cum propoſitum concipitur in corde boni operis, per ſemen infuſæ virtutis. Quod ortum eſt herba, per principium boni operis executi. Spica per profectum: plenum frumento per perfectionem, tandem per falcem mortis collectum in horreum ſupernæ patriæ reponitur, iuxta illud. Triticum autem congregate in horreum meum. Matthei. 13. Ponit etiam Greg. exemplum de beato Petro qui fuit mala quaſi herba ante paſſionem conculcatus pe de timoris, quaſi ſpica tēpore reſurrectiones plenum frumentum poſt penthecoſten. Dicit etiam Gratian. de pœn. diſt. 2. Charitas eſt aqua, in fi. illius c. q. nemo repente fit ſummus, ſed a minimis quiſque inchoat vt ad maiora

Nota hūc paſſum.

peruenias. Item nota qd' nunquam poteſt aliqs ita augeri in virtutibus, quin poſſit adhuc magis perfici, excepto Chriſto qui ſummā plenitudinem accipit quātum creatura eſt capax Vnde de eo intelligitur illud Ioann 1. Nō ad menſuram dat Deus ſpiritum. i. eodem modo tantam menſuram ſicut omnibus aliis, & ſanctis, & angelis, ſed quaſi infinitam. Et quanto quis magis proficit, minus videtur ſibi habere, quia magis cognoſcit quod ſibi deeſt ad qđ pōt pertingere. Et ſic intelligitur illud Eccleſiaſtici 18. Cum conſummauerit homo, tunc incipiet. ſ. ſecundum æſtimationem ſuam.

Quod ī vno homine ꝓ eodē tēpore vir

¶ Quantum ad tertium nota quod omnes virtutes in vno homine ꝓ eodem tempore ſunt æqualiter intenſæ ſecundum beatum Thom. 1. 2. q. 66. art. 2. & 3. Quamuis. n. vna ſit excellentior, alia inter ſe eas comparando, ſicut charitas eſt maior fide, & ſpe, & aliis, & prudētia excellentior aliis cardinalibus, tamen ſecūdum participationem ſubiecti prout. ſ. intenduntur, vel remittūtur in ſubiecto, omnes virtutes huius hominis ſunt equales equalitate proportionis, inquantum equaliter creſcunt proportionabiliter in hoie. Sicut digiti manus ſunt inequales ſm quantitatē, ſed ſunt equales ſm proportionem, cum proportionabiliter augeantur. Vnde & Aug. in lib. de trin. dicit, quod quinq; ſunt equales in fortitudine ſunt equales in fortitudine, & temperantia, & ſic de alijs. Quod autē vnus ſanctus laudatur magis de vna virtute, quā de alijs. Vt Abram de fide. Moyſes de manſuetudine. Iob de patientia, & ſic de aliis, & de quolibet confeſſore cantatur in eccleſia. Non eſt inuentus ſimilis illi, &c. eo quod habuit prærogatiuam alicuius virtutis, hoc eſt propter excellentiorem promptitudinem ad actum talis virtutis quod poteſt procedere vel ex natura, vel ex conſuetudine, vel ex gratia. Ex quolibet autem actu virtutis nō augetur Sed vel augetur, vel ſaltē diſponit ad augmentū, ſicut gutta cauat lapidem, non vno ictu, ſed ſæpe cadēdo. Similiter per actum malum corrumpitur virtus, vel diſponitur ad corruptionem, vt per ceſſationem a bono opere, vel negligēter faciēdo, & tunc dicit diminui. Et de his habes in tractatu de charitate. c. 1.

Tutes ſunt equaliter intenſe ſecundū Tho.

Rōquare vnus ſanctus magis cōmendatur de vna virtute, q̄ de alia, hic ponitur in ſgnali.

¶ *De connexione virtutum vtrum ſic ſunt catenatæ adinuicem, vt vna ſine altera haberi non poteſt.* Cap. 5.

Que virtutes ſunt connexæ, & que non

DE connexione virtutum vtrum. ſ. omnes ſint concatenatæ adinuicem vt vna non poſſit haberi ſine altera. Ad Quod dicit beat. Tho. 1. 2 q. 65. art. 1. q. quātum ad virtutes intellectuales clarum eſt, qđ' non ſunt connexæ adinuicem, nec ēt cum aliis virtutibus. Et rō eſt. Quia ſunt circa diuerſas materias adinuicem non ordinatas, & ideo non inuenitur in eis connexio. Quod patet ex hoc, quia habens ſcientiā non hēt ſapientiam, & hīs vnam ſciē tiam non hēt aliam, & hīs artē non hēt ſcientiam, & hīs artē vel ſcientiā, non hēt virtutes morales nec theologicas. ¶ Quantum aut ad cardinales virtutes concatenatæ quidem ſunt ſm ſuum eſſe pfectū. Nā ut dicit idē vbi ſupra virtus moralis pōt accipi dupliciter. Vno mō imperfecta, alio modo perfecta. Et imperfecta quidem nihil aliud eſt q̄ inclinatio quædā ad faciēdū aliquod opus de genere bonorum, ſiue talis inclinatio inſit nobis a natura, ſiue ex aſſuetudine operū. Et hoc mō virtutes morales

Virtutes cardinales eſſe concatenatas, pōt accipi dupl'r.

non

non sunt connexe. Videmus enim aliquē prōptum ex complexione corporis vel assuetudine ad opera liberalitatis, qui tamē non est prōptus ad opera castitatis. Perfecta autem virtus moralis est habitus inclinans ad opus bene agē dum. Et secundum hanc acceptionem sunt virtutes cardinales omnes annexæ. Et hoc est quod dicit Gregor. 22. moral. quòd vna virtus sine alijs, aut omnino nulla est, aut imperfecta est huiusmodi connexionis, ratio est secundum philosophum, quia nulla virtus moralis potest sine prudētia haberi, eo q̄ proprium virtutis moralis sit facere electionem rectam, cum sit habitus electiuus. Ad rectam autē electionem nō sufficit inclinatio in debitum finē quod est directe per habitum virtutis moralis, sed etiā q̄ aliquis directe eligat ea quæ sunt ad finem, quod fit per prudētiam, quæ est consiliatiua, iudicatiua, & præceptiua, de his quæ sunt ad finem. Similiter prudentia haberi non potest nisi habeātur cæteræ virtutes morales, cum prudentia sit recta ratio agibilium, quæ sicut ex principijs procedit ex finibus agibiliū ad quos aliquis recte se hēt per virtutes morales. Et sic patet eas esse connexas. ¶ Virtutes tū illæ quæ nō perficiunt hominem secundū communem statum. i. quantum ad ea quę cōiter in omni vita hominum occurrūt agēda, sed perficiunt secundum eminentem statum, vt magnificentia, magnanimitas, uirgnitas, inquantum acquisitæ non sunt connexæ cum moralibus secundum habitum, sed secundum propinquam potentiam, quia. s. de facili ab habentibus ipsas morales per exercitium acquiri possunt. Non solum aūt sunt cōnexæ ad inuicem cardinales, sed etiā si sint infusæ sunt connexæ cum theologicis, & cum donis. Neque n. perfecte sunt ipse cardinales perfectione. s. ducente in ultimum finem, nisi fuerint cum fide, spe, & charitate. Et cū dicit Prosper q̄ omnis uirtus propter charitatem potest esse communis bonis & malis, loquitur de uirtute imperfecta, vt sunt acquisitæ siue infusæ. Acquisitę. n. nō sunt connexæ cum theologicis. ¶ Quantum autem ad uirtutes theologicas sciendum q̄ sunt connexæ ad inuicem secundum suum esse perfectum. Nam secundum imperfectum esse informe, possunt esse fides, & spes, & sine charitate, sed actus earum non sunt perfecti nec meritorij. Charitas aūt sine fide & spe esse non pōt. Sed cum fides & spes sunt formatæ p̄ gratiam sunt connexæ ad inuicem, sunt connexæ theologicæ cardinalibus infusis. Cum. n. in lege diuina dentur præcepta de actibus cardinalium, & Christus dicat Io. 14. Si diligitis me mandata mea seruate, qui habet charitatem implet illa mandata quæ dantur de actibus illarū uirtutum. ¶ Sunt etiam connexæ cum donis spiritussancti, qui. n. habet charitatem, habet spiritumsanctum. Vnde dicitur ad Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus uestris per spiritumsanctum, qui datus est nobis. Qui habet spiritumsanctum habet & dona eius. ¶ Quantum vero ad dona sciendum secundum beat. Tho. 1. 2. q. 68. quòd sunt cōnexa ad inuicem, ita quòd unum sine alio haberi non potest. Vn de Gre. in 2. morali. dicit signari ipsa septem filios Iob, quorum quilibet faciebat conuiuiū aliis in die suo, quia dona ipsa reficiunt se. inuicem, ideſt hominem in quo sunt delectant non unum sine altero. Sunt etiam connexa cū uirtutibus, quia connectuntur in charitate, ita quòd qui habet charitatem habet dona, & econuerso uirtutes cardinales, quæ perfectę sine charitate haberi non possunt.

Virtutes theologicas esse connexas ēt pōt intelligi duplicit. r.

Q̄ dona spūssancti nō sunt cōnexa.

¶ De duratione uirtutum. Cap. 6.

DE duratione uirtutum, utrum durāt post hanc uitam. Ad quod dicit b. Tho. 1. 2. q. 67. ar. 2. quòd uirtutes intellectuales, durant quantum ad id quod est formale in eis non quantum ad id quod est materiale. Est autem formale in eis species intelligibilis cognitorum, quæ remanet in intellectu possibili post actum intelligendi, quibus mediantibus homo intelligit. Materiale vero i eis sunt fantasmata, ad quæ fantasmata accipiēdo homo intelligit in hac vita, applicādo ea ad species intelligibiles, quę corrumpuntur corrupto corpore, quia potentiæ sensitiuæ. s. fantasia, & memoria sunt affixæ organis corporis, & sic intelligitur illud apostoli. Scientia destruetur, scilicet quantum ad id quod est materiale, quia nec fantasmata remanebunt, corrupto corpore, nec erit vsus scientiæ per conuersionem ad fantasmata. Virtutes autem morales similiter remanebunt, quantum ad id quod est formale in eis. Et hoc est ordo rationis, sed non quantum ad id quod est materiale, & hoc est moderare passiones appetitus inclinantis ad illicita, vel exercere commutationes, & distributiones, quoad iustitiam, quæ in alia vita nō sunt. Vnde August. dicit in 14. de trin. quòd prudentia ibi erit sine vllo periculo erroris, fortitudo sine molestia malorum, &c. Sed prudentiæ erit nullum bonum Deo præponere, vel equare. Fortitudinis firmissime coherere, temperantiæ nullo noxio delectari, iustitiæ subditum esse Deo. ¶ Quantum ad virtutes

virtutes intellectuales durare quō intelligit.

theolo-

thelogicas, charitas sola remanet, quia non importat in sui ratione imperfectionem, sed fides & spes important in sui ratione imperfectionem, quia fides est credere quod non videtur, spes sperare quod non habetur. Ibi autem tollitur omnis imperfectio, & clare videtur, & perfecte possidetur. Quantum ad dona remanent quidem quantum ad essentiam, vt dicit Ambro. & magister in 3. sen. non autem quantum ad materiam circa quam operantur etiã si habent nunc operationem circa aliquam materiam quam non habebunt in patria bea. Tho.

TITVLVS SECVNDVS.

De Prudentia.

¶ *Quomodo dicitur Prudentia, quæ medium præfigit in omni virtute.* *Cap.* 1.

POST tractatum de virtutibus in communi, videndum est de singulis earum in particulari. Et primo de quatuor cardinalibus. Deinde de aliis. Et tractatus iste de cardinalibus fere totus extractus est de lib. quem fecit Henricus de Arimino ordinis prædicatorum de virtutibus cardinalibus. Sunt tamen multa addita, vt materia tota exigit de virtutibus annexis istis quatuor. Et quædã etiam de ipsis q̃tuor de libr. ipso excerpta aliquãdo abbreuiata

Ad qd virt⁹ humana ordinatur

¶ Sciendum est q̃ virtus humana, quę ad perfectionem vitæ ciuilis requiritur ad duo præcipue ordinatur. s. ad moderationẽ passionum interiorum, & ad debitam operationem rerũ exteriorum circa quæ regulanda, necesse est adesse quatuor virtutes. Nam circa passiones refrenandas requiruntur temperantia, & fortitudo. Si enim sint passiones circa delectabilia, tactus, & gustus, vt cõtingit in cibis & venereis ad eas reprimendas temperantia ordinat. Si vero sunt passiones a terribilibus cõsurgentes cuiusmodi sunt timores, & audacię, & ad eas moderãdas ordinat fortitudo, q̃ in aio firmitatẽ cõstituit. ¶ Quãtũ aũt ad res exteriores ad alterũ rite cõicandas ordinat iustitia, q̃ rectitudinem importat. Quia vero passiones virium inferiorum modificari non possunt, nec res exteriores rite distribui, nisi iudicium rationis adsit, requiritur quarta virtus in ratione consistens, & hæc est prudentia, quę cum sit recta ratio agibilium vt dicit philosophus. 6. ethi. medium in omni morali virtute præfigit, dirigendo videlicet qualiter, & per quæ media homo in operando attingat regulam rationis. ¶ Has quatuor virtutes cardinales dicimus seu principales, eo quod aliæ virtutes morales ad has reducuntur, vt docet Tul. in sua reth. Vnde in li. de. offi. dictas tantum virtutes ponit partes honesti, quia videlicet in vita ciuili humanam honestatẽ integrant, & psiciunt. Vlterius quia hõ ordinatur ad finẽ supnaturalem, qui est visio diuinæ essentiæ in qua hois btitudo consistit. Nullus aũt põt in finẽ incognitum suos actus ordinare, nisi de eo cognitionẽ habeat, ideo necesse ẽ hoi adesse aliquam virtutẽ per quã dictum finẽ cognoscat. Hæc aũt est fides quæ de eo qui est finis nr̃arum operationũ verã facit cognitionẽ hr̃e, habita aũt cognitione de fine nr̃o per fidẽ, nullus in ipsum suos actus dirigeret, nisi speraret se dictum finẽ consequi posse. Vnde secundo necesse est ponere virtutẽ spei per quam tendatur in finẽ cognitum tanq̃ in bonum possibile haberi. Iterum nullus tenderet in aliquod bonũ consequendum nisi per amorem ad ipsum afficeretur. Necesse est ergo tertio ponere virtutem charitatis, quę nos deum propter se diligere, facit, & proximum propter Deum. Patet ergo q̃ ad hois perfectionẽ septem virtutes in vniuerso requiruntur, quatuor respectu vitæ ciuilis, & tres respectu vitæ beatæ. Vt aũt h⁹ disciplinæ auditor ad eã capescẽdã possit aptius manuduci, exẽpla rerũ gestarũ seu similitudinũ iuxta doctrinã adiũgetur. Ad significãdum igitur p̃dicti septenarii perfectionẽ sacra scriptura ait Prouer. 9. Sapĩa edificauit sibi domũ & excidit colũnas septẽ, sicut dic. Gre. Domus ista ẽ mẽs humana quã dei sapĩa verbum. s. incarnatũ sibi habitaculũ construit q̃n eã in sui amorẽ adducit, & tũc colũnas septẽ excidit cũ ei virtutes septẽ, quibus ipsa mens sustentatur infundit. Excidit namq; in domo mentis columnã, vnã, cũ per prudentiã intellectũ illumi nat circa agenda. Secundam per iustitiam voluntatẽ rectificat circa distribuenda. Tertiã cũ per fortitudinẽ irascibilẽ ordinat circa sustinẽda. Quartã vero colũnam excidit cũ per tẽperãtiã concupiscibilẽ modificat circa carnalia tẽperanda. Hæc sunt quatuor columne angulares quæ p̃dictas quatuor vires aĩæ perficiunt solũ in vita ciuili. Vñ ad constructionẽ vitæ spũalis non sufficiunt, quia sicut dicit b. Greg. super illo verbo. Iob. 1. Repẽte vẽtus vehemẽs irruit a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus. Tentationis impulsus virtutes quatit, & quasi quassatis angulis domus ruit, q̃a pulsatis virtutibus conscia turbatur. Ad stabilien dũ igitur domũ mentis in prædictis virtutum columnis diuina sapientia per seipsã tres alias

his

his fortiores excidit scilicet fidē, qua id quod non videtur creditur, spem qua id quod non capitur speratur, & charitatem qua, id quod summe diligendum est, ex toto corde diligatur. Septem ergo columnæ quæ quibus sustentatur domus conscientiæ. Prouerbio. 9. Et sic septem sunt columnæ quibus ascendimus ad patriam diuinæ mansionis, vnde Ezechieli in uisione ostensum est septem esse gradus quibus ascensus fiebat ad ciuitatem positam in monte. Ezech. 40.

§. 1. De differentia intellectus practici, & speculatiui inge nerali.

¶ Ad ostendēdum differentiam prudētię ad virtutes intellectuales. Primo sciendum est qđ intellectus, in sua apprehēsione ad duo potest referri, vel ad solam veritatis considerationem vel alterius ad rei considerate operationem. Si quidem feratur ad virtutis considerationē tantum dicitur speculatiuus. Si vero in re apprehensa & considerata non sistit, sed eam ad opus ordinat dicitur practicus. Ex quo apparet quod intellectus speculatiuus pro fine habet ipsum scire, quod est ipsam veritatem simplicem considerare, & hæc est propria & absoluta operatio intellectus, non enim exit terminos apprehensionis. Intellectus vero practicus pro fine habet ipsum operari, quod non est sibi proprium inquantum est absolute intellectus. Accidit enim intellectui vel rei apprehensæ per intellectum quod ordinetur ad opus. Sic ergo patet quod intellectus speculatiuus a practico differt fine, vt dicit philosophus. 3. de anima. Veritas autem quæ est finis & perfectio intellectus speculatiui tripliciter consideratur. Vno modo sicut conclusio ex nonioribus deducta, & hæc spectat ad scientiam quæ est habitus aggeneratus ex principiis perficiens intellectum in conclusionibus. Alio modo sicut principium ex quo conclusio deducitur, & hoc spectat ad intellectum qui uocatur habitus principiorum. Tertio modo vt causa, per quam de omnibus iudicamus, non solum de conclusionibus sed etiam de principiis, & hoc spectat ad habitum qui dicitur sapientia quæ considerat causas altissimas, & iudicat de veritate omnium scientiarum tā quātum ad principia tam etiam quantū ad conclusiones, vt habetur ex primo meth. Patet ergo tria esse genera cognitionum intellectus speculatiui, sicut ponit philosophus. 6. ethi. s. sciētiā, intellectū, sapientiam. ¶ Vlterius sciēdum est qꝺ intellectus practicus circa considerationem veritatis, quam ad opus ordinat dupliciter se habet. Vno modo vt ipsū opus in se tantum sit perfectū ex recta rōne, & circa huiusmodi est ars, quæ nihil aliud est quā recta ratio rerū factibilium, vt dicit philosophus. 6. ethi. Bonum enim opus artificiati non requirit in artifice rectitudinem appetitus, sed solum quod in se sit operatum. Alio modo intellectus ueritatem ad opus ordinat, vt ipse operans perficiatur, & in suis actibus ordinetur, & circa huiusmodi est prudentia, quę secundum philosophū in 6. ethi. est recta ratio agibilium. Differunt enim agere & facere, quia vt dicitur. 9. meta. Facere est actus transiens in exteriorem materiam, sicut edificare, secare, & huiusmodi. Agere autem est actus permanens in ipso agente, vt intelligere & velle, Sicut ergo ars est recta ratio directiua factionum in rebus exterioribus, ita prudentia est directiua actionum in ipsis operantibus. Ex quo patet quod prudentia licet ad intellectum pertineat, tamen rectitudinem voluntatis requirit. Voluntas autem seu quicunque appetitus humanus tunc rectus existit quando est bene dispositus per virtutem moralem. Ad hoc ergo quod prudētia sit recta ratio in directione humanorum actuum requiritur virtus perfectiua appetitus. Vnde dicit philosophus. 6. ethi. impossibile est prudentem esse, non existentem bonum. Exhis quæ dicta sunt apparet, quod prudentia cum sit quædam cognitio ad intellectum pertinebit, & tamen ad directionē humanorū actuum ordinetur, patet quod intellectus qui hac virtute perficitur erit practicus, & non speculatiuus. Et propter hoc differt a tribus virtutibꝰ supradictis scilicet scientia, intellectu, & sapiētia, quæ intellectum speculatiuum perficiunt. Vlterius quia est directiua & ordinatiua actuū virtutum moralium in ipsis operantibus perficientium eos, quantum ad vim appetitiuam patet quod differt ab arte, quæ est, ratio tantum directiua operis, in operato. Et sic patet quod diffinitio prudētiæ posita a philosopho. in 6. ethi. est cōpletissima quæ dicit quod est recta ratio agibilium. i. cognitio directiua agē dorum per hominem, & in homine, siue quātum ad passiones interius refrenandas, siue quantum ad operationes exterius ordinandas Ex his autem accipere possumus, quod prudentia est quædam cognitio practicata, qua homo suo motus, & actus ordinat sub regula rationis. Valerius imperator cum octogenarius, & adhuc virgo audisset quadam die præmia suorum triumphorum recoli, quibus fuerat, fœliciſſimus, ait se tm̄ vna victoria gloriari. Et requisitus qua, respondit quia inimicorum nequissimam domi carnem meam.

Differētia ē interagere re & facere.

¶ Nota de partibus prudentiæ be. Tho. secunda se. q. 48. sic loquitur. Triplex est pars. s. integralis §. 2.

gralis vt paries, tectum, & fundamentum sunt partes domus. Subiectiua sicut bos & leo sunt partes animalis. Potentialis sicut nutritiuum, & sensitiuum, & intellectiuum sunt partes animæ. Tribus igitur modis possunt partes assignari alicui virtuti. Vno modo ad similitudinē partiū integralium, vt scilicet illę dicantur esse partes, alicuius virtutis, quæ necesse est cōcurrere ad perfectum actum illius virtutis, & sic possunt dici esse octo partes prudentiæ scilicet sex quas enumerat Macrobius videlicet rationem, intellectum, circunspectionem, prouidentiam, docilitatem, & cautionem. Septima quā ponit. Tullius est memoria. Octaua quam ponit Arist. est solertia. Nam sensus prudentiæ ēt intellectus dicitur. Horum octo quinque pertinet ad prudentiam secundum q̄ est cognoscitiua scilicet memoria, ratio, intellectus, docilitas, & solertia. Tria alia pertinent ad eam ſm q̄ est præceptiua applicando cognitionem ad opus. s. prouidentia, circūspectio, & cautio. Quarum diuersitatis ratio patet ex hoc, q̄ circa cognitionem tria sunt consideranda. ¶Primo quidem ipsa cognitio, quæ si sit præteritorum est memoria. Si aūt præsentium coutingentiū, vel necessariorum vocatur intellectus, seu intelligentia. ¶Secundo ipsa cognitionis acquisitio, quæ fit vel per disciplinam, & ad hoc pertinet docilitas. Vel per inuentionem, & ad hoc pertinet eustochia, quæ est bona coniecturatio. Huius pars est solertia, quæ est vera coniecturatio medium, vt dr 2. posteriorum. ¶Tertio considerandus est vsus cognitionis secundum q̄ ex cognitis homo procedit ad alia cognoscēda vel iudicanda, & hoc pertinet ad rationem. Ratio aūt ad hoc, vt recte percipiat, tria debet habere. ¶Primo vt ordinet aliquid accommodum ad finem, & hoc pertinet ad prouidētiam. ¶Secundo attendat ad circunstantias negocii, quod partinet ad circunspectionem. Tertio vt vitet impedimenta, quod fit per cautionem. Partes subiectiuę virtutis dicuntur diuersæ species eius. Et hoc modo partes prudentiæ ſm q̄ proprie sumitur, est prudentia, per quā aliquis regit seipsum. Et prudentia per quā aliquis regit multitudinem, quæ differunt specie. Et iterum prudentia quæ est multitudinis regitiua, diuiditur, in diuersas species ſm diuersas species multitudinis. Est autē multitudo adunata ad aliquod speciale negocium. Sicut exercitus congregatus ad pugnandum, cuius regitiua est prudentia militaris. Quędam multitudo est adunata ad totam vitam, sicut multitudo vnius domus, vel familiæ cuius regitiua est prudentia economica, & multitudo vnius, ciuitatis vle regni, cuius directiua est in principe regnatiua, in subditis autem politica. Si vero prudentia sumatur large ſm quod includit scientiam speculatiuam, tunc partes eius ponuntur etiam dialectica, rhetorica, & philosophia ſm tres modos procedendi in scientiis, quorum vnus est per demonstrationē ad scientiam causandā, q̄ pertinet ad philosophiam, vt sub philosophia intelligantur omnes scientiæ demonstratiuæ. Alius modus est ex probabilibus ad causandam opinionem, quod pertinet ad dialecticam. Tertius modus est ex quibusdā coniecturis ad suspitionem inducendam, vel aliqualiter persuadendum, quod pertinet ad rethoricam. Potest tn̄ dici, q̄ hęc tria pertinent ad prudentiā proprie dictam, quæ ratiocinatur interdum quidē ex necessariis, inrerdū ex probabilibus, interdū ex quibusdā coniecturis. Et sic partes subiectiuæ seu species prudentię sunt prudentia regnatiua, militaris, politica, economica, dialectica, rethorica, & philosophia, quas ponit quidam philosophus grecus. Partes potentiales alicuius virtutis, dicuntur virtutes adiunctæ quæ ordinantur ad aliquos secundarios actus vel materias, quæ si non habentes totam potentiam principalis virtutis. Et secundum hoc ponuntur tres partes prudentiæ a philosopho. 6. ethi. eubolya, quę est circa consilium, & synesis quę est secundum cōmunes regulas, & gnomyn, quę est circa iudicium eorū quibus oportet, aliqn̄ a cōmuni lege discedere. Prudētia uero est circa principalē actū, qui est p̄cipere. ¶Queritur vtrū prudentia possit esse in peccatoribus. Respondet bea. Tho. secunda secūde q. 47. ar. 13. quòd prudentia tripliciter dicitur. Est enim quædā prudentia falsa vel per similitudinē dicta. Cū. n. prudēs sit qui bene disponit ea, quę sunt agenda propter aliquē bonum finē. Ille qui propter aliquē malū finē aliqua disponit cōgruentia illi malo fini, habet falsam prudentiā, inquantum illud quod accipitur pro fine, nō est uerū bonū, sed secundū similitudinem, sicut dr aliquis bonus latro. Hoc enim modo potest secundum similitudinē dici prudēs latro, q̄ conuenientes vias inuenit ad latrocinandū. Et de hmōi prudentia dicit apostolus ad Roma. 8. Prudētia carnis mors est, q̄ s. finem vltimū constituit in delectatione carnis. Secunda autem prudentia est quidē vera, quia adinuenit vias accomodatas ad finē vere bonum, sed est īperfecta duplici ratione. Vno modo, quia illud bonum quod accipit pro fine, non est coīs finis totius humanæ uitæ, sed alicuius spālis negocij. puta cum aliquis ad inuenit vias accōmodatas ad negociandum vel

De partib. prudētię in generali.

Tria sūt considerāda circa cognitionem.

§. 3.

Prudentia tripliciter dr.

nauigandū, dī prudens negotiatio vel nauta. Alio modo, qa defecit, in pricipali actu prudētię, puta cum aliquis bene cōsiliatur, & recte iudicat etiam de his, quæ pertinet ad totā uitam, sed non efficaciter pręcipit. ¶ Tertia prudentia vera, & perfecta est quæ recte consiliat & iudicat ad bonum finem totius uitæ ac etiā recipit. Et hæc sola dicitur prudentia simpliciter, quæ in peccatoribus esse nō potest. Vnde philosophus. 6. Eth. dicit. Impossibile ē prudētē esse nō entē bonū. Prima vero prudētia est in solis peccatoribus. Secunda imperfecta est communis bonis & malis maxime illa quæ est imperfecta propter finem particularem. Nā quæ est imperfecta propter defectū principalis actus etiam non est nisi in malis. b. Tho. ¶ Prudentiam esse in omnibus habentibus gratiam probatur sic. Nullus habet gratiam, nisi sit virtuosus, quia posita causa ponitur effectus. Gratia est causa virtutū, sed nullus potest esse virtuosus nisi habet prudentiam. Dicit enim Gregor. 2. Moral. Quod cæteræ virtutes nisi ea q̄ appetunt, prudenter agant, uirtutes esse non possunt, ergo &c. Item cum uirtutes sint connexæ qui habet unam, habet omnes. Sed qui habet gratiā habet charitatē ergo & alias. ¶ Sciēdum est tamen q̄ duplex est industria prudētiæ. Vna quæ est sufficiens ad ea q̄ sunt de necessitate salutis, & talis industria datur omnibus habentibus gratiam, quos necessario donec de omnibus, vt dicitur. 1. Ioā. 2. Qui enim boni sunt, & si per se nesciūt sibi consulere, sed indigent consilio alieno saltē in hoc sciūt sibi ipsis consulere, si gratiam habent, vt aliorum requirant consilia, & discernāt bona a malis, alia industria est plenior, per quā sibi & aliis potest prouidere, non solum de his quæ sunt necessaria ad salutē, sed etiam de quibuscūq; pertinentibus ad humanam uitam. Et talis industria non est in omnibus habentibus gratiā. ¶ Item sciendum quod duplex est prudentia, acquisita, & infusa. Et infusa quidem dicitur qa causatur ex infusione, ut est in baptizatis, ēt antequam habent usum rationis, ſm habitū, non ſm actum. In bonis habentibus usum rationis est ſm actū in bonis operibus, & per exercitium meretur augeri. Prudentia acquisita causatur ex exercitio actum. Vnde indiget ad sui generationem experimēto & tempore, vt dicitur secundo Ethico. Et ideo non potest esse in iuuenibus, nec ſm habitum, nec secūdū actum. Thom. q. vbi supra. ¶ Nota ſm beatum Thomam. secunda secunde. q. 53. art. secundo, q̄ imprudētia est generale peccatum dupliciter. Vno modo per participationem. Et hoc modo imprudentia participatur ab omnibus vitiis. Sicut prudentia ab omnibus virtutibus. Nullum. n. pctm̄ accidere potest, nisi sit defectus in aliquo actu rationis dirigentis, q̄ pertinet ad imprudentiam. Alio modo dicitur generale per essentiam, respectu. ſ. illarum specierum, de quibus prædicatur. Et sic continet sub se diuersa peccata. Et illa quę opponuntur partibus subiectiuis, vt monastice, pollitice, & huiusmodi, quæ vitia sunt innominate in vsu. Et illa quæ opponuntur partibus potētialibus, & sic sunt tres. ſ. pcipitatio cōtra eubolyā, inconsideratio cōtra synesim & gnomyn. Quātū autē ad pręceptum, q̄ est actus proprius prudentie opponitur incōstantia, & negligentia. Quæ aūt opponūtur partibus intergralibus reducuntur ad prædicta quatuor. Et de his omnibus habet supra in 2. parte. Item vitia opposita prudentiæ quæ habent similitudinem cum ea, sunt ista, scilicet prudētia carnis, astutia, dolus, & fraus, nimia sollicitudo in temporalibus, de quibus supra in secunda parte huius.

¶ Duplex est industria prudentiæ.

Imprudētia est generale peccatum dupliciter.

§. 4

¶ Consequēter videndum quomodo prudētia ad virtutes morales se habeat. Circa quod est sciendum, q̄ prudentia respectu virtutum moralium tripliciter se habet. Est enim earum directiua, medii inuentiua, & boni politici contemplatiua. Est ergo primo earum directiua. Ad cuius euidentiam est intelligendum, quòd ad bene operandum secundum virtutem duo requiruntur, ſ. q̄ quis operetur opus virtuosum, & q̄ illud faciat recta electione, non ex impetu aut passione, aut ex aliquo huiusmodi. Ad opus autem virtuosum homo communiter disponitur per virtutem moralem, quæ pficit appetitum, cuius obiectum est bonum & finis. Virtus enim moralis de se habet inclinare in finem sibi conuenientem, vt temperantia in sobrietatem, iustitia in redditionem debiti. Talis autem inclinatio in finem debitum, siue sit ex more siue ex natura non sufficeret, nisi ratio dirigeret, & modum congruum ad finem adueniret, immo huiusmodi inclinatio in finem sine recta ratione, tanto esset periculosior, quanto fortior. Sicut equus si esset cecus, quāto curreret fortior, tanto cū maiori lesione impingeret. Oportet igitur, q̄ tali inclinationi quam facit virtus, adiungatur recta ratio quā facit prudentia, per quam debita media & fini congruentia inueniantur. Vt siquis velit ad sobrietatem peruenire per virtutem temperantiæ debet modum querere congruum isti fini, puta q̄ abstineat tantū & a talibus, & sicut oportet, & quando oportet. Similiter si velit fortis fieri, debet aliquando pugnare, sagittas iacere,

Prudentia respectu virtutū moraliū tripliciter se hēt.

CQUa-

congressus ordinare, & alia huiusmodi exercitia quærere, ſm q congruit ætati prime perſonæ & aliis circunſtantiis obſeruatis, quod totū ſit per prudentiā, quæ eſt recta ratio agibilium. Vnde prudentia dicitur auriga virtutū, & 1.q.5. Preſētium. Dicitur q discretio eſt mater virtutū. Appellatur autē discretio prudentia, quam ſuper omnes eximiam & ſecuriorē viam eſſe ad cœlum probauit beatus Antoni. vt habetur in collatione. 2. Moyſi. Exemplum de Ioab. 2. Reg 10. Secundo prudentia eſt mediis inuentiua. Vbi ſciendū eſt, q ad hoc q aliquis per prudentiam recte diſponatur tria q̄ tum ſpectat ad preſens requiruntur. Primo qd̄ multæ, & diuerſæ viæ inueniātur. Secundo qd̄ de inuentis recte iudicetur. Tertie q inuēta & iudicata ad finem recte applicentur. Quā tum ad primum requiritur conſiliū, quod inter cæteros actus hominis eſt ſibi proprium, cū importat rationis inquiſitionem. In rebus. n. humanis & contingentibus circa quæ dirigenda verſatur prudentia, eſt incertitudo, & varietas multa. In rebus autē dubiis, & incertis ratio non debet proferre iudiciū abſq; inquiſitione rationis præcedente. Neceſſariū eſt igitur conſilium ante iudicium de eligendis haberi. Vnde philoſophus. 3. Ethi. diffinit electionem dicens. Quod eſt appetitus præ conſiliati. Vnde quātum ad hoc poſuit philoſophus. 6. Ethi. quandam virtutem deſeruientem prudentiæ, quam vocat euboliam, per quam aliqui dicuntur bene conſiliatiui. Dicitur enim eubolya, ab eu quod eſt bonum, & bolym quod eſt conſilium, quaſi bene conſiliatiua. Contingit autem quandoq; aliquos eſſe boni conſilii, inueniendo multas vias ad aliquem finem, qui tamen non ſunt boni iudicii in preeligēdo, quod melius eſt, ſicut etiam contingit in ſpeculatiuis. Aliqui enim ſunt boni inquirētes, ꝓpter hoc q ratio eorum prompta eſt ad diſcurrendum per diuerſa, quod videtur prouenire ex diſpoſitione imaginatiuæ virtutis, quæ de facili poteſt formare multa fantaſmata. Et tamen tales non ſunt prompti ad bene iudicandum, quod videtur contingere ea mala diſpoſitiōe ſenſus communis male iudicantis. Ex quo etiam poſtea defectus accidit in iudicio intellectus. Similiter circa humana agibilia aliqui ſunt bene inuentiui, quod ſpectat ad inquiſitionē conſiliis, & tamen ſunt male iudicatiui in non accipiendo vias aptiores, vel non repudiando minus aptas. Et ideo ad bonum iudicium de eligendis habendum requiritur alia virtus, quam philoſophus vocat ſyneſim. Dicitur autē ſyneſis quaſi ſenſatio. Vnde in greco dicuntur aliqui ſyneti quaſi ſenſati, ideſt homines boni ſenſus. Sicut econtrario qui carent bono iudicio dicuntur aſyneti, ideſt inſenſati. Contingit vlterius aliquos bene conſiliari, & etiam bene iudicare, non tamen recte ad opus applicare, aut rationis dilationis, vel negligentiæ quia inuenta, & iudicata inordinate ad finem applicant. Et ideo poſt virtutem conſiliatiuam, & iudicatiuam requiritur prudentia, quæ eſt principalis reſpectu earum, cuius proprius actus eſt præcipere, quæ conſiſtit in debita applicatione conſiliatorum, & iudicatorum ad finem intentum. Per hec itaque tria conſulte inquirere, recte iudicare, & debite applicare, medium virtutis inuenire. Tunc enim virtus ſiſtit in medio, quādo refrenatis paſſionibus, vel repudiatis extremis malitiis, a recto rationis iudicio non diuertitur. Patet igitur quod ad prudētiam pertinet mediū aliis virtutibus inuenire. Vnde philoſophus in 1. Ethi. in diffinitione virtutis ponit medium ſm determinationem rationis dicens. Quod eſt habitus intellectiuus immediate conſiſtens determinata ratione prout ſapiens. i. prudens determinabit. Dicit Amb. quod ſapiens nunquam eſt inanis ſed ſemper in ſe habet amictum prudentiæ qui poteſt dicere. Iuſtitiam induebar, & iudicio veſtiebar. Hæc ſunt internæ mentis velamina cui nemo poteſt auferre, niſi quem propria culpa deſpoliat, de pæniten. diſtinctione. 2. Sapiens. Sumit autem medium prudentia non ſm quantitate ſed ſm rationem. Vnde philoſophus. 1. Ethi. vtitur tali exemplo. Fuit quidam nomine Melo crotoniēſis, qui in vno die vnum bouem comedebat, non grauatus ex eo, hic fortitudine ſua omnium bellorū victor extitit. Alius fuit qui tantum modicum panis fruſtrum comedebat in die. Dicit ergo philoſophus, quod prudentia non ſic accipit medium inter iſtos duos, vt ſcilicet ſuperaddatur illi cui ſufficiebat fruſtrum panis, & dematur a Milone, vt tantum vnus quātum alter comedebat, ſed accipitur medium, ſm quod dictat ratio, videlicet quod vnuſquiſq; comedebat ſm quod requirit cōditio cōplexiōis, & diſpoſitionis corporalis. Tertio prudētia eſt hūani boni completiua. Ad cuius euidentiā eſt ſciendū, quod philoſophus ponit duplicē fælicitatē. Vnam quātū ad intellectū practicum, quam vocat politicam ſiue ciuilem. Et de hac determinatur. 1. Ethi. Aliam quantum ad intellectum ſpeculatiuum quæ poteſt dici diuina, de qua determinatur in 10. Ethico. Sub hac autem duplici diſtinctione intellectus aſſumunt theologi duas vitas actiuā, ſcilicet & contemplatiuam. Per actiuam quidem

Duplex eſt fœlicitas ſecūdum philoſophum

quidem quæ ad intellectum pertinet practicũ, cuncta vitia, vt dicit Isidorus. Exhaurienda sunt per exercitium boni operis. Per contemplatiuam vero quæ ad intellectũ speculatiuũ pertinet, mẽte deus inspicitur. Et sic dicit Gregori. Charitas dei & proximi tota mẽte retinetur, & soli conditoris desiderio inhæret. Possumus autem dicere, qđ prædicta duplex fœlicitas consistit in hac vita. Nam fœlicitas politica, videtur cõsistere in actione actiuę vitæ quę ſm Aristo. potest dici operatio animæ ſm virtutem prudẽtiæ quæ est virtus perfecta in agibilibus. Fœlicitas autem contemplatiua consistit in contemplatione intellectus quæ ſm Aristo. est ſm uirtutem sapiẽtiæ quę est virtus perfecta in speculabilibus. Et prima est quædam dispositio ad æternam fælicitatẽ, quæ in visione diuinę essentiæ immediate cõsistit, licet cõtẽplatiua sit sibi similior q̃ actiua, siue hæc intelligantur ſm sententiam Aristo. siue theologorum. Est ergo sciendum, qđ sicut sapientia considerat causam altissimam in quolibet genere, Et ideo fœlicitas quæ in eius actu consistit, est quoddam annũ vniuersale, & diuinũ. Ita prudentia considerat causam altissimam in genere actuum humanorum. Causa autem altissima in humanis actibus est finis, quem intendit prudentia, scilicet recte viuere in omni genere moralis virtutis. Ad finem autem cuiuslibet virtutis prudentia disponit, vt dictum est supra. Igitur prudentia complectitur totum humanum, & politicum bonum, & hoc dicimus humanam fœlicitatẽ. Vnde dicit philosophus. 6. Ethicorum. Quod sicut ille qui ratiocinatur ad aliquem finem particularem, puta ad victoriam dicitur pendens, non simpliciter, sed in genere actuum bellicorum. Ita ille qui bene ratiocinatur ad totũ bene viuere dicitur prudens simpliciter. Vnde prudẽtia sapiẽtia potest dici in rebus humanis, secũdũ illud Prouerb. 10. Sapientia est viro prudẽtia, ꝙ prudentia complectatur humanũ bonum, ostendi põt exẽplo philosophorũ quærẽtium in lib. de pomo. quæ esset recta via ad bene viuẽdum nec est curandũ cuius fuerit ille liber vtrũ Aristo. vel alicuius Peripatetici sectatoris eius qđ magis est probabile. Conuenerunt ergo sapiẽtes vt ibi scribitur, & concordes extimauerunt inuenire uiam rectitudinis qua virtuose viuere possent. Inuenerunt autem quatuor spectantia ad fælicitatem vitæ actiuæ. ¶ Primum est, quod quilibet oportet proximo suo sicut, & sibi, quod spectat ad iustitiam. ¶ Secundum est, ꝙ subtrahat se a re turpi, quod spectat ad temperantiam. ¶ Tertium est quod confiteatur veritatem nullo timore perterritus, quod spectat ad fortitudinem. ¶ Quartum est, quod iudicium sumat de seipso, quod spectat ad prudentiam, qui dirigit, & perficit prædictas virtutes in suis actibus. Ex quo patet ꝙ ab ipsa est totum nostrũ viuere virtuose consistẽs in vita politica. Sed quia istud non sufficit ad participationem cęlestis patriæ. Ideo quintum addiderũt quod requiritur ad fœlicitatẽ vitæ contemplatiuæ & hoc est timere creatorẽ suũ & philosophari de eo. Has duas vitas vt docet Greg. 6. Moral. Sacra scriptura designat per duas sorores, quæ dominum hospitem receperunt. Martha enim quæ circa frequens ministeriũ sollicita erat, actiuam significat. Maria vero quæ sedens ad pedes domini deuote verbis eius intendebat contemplatiuam. Luc. 10. Plato vero vtriusque vitæ studium est amplexus. Sicut ostendit Aug. 8. li. de ciui. dei. c. 4. Cum omne inquit studium sapientiæ in actione, & cõtemplatione versetur. Vnde vna pars eius. s. actiua ad mores instruendos pertinet altera. s. contemplatiua ad conspiciendas naturæ causas. Socrates in actiua exercuisse memoratur. Pitagoras vero in contemplatiua, Plato vtranq; philosophiã profecisse laudatur, quã in tres partes distribuit in moralem, quæ in actionẽ versatur. In naturalem quæ cõtemplationi deseruit. Et rationalem qua verum discernitur a falso. Hæc tamen per se non ẽ pars philosophiæ nisi inquantum deseruit prædictis duabus ad discernendum verum a falso. Vnde logica, quæ est principaliter rationalis non dicitur esse scientia, sed modus scientiarum. Non est ergo, dicit August. contraria hæc tripartitio platonis, & quod dictum est esse studium sapientiæ in actione, & contemplatione versari, hoc autẽ triplex genus philosophiæ assequitur homo quãdo studiosus est ad deum intelligẽdum, qui est finis omnium actionum quas philosophia moralis ordinat, causa oĩum naturarũ, quas naturalis inuestigat, & lumen omnium rationum quas rationalis illuminat.

Quatuor spectant ad fęlicitatẽ uitæ actiuæ.

¶ *De partibus integralibus prudentiæ scilicet memoria, intelligentia, & prudentia. Cap. 2.*

POst predicta vidẽdũ est q̃ & quot requiruntur ad prudentiam. Vnde sciendum quod omissis multis aliis distinctionibus quas philosophi fecerũt de partibus pertinẽtibus ad ipsam, tres solum ponemus quas ponit Tullius in 2. retho. s. memoriam, intelligentiam, & prouidentiam. Nam vt docet Sene. in lib. de quatuor virtutibus. Si prudens fuerit animus

Tres requirunt ad prudentiã.

tuus

tuus tribus temporibus dispensetur. Pręterita cogita. Præsentia ordina. Futura præuide. Poterimus nihilominus ad hæc tria reducere quædam alia quæ dicit Macro. ad prudentiam pertinere secundum sententiam Platonis.

§.1. ¶Primo ergo ad prudentiam requiritur memoria pręteritorum. Dictum est enim supra ꝙ prudentia est circa contingentia operabilia, in quibus homo potest dirigi in his quæ in pluribus acciderunt. Sicut.n. talia talibus concurrentibus hactenus acciderunt, sic possibile est similibus cōcurrentibus in posterum posse accidere. Nam in contingentibus agibilibus vt plurimum futura sunt similia pręteritis, vt dicit philosophus. 2. retho. Quia ergo oportet principia conclusionibus esse proportionata, & ex talibus talia concludere vt dicitur 6. ethic. Necesse est plurimū præteritorum habere memoriam, & videre quid in eis acciderit, vt in pluribus, & ex his conuinci poterit a prudente quod accidere poterit in futuro. Iudas Machabeus videns valida castra inimicorum, contra quos pugnare debebat, præteritas patrum victorias ad memoriam reduxit dicens. Mementote quomodo salui facti sunt patres nostri. Et sic confortauit, idest animauit eos. 1. Machab. 4. Aristo. etiam dicit ad Alex. vias naturales patrum discute, & inde poteris bona exempla extrahere. Quia facta præterita dant certum documentum in futurum. Et nota secundum Tho. 2. 2. q. 47. artic. 16. Ideo ꝙ cum obliuio respiciat cognitionem tantū per obliuionem potest quis totaliter artem perdere, & similiter scientiam quæ in ratione consistit. Sed prudentia non in sola cognitione cōsistit, sed etiam in appetitu. Quia vt dictum est principales eius actus est percipere quod est applicare cognitionem habituum ad operandum. Et ideo prudentia non directę tollitur per obliuionem, sed magis corrumpitur per passiones. Dicit.n. philosophus 6. ethic. Quod delectabile & triste peruertit extimationem prudentię, vnde Dan. 13. dicitur. Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Obliuio tamen potest impedire prudentiā inquantum præcedit ad pręcipiendum ex aliqua cognitione quæ tolli potest per obliuionem B. Thom.

Quattuor sūt q̄ valent ad bene memorādum.

Sciendum est, quòd quattuor sunt quę valent ad bene memorandum. Primum est vt eorum quæ quis vult memorari, assumat quasdam similitudines corporales conuenientes rei memorandæ. Nam humana cogitatio potentior est circa sensibilia, q̄ circa intelligibilia. Vnde memoratiua ponitur inter sensitiuas vires. Et ideo intentiones simplices, & intellectuales faciliter ex animo elabuntur, nisi quibusdam similitudinibus corporalibus quasi alligentur. Debent tamen tales similitudines assumi, quæ maxime sint inconsuetæ, quia tales magis miramur, & sic in eis vehementius animus detinetur. Ex quo fit ꝙ eorum quæ in pueritia videmus magis memoramur. Secundum est vt ea quę homo memoriter vult tenere in sua cōsideratione, ordinate disponat. Sic.n. ex vno memorato facilius ad aliud proceditur. Vnde philosophus in lib. de memo. & remi. dicit. A locis videntur reminisci aliquando. Causa aūt est quia velociter ab vno in aliud veniunt. Tertium est, vt homo sollicitudinem apponat, & affectum adhibeat ad ea, quæ vult memorari, quia quo aliquid fuerit magis impressum animo, eo minus elabitur. Vnde Tullius dicit in sua rhet. Quod sollicitudo conseruat integras simulacrorum figuras. Quartum est, quòd ea quorum quis vult memorari frequenter meditetur. Vnde in prædicto lib. dicit philosophus, ꝙ meditationes memoriam saluant. Est.n. consuetudo, vt ibidem dicit, quasi natura. Vnde quę multotiēs intelligimus cito reminiscimur quasi naturali quodam ordine ab vno in aliud procedendo. In lege Mosayca. Leu. 11. Mandatur Iudæis, ꝙ animalia non ruminantia tanq̄ immunda non comedant. Quæ vero cibum in stomachum traijciūt, & inde illū iterum ad os reuocant, vt ruminent. Tanquam munda animalia comedere pn̄t. Quod vtiq; dictum sub figura intelligimus, vt videlicet verba prudentiæ nō semel tm̄, sed sępe in corde reuoluamus & sic ex frequēti meditatione ea quasi trita ac limata in thesaurum memoriæ recondamus.

§.2. ¶Secundo ad prudentiam requiritur intelligentia, & hoc respectu pręsentium vel eorum quę instant. Vbi sciendum est quòd sicut intellectus speculatiuus sillogizat, & sillogismum terminat ad conclusionem intelligibilem, sic intellectus practicus sillogizat, & sillogismum terminat ad hoc particulare operabile. Conclusio autem singularis, & operabilis sillogizatur ex vniuersali, & singulari propositione. Vnde oportet quòd ratio prudentię procedat ex duplici intellectu, quorū vnus est cognoscitiuus principiorum vniuersalium practicorum vel naturaliter notorum. Sicut enim vniuersaliter sunt cognita principalia vniuersalia in speculabilibus, vt omne totum est maius sua parte. Sic & in agibilibus, vt nulli esse nocendum, parentibus obediendum, & huiusmodi. Alius autem intellectus est idem quòd sensus interior, quo recte de aliquo particulari fine iudicamus. Dicitur tamen intellectus inquantum

est alicuius finis cognoscitiuus, qui accipitur vt principium in operabilibus. Vnde dicit philosophus. Quod est cognoscitiuus extremi.i. alicuius primi singularis, & contingentis operabilis propositionis.s.minoris, quam oportet esse singularem in syllogismo. Prudentia dicitur ēt sensus inquantum est singularis finis. Et hoc est quod dicit philosophus 6.Ethic. Oportet horum.s.singulariū habere sensum hic autem est intellectus. Patet ergo q̄ intellectus siue intelligentia, quæ ponitur pars prudentię non est aliud q̄ recta extimatio de aliquo particulari fine. Et ad hanc virtutem possunt reduci tria, quæ addit Macrob.s.ratio, solertia, & docilitas. Ad prudentem enim pertinet post rectam extimationem de fine, quod sit bene ratiocinatiuus, vt debito modo possit applicare regulas vniuersales, ad particularia, quæ sunt varia & incerta. Et talis vsus applicandi dr ratio a Macro. Vt autem quis habeat extimationem de fine, & de aliis quę sunt ad finem necesse est vt sit bene inuentiuus, videndo per seipsum repente quod expedit fini, & eligibilibus ad finem. Et hoc spectat ad solertiam, quę sm q̄ hic sumitur est facilis, & prompta coniecturatio de quibuscunque. In lib. autem posteriorum primo dicit philosophus, q̄ est subita coniecturatio circa inuētionem medij. Quod aūt non possunt sufficienter omnia considerari, quæ ad prudentiam requiruntur, cū sit circa operabilia, in quibus quasi infinita possunt accidere. Inde est, q̄ homo indiget ab alio erudiri, & præcipue a senibus, & expertis, qui sanū intellectum adepti sunt, experientia lōgi temporis circa agibilia. Nam secundum philosophum 2.Etico. Virtus plurimū ex doctrina habet & generationem, & augmentationem. Ideo experimento indiget & tempore, quia vt dicitur 6.Ethic. Oportet attendere expertorum, & seniorum, & prudentum opinionibus, pp experientiam. n. vident futura, & præsentia. Hoc quidem consiliū nobis datur Eccl. 6. In multitudine presbyterorum. i. seniorum prudētum sta. & prudentiæ illorum ex corde cōiungere. Hoc autem spectat ad docilitatem per quam quis bene regitur susceptiuus disciplinæ. Gedeon vadens ad pugnam contra madian. recte extimauit ex his qui præsentialiter inflabant, quō ad finem debitum peruenirent. Primo. n. inimicorum castra sagaciter explorauit, & docilis factus ex somno cuiusdam, & eius interpretationem solerter intelligens, quomodo esset pugnandum, & acies ordinandæ, cum tubis, & lagenis ac lampadibus mirabili prudentia ad victoriam peruenit. Iudi 7. Quantum adistam secundam partem prudentiæ quæ est ordinare præsentia, dicit dominus Ioannes do minici super ecclesiasticum. Quod ordinatio sui per prudentiam consistit in his octo. Primo quòd antequam aliquid faciat cogitet illud, ne post factum pœnitere contingat. Iuxta illud prouerbio. in multis locis omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis. Secundo quicquid habet facere etiam si cogitur ad faciendum, non faciat vt inuitus, sed faciat de necessitate virtutem. Augustinus. Nemo inuitus bene facit. Tertio quod facit quis, faciat cum alacritate. 2. Corinth. 9. Hilarem datorem diligit Deus. Quarto omne quod agit, cū constantia oportet vt perseueret, & propter obstacula non dimittat, de pœniten. distinct. 3. Inanis. Esto in bono proposito iugiter confirmatus. Quinto in opere suo ostendat grauitatem moderatam. Non sit leuis, vt puer, nec fastidiosus in nimio pondere graui. Sexto omnia, quæ facit, faciat cum honestate, ita quòd sit actus eius exemplum aliorum in nobis. Apostolus. Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis. Septimo omnem fortunam lætam vel aduersam, ante oculos mentis sibi proponat, ita quòd cum venerit nec tristetur, nec de nouo lætetur. Sene. Sapiens non contristabitur quicquid acciderit ei. Octauo vt tātum sciat, quòd suis possit stare iudicijs, & non egeat alienis. Debet tamen audire, & alios, & aliquando etiam magis credere, q̄ sibi præcipue sapientibus. Has octo cōditiones tangit Tullius in lib. quæstionum Tusculanarum, dicens. Sapientis, idest prudentis propriū est nihil quod pœnitere possit facere, nihil inuitum, sed splendide, constanter, grauiter, honeste. Nihil expectat, ita q̄ quasi certum sit sibi futurum, nihil enim eum decet ad mirare suis stare iudiciis. Sdiēdum est quòd duo sunt principaliter quæ male extimare faciunt de his quæ operanda sunt a prudente, scilicet sequela passionum circa actus venereos, & appetitus inordinatus circa acquisitionem pecuniarum. Vnde secundum Grego. 30 moral. Ex luxuria tria præcipue vitia oriuntur corrumpentia tres actus rationis recte extimationi necessarios, scilicet præcipitatio, qua corrumpit actum consiliandi. Inconsideratio q̄ corrumpit actum iudicandi. Et inconstantia, quæ corrumpit actum præcipiendi vel debite applicandi. Ex auaritia vero secundum eundem Gregor. in eodem lib. inter alia vitia duo nascuntur, quæ tollunt veram extimationem de fine. s. prudentia carnis, & astutia. Dehis supra habetur in secunda parte.

Qd̄ prudētia cōsistit in octo.

¶ Tertia

§. 4. ¶ Tertia pars principalis prouidẽtia ponit quę est respectu futurorum. Vbi sciendum, quod officium prudentis est quid ea quæ sunt ad finem, ad ipsum debite ordinentur. Præterita autem in necessitatem quandam transierunt, quia impossibile est, nõ esse quod factum est. Et ideo non subsunt humanæ prudẽtiæ vt propter aliquem finem fiant vel ordinentur. Similiter & prȩsentia inquantam huius, necessitatem quadam habent. Necesse est enim sortem sedere dum sedet. Vnde nec etiam talia ordinabilia sunt ad finem per aliquam eorum immutationem, Relinquitur ergo ꝙ contingentia futura ſm qđ sunt per hominis volũtatem in finem aliquem ordinabilia ad prudentiam pertineant. Et hoc præcipue importatur in nomine prouidentiæ. Importãt. n. respectum alicuius distantis ad ea quæ in præsenti occurrũt ordinanda. Potissima igitur pars prudẽtiæ est prouidentia, ad quam spectat a fine distantia ad ipsum ordinare. Possunt autem ad ipsum reduci duo quæ addit Macrob. scilicet circunspectio, & cautio. Ad prudẽtem enim siue prouidentem pertinet, non solum quæ ad finẽ sũt debite ordinare, sed etiam considerare ea quæ circunstant, & secundum eorum exigentiam proportionari fini, ea quæ sunt ordinanda ad ipsum. Et hoc dicimus, circunspectionem perquam id quod ordinatur in finem comparat his, quæ circunstant. Sed quia frequenter contingit mala simpliciter videri bona, & ea simul miscẽri propter multiformitatem operabilium. Ideo necessaria est virtus alia quæ cautio dicitur, per quam a prudente accipienda, sunt bona, quæ sunt vere bona, & vitentur mala vitanda, quæ videntur habere speciem boni. Sciendum est ꝙ prouidere bona contingit dupliciter. Vno modo vt cognoscãtur in seipsis. Alio modo in suis causis. Præcognoscere aũt futura siue prouidere, vel præuidere quod idem est quantum spectat ad præsens est proprium intellectus diuini, cuius æternitati omnia sunt præsentia. Communicatur aũt huius cognitio humano intellectui per donum prophetiæ ex diuina reuelatione. ¶ Præcognoscere autẽ futura in suis causis põt homo ordinẽ earum ad effectus cõsiderando. Sicut medicus talia signa videndo in infirmo præcognoscit sanitatem futuram siue mortem. Sed ꝙ ex talibus talia nata sunt contingentia, ſm hoc per coniecturas, & experientiam longi temporis põt acquiri aliqua præcognitio de futuris humanis contingentibus, ad quod multum valet si retroacta tempora cogitentur, antiquorum facta vel consuetudines ad memoriam reuocẽtur. Deinde qui euentus ex huiusmodi sunt secuti considerentur. Et per hunc modum prouidus videre poterit, tum ex memoratis, tum ex his, quæ in præsenti operanda occurrũt, quid in futurum possit accidere. Ioseph. clipeo se prouidentiæ muniuit, dum contra futuram famem Egypti conseruari fecit frumentum diu ante, & in multa copia, ne regio & prouinciæ circũstantes fame perirent. Gen. 41. Ex his omnibus concludendo dicamus ꝙ ille perfecte erit prudens qui memor erit prȩteritorum factorum, vt ex his per simile videre possit quid eueniet in futurum, fuerit intelligens in recte extimando de fine nunc operabili, qui bene erit ratiocinatiuus in debite applicando vniuersalia ad particularia, qui bene erit subito, prospectiuus in cõsiderando quod expedit qui bene erit docibilis in suscipiẽdo ab aliis quod per se non videt. Qui erit prouidus in ordinãdo ea quæ in præsenti occurrunt ad debitum finem, qui bene circunspectus in considerãdo circunstantias facti, qui bene erit cautus in vitando, qui finem debitum possunt impedire. Sed quia pauci aut nulli perfecte sufficiunt ad prædicta quantuncunq; his exercitium impẽdant, quia humana rõ non põt comprehẽdere singularia contingentia, quæ possunt occurrere ſm illud Sap. 9. Cogitationes mortaliũ timide & incertæ prouidentiæ nostræ. Ideo indiget homo non solum in his, quæ ad salutẽ pertinent, sed ẽt in rebus humanis dirigi a superiori principio, quæ fit ratio humana. Requiritur ergo ad directionem perfectã actuum humanorum, instinctus spirutussancti, per modum salubrioris, & certioris consilii. Et ideo inter dona spirituſsancti ponitur donum consilii, quod respondet prouidentiæ dirigens hominẽ in his maxime, vbi non sufficit prouidẽtia proprie rationis. Summus sacerdos iudeorum cum audisset Alexandrum omnia regna debellasse, ac gentes sibi subiugasse, mirabili prouidentia est vsus in futurum sibi præcauenda 1. Matth. 10. Abigail prudentissima mulier sua prouidentia obuiauit periculo quod immine bat Nabal viro suo, ex sua præcipiti responsione. 1. Reg. 25. Nota etiam secundum. Thomã 2. 2. q. 47. art. 9. in corpore. q. Quod sollicitudo quę est idem cum vigilantia, pertinet ad prudentiam. Nam secundum Isidorum Sollicitus dicitur quasi solers scitus. Inquantum, scilicet aliquis ex solertia animi velox est ad prosequendum ea quæ agenda sunt. Hoc autem pertinet ad prudẽtiam cuius prȩcipuus actus est, circa agenda præcipere de præconciliatis, & iudicatis. Vnde philosophus 6. Ethico. dicit.

Officiũ prudentis.

Bona ꝓuidere contingit dupliciter.

Vnde dicitur solicitus.

dicit. Quod oportet tarde cõsiliati, operari autem velociter consiliata. Item ſm philo. in 1. Ethi. Certitudo non eſt ſimpliciter quærenda in omnibus, ſed in vnaquęq; materia ſecũdum proprium modum. Quia vero materia prudentiæ eſt circa ſingularia cõtingentia circa quæ ſunt operationes humanæ, non poteſt certitudo prudentia tanta eſſe, qđ ſollicitudo tollatur. idem Tho. vbi ſupra in reſolutione ſecundi argumenti.

§. 4. ¶ Ad primam partem prudentiæ pertinet memoria præteritorum. Eccleſiaſtici. 1. Memento quæ ante te fuerunt. Seneca. Qui de præterito nihil cogitat, vitam perdidit. Ipſa eſt quaſi conſeruatorum, in quo quicquid ratio inueſtigandę veritatis capit, fideliter reſeruat. Octo autem ſunt quorum debemus inter cætera reminiſci ſecũdum Guiliel. in ſumma virtu. Primum eſt laudabilis memoria beneficiorum, & maxime memoria creationis, redẽptionis, & iuſtificationis, Eccl. vlt. Memento creatoris tui &c. Eccl. 29. Gratiam fide iuſſoris tui ne obliuiſcaris. Secundum eſt memoria mandatorum Dei pſalm. 102. Memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea, dicens, filiis iſrael vt faciant ſibi fimbrias &c. Tertiũ. eſt memoria ſeueritatis iuſtitiæ quam exercuit in peccatores. pſalm. 70. Memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Eccleſiaſt. 38. Memor eſto iudicii mei, ſic erit & tuum. Quartum eſt memoria belli ſpiritualis, in quo tot, & tanti, ceciderunt. Iob. 40. Memento belli, & non addas vltra loqui. Quantum eſt memoria conſolationis Dei in afflictionibus ne homo deſperet, 1. Machab. 4. Memẽtote quomodo ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro. Sextum eſt memoria vitæ ſanctorum ad imitandum. Ioann. 15. Mementote ſermonis quem ego dixi vobis. Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Septimum eſt memoria, ſtatus honorabilis, a quo quis degenerauit a parentibus carnalibus vel ſpiritualibus. Eſaia. 51. Attendite ad Abraam patrem noſtrum. Apochalip. 2. Memor eſto vnde excideris. Octauum eſt memoria peccatorum ad dolendum. Eſaias 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ. Vnde Chryſoſtomus. Nullum peccatorum tale remedium, ſicut eorum continuata memoria.

Octo ſũt quorũ debemus inter cætera reminiſci.

§. 5. ¶ Ad tertiam partem prudentiæ quæ eſt prouidentia, pertinet præcauere pericula & obuiare eis. Vnde Apoſtol. ad Epheſios 5. Videte quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ideſt imprudentes, ſed vt ſapientes, ideſt prudentes, ne ſcilicet incidatis in periculum. Et ponit Apoſtolus ipſe octo genera periculorum corporalium. 2. Corint. 11. quæ paſſus eſt, ſignificantia pericula ſpiritualia quibus ſubiicimur, quæ grauiora ſunt, quia ſunt inductiua in mortem gehennæ non naturæ propter quod ait Pſal. Pericula inferni inuenerunt me. Patimur enim in vita præſenti pericula iſta in quadruplici pugna ſpirituali, ſcilicet primo a carne inficiente, Ab hoſte decipiente, A mundo retinente, Ab homine ſeuiente. Et in quolibet horum certaminum percutimur duplici telo multum periculoſo, & ſic ſubiicimur octo periculis, ſcilicet periculis fluminum, periculis ex genere, periculis latronum, periculis in ſolitudine, periculis in ciuitate, periculis in mari, periculis ex gentibus, periculis in falſis fratribus. In primo igitur certamine, quod eſt nobis a carne inficiente percutimur duplici telo, ſcilicet naturali corruptione, & parentali, affectione. Ex quibus ſubiicimur duplici periculo. ſ. periculis, fluminum, & periculis ex genere, ex naturali enim infectione quam habemus in ſtatu noſtræ proſtitutę naturæ imminent nobis pericula fluminum, i. pericula lapſus in peccatorum gulę & luxuriæ profundum, quemadmodum flumina incautos homines ſubmergunt. Et hæc ſunt figurata per flumina Egypti putrida, & fœtida, quæ Moyſe percutiente uirga conuertuntur in ſanguinem Exo. 7. i. Deo permittente ex ſua iuſtitia, in ſanguinem peccatorum conuertuntur, & piſces omnes morium tur. i. guloſi & luxurioſi morte animę ex ipſa infectione. Ex calore ſanguinis iſta vitia ortũ habent. Sed ſuper hęc flumina quæ vtiq; & Babylonis ſunt. i. confuſionis. ps. 157. Super flumina Baby. illic ſe. & fle. dum. re. tui ſyon. Stant ſedentes iſrael itæ. ideſt viri fideles flẽtes recordantes ſyon. i. ſupernæ patriæ. Sedent vtique & calcant virtute continentiæ. flent timẽtes pericula ſubuerſionis. Vnde occaſiones vitant, & hoc quia recordãtur & afficiuntur ad patriam ſupernæ. Hieruſalem. Secundum periculum eſt nobis ex parentali affectione. Et hoc dicitur periculum ex genere. i. parentum generatione. Et non ſolum laicis, ſed etiam clericis imminent pericula peccatorum, periculum. ſ. inordinatæ dilectionis, dum diligit filios pater pluſquam debeat, & auunculus cleri cum nepotem ſuum. Periculum illicitę acquiſitionis, dum parentes illicita lucra dimittant filiis. Periculum iniuſtæ diſtributionis, dũ prę lati conferunt omnia ſuis amicis, & cõſanguineis poſtponentes digniores & committentes talibus curam animarum qui vt dicit Hoſt.

Octo ſunt genera periculorũ

Non

Non committerent pomorum custodiam. Et hoc genus figuratur per genus muscarum qui bus Egiptus percussa est, Exodi octauo. Musca est animal importunissimum, volitat frequenter ante faciem prosit epit ad aures, non recepit, sed comedit, & bibit cum homine. Sic consanguinei clericorum sunt importuni ad petendum ab eis, frequentant domos eorum murmurant contra eos si eis ad placitū nō pro uident. Et probatur, vt dicit Ambrosius. dist. 86. Comedunt, & bibunt cum eis præcipue tempore estiuo cum fructus colligunt. Sed vt dicitur Miche. 7. Inimici hominis domestici eius scilicet hominis &c. Qui amat patrem, aut matrem, aut sorores, aut fratres, aut filios plusquam me, non est me dignus ait Christus Sed si mei non fuerint dominati scilicet consanguinei, tunc immaculatus ero &c. ait ipsal. In secundo certamine quod nobis est ab hoste decipiente pcutimur duplici telo si. sumus incauti. Et hoc sunt pericula latronum. & pericula in solitudine scilicet suggestio occasionis ad mali cōmissionem. Et suggestio occasio nis ad boni omissionem. Et suggestione diaboli in itinere bonorum operum, incidit in pericula vitiorum superbiæ bonum faciendo, in uidiæ bonum alterius in videndo, iracundie dum opus suum, & si bonum non appreciatur. Et hec vitia sunt latrones qui spoliant animā gratia. s. humilitate, charitate, mansuetudine. Vnde figuratur hoc in illo qui descendens a Hierusalem incidit in latrones qui spoliauerunt eum Lu. 10. Et etiam figuratur per latrūculos egressos de Siria, qui captiuam duxerunt puellam paruulam, qui erat in obsequio Naaman, vt habetur. 4. Re. 5. Siria interpretatur sublimitas, & significat diabolū, quæ dixit ascendam in cœlum &c. De hac suggestione diaboli egrediuntur scilicet per imitationem latrunculi. i. superbi, inuidia, & iracundia. Et puellā paruulam de Israel ideſt animam puellam pmentis integritatem, paruulam per humilitatem, de Israel per cognitionis claritatē, capiūt incautā. Et ponitur in obsequium vxoris. Naaman, leprosi. i. in seruitutem concupiscentiæ carnalis, quæ dicitur vxor Naaman. i. diaboli. Caute ergo ambulandum ideſt operandum, ne latrūculi, nos spoliēt psal. 162. In uia hac qua ambulabam absconderūt superbi ideſt demones laqueum mihi, Et ideo obuiandum, vt cū humilitate, patientia, & charitate cuncta fiant. Secundo in illo certamine pcutimur telo acci diæ. Et hoc est periculum in solitudine. Solitarios infestat accidia. Solitudo est sterilis, & infructuosa, & sic cū aīa est sterilis, non producēs fructum bonorū operum, sed ociosa manens, periculum ei imminet accidiæ qua fœstiduunt bona spiritualia, & omittūtur opera virtuosa debita, vt confiteri, dicere officiū, ire ad ecclesiam, & hmōi. Ideoq; procedunt multa vitia. Vnde Esa. 60. dicitur. Gens enim, & regnum quod tibi scilicet deo non seruierit, solitudine vastabūtur ideſt sterilitatem, & penuria vastabuntur virtutum. Obuiandum ergo huic periculo per occupationem bonam. Hiero. Semper aliquid boni facito, vt diabolus inueniat te occupatum de cōse. di. 5. Nunqua. In tertio certamine quod nobis est a mundo retinente, percutimur duplici telo. s. prosperitatis & aduersitatis. Ex hoc nobis imminet duplex periculum scilicet in ciuitate, & in mari, Nā ex pro speritate habentur bona diuitiarū, delitiarum & bonorum, quę cōiter reperiuntur in ciuitate. Ex quibus imminent pericula maxima scilicet contēnendi, & blasphemādi Deum, polluendi & maculandi corpus, distrahendi aium & opprimendi proximum, quæ periculi notat ps. Dicens. Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate &c. Ecce contemptus & blasphemia contra Deum, qua sibi contradicitur. Sequitur superabundauit muros eius iniquitas. s. adulteriorum, & fornicationū, quæ maculant corpus. Et labor in medio eius scilicet, noxiæ solitudinis, & iniustitia quoad damnificationem proximi. Vnde dominus ad vitandum iista pericula hortabatur dicens. Exite de medio Babylonis populo meus &c. In ipso certamine a mundo aliud telū est aduersitas, quæ designatur per mare. Quia sicut mare amarum dicitur, & fluctuat, sic aduersitas amaritudinē habet, & mētem fluctuare facit, & hinc pericula insurgunt diuersorū vitiorū impatientiæ, murmurationes, diffidentia & huiusmodi. Ecclesi. 43. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius, adeo q; etiā nauicula. Pe. in medio mari huiusmodi iactatur fluctibus. Et hoc figuratum est per mare qđ vidit Daniel in visione, in quo pugnabant quatuor venti quadruplicis afflictionis, ideſt ablationis, rerum, & paupertatis, infamationis, ifirmitatis corporeæ, & tribulationis familię. Et inde procedunt quatuor bestiæ vitiorū scilicet murmurationis, & impatientiæ, diffidentiæ & turbatiōis. In quarto certamine quod est ab homine seuiente, duplici telo percutimur scilicet apertæ persecutionis, & occultæ circunuentionis. Ex quibus imminet nobis picula ex gentibus, & pericula ex falsis fratribus. Per gentes intelligūtur in fideles, & alii male manifeste persequentes bonos, sicut greci scilicet Antiochus cū suis Machabeos

Naturā muscę.

Duplex est periculum.

De quatuor bestijs vitiorum.

chabeos, & romani apostolos & martyres. De quibus potest intelligi illud Ioel. 2. Gēs ascēdit super terram fortis & innumerabilis dētes eius vt Leonis. Sed dissipa gentes idest gentiliter viuentes, quæ bella volunt persequēdo scilicet fideles ait psal. Aliud certamē ab hoīe malo est circunuentionis, ex quo imminet periculum deceptionis discordiæ & dissensionis. Ecclesia iā passa est persecutiones a iudeis, paganis, & hereticis. Nunc autem patitur persecutionem ab hypocritis idest simulatis hominibus, & falsis tratribus idest christianis. Vnde Iob. 30. In persona ipsius ecclesiæ ait. Frater sui & socius draconum quoad primum genus periculi scilicet manifestæ persecutionis. Socius struthionis idest hypocritarum quoad p̄sens tempus. De vtraq; dicit Augu. Vox contribulatorum cum Christo &c. 7. q. 1. Aduersitas. Huic idem §. Sed Christus nos cautos redit di. Attēdite a falsis prophetis idest christianis vel religiosis, qui ve. ad v. in ve. o. &c. Mat thei septimo.

¶ *De partibus subiectiuis prudentiæ & de cognitione suipsius.* *Cap.* 3.

DE partibus subiectiuis prudentiæ nūc agendum, quæ sunt particularis seu monastica, economica, politica regnatiua, & militaris. Et vt perfecta sit consideratio prudentię ostendendum est quomodo cuilibet ciui expediat eam habere. Vbi diligenter notandum est, quod quilibet ciuis potest tripliciter considerari scilicet quantum ad singularem sui persectionē, quātum ad familiæ gubernationem, quantum ad sui cōciuis communicationē, Et secūdū hoc plures ponuntur species prudētiæ. Sic enim consideretur ciuis in se necessaria est prudētia particularis. Sic cōsideretur vt familiæ gubernator, necessaria est prudētia economica. Si vero vt ciuis tunc iterū potest triplici ter cōsiderari. Quia aut est principanti subiectus, & tūc necessaria est prudētia quę cōmuni nomine politica dicitur. Aut est vt aliquis principās, & tūc requiritur prudētia regnatiua. Aut est boni cōmunis propugnator, & tūc opus est prudentia militaris. Et sic in vniuerso habemus quinq; species prudētiæ. s. particulare, economicā, politicā. regnatiuā, & militarē. Prudētia igitur pticularis necessaria est ciui, quātum ad eius singularē perfectionē, qua videlicet seipsū rege sciat, se caute a peccatis seruando, & diuinis præceptis obediēdo. Hoc autem fieri non potest sine prudentia quæ est humanorum actuum directiua, sicut supra dictum est. Vnde dicit Gregorius in pastora. Hostis callidus tanto liberius pectus percutit quāto mundum a prudentiæ lorica deprehendit. Ad hanc virtutem inducit apostolus ad Ephe. 5. dicēs Videte fratres quomodo caute ambuletis non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei. Siquis autem bonitate singulari caret hanc prudentiam non habendo, proculdubio nec familiam sufficienter regere posset nec verus ciuis existeret. Qui sibi non sufficit prudenter uiuendo, nec alii sufficiet conuiuendo, quia qui sibi nequam est, cui bonus erit. Et qui cum deo rectus non est, nec cum ciuibus rectus erit. Oculus quidē qui in se corruptus est, alia membra regere nesciet, & cum eis incompetens erit. Patet ergo quomodo prudentia particularis ad singularem ciuis perfectionem requiratur. Exemplū ponitur de Abraam. Consistit hæc perfectio singularis prudentiæ in consideratione sui. Vnde Helinandus dicit quod in templo Apollinis tale oraculum fuisse datum legitur Gnoti se auton idest nosce teipsum, quæ sententia Iob quinto scribitur his verbis. Visitans speciem tuam, non pecccabis. Idem autem est seipsum cognoscere, quod speciem suam visitare. Species quippe hominis ē anima ad imaginem dei facta, quæ tunc visitare quando qualis sit in uita indagatur. Et ad hoc optime facit quod dicit Bernardus in libro de consideratione. A te primum inchoet consideratio tua, & in te finiatur, & infra. Considera quid, quis, & qualis sis. Quid in natura quia animal rationale mortale. Rationalitas subleuat monasticam miseriam mortalitatis, & mortalitas humiliat altitudinem rationis. Quis in persona cuius conditionis vel dignitatis, & quomodo vteris officio tuo. Qualis in vita, vtrum bonus, vel malus, proficiens vel deficiens &c. Ibi vide. Et nota quod ista cognitio sui quam facit prudentia inducit tria magna bona, videlicet iudicium cognitionis diuinæ principium saluationis humanæ fastigium perfectionis internæ. ¶ De primo dicit Salomon Prouerbio. 30. Dixit vir cum quo est deus, & qui deo secum morante confortat ait. Stultissimus sum virorum, quod pertinet ad veram sui cognitionem Bernardus. Ab exterioribus redibit animus ad interiora, ab interioribus ad superiora, vt possim cognoscere, vnde uenio, aut quo uado, quid sum, & vnde sum. Et ita per cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionem dei. Quantoque in cognitione mei perfectior, tanto ad

Cius p̄t tripliciter considerari.

to ad cognitionem Dei accedo,& Macro. Anima perfectam habet ſapiẽtiam, cum vnde orta ſit, & de quo fonte venerit recognoſcit. Deſecundo dicit pſal. A pcto meo munda me,qm iniquitatem meam ego cognoſco. Mundatio a peccato eſt principium ſalutis. Ad hoc Seneca. Initium ſalutis notitia peccati. Nam q peccare ſeneſcit corrigi non vult. Bern. de cognitione ſui. Principium ſalutis humilitas generatur. De tertio dicitur Lucæ. 18. Qui ſe humiliat,quod includit cognitionem ſui,exaltabitur. Boetius de philoſophica conſolatione. O mortales extra vos petitis q intra vos eſt poſitam fœlicitatẽ,quia ſcilicet per veram cognitionem ſui quis peruenit ad eam. In huius figurã habes Luc.9. Quod ceci ſunt vocati ad cenam,quæ ſignificat beatitudinem. Et loquitur de cecis qui ſcilicet cognoſcunt ſe cecos. nõ cognoſcentes quod pertinet ad cognitionem ſui Bern. ſuper Canti. Nemo ſine cognitione ſui ſaluatur. Salus autem perfecta in beatitudine.

Tria mala ſequũtur hõmies ex ignorantia ſuiipſius.

¶Econtrario ex ignorantia ſuiipſius cõſequuntur homines tria mala, ſeu detrimenta. Eſt.n. fundamentum infirmitatis, nutrimentum iniquitatis,cõplemẽtum fatuitatis. Quoad primum ignorantia ſui eſt fundamentum infirmitatis humanæ ſpiritualis ſcilicet peccati. Can. 1. Si te ignoras o pulcherrima mulierũ egrede re,ſi pro quia pulcherrima mulierũ ideſt creaturarum eſt anima quæ quia ignorat ſe, egreditur a ſe diſpergendo,& vagando per diuerſa vitia. Bern. ſuper canti. De ignorantia ſui venit ſuperbia in te, quæ eſt principium peccatorũ. Item Lactantius de falſa religione. Nullus animæ ſuauior cibus veritate. Ignorantia autem ſui cauſa paruitatis. Senec. in epiſtolis. Ideo ad ſanitatem difficiliter peruenimus, quia nos egro tare neſcimus. Quantũ ad ſecundũ pſal. Neſcierunt ſcilicet neceſſaria ad ſalutem, neq; intellexerunt. i. intus legerunt cognoſcendo ſe ipſos, in tenebris ambulant peccatorum. Terẽtius. Ita fere corrupta eſt omnium hominum natura, vt aliena melius iudicet quam ſua, & hoc in malũ. Vnde Tullius in lib. de offic. Neſcio quo fit, vt magis in aliũ cernamus ſi quid delinquitur. Et tamen Chriſtus dicit Luc. 6. Eiice primũ trabẽ de oculo tuo, vt eiicias feſtucam de oculo fratris tui. Quoad tertiũ pſal. Hõcũ i honore eſſet nõ intellexit ſeipſum vel, ſuã cognitionem comparatus eſt iumentis inſipiẽtibus. Bern. in lib. de conſideratione ad Eug. Licet omnia myſteria noueris lata terrę alta cœli, profunda maris, ſi te neſcieris, omnino eris ſimilis homini inſipienti edificanti domũ ſuã ſuper arenam ſine fundamento, ideſt ruinam non ſtructuram faciens. Ptolo. Inſipiẽs eſt qui ſuiipſius ignorat quantitatem. Tullius de Tuſcu. quæſtionibus. Stultitiæ proprium eſt aliorum vitia cernere, ſuorumque obliuiſci.

¶De prudentia monaſtica aut particulari, & 9. regulis directiuis humanæ vitæ. Cap. 4.

QValiter prudẽtia particularis quæ habet nominẽ ordinare in ſeipſo dirigat opera ſua ſatis pulchre poteſt trahi ex his verbis quæ habẽtur Can. 5. videlicet. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus. ex milibus, Caput eius aurum optimum. Comę eius ſicut elatę palmarum, nigræ quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuos aquarum quæ lactæ ſunt lotę & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Bene eius ſicut areolæ cõſitę a pigmentariis. Labia eius diſtillantia myrrham primã. Manus eius tornatiles aureæ plene hyacintis. Venter eius eburneus diſtinctus ſaphiris, Crura eius columnæ marmoreæ fundate ſuper baſes aureas. Guttur eius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis,hæc ibi. Quę intelligi poſſunt de Chriſto vero. i. perſona eius, de quo dicit Iob 5. Prudentia eius percuſſit ſuperbum. ſ. diabolum. Ac etiam de Chriſto myſtico. i. eccleſia eius ſeu de eius fidelibus quibus dicitur Matthæ. 10. Eſtote prudẽtes. Ex quibus verbis traduntur nouẽ regulę directiuæ totius uitæ humanæ. Et ſecundum hoc q ipſa verba exponit egregius vir per cuncta laudabilis dominus Io. Dominici cardinalis Raguſinus in libro, ſcientifico, etſi vulgari intitulato amor charitatis. Et primo quidem oſtenditur excellentia Chriſti in generali, cum ſcilicet dicitur candidus ſcilicet per puritatem. Rubicundus per charitatem. Electus ex milibus per gratiæ & ſapientiæ ſublimitatem. Exinde ponuntur dicte regulæ.

Nouem regulæ vitæ humãæ tradunt ex verbis ſupradictis

¶Prima dirigit intẽtiões, ibi, Caput eius &c.
¶Secunda cogitationes, ibi, Comæ eius &c.
¶Tertia cognitiones, ibi, Oculi &c.
¶Quarta exemplationes, ibi, Bene eius &c.
¶Quinta locutiones, ibi, Labia eius &c.
¶Sexta actiones, ibi, Manus eius &c.
¶Septima frutificationes, ibi, Vẽter eius &c.
¶Octaua gũbernationes vel affectiones, ibi, Crura eius.
¶Nona diſciplinationes, ibi, Guttur eius &c.

¶Prima ergo dirigit intentiones, quæ ſignantur per caput. Caput autem de ſignat intentionem, quia ſicut caput eſt principium corporis, ita intẽtio principiũ operis. Nam ſecundũ ſapiẽtem finis ad quem reſpicit intentio mouet agentem

agentem. Et in his quidem quę de se sunt mala, vt blasphemia, homicidium, vsura, & hmõi, quantumcunque videretur haberi pia intentio: non potest esse veraciter bona nec opus bonum sed in aliis vera est auctoritas communis scilicet quicquid agant homines, intentio iudicat omnes. Et aliqui quidem habent caput terreum qui scilicet nõ intendunt nisi congregationem substantię in suis operibus etiam de genere bonorum, propter hoc ieiunant, orant & huiusmodi, vt prosperentur. Alii caput carneum, qui intendunt tantũ satisfacere naturę: vt ea quæ fiunt propter parẽtelas; vel sensualitati, vt multi sub specie spiritus, qui multa faciunt propter præsentiam corporalem personarum. Alii habent caput aureum: & isti sunt sancti qui omnia quæ faciunt, faciunt propter honorem Dei, & amorem eius. Charitas enim aurum significat Apocaly. 3. Suadeo tibi emere aurum ideſt charitatem, quia sicut aurum excellit omnia alia metalla, ita charitas omnes virtutes. Et quanto quis ex maiori intentione charitatis aliquid facit, tãto magis est Deo gratus & meretur. Christus autem omnia facit, & fecit ex maxima charitate. Et ideo merito dicit de eo ecclesia. Caput eius, ideſt intẽtio eius aurum optimum perfectissima intentione. Vnde ipse dicebat Io. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, ecce intentio & multa similia inuenies. Et sic in isto splendore illuminat oẽm hominem uenientem in hunc mũdum. Disce ergo dirigere intentionẽ tuam

¶Secunda dirigit cogitationes quæ designantur per comas, ideſt capillos, quia sicut capilli exeunt de capite seu procedunt, ita cogitationes a mẽte. Quale caput tales capilli. Nostrum caput vnum est, & ideo vanos capillos producit, & materialiter & spiritualiter. Tria dicit de his cogitationibus, quales debẽt esse & nostræ. Primo q̃ sunt vnitæ in vno fine etsi sint diuisæ in materia. Et ideo dicit elatæ, ideſt tales vt rami palmarũ, qui quidẽ videtur esse diuisi abinuicem, & sunt in summitate, sed in fine in vnum conueniunt, ita Christus diuersa agebat & loquebatur, & de diuersis materijs, tñ semper ad honorẽ Dei & salutẽ proximi. Sic & tu. et si de diuersis materijs cogitas, modo de gubernanda familia, modo de artificijs, modo de alijs, facta ad laudem & gloriam Dei. Secundo cogitationes debent esse firmæ & stabiles, ideo dicit palmarũ. Palma. n. viriditatem semper conseruat in hyeme, vt in æstate, semper stat vno modo. Et quanto magis antiquatur tanto magis dulcẽscũt fructus eius. Et est multi tpis, inferius subtilis, superius lata, contrario modo aliarum arborum. Sic cogitationes bonæ debent esse firmæ Augusti. de pœnit. dist. 3. Bonum propositum conserua iugiter, neque prosperitate, nec aduersitate mutari semper deuotius se habere. Habere latas meditationes de diuinis, & modicas de terrenis. Tertio debent esse humiles ideo dicit nigræ &c. Nota q̃ cornus libenter quiescit super cadauera, sic verus humilis considerat mortem, ex qua sumit sibi occasionum humilitatis. Humilis sum corde, ait Christus Matth. 11. ¶Tertia dirigit illustrationes quæ designatur per oculos. Ideo dicit oculi eius sicut columbarum. Sicut. n. oculo corporali quis videt corporaliter, ita oculo intellectus spiritualiter. Et sicut duplex est oculus, ita duplex est intellectus, scilicet practicus circa operabilia, & speculatiuus circa cognoscibilia, ibi quiescens, ideſt vna potẽtia intellectiua cum duplici dicto officio. Primo igitur intellectus debet esse discretiuus, discernendo falsa a veris, bona a mala, vt vera, & bona eligat, & falsa & mala reprobet. Ideo dicit sicut columbarum. Vnde columba discernit grana quæ sunt bona, & sana comedit, corrupta dimittit, sic egit dominus Iesus. Iuxta illud Esa. 7. Sciat reprobare malum & eligere bonum. Et vt hoc possit homo melius facere debet secundo oculos intellectus tenere super riuos aquarũ, ideſt super doctrinis lectis vel præauditis eas ruminando. Vnde dicit B. Anto. cuidam interroganti de via salutis. In omni re quam facis adhibe tecum testimonia scripturarum. Et nota q̃ non quoslibet libros, vel doctrinas debemus ruminare sed illas solum, quę sunt lotę lacte, ideſt scripturas sacras quæ ad modum lactis sunt purificatiuæ mentis illuminatiuæ & confortatiuæ. Alię autem doctrinę vt philosophiæ, poesis, & de palatinis & hmõi, non purificant, sed inquinant mentem superbia vel immundicia. Columba stans super riuos aquarum inde per vmbram contemplatur accipitrem persequentem, vt viret eum. Sic anima per scripturas potest cognoscere insidias diaboli, quomodo diuersis modis quærit capere, & ibi in oĩbus videt remedia. Ipsas Christus allegabat prędicãdo, propterea Iudei mirabantur dicentes, quomodo hic literas scit cum non didicerit Ioh. 7. Tertio debet etiam considerare diligenter instinctus diuinos, seu inspirationes spiritussancti, vt exequatur quæ adhuc melius, & purificant, & illuminant, propterea subdit. Residẽt iuxta fluenta plenissima, quæ sunt dona spiritussancti. Vnde Christus dixit clamãdo. Ioh. 7. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina ventre eius

Tria dicit cogitationes quales dñt esse.

eius fluent aquæ viuæ loquens de ſpũſancto. Quarto dirigit exempla quæ notantur per genas, ibi genæ eius, ſicut genæ ſunt ſub oculis & nunq̃ cooperiuntur, ſicut alia pene omnia mẽbra ita exempla, ideſt opera manifeſta ſuboculis in conſideratione ſunt hominum, & occultari non poſſunt. Tenetur autem quilibet non ſolum conſcientiæ ſuæ prouidere, ſed etiã proximi bonis exemplis edificare. Et propterea non ſolum a malis, ſed etiam ab his quæ habent ſpeciẽ mali, cauere debent iuxta ſententiã apli. 1. & 2. ad Corin. 8. Debent autem exempla eſſe primo humilis patientiæ propterea dicit areolæ. In area fit percuſſio grani, & calcatio ſuſtinet plures ictus, & tamẽ nõ ſtrãgit terra, ſed integra & ſolida perſeuerat. Nullũ maius exemplũ dat de ſe ſeruus dei, q̃ de virtute patientiæ vt iniuriis tribulationibus non frangatur, non turbetur, non queruletur, ſed firmus & integer ĩ virtute permaneat. hoc Chriſtus edocuit. Vnde Aug. 1. q. 1. Chriſtꝰ quid fecit nobis, ideſt quale exemplum dedit, qui tanta patientia proditorem ſuum ſuſtinuit vſque in finem, vt ei primam euchariſtiam conſectã manibus, & ore ſuo commendatam, ſicut cẽteris apoſtolis propriis manibus daret &c. Areolæ dicit ĩ pluri. quia patientiæ exemplũ debet oſtendi in tribulationibus corporalibus, & ſpiritualibus, quæ duriores ſunt quia tãgunt animam. Areolę nomen diminutum eſt: Ex quadam humili cognitione propriorum defectuum, & per conſequens recognoſcere ſubditum omnium pœnarum debet procedere iſta patiẽtia, non modo philoſophico. Debent ſecundo, & aliis virtutũ prebere exempla. ideo ſubdit aromatũ. Aromata odorifera & ſuauia ſunt virtutes, zuccarum eſt charitas. Cinamomum puritas. Carophilus humilitas. Balſamus obedientia. Mirrha pẽnitentia &c. Harũ exempla debes dare modo de vna modo de alia quæ omnes, quia eis occurrunt tentationes, & tribulationes. Ideo debent eſſe fundatæ in humili patientia, vt ſint areolæ aromatum. Debent tertio omnia exempla etiam operum virtuoſorum eſſe cum magna diſcretione. Vnde ſubdit. Conſitæ a pigmentariis. Pigmentarii ſunt qui ſciũt componere medicinas, & cõfectiones. Non omnium eſt hoc qui habẽt aromata, ſed paucorum ex magna practica. Non omnes qui habent virtutes ſciunt ſemper vti diſcretione. paucorum eſt hoc, & exercitatorũ in via ſpiritus. Et tamen ſi deſit diſcretio, non erit virtuoſum opus. Niſi enĩ omnia fiant cum modis & temporibus, nõ edificabunt, ſed ſcãdalizabunt, q̃ Chriſtus ſumme ſeruauit. Quãdoque reprehendens quandoque tacens, quandoque loquens, quandoque miracula faciens, quãdoque non faciens, quandoque ieiunans, quãdoque comedens &c. Omnia ad edificationem. Quinta regula dirigit locutiones quæ deſignantur per labia. Vnde labia eius &c. Poſuit deus & labia & dentes ante linguã, vt non ſubito loquamur quicquid mẽtis occurrit, ſed tardi ſumus ad loquendum vt admonet Iacobus in canonica ſua capitulo primo. Debet ergo locutio primo eſſe ex dilectione & temperata. Vnde dicit diſtillãtia. Ad diſtillationem plura concurrunt, ſcilicet fornellus cum igne, cãpana & materia q̃ debet diſtillari, & alembicus vñ egredit guttatim. Sic ad hoc vt aliqs bñ loquat debet eũ mouere charitas, q̃ eſt ignis in corde & fornax, Campane ẽ ratio. Illud quod diſtillatur eſt materia, quæ debet dici, alembicus eſt os. Vas vbi recipitur, eſt auditor. Quando ergo charitas inducit aliquem ad loquendum ipſa virtus charitatis tanquam calor quidam intenſus, debet materiam locutionis quaſi euaporando per dicuſſionem tranſmittere ad altitudinem rationis, & dimiſſa omni ſuperfluitate illud ſubſtantiale q̃ aſcendit in rõnem ideſt quod dictat ratio paulatim per eos proferre vbi eſt auditus. Non enim ad modũ maris redundantis debet ſe iactare, vel quicquid eſt corde dicere, nec ad modum torrentis oẽs immunditias viarum colligere, narrando. ſ. defectus aliorum, ſed paulatim & rõnabiliter. Sic fecit dñs Ieſus. Vnde ipſe dicebat Ioan. 5. Hæc dico vt ſali ſitis. Ecce charitas quæ mouebat ad loquendũ. Et de eo dicitur. 1. Petri. 2. Nec dolus eſt inuentus in ore eius, nec etiam aliquod malum. Vnde ipſe dicebat Ioã. 18. Si male locutus ſum teſtimoniũ perhibe de malo. Ecce materia rationabilis, & tota euaporata, parũ, locutus eſt. Vnde Eſa. 53. Sicut agnus corã tondẽte ſe obmuteſcet. Secundo materia locutionis debet eſſe vtilis, propterea, dicit myrrham. Myrrha eſt amara purgatiua, & præſeruatiua a corruptione. Sic locutio, amara debet eſſe ad rẽphendendum vitia aliorũ, non ad adulandũ, ad purgandũ ſua peccata per cõfeſſionem, ad monendũ, & ſic ꝑſeruãdo alios a vitiis. Tertio debet eẽ de melioribus pro pterea dicit primam. Prima. n. diſtillatura eſt melior alia. Sic põt hõ loqui de diuerſis bõis, & bene ſed debet homo eligere etiã meliꝰ, ita q̃ ſic totaliter ſermo ſm deũ ſicut fecit xp̃s qui ait Ioã. 8. Sicut audiui a patre, ſic loquor ĩ mũdo. Sexta dirigit opationes quæ deſignãtur p manus. Vnde dicit manus eius &c. Opa quæ facimus artifici alia & multa alia manibus faci

Qui sũt pigmentarii.

mus

mus. Et ꝓpterea manus in ſcriptura deſignāt opus nrm Hæc aũt opera debent eſſe bona. j. Et ꝓpterea dicit tornatiles. Tornus eſt inſtrm q̃ valde cito operatur, remouet a lignis ſuperfluitates & polit, & tm̃ reuertitur retro q̃tũ ꝓcedit in ante. Hoc ſpũaliter dẽt eſſe in operib. nris ſ. vt prompte operemur, non tarde, vel lente in ſurgẽdo a dormitatione, in eũdo ad eccleam in accedẽdo ad confeſſionẽ, & hmõi. Neſcit. n. tarda molimina ſpũſſancti gra. Dicit Amb. in ome. ſuper Lucam. Debemus ẽt tollere ſuperfluitates ab operibus nris, vt in veſtimentis, cibis, in edificiis & hmõi. Cañ. 3. Tempus putationis aduenit, Debemus facere opera munda, & nitida in conſpectu dei. Debemus in operibus noſtris non ſolum reſpicere in antea ad alia q; reſtant fienda, ſed ẽt aliq̃n reſcindere præterita ad dolẽdum de defectib. Sicut faciebat Paulus dicens. 1. Cor. 15. Non ſum dignus vocari. Apoſt. quia perſecutus ſum eccleſiam Dei. Et Augu. in lib. Confeſſionum accuſans peccata præterita. Fuit dñs Ieſus ſollicitus & promptus in operibus ſuis. Io. 8. Diluculo venit in templum, nil ſuperfluum erat in eo. Colligite ait, quæ ſuperauerant fragmenta ne pereant. Io. 6. Omnia opera ſua deo accepta. Io. 8. Ego ait quæ placita ſunt ei. ſ. patri facio ſemper. Secundo opa iſta dicuntur eſſe multiplicia. Ideo ſubdit, Aureæ. Aurum. n. valde extenditur ſuper omnia alia metalla. Nam de vno ducato fiunt circa 100. petite ad deaurandum picturas, ſic opera nra debente ſe extendere ad multa. Aliquando ad pauperes paſcendos. Aliq̃n eũdum ad eccleſiã ad officium ad prædicationẽ. Aliq̃n ad opera religioſa &c. Multa bona opa oſtendi vobis ait Chrs Io. 10. Debet tertio in ipſis operibus eſſe conſideratio præmiorum, propterea ſubdit plenæ iacinctis. i. lapidibus ꝓciosis, vel floribus alliſis, qui habent colorem cœleſtẽ. Labor te terret ait Aug. Cogita de premio Sie dñs Ieſus ſemper in operibus ſuis contemplabatur Deum & ſupernam gloriam. Diſce ergo ipſum ſequi qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Septima dirigit fructificationes quæ deſignantur per ventrem. Vnde dicit. Venter eius &c. In ventre ſtat fructus humanus ideſt puer. Magna cura & ſtudio quærebant homines in veteri teſtamẽto facere fructus humanos. i. filios. Vnde & in lege ſterilis dicꝑatur maledicta. Sed iam in nouo teſtamento non curat deus tãtũ de iſta fructificatione. Immo dicit Luc. 23. Beatæſteriles que non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt ſed vult fructus ſpirituales pmanentes non deficientes vt filii. Vñ dicit Ioã. 15. Poſuit vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Et qualis eſſe debeat oñditur cum ſubditur. Eburneus. Ebur eſt os elephantis, animalis caſtiſſimi, & ſignificat caſtitatẽ. Vnde in antiph. Ebur caſtitatis, hos igit̃ filios debemus generare, & tales qui ſint caſti, ideſt caſtitatẽ debemus in nobis amare, & in aliis ſuadere. Dicuntur etiam fructus noſtri opera permanentia, vt libri, edificacia, hoſpitalia, quæ quidẽ faciunt ad gloriam humanam, vt pingendo arma, & hmõi, ſed eburnea non ſunt, & ideo fienda ad gloriã dei. Ebur eſt durũ, & ſignificat conſtantiam, & perſeuerantiam, quam debet quis ſuadere his, quos trahit ad Deum, non ſolum actiua, & mundana, ſed ſpũalia, & cœleſtia. Sic dominus Ieſus egi. Nullum docuit aliquam artem, vel ſcientiam cum omnes ſciret, ſed bene diuina & ſpiritualia. Eſt autẽ diſtinctus iſte uẽter zaphiris, quia facit docere filios ſuos ſpirituales quos verbis & exẽplis trahit ad Chriſtum. Octaua dirigit gubernationes deſignatas per crura. Vnde crura eius &c. Sicut enim ſuper crura & tibias ſuſtentatur totum corpus ſic totum corpus eccleſiæ ſuſtentatur & regitur duplici regimine, eccleſiaſtico & tempora li. diſt. 96. Duo ſunt. Sed ad hoc vt non ruat ipſum corpus eccleſiæ Oportet vt iſta regimina ſint iuſta. Et propterea ſubdit. Columnæ marmoreæ. Aliqui faciunt rempublicam ideſt regimen columnas lureas. ſ. non quærendo niſi colligere pecunias & depredationes extorſiones & hmõi. Alii faciunt columnas ferreas, vtentes vt tyrannica, gladio, & ſpata, nutrientes ſectas, expelleres bonos &c. Alii de nihilo faciunt, ſed deſtruunt factas faciendo contra Deum & eccleſiã, vt poſſint bñ proſperare in ſtatu ſuo. Regimen tale durare non põt, ſed iã ruit. Faciendo iſtas columnas ſolum de argento. Non ſufficit, ideſt ſi ſolum vacaretur contemplationi & lectioni, vel doctrinæ, aut prælatis. Requiritur adhuc aliud, videlicet columnæ marmoreæ. Nullus lapis durior marmoreo, nullus candidior, nullns vtilior ad ſeruanda vnguenta. Et cum ſit ita durum, mirum eſt q̃ melius domatur plumbo dulci quam ferro. Et ideo conuenienter ſignificat iuſtitiã. Nulla enim virtus requirit tantum fortitudinem ſicut iuſtitia iudicatiua. Impugnatur. n. a ſanguine a minis a muneribus, a precibus. Nulla virtus pulchriorem facit rempublicã & puriorem Eſt enim reddens vnicuique quod ſuũ eſt. Sicut autem corporis pulchritudo reſultat ex membrorũ debita proportione, ita ipſa iuſtitia quæ habet proportionare cuncta. Facit corpus eccleſiæ pulchrũ ſolũ a plumbo humili,

milì.i.a pœnitentibus,& humilitatis aliquantulũ flectitur.Iuxta illud Virgilii.Parcere subiectis & debellare superbos. Columnæ in plurali dicit,quia duplex est iustitia.s. distributiua,& commutatiua,vt premiare bonos,& punire malos.Super bases aureas.i. super fidem & charitatem alias nihil valet.Sed quia quod expositũ est de duplici regimine, spectat ad prudentiam politicã nõ exeundo terminos prudentiæ particularis, qua quis regulat seipsum. Potest dici ꝙ crura significant appetitus siue affectus,quia sicut cruribus itur, ita affectibus anima pergit versus cœlum vel infernum, secundum qualitates affectionum. Duo autem crura sunt duo appetitus.s.sensualis,& rationalis,quæ crura dicuntur non esse carnea, neque ferrea,sed marmorea habent spiritualiter crura carnea,q̃ in his quę expediũt carni, nõ quærunt necessitatẽ, sed voluptatẽ vt sufficiãt omni modo ipsi sensualitati.Cum tamẽ dicat apostolus ad Rom.Debitores sumus non carni, vt secundum carnem uiuamus. Si.n. secundum carnem uixeritis, moriemini. Appetitum aũt rõnalem habent carnem qui in operibus spiritualibus quæ faciunt,carnalia quærunt honores,diuitias,& huiusmodi. Vel etiam quia patres spirituales aut fratres, aut filios spirituales carnaliter.i. sensualiter diligunt. Semper quærentes eorum præsentiam corporalem.Cõtra quos dicit Aug.in regula. Inter nos nõ carnalis,sed spiritualis debet esse dilectio. Crura etiam ferrea habent qui nec sibi nec alijs per affectum compassionis mouẽtur ad ea quæ necessaria sunt,sed duri & rigidi nimis sunt, contra quos dicit Hieron.Quod dignitatem creaturæ rationalis amittit qui ieiunium charitati,aut uigilias præfert sensuum integritati de conse.dist.5.Non mediocriter.Prudens igitur habet crura affectuum,non carnea, neque ferrea,sed marmorea.i.pura & fixa seu firma, quę crura affectuum fundãtur super bases aureas, idest super duo præcepta charitatis Dei, & proximi dilectionis. Nona dirigit disciplinationes i. modum docendi, seu instruendi alios. Doctrina enim porrigitur,quæ a gutture procedit, & ideo ipsa disciplinatio notatur cũ dicitur,guttur eius suauissimũ. Debet.n. qui docet siue priuate, siue publice loqui non solum aperte vt intelligatur,sed etiã suauiter, vt audientis animus delectetur, propterea dicitur guttur suauissimum,nõ tamẽ debet adulatiue loqui.Nam contra huius adulatores dicit dñs Malach.2.Maledicam benedictionibus vestris .i.sermonibus adulatoriis. 1.q.1. Maledicam, & in eadem.q.c.Multi.Sed debet loqui vtiliter & benigne.Iuxta illud.2.Corin.6.In suauitate,in spiritusancto,& cum loqui habet materias de se turpes,vti debet vocabulis quantum põt honestis,non aperte,sicut ribaldi, nã tales locutiones non sunt suaues, sed odiose sapientibus.Vnde Hieron. De nephandis criminibus que in occulto fiunt quæ nominare ẽt turpissimum est, ne & dicentis os aures audientium polluerentur,generaliter scriptura compressa est,dicens.Verecundos facite filios Israel ab omni immunditia.22.q.4.In eo.

¶ Quia supra introducta est auctoritas illa. Estote prudentes sicut serpentes. Potes hic notare quadruplicem prudentiam serpentis naturalem quam virtualiter imiteris.Prima est, quia serpens quãdo videt se percutiendum,de toto corpore facit scutum,vt præseruet caput illesum. Nam & si vulneretur in corpore capite integro, nõ ex hoc mortem incurrit. Sic debes tu omnia exponere.s.substantiam,famam etiã vitam lesioni vel amissioni, vt caput videlicet rõnis seu Christus qui est caput nostrum illesus euadat.Ledit.n.rõ vel ipse Christus in nobis existens solum per culpam qui semper debet vitari.Vnde Aug.Potius dẽt qs omnia mala pati q̃ peccato consentire.32.q.5. Ita ne.Secunda prudentia serpentis est, quia uetustus effectus vel infirmus vt iuueneſcat, artum foramen inquirit lapidis firmi, per quod cum difficultate transiens, vetustam pellem deponit, exinde induens nouam.Sic & tu factus debilis & antiquus,per peccatum. Si vis vt iuuentus tua renouetur per gratiam, oportet te ire per foramen artum pœnitentiæ, quãtuncunque tibi difficile videatur.Et hoc foramen debet esse in fixa petra,& firma.i.firmo proposito nõ recidiuandi,quia vt ait Aug.Nihil prosunt lamenta si iterentur peccata.s.quoad propositũ iterandi vulnus iteratũ tardius sanat,de pœn. dist.3.Inanis.¶ Tertia prudentia serpentis.s. aspidis est,quia cum incantatur, ne audiat vocem incantantium obturat aures suas, vt ait psal.57.Vnam figendo,in terram,in aliam caudam immitendo,sic & tu fac. Cum incãtator diabolus vult te capere incantationibus suarũ suggestionum,claudas aures,cogitationes, & affectus,ne ipsis assentias,& hoc ex consideratione finis peccatis,quod significatur per caudam,quia vt dicit apostolus ad Rom. Finis illorum mors est. Et ex consideratione mortis corporalis ad terram prostrenẽtis humiliatur homo,& cauet a peccatis.Iuxta illud. Terram geris,terram terris,& in terram reuerteris,qui de terra sumeris.13.q.2.Inecclesiastico.Quarta prudentia serpentis est, qui insidiatur calcaneo

§.1. Prudentia serpẽtis naturalis ẽ quadruplex.

caneo mulieris, vt dicitur Gen.3.vt.ſ.occidat eam. Mulier autem voluptatem ſeu mũdanam proſperitatẽ deſignat. Calcaneus eſt finis eius. Sic autem occiditur ſeu contemnitur humana proſperitas ſeu voluptas, dum attenditur finis eius, ideſt vanitas & nocibilitas. Greg. in omel. Momentaneum eſt, quod delectat, ſed æternum quod cruciat.

§.2. ¶Item ad prudentiam particularem ſiue monaſticam pertinet illa auctoritas. Prouerb.2. Quattuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus. i. prudentiora. Formice populus infirmus qua præparant in meſſe cibum ſibi. Lepuſculus plebs inualida qui collocat in petra cubile ſum Regem locuſta nõ habet, & egreditur vniuerſa pturmas ſuas. Stellio manibus nititur, & moratur in edibus regum. Expone moraliter. In formica commendatur nobis prouidentia quæ eſt pars prudentiæ, per quam reſpicitur ad futura ſibi prouidens. Vnde Prouerb.6. dicitur. Vade ad formicam piger. In locuſta quæ ſaltat, & poſt ſaltum retro decidit. Deſignatur in prudente ardens deſiderium æternorum quæ ſunt vltimis finis, qui maxime attenditur a prudente. Iuxta illud prudenter agas, & reſpice finem. Sed caſus locuſte in retro ſignificat recordationem præteritorum defectuum, & huiuſmodi. Memoria autem præteritorum, ad prudentiam pertinet tanquam pars eius. In ſtellione qui eſt lacertulus, quaſi depictus, & ſtellatus, qui alas nõ habet. Sed manibus nititur incedere, ſignificat diligẽtiam in operatione, quæ ſupplet defectum naturæ. Diligentia autem operationis pertinere videtur ad rectã ordinationem preſentium, quæ eſt ſecunda pars prudentiæ, vbi opere fiendo conſiderandum eſt an tale opus liceat, expediat, & deceat, vt licitum reſpiciat neceſſitatem, ſed ad ſalutem expediens vtilitatem decens honeſtatem ſecundum Bernar. Et habetur extra de uoto magnæ. In lepuſculo quod eſt animal timidum velociter fugiens, ſed in petra callocans cubile ſuũ, ſignificat diffidentiam de proprijs viribus ſuis, & ſenſu ſuo, & confidentia in Deo ſeu in Chriſto, quæ eſt petra. Petra autem erat Chriſtus. Vnde prouer.3. dicitur. Ne innitaris prudentiæ tuæ, vbi Hieron. Prudentiæ ſuæ ne innitatur, qui ea quæ ſibi agenda vel dicenda videntur patrum decre. præponit extra de conſtitu. Ne innitaris.

Quattuor ſũt minima terræ.

¶De prudentia economica. Cap. 5.

SEcunda prudẽtia eſt economica, quæ eſt neceſſaria ciui. inquãtum eſt familię gubernator, vbi ſciendum eſt, q̃ ſecundum quod vult philoſophus primo politico. In perfecta familia ſeu domo tres communitates requiruntur, ſcilicet viri & vxoris, domini & ſerui, patris & filij. Et prima quidem requiritur propter opus generationis quam natura principaliter in ea intendit. Secunda requiritur propter opus adminiſtrationis. Non enim res generata ſubſiſtere poſſet niſi adminiculum ſerui adeſſet, vbi ſm philoſophũ loco ſerui non tm̃ accipitur miniſter rationalis, quem poſſunt diuites habere, ſed etiam mancipiũ aliquod irrationale quod loco ſerui pauperibus deſeruit, vt bos, aſinus, vel etiam inſtrumentum aliquod lucratiuum, vt nauis, ligo, vel aliud huiuſmodi. Tertia requiritur p̃p perpetuam ſpeciei cõſeruationem, & ideo humana vita in vno perpetuari non poteſt, ſed requiritur ſucceſſio filiorum in quibus non ſolum humana ſpecies, ſed etiam vna familia perpetuari poteſt. Secundum has tres cõmunitates neceſſaria ſunt tria regimina prudentiæ. Nam alia prudentia requiritur in regimine vxoris, alia in regimine ſeruorum, & alia in regimine filiorum.

Tres cõmunitates req-rũtur in imperfecta familia.

§.1. ¶Primo ergo ciuis qui eſt gubernator familię, debet pollere quadã prudẽtia ad regimen vxoris. Vbi ſcire oportet quòd vir circa vxorem tripliciter debet ſe habere, ſcilicet quòd ei affabiliter conuiuat, decenter ipſam tractet ſiue procuret, & ſine zelo ipſa diligat, & viuat. In ea autem debet tria velle ſibi. Quod ſit caſtra cum pudicitia. Verecunda cum ſilentio, & pia cum diſcretione. Hæc omnia menſuranda ſunt per prudentiam viri. Primo vir cum vxore debet affabiliter viuere. Eſt. n. maritus ſolatium vxoris, non ſolum in copula carnali, ſed etiam in conuictu ſociali, maxime cum vxorem nõ deceat ſe multum exhibere extraneis ſociis & ſolatijs, poſſet. n. cito in famiam apud alios incurrere & malam de ſe in corde viri generare opinionem. Ad hæc ergo vitanda debet vir vxori eſſe affabilis, & beniuolus, alias vita vxoris eſſet cum triſtitia. Signa autem amicitiæ quæ debent vxoribus exhiberi, non ſunt vniformiter ad omnes habenda. Si. n. vxor eſt humilis & honeſta, ſunt quidẽ ſigna huiuſmodi oſtendenda, & ſi aliquando erret, debet verbis blandis & dulcibus ammoneri. Si vero ſit ſuperba & contumax, debet aſperior increpatio adhiberi. Rex Aſſuerus domeſtice ſe habuit ad Reginam Heſter, quando ab ea inuitatus ad conuiuium, benigne & dulciter inuitationem ſuſcepit, & cũ ea familiariter comedit. Heſter 5. Ad Reginam vero Vaſthi durius ſe habuit, qa eius imperio parere contempſit. Heſter 3. Secundo

Vir circa vxorẽ tripliciter ſe debet habere.

cundo vir debet vxorem decenter tractare tã in ornamentis quam in aliis ad eius personam pertinentibus. Est enim mulier facta in adiutorium viri ad opus generationis. Vnde nõ sicut ancilla vel serua tractanda est sed, sicut sociа gubernanda, propter quod de media sũb ſtatia viri vt de costa formata ẽ, sicut sacra scriptura testatur. Debet aũt vir vxorẽ tractare in vestimentis, & aliis ornamentis secundum q̃ decet & suo ſtatui expedit. Decet. n. vxorem militis magis honorificas vestes habere quam vxorem simplicis ciuis, & regis quam vxorem militis. Et sic de aliis diligenter, inſpectis conditionibus personarũ ſtatuũ, locorum & temporum. Aliq̃n sic secus fiat datur ciuitatibus magna occasio ruinæ & destructionis. Vnde philosophus in 1 retho. Loquens de Macedonibus, ait eos esse infelices eo, qd̃ suis vxoribus illicita permittebant. Valerius maxi. ciues ro. commendat eo q̃ vxoribus de indumentis & aliis necessariis prouidebant ornamẽtis dicẽs. Consuetudo diu approbata apud romanos, in de ad alios deriuata, q̃ viri vxores suas ornamẽtis decentibus induebant, sed parco victu nutriebãt. Tertio vir dẽt vxorem sic diligere vt zelotipiã vitet, aliquando sibi magnũ nocumentũ nõ seruãdi fidem prebet. Infertur qdẽ nocumẽtum magnũ viro, si nimis circa vxorẽ est zelotipus, quia semper est in ſuſpitione, & per consequẽs in cordis anxietate, vnde fit cũ vna cura aliã impediat qd̃ retrahat̃ a debitis operibus ciuilibus, propter quod ad cõuiuendũ cũ aliis ciuibus grauis reddit̃ & inept⁹. Itẽ vxori ex hoc nõ seruandi fidẽ incitamẽtũ præſtat. Id enĩ quod prohibet̃ ex ipsa prohibitiõe magis concupiſcitur. Nam ſm̃ phũm. 2. retho. Concupiſcentia est eius quod abest, non autẽ eius quod adest. Et cũ ex ipsa prohibitione res ꝓhibita videat̃ ab esse, eo ipo magis desiderat̃. Ex quo sequitur vxores zelotiporum magis incitari ad malum, quia in his magis augetur cõcupiſcẽtia eorũ q̃ prohibẽtur, vel a quibus se priuari per viros ſuſpicãtur. Mãdauit deus in veteri lege, vt vir propter amoris zelotipiam falsum crimen vxori non imponeret, aut perodium⁹ non affligeret, sed potius scripto libello repudii eam dimitteret. Deutero. 24. Quod permiſſiue fuit factũ vt dixit. Christus Matth. 19. Ad vitandum vxorcidium. Vnde non sine peccato hoc faciebant. Nũc nullo modo illud tolleratur p leges canonicas. Et Valerius narrat q̃ quidam ex nimio amore ad vxorem ipſa mortua ſe interfecit.

§. 2. ¶ Ab vxore aũt vir q̃rere debet q̃ muliebri ſexui vident cõpetere inter q̃ primũ est q̃ ſit caſta & pudica. Decet. n. vtrunq; coniugẽ ſibi in uicem fidem ſeruare. Ad hoc enim aſtringuntur, nõ ſolum diuino præcepto quo omnis fornicatio prohibetur, ſed etiam iure naturali, q̃ dictat coniunctionem maris & fẽmine esse in diuiſibilem propter bonum prolis procreãdę, & ad perfectum producendę. Ad quod requiritur permanentiam maris cum fœmina vſque in finem, ex quo apparet esse matrimonium de iure naturali. Maxime autem decet & expedit bonis matrimonii q̃ vxor polleat caſtitate, q̃a eius violatio est periculoſior q̃ violatio viri; propter incertitudinem filiorum adulterorum qui in hereditate paterna ſimul cum legitimis poſſent ſuccedere. Item & hoc conditione mulieris, magis repugnat q̃ cõditione viri. Ad caſtitatem autem vxoris multum facit ſobrietas, & cibi parcitas quibus maxime mulieres debent pollere. Debent enim esse temperate circa cibum & potum, propter quod natura facit eas esse parue & rare digeſtionis, & per cõ ſequens parue ſumptionis. Recitat Valerius Maximus. Quod Romanis mulierib. Nephas erat vinum bibere. Vnde ait quod vini vſus olim Romanis fœminis ignotum erat, ne in ali quod dedecus prolaberentur, quia vſus vini conſueuit esse proximus ad veneream incõtinentiam. Non ſolum autem vxorem decet eſſe caſtam in veritate, ſed etiam pudicam quantum ad exteriores corporis geſtus. Debet enim ab omni ſpecie mala abſtinere, puta a petulantia oculorum diſcurſibus ſuperfluis, inordinatis corporis motibus, virorum colloquiis, ludis virilibus, & ab omnibus huiuſmodi, quæ earũ honeſtatem in oculis hominum poſſent aliqualiter denigrare. Vñ Cryſo. in quadam omel. ſuper Ioan. dicit. Qd̃ mulieris est domi philoſophari, ideſt in domo operoſam continue ſe reddere & a diſcurſibus ſe cohibere. Est enim vt dicitur in tractatu de abuſio. Vnũ abuſionis genus mulier ſine pudicicia. Gratia autem ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata. Eccleſia. 26. Secundo debet vir in uxore quęrere, quod ſit verecunda & taciturna. Verecunda enim ſecundum philoſophum 7. Ethicorum. Est quædam paſſio quæ conuenit etati iuueni li. Et hoc maxime competit mulieri. Cũ enim ſm̃ eundem philoſophũ. Verecundia ſit timor ingloriationæ. Ille maxime est verecundus, qui maxime timet confundi vel erubeſcere coram aliis. Talis autem est qui est laudis appetitiuus, & iterum qui est parui cordis. Mulieres autem ſunt laudis appetitiue propter carentiam virtutis & operum virtuoſorum, & ex hoc ſunt erubeſcitiue timentes con-

Duæ sũt ſeruãdæ in coniuge.

fundi in conſpectu aliorum. Item ſunt timide ex paruitate cordis, quaſi omnia expaueſcentes. Cum autem hæc paſſio ſit laudabilis, & quædam cathena retrahens a multis turpibus quærenda eſt in vxore verecundia. Alioquin ſi mulier verecundiam perdit, efficitur audaciſſima ſine freno, ſecundum illud. Hiere. 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi noluiſti erubeſcere. Et in tantum excedit quod uix inuenitur aliquis vir qui perpetraret illa, quæ mulier inuerecunda attentaret, ſiue in turpibus, ſiue in quocunque genere peccatorum. Mulier enim in eo quod concipit communiter excedit, ſiue in bono ſiue in malo, & hoc cõtingit propter paucitatem rationis & abundãtiam paſſionis. Signum autem huius laudabilis paſſionis videtur eſſe ſilentium ſiue tacitur nitas, & ideo non decet mulierem eſſe garrulã vel litigioſam, quia hoc maxime indicat audaciam virilem quam multum vitare debẽt mulieres, eſt enim ſecundum philoſophum ſilentium ornamentum mulieris. Vnde in huiuſmodi ornamenti laudem dicitur Eccleſiaſti. 26. Mulier ſenſata & tacita non eſt immutatio animæ erudite. Exemplum de Sarra quæ uiris, ideſt angelis comedentibus ſub arbore non exiuit ad eos, ſed tanquam verecunda & taciturna in tabernaculo manſit. Tertio debet vir in vxore quærere quod ſit pia, & miſericors, ſed cum diſcretione. Mulieres enim communiter & pueri ſunt miſeratiui, ſed pueri ꝓpter innocentiam credentes alios eſſe innocentes. Et ideo omnes indigne putant aliquid pati. Mulieres vero propter molliciem complexionis quam anima naturaliter immitatur, & ideo nihil durũ aliis ſuſtinere poſſunt. Ad hoc aurem maxime inducenda eſt vxor propter, duo. Primo propter familiam quam debet cõ ſolari, eo quod communiter in domo habet re ſidere. Debet enim eſſe ſolicita & operoſa ad ea quæ ſunt in familia, & per familiam agenda. Secundo propter eleemoſynas pauperibus erogandas. Viri enim ſunt intenti admercationes, & ad alia opera magna ad hoc quod familia non deficiat in neceſſariis, & ideo frequenter negligunt pauperes, & ſeipſos in his quæ ſpectant ad Deum; quapropter vxores in hac parte, factum virorum ſupplentes debent eſſe eleemoſynarie & pie, tam pro ſe quam pro viris. Exemplum de Maria Magdalena cum aliis mulieribus quæ Chriſto miniſtrabant, de facultatibus ſuis. Marci. 15. & Luc. 8. Et recipiebant hoſpitio Lucæ. 10. & de ſepultura eius Marci. 16.

Vxor in ducẽda ꝓp duo.

§. 3. ¶ Licet quantum ad conſtitutionem domus, imperfecte poſt communitatem viri & vxoris prius fit tempore communitas domini & ſerui quam patris & filii. Natura tamen in parentibus magis eſt ſollicita circa filios quam circa ſeruos. Et ideo prius eſt agendum de regimine filiorum. Vltimo de regimine ſeruorum. Sciendum eſt igitur quod patres debent eſſe ſollicti circa filios, ad quorum curam obligantur tã in iure naturali quam diuino. Iure quidem naturali, quia filius, eſt aliquid patris. Eſt enim generatus de ſubſtantia patris, ſiue per modũ principii tantum actiui, vt dicunt naturales, ſiue per modum principii actiui, & materialis vt dicunt medici, vt videlicet pars deciſa a patre inſimul cum materia a matre miniſtrata, ſit de ſubſtantia corporis filii materialiter. Eſt autem naturale quod quilibet diligat opera ſua, vt vult philoſophus tertio Ethicorum. Vnde patres diligũt filios, & Poetæ poemata ſua. Hoc etiam apparet ex natura totius quod ad ſe naturaliter partem ſeparatam trahit, pater autem ad filium ſe habet, vt totum ad partem. Exquo patet quod vehemens eſt amor patris ad filium quaſi ſui ad ſe. Ex amore autem ſollicitudo cauſatur circa dilectum. Sicut ergo patres eſſe ſubſtantiæ filiis contulerunt, ſic conferre tenentur nutrimentum quantum ad gubernationem corporis, & diſciplinam quantum ad regimen motum. Iure quidem diuino ad hoc idem obligantur, ſicut dicit ſcriptura ex ore ſapientis. Si filii tibi ſint, erudi eos, alioquin partes qui ſunt negligentes circa correctionem filiorum participes exiſtent peccatorum eorum, & frequenter iuſte dei iudicio et hac vita puniuntur Hely ſummus ſacerdos iudeorum quia negligẽs & remiſſus fuit in correctione prauorum filiorum, & dure a domino increpatur, qui tãdẽ iuſto Dei iudicio mortẽ ſubita ac miſerabili, quantum ad oculos hominum, ruptis ceruicibus a tergo cadendo eſtinguitur primo Regum quarto. Et Dauid etiam quia negligens fuit in correctione filiorum punitus fuit ex multis malis, quæ fecerunt vt dicit Gratianus diſtinctione. 47. Sicut hi qui per inſaniam. §. Neceſſe. Quia autẽ ſermones vniuerſales in moralibus ſunt minus vtiles, conſiderari oportet in ſpeciali ea a quibus filii per patres ſunt retrahendi. Et ea ad q̃ ſunt inducendi. Sunt autem tria præcipue ad quæ iuuenes naturaliter inclinãtur, a quibus retrahi debent per patres. Sunt enim paſſionũ ſectatores in verbis procaces ſeu lapſu lingue præcipites, & in ſenſu proprio pertinaces. Sunt autem tria ad quæ ſunt inducẽdi ſcilicet quod ſint diuinorum cultores, q̃ ſint honoratiui

Sollicitudo patrum erga filios.

noratiui malorum, & ꝙ sint sectatores bonorum morum. Primo ergo iuuenes naturaliter insequuntur passiones quod eis contingit ex abundantia caloris & feruore sanguinis, ex quo fit incitatio ad concupiscentias venereorum. Cum ergo omnis homo agat vel ex ratione, vel ex passione, iuuenes aũt vsu rationis careant, consequens est eos ex passionibus agere & earum esse insecutores, ab his autem retrahi poterunt per litterarum studium, & artium mechanicarum exercitium. Vnde ab infantia sunt deputandi ad hmõi opera, & maxime ad scientias liberales, vt est gramatica quæ directiua sermonis est in loquendo cõgruum. Ad dialecticam quæ est directiua rationis in concludendo verum. Ad rethoricam, quæ est suasiua in proponendo ornatum. Ad musicam, quæ est delectabilis in vitando ocium. Ad arithmeticam, quæ est instructiua proportionum in sciendo numerare. Ad geometriã, quæ est mensuratiua quantitatum in videndo spacia terrarum. Ad astrologiam, quę est perspectiua astrorum cognoscẽdo naturales effectus corporum cęlestium. Exemplum in Philippo patre Alexandri Magni, qui philosophos plures deputauit ad eruditionem Alexandri. Similiter Octauianus filios suos faciebat exercitare in exercitiis corporalibus, vt in iaciendo lapidem, fundã, saltando, sagittando & huiusmodi. Filias autem suas lanificiis fecit instrui, vt artem haberent & vsum viuendi. Et valent hæc ad ocium iuuenum vitandum. Sunt insuper iuuenes in verbis lasciuis procaces, & lapsu linguæ præcipites, aliis conuiciando & faciliter deierando. Mouentur autem ad verba lasciuiæ per hoc ꝙ effrenatis affectionibus ad venerea incitantur. Vnusquisq; aũt secundum philosophũ delectabiliter cogitat, loquitur & operatur ad ea quæ efficitur. Erumpunt autem facilitet ad iniurias inferẽdas, siue ex eo ꝙ aliis se maiores reputant, feruore sanguinis & calore in eis vigente. Siue etiam quia paucorum experti & non repulsam sunt passi. Vnde secundum philosophum 2. rethoricorum. Animo si sunt communiter & bone spei. Frequenter autem deierant, vel ad deierandum sunt faciles, quia nondum aliqua conscientia reguntur & seipsos totaliter ignorant. Et ideo nullo remorsu conscientiæ tacti faciliter enunciant, ꝙ eis in mentem euenerit. Non etiam decentiam conuiuendi in alijs respiciunt, cum multum mentiendi consuetudo & deierandi repugnet. Ab his autem vitijs lingue iuuenes retrahũtur per monita paterna & materna. Debent enim parentes continue correctioni filiorũ insistere, modo admonendo, modo increpando, modo verberando, & filii debẽt, paternis monitionibus obtemperare secundum documẽtum. Salomonis lib. Ptouerb. Alioquin fiunt iniuriosi, contumeliosi, blasphemi, & verba scurrilia loquentes. Quapropter philosophus. 7. Politico. docet iuuenes circa locutiones esse coercẽdos. Debent autem instrui statim ab ipsa infantia propter teneritatem ętatis. Ex qua dociles existentes, cito recipiunt formam boni. Si autem per negligentiam parentum, aut propter aliquam innatam in natura malã dispositionem ad huiusmodi vitia vel alia assueuerunt, difficile erit eos abducere, quando ad ætatem peruenerint. Refert Greg. in li. dialog. puerum quinq; annorum ignibus gehenne deputatum, participãte patre in pęna eius, quia non cor rexerat, ex eo quòd ex mala consuetudine frequenter linguam in Dei blasphemiam relaxabat. Item sunt in sensu proprio pertinaces. Faciliter enim annunciant quod ignorant. Et ideo vt plurimum fatua & falsa loquuntur. Et quia gloriosi volunt apparere, hoc pertinaciter defendere satagunt. Insuper grandia præsumunt paucorum experti, ad quę peragenda non sufficiunt, & tamen ꝙ male fecerint ex pertinacia confiteri erubescunt. Ad his autẽ retrahi poterunt. Si negocia ardua & alicuius ponderis, puta regimina vel magna consilia, aut aliqua huiusmodi eis non tribuantur. Nam secundum philosophum non sunt iuuenes eligendi Duces, eo ꝙ constat eos non esse prudentes. Roboam filius Salomonis pertinax fuit, & prudentia caruit, quando consilio antiquorum non acquiescens, consilium iuuenũ secutus est, dure & superbe populo respondendo propter quod magnam, partem regni meruit amittere, tertij Regum 12.

¶ Interea videndum est ad quę ætas iuuenilis est inducenda. Et dicendum ꝙ in fide & diuino cultu prius est instruenda. Cum. n. ea quæ sunt fidei supra rationem existant, tanto citius proponi debent, quanto eis facilius acquiescitur. Pueri aũt qui rationem dictorum nõ quærunt, cito sunt creduli, vt philosophus dicit. 2. Retho. Et maxime his quæ dñr a parentibus a quibus non credunt se falsi. Vnde dr̃. 2. Ethic. ꝙ iuuenes solum erudiuntur a lege. Appellat aũt ibi philosophus eruditiones a lege documenta parentum, maxime quantum ad finem quam tenent. Est aũt valde vtile ꝙ iuuenes in his quæ Dei sunt erudiantur ab infantia, quia sic assueti firmius adhęrent, nec possunt auerti postmodum ꝑꝑ consuetudinem iam in naturam cõuersam. Est. n. consuetudo altera natura, §. 4.

tura, vt dicitur in lib. de memo. & remi. Cuius causa assignatur a philosopho. 2. retho. vbi dr q̃ natura est semper consuetudo aũt sępe. Sæpe aũt propinquum est ei q̃ semper est, & sic consuetudo est propinqua naturæ. Vt autẽ ea quæ dicta sunt iuuenes capiant allicidi sunt, vt ecclesias frequentent, vbi diuina mysteria celebrantur, & q̃ gesta sanctorũ miracula, & hmõi frequenter audiãt. Ideo Apostolus ad Ephe. 6. admonet patres dicens. Educate filios in disciplina & correctione dñi. Vnde lex vetus instituit, q̃ patres circa filios essent solliciti de instructione diuini cultus. Ideo dr Exo. 12. Cum dixerint vobis filii vestri quę est ita religio. Dicetis eis, victima transitus dñi est. Exemplum Thob. qui docuit filium suũ ab infantia timere Deũ, & abstinere ab omni peccato, vt patet in lib. eius c. j. Deinde sunt inducẽdi vt reuerentiam maioribus impendant, & maxime parentibus. Decet. n. iuuenes maiores & antiquiores venerari. Vnde Leu. 19. mandatur. Corã cano capite cõsurge & honora personã senis. Et ideo inter præcepta quæ dantur respectu proximi. Primũ datur de honoratione parentũ, vnde in commendationem huius præcepti, pœna aspera & dura olim infligebatur transgressoribus. Præcepit. n. Moyses Deu. 21. Quia filius contumax & proteruus, & parentũ imperio obedire contemnens, deberet a populo lapidari. Videmus etiam in hac vita frequẽter multa aduersa filiis euenire diuinitus q̃ parentibus sunt infesti. Exemplum de decem fratribus de quibus narrat Aug. 22. de ciui. Dei c. 8. circa fi. qui duri & infesti matri sue, cum propter hoc maledixeret eis, effecti sunt membris tremebundi.

§. 5. ¶ Vlterius inducendi sunt iuuenes ad bonos mores inter quos pręcipue expediunt ad perfectionem, iuuenilis ætatis. Mores. n. positi a philosopho. 2. rethori, quorum sex sunt laudabiles, & sex vituperabiles sunt quodammodo naturales. Et ideo de his taceamus, sed eos pro maiori parte includemus in antedictis. Eo quamur aũt ad presens de moribus necessario acquirendis, sine quibus iuuenes fiunt vitiosi, maxime cum ad perfectã peruenerint ætatem, & ideo de pueritia, conandi est ad eos habendos. Primo. n. debent esse morigerati circa cibum & potũ, ne fiant gulosi & leccatores. Secundo circa ludos decentes & congruos, ne fiant blasphemi, & taxillorum lusores. Tertio circa honestas societates, ne fiant malorũ hominum sectatores. Primo ergo adhibenda est cautela circa filios, ne sint intemperati circa comestibilia. Nam ex cibo inordinato modo sumpto efficiuntur gulosi & ad conuersandum inepti. Ex vino etiam intemperate sumpto fiunt multipliciter vitiosi. Faciliter. n. fiunt ebriosi, lasciui, & rixosi. Ebriosi quidem, quia ascendentibus fumositatibus quę habent ex vino generari, turbatur cerebrum quo turbato ratio deprimitur, & sic eius vsus impeditur, vnde ebrietas causatur. Fiunt etiam lasciui per hoc q̃ corpus calefit, quo calefacto, fit incitatio & prouocatio ad luxuriam. Venter. n. & genitalia secũdum Hieronymum, sunt vicina membra, vt ex vicinitate membrorum, intelligatur confederatio vitiorum, quia dicit idem. Venter mero estuans facile spumat in libidinem. dist. 35. Venter. Fiunt etiã rixosi, quod ex prima causa contingit. Nam cerebro turbato & vsu rationis amisso, faciliter prorumpunt in verba inordinata. Ex hoc causantur lites & dissensiones. Habet enim vinum in nimia quantitate sumptum sanguinem inflãmare, & per cõsequens hominem animosum reddere, & irascibilem. Propter hoc assuefaciendi sunt iuuenes ad parcitatem cibi & potus. Tullius lib. 2. de tuscu. quæstionibus narrat. Quod Licurgi laboribus & abstinentiis eruduunt iuuentutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, estuando, & Sene. lib. 2. de ira dicit, quod educatio filiorum maximam diligentiam plurimum pro futuram desiderat. Facile est enim animos teneros componere, sed difficile scinduntur vitia quæ nobiscum creuerunt. Vnde prouerb. 22. Adolescens iuxta viam suam graditur, cum senuerit non recedet ab ea. Secundo inducendi sunt ad ludos decentes & honestas solatia, secundũ enim philosophum. 8. Pol. Ludus est necessarius in vita humana. Est. n. vt dicit quędam deductio per quam vitantur tedia vitæ, inertia corporis, & pronitas ad lasciuiam. Pueri enim nesciunt esse ociosi, quia humana mens naturaliter ocium refugit. Et ideo permitti debẽt circa ludos occupari, dũmodo non sint inhonesti, alioquin vagari incipiunt de illicitis cogitationibus. Vitatur et ab eis inertia corporalis, dum per conuenientes ludos eorum membra abiliora redduntur ad grauiora exercitia sustinẽda, eis peruenientibus ad etatem perfectam, huius autem ludi non sunt solum intelligendi, qui per corpus exercentur, vt trochi ludus. Sic dicit Catho. Sed etiam qui auditu & visu percipiũtur, vnde eis interdum sunt recitande honeste fabule & parabolice, ẽm fictionem Esopi, & alique pulchre historie, quib. libenter intẽdant. Coercendi etiam sunt ab impudicis, & inhonestis visibilibus, non solum in veritate, verũ etiam in imaginibus & picturis, vt vult philosophus.

Sex sunt mores laudabiles.

Sex sunt vitupetabiles.

7. ethic.

7. eticho. Cum Ismael filius Abrae ex ancilla natus Isaac fratrem suum natum ex libera matre, scilicet Sarra vellet inducere ad turpem ludum idolatrie vel lasciuie egre ferens Sarra dixit ad Abraam virum suum. Eijce ancillam & filium eius. Gen. 21. Tertio inducendi sunt ad societates honestas, & retrahendi a prauis. Inter cetera enim quae maxime nocent eis est inordinata societates. Fiunt enim ex hoc vanifures, & vniuersaliter ad omnia vitia, quem socios vident irretitos, facillime conuertuntur quod eis contingere videtur propter tres proprietates quae in eis reperiuntur. Sunt enim molles & faciliter ductiles. Complexionem enim corporis teneram consequitur conditio aie maxime quantū ad patrē sensitiuam cuius operationes pueri maxime insequuntur. Mollia autem & ductilia facilime impressionē recipiunt ad modum cere. Iuuenes ergo ad mores sociorum cito inclinantur. Sunt etiam nimis amatores amicitiarum, vt dicitur 2. reth. Et sodales dirigunt quia gaudent conuiuere similibus. Vbi est autem multa iuuenum congregatio, ibi multum est de sensualitate & parum de ratione, & sic necesse est fieri vana & dissoluta ac multum inordinata. Item iuuenes sunt multum creduli vt dictū est supra. Cum enim parum vigeant ratione, faciliter credūt, & ideo cito possunt seduci. Igitur propter predicta debent patres siue per se, siue per pedagogos filios admonere, vt diligenter considerent socios magis maturos, & compositos cum quibus conuersentur, alios; deuitent & fugiant. Narrat Boetius in lib. de disci. scho. de filio Lucretii, quod fuit absque disciplina nutritus consumens bona paterna cum aleatoribus & leccatoribus, hic cum a patre de patibulo frequenter esset redemptus demum iterum captus patris penuria redimi nō potuit, qui cum lachrymis voce querula osculum a patre petiit, & cum pater accessisset ad eum, nasum patris filius morsu acutissimo secuit dicens. Quare bonos socios contempsi, quare meis prauis moribus non obstetisti. Nunc de te capio vindictam.

§. 6. ¶ Expedit autem & conueniens est aliquos esse seruos, & hoc tribus de causis, scilicet propter appetitus corruptionem, propter intellectus depressionem, & propter rerum temporalium administrationē, quia enim aliqui sunt in appetitu deprauati & ad mala proni, dignū est eos seruos aliorum existere & pena seruitutis puniri, & ista fuit prima causa inducens seruitutem, vt patet de filio Noe nomine Cham, verenda patris deridenti propter cuius irreuerentiam tota eius posteritas seruituti est addicta. Item dignum est aliquos esse seruos aliorum propter intellectus depressionem. Et ista est causa quodammodo ex natura inducta vt tangit philosophus 1. politico. Qui enim sunt corpore fortes, & robusti ad onera sustinenda intellectu deficiunt, vt plurimum, & hi apti sunt ad seruiendum vt a sapientibus regantur. Qui vero sunt carne molles: & viribus corporis destituti intellectu sunt vigentes, vt plurimum. Et hi apti sunt ad dominandum & alios regendum. Item expedit aliquos esse seruos propter penuriam rerum temporalium ex quae maioribus seruire tanquā eorum ministri coguntur, qui vt corporaliter sustententur aliorum regimini se subdunt. His visis videnda sunt, quae & quot obseruanda sunt ad hoc q̄ conuenienter habeant se serui ad dominos & econuerso. Est autem sciendum q̄ serui ad dominos se debent habere tripliciter, ad hoc q̄ digne exerceāt officium debitū, scilicet. Quod sint fideles in commissis a dominis suis. Intelligentes in preceptis & decentes in obsequiis. Debent ergo primo esse fideles in his quae eis a dominis committuntur. Nomen enim serui a seruiendo dictū est, vel a seruando. Ille igitur vere seruus est qui in seruiendo est conseruatiuus bonorum domini sui. Vnde in commendationem fidelitatis seruorum promittit eos dominus, supra multa constituere, qui etiam in pauco fuerunt fideles. Matthe. 25. Narrat Valerius li. 3. de quodam milite Cæsari fidelissimo, qui cum esset captus, & ad Antonium ad ductus, inuitatus ab eo, q̄ Cæsaris miles non esset amplius, sed suus respondit. Iugulari me potius iube, quia nec salutis beneficio, nec mortis supplicio abduci possum, vt Cesaris miles esse desinam & tuus esse incipiam. Antonius autem suae felicitatis merito vitam concessit. Non solum autem debent esse fideles, ne dominos suos defraudent, sed etiam prouidi & intelligentes, ne ab aliis circa dominorum bona defraudentur, & vt etiam ea quę his mandantur recte apprehendant & debite exequantur, vt dominus in Euangelio commendat seruum qui cum fidelitate habet prudentiam. Fidelis inquit seruus & prudens quē constituit dominus super familiam suam Matth. 24. Vera autem prudentia seruorum est quando cum intelligentia statim sequitur prompta obedientia. Vnde Hierony. super Hiere. m. ait. Serui est demisso capite aure patula, prompta voluntate ad obediendum audire vocem domini, iuxta illud Samuelis 1. Regum. 3. Lo-

quęre domine, quia audit seruus tuus. Debet ergo seruus mandatum domini attente audire, recte apprehendere, & ipsum sine dilatione
Exẽplũ. executioni mãdare. Quidam monachos dum scriberet in cella primam partem litteræ o inchoasset a suo patre Abbate vocatur, qui mox litteram incompletam dimittẽs de cælla ęgreditur, vt Abbatis imperio pareat. Rediens vero ad litteram illam merito obedientiæ ex auro completam inuenit diuinitus. Decet tertio seruos esse decentes & puros non solum mundicia corporali quam decet habere ministros, sed multomagis mundicia mentali, ne sint morum corruptores in familia. Et hoc enim posset præstari magnum nocumentum tam filiis quam etiam filiabus, & aliis quibuscunque in domo permanentibus. Vnde psalmista. c. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Exemplum in Ioseph, qui de adulterio inuitatus ab vxore domini sui operi nephario nullatenus acquieuit sed dixit. Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, ne quicquam est quod non in mea potestate sit præter te quæ vxor eius es. Quomodo possum hoc facere Genesis 39.

§. 7. ¶ Domini autem ad seruos similiter tripliciter se habere debẽt, videlicet vt sint in loquen
Qđ dñi debẽt se hĩe tripliciter ad seruos. do placidi, ne verbis durioribus exasperentur, In remunerando benefici ne compulsi necessitatibus furentur. Et in mandando discreti, ne nimis grauaminibus onerentur. Primo ergo decet dominos ad seruos esse verbis placidos. Asperitas enim verborum reddit dominos seruis onerosos, vt non eis a seruis prompto animo seruiatur. Aduertendum tamen est, quòd non decet dominos se nimis familiares exhibere seruis, sic enim venirent in contemptum. Est ergo medium tenendum quantum possibile est, vt videlicet non nimis inhumanos se reddant, nec se nimis contemptibiles exhibeant. Nam enim vt ait Aristotiles quinto Politicorum. Princeps debet esse seuerus, scilicet reuerendus, quod potest intelligi in quocunque regimine, siue respectu vxoris, vel filiorum, seu etiam seruorum, vel economico, seu etiam in politico & regali. Secundo decet esse dominos benefícos in remunerando. Debent enim prouidere necessitatibus seruorum secundum decentiam, & exigentiam seruorum, & conuentiones pactorum. Alioquin efficiuntur fures, & dissipatores bonorum dominorum suorum. Tertio decet dominos esse discretos circa seruitia distinguenda, & imponenda seruis. Debent enim domini experiri prius conditiones, & qualitates seruientium, & quosdam ad quædam deputare, & quosdam ad alia, secundum eorum idoneitatem diuersam. Nec etiam debent eos grauare quantitate seruitiorum, vel etiam diuturnitate laboris, sed mẽsurare eorum vires & proportionare laboribus. Sic enim omnia ordinate fiant, & tota res domestica in pace quiescet. Mandauit Deus in lege veteri quòd serui modeste a dominis tractentur, ne videlicet immoderatis laboribus affligerentur. Vnde voluit in Deuteronomij 15. quòd in die sabbati requiesceret seruus & ancilla. Et iterum, quòd in septimo anno a seruitio liber esset, vt habetur Deuterono. quintodecimo. Ad prędicta mensuranda expedit dominis primo, puta quòd sint considerationi suæ conditionis ad hoc quod deprimatur in eis tumor elationis. Debent enim considerare seruos ex eisdem seminibus esse ortos, sicut dicit Seneca. Eodem frui cœlo, ęque spirati, ęque mori. Præterea cogitare debent hæc esse bona fortunæ quæ in sibi subiectis frequenter placidos, tristesque commutat vultus. Nescis inquit Seneca qua ætate Hecuba seruire cęperit qua Cresus, qua Darii mater, qua Prælo, qua Diogenes. Sic ergo cum inferiore viuas, quemadmodum superiorem tecum viuere velis. Insuper considerare debent domini se ab vno Deo esse productos ad suam imaginem esse factos, & eiusdem gloriæ esse capaces. Quapropter Deus homines quos sic equalis conditionis condidit, non hominibus prætulit, sed pecoribus. Dominamini inquit piscibus maris & volatilibus cœli &c. Genesis 1. Vnde dicit Augustinus, ꝙ primi iusti pastores pecorum magis quam reges hominum constituti sunt. Exemplum Exẽplũ. de seruo nequam, qui noluit compati socio de paruo debito, missus fuit in carcerem Matthę. 17. Exemplum de Beato Martino, qui in militia seruiebat seruo suo cum debuisset seruire ab eo.

¶ *De prudentia regnatiua. Cap. 6.*

POst prudentiam directiuam familiæ, quæ dicitur economica, vt recto ordine procedamus agendum est de prudentia, quæ dicitur regnatiua, siue legis positiua. Hæc enim est homini necessaria inquantum est rector communitatis perfecte, vt est ciuitas vel regnum. Et quia regis est regere ciuitates & regna insuper, & leges condere. Ideo talis prudẽtia dicitur regnatiua, siue legis positiua, sub qua habent comprehendi quęcunque alia recta

cta regimina principium, vt puta ducum, comitum, & poteſtatum, & huiuſmodi. Hæc aũt virtus tantomagis eſt principibus & rectoribus neceſſaria quanto plures habent ſue gubernationi ſubiectos. Vnde eis ſub ſpeciali ratione conuenit tanquã propria. Regere enim alios & drigere in finem debitum fit per prudentiam. Vnde dicit philoſophus. 7. Ethico. Illos eſtimamus prudentes, qui ſibi & aliis poſſunt bona ſpeculari & prouidere. Prudentia ergo in principe debet eſſe quędam cognitio vniuerſalis excedens cognitiones ſingulorum & ſe extendens ad bonum commune omnium, debent enim per eius prudentiam operationes ſubditorum dirigi in finem debitum. Cum ergo tantum bonum ſicut eſt directio omnium, & gubernatio boni communis proueniat ex prudentia præſidentis, diligenter advertendum eſt, ne in regimine preficiatur qui hac virtute careat. Nam talis feliciter in tyrannidem degenerat, cum enim per prudentiam vere bona, quæ ſunt opera virtutum cognoſcantur, & ad ipſa facienda homines dirigantur ſequitur quod per imprudentiam & fatuitatem bona ſenſibilia quæ non ſunt vere bona vt ſunt diuitiæ & delitiæ corporales tanquam bona ſimpliciter acceptentur. Circa talia namque ponet rector imprudens ſtudium ſuum, vt omiſſis operibus virtutum affluat diuitiis & ſenſibilibus bonis, propter quod efficietur expoliator boni communis, depredator populi, extorſor pecuniarum undecumq; & omnium ſubditorum oppreſſor. Hæc autem ſunt tyrannorum. Ex hoc vlterius ſequitur ruina ciuitatis, quia populus non uolens ſuſtinere tanta grauamina ciuitatem deſeret propter quod deſerentur artes, agricultura tolletur, & finaliter policia peribit, ſi longo tempore huiuſmodi tyrrannidẽ exercere ſtudeant Patet ergo quanta mala peruenire poſſunt ex inſipientia præſidentis. Rex Salomon conſiderans ſapientiam ſiue prudentiam ſumme neceſſariam eſſe præſidentibus, Deo ſibi promittente quod daret omne quod peteret, ipſam ſolam poſtulauit dicens. Da ſeruo tuo cor docile, vt iudicare poſſit populum tuum, & diſcernere inter malum & bonum. 3. Regũ ſecundo. Tullius in libro de officiis loquens de bello Athenienſium præfert prudentiam fortitudini.

§. 1. ¶ Princeps autem ex virtute prudentiæ præcipue debet circa quatuor ſtudere videlicet vt deo placeat populo pro poſſe ſatisfaciat, reipublice prouideat, & leges iuſtas & poſſibiles cõdat. Ad hæc omnia peragenda debet cura peruigili intendere. Et primo quod deo placeat. Qui enim alios regit & ordinare ſtudet in finem debitum prius conari debet, vt ſeipſum ordinet in Deum, qui eſt finis omnium regentiũ. Ex hoc autem duo bona cõſequitur. Primo quia princeps a populo magis diligitur, ſi viderit eum eſſe cultorem diuinorum & operãtem virtuoſa. Vnde philoſophus dicit. Qui principem decet eſſe deicolam. Deber enim princeps eccleſias fabricare & eas frequentare. hoſpitalia erixgere, & pauperes enutrire. Secundo quia facilius populum gubernabit & ad bona trahet. Videns enim populus dominum ſuum de diuinis curantem admirabitur eum putans ipſum Deo eſſe coniunctum, & ſibi familiarem eumque immirari ſtudebit. Rex Salomon edificato templo ſtetit ante altare domini in conſpectu eccleſiæ Iſrael, & expanſis manibus in cœlum, & genibus in terram fixis, longam orationem ante Deum fudit proſalute populi, propter quod populus benedicens regi, gaudens reuerſus eſt in tabernacula ſua. 3. Regum 8. & 9. Ex hiſtoria tripartita, habetur de Conſtantino quid fuit Dei cultor uiſo in ſomnis ſigno crucis & ei dicto, quod in hoc vinceret. Fecit vexillum crucis ante exercitum de ferri. Et de palacio oratorium fecit, & tabernaculum inſtar eccleſiæ fieri mandauit quod ſecum deferebat quando in bellum procedebat, vt tam ipſe quam milites diuina audirent & multa pulchra ordinauit ad exaltationem fidei & eccleſiæ. Similiter Ioſias rex factus ſuper Iudam multum fuit ſollicitus & zelans ad reducẽdũ populũ ad verũ cultũ dei. 4. Reg. 22. & 23. & ſecũdi Paralyp. Secũ do debet ſtudere ut populo ſatisfaciat, qđ ſit dũ ſe non ſeuerũ, ſed reuerẽdũ exhibet, ſi familiã honeſtã & curialẽ habeat, ſi ſapientes conſiliarios conſulat, ſi iudices iuſtos teneat, ſi bene factores digne p̃miat, & delinquentibus pœnas debitas inſligat. Per hæc populus conſolabitur diſſentiones, emulationes, murmurationes vitabit. Sicq; in pace qeſcens in dilectionẽ principis aſſurget. Rex Dauid multũ ſe gratũ & dilectũ populo exhibuit. Vñ volenti exire ad bellũ contra Abſalon, dixit populus non exibis, quia tu vnus p̃ decẽ milibus cõputaris. 2. Reg. 18. Sic Clemens Papa ab omnibus multũ amabatur. Nicola etiã omnibus ſe amabilẽ exhibebat. Debet tertio ſtudere vt prouideat reipubli. quod quidẽ fit ſi in illa ea habentur que poſſunt eſſe ad directionẽ & conſolationem & corporalem ſuſtentationẽ. Ad directiõẽ aũt rei publi. valẽt ſapientes ad qđ maxime debet prĩceps intẽdere. Debet. n. p̃curare q̃ in ciuitate

Ex virtute prudẽtiæ princeps dẽt quatuor ſtudere.

sit studium litterarum pro pueris erudiendis, quod sint iurisperiti pro directione causarum consiliis dandis & alii sapientes secundum qđ viderit ciuitate expedire. Vnde ponit philosophus. Quod ad verum regem pertinet sapientes etiam extraneos si proprios non habet honorare & promouere. Ad consolationem autem reipub. valent virtuosi. Non enim solum in ciuitate debet esse directio quæ est per sapientes, sed etiam recta operatio quæ est per amicos dei. Et ad hoc maxime debet princeps intendere, videlicet vt habeat in ciuitate religiosos, verbum Dei prędicantes, clericos honestos diuina celebrantes, & alios timentes Deũ qui pro populo orent, cum frequẽter inuenia mus ciuitates saluatas propter merita aliquorum amicorum Dei. Ad corporalem vero sustentationem valent bona fortunæ. Vnde princeps diligenter debet attendere ne in ciuitate accidat caristia, sed abundantia victualium sit in ea, & ad hoc consequendum debet præuenire & fructus reseruare tempore oportuno, non obstante quod perditio fiat in fructibus reseruatis. Debet autem præcipue conatum adhibere circa maxime necessaria, vt est frumẽtum sal & huiusmodi Pharao rex Egypti videns Ioseph sapientem cum multo honore præuenit & toti regioni præfecit, vt copia frumenti seruati future fami prouideret Gene. 41. In epistola quam dicitur Aristo. Alexan. scripsisse, tale sibi dat documentum. Decet regem legiferos honorare, religiosos venerari, sapientes sublimare, & cum eis conferre quãtum vero ad prouisionem eorum quæ possunt accidere subdit idem Arist Oportet regem futura cogitare, & futuris casibus prudenter ocurrere.

§. 2. ¶ Cum autem sm philosophum. 6. Ethi. due sunt prudentiæ politicæ. Vna quæ est quasi archite ctonica in principe existens quæ nunc dicta est regnatiua vel legis positiua, & alia qua si manu operans in subditis existens, quæ communi nomine retento dicitur politica. Restat post pdicta vt de hac aliq̃d dicamus, vbi prius ostendẽdum est omnẽ hominẽ natura esse politicum & ciuilem, & per consequens idoneum ad obseruantiam ciuilium præceptorum. Nec obstat quod aliqui eligant vitam solitariam, & campestrem. Hoc enim potest esse tribus de causis, vt ponit philosophus. 1. Poli. Quia aut tales sunt vt dii, aut sicut bestiæ aut bonis fortunæ priuati. Aliqui enim tacti amore dei vitam socialem deserunt, & solitariam eligunt, vt expeditius diuine contẽplationi vacare possint, sicut fuerunt multi sancti pãtres, vt Ant. Benedictus multique alii in deserto degentes.

Duę sũt prudentiæ politicæ.

Hi tales possunt dici dii participatiue, qa Deo assimilari studeant in contemplatione summe veritatis. Alii vero habent naturam siluestrem & ferocem ad cõuiuendum cum aliis importabilem. Et tales sub iugo legis simul cũ aliis stare non valentes, bestie dicuntur, non homes, quia hoim est insimul socialiter cõuiuere. De hoc duplici genere hominũ dicit philosophus prædicto li. Quod nõ potẽs cum aliis coicare, ei nulla, est pars ciuitatis, sed est vel bestia vel deus. Sunt insuper alii qui ciues esse non pñt, sunt enim bonis fortunæ priuati, puta diuitiis & potẽtia. Hi paupertati pressis ciuitates desere rere conguntur, & loca campestria & solitaria ad agros excolendos habitare. His causis remotis quæ communiter sunt ab humana natura, extraneæ. Omnis homo naturaliter est ciuilis & politicus, quod dupliciter ostendi potest. Primo ex eo q̃ habet communes conceptus, quos per vocem vult alteri communicare. Delectatur enim homo alteri iudicare quod concipit, & simul cum eo conferre, quod non solum est ad delectationem, sed & ad necessitatem. Nã quod vnus non videt per intellectum alterius intellectus supplet, & sic colloquium ratiocinãtis hominis cum homine facit ad bonum consilium, & per consequens ad bonum iudicium Conueniẽter ergo diffinitur homo animal esse rationale. Ratio enim discursum inquisitionis importat, quæ tandẽ ad rationẽ veri termi natur. Cayn postquã genuit Enoch dicitur primus edificasse ciuitatem, quã vocauit Enoch ex nomine filii Gene. 4. vbi datur intelligi qđ iam multiplicatus erat in filiis & nepotibus, ad quorum custodiam & humanarum necessitatum subuentionem sub certis officiis & modis viuẽdi primus ordinauit, vt dicitur in scholastica hystoria. Ex quo etiam patet quod necessaria est omni homini ciuitatis habitatori p̃ dicta prudentia politica qua fit idoneus obseruator legis, qua etiam aliis sciat conuiuere & principibus obedire. Vbi est aduertendũ quod totaliter mouetur subditus a principante, & aliter irrationabilia & inanimata mouentur a suis motoribus. Nam sic mouentur q̃ non mouent, & sic aguntur quod non agunt. Nõ enim habent dñium sui actus, cum libero arbitrio carent, & ideo rectitudo regiminis tñ est in suis motoribus. Sed homo subditus principi- sic mouetur, & agitur ab eo per preceptũ qđ tñ mouet seipsum per liberũ arbitriũ. Et ideo requiritur in eo quædam rectitudo regiminis p̃ quam seipsum dirigat in obediendo maiori bus, & cõuiuendo aliis ciuibus. Vnde Tullius li. 1. de offi. dicit quod in reipub. sunt magistra-

tus per-

tus perſonæ priuate, & etiã peregrini, ad quos omnes ſpectat habere propriã prudentiam ſm eorum officiũ, ſicut ad magiſtratus pertinet eam habere ciuitatis, ſeruare leges, iura deſcribere, & ſue fidei commiſſa meminiſſe. Ad priuatum vero ciuem pertinet recto iure aliis cõuiuere, nec ſubmiſſum, nec abiectum, nec ſe efferentem nimis eſſe. Talem enim dicere ſolemus bonũ ciuem. Peregrini vero eſt pter ſuum negocium nil agere, de alio non inquirere, qa vitioſum eſt in aliena patria curioſum eſſe. Ex talibus igitur officiis per prudentiam ordinatis conſurgit armonia pacis in republi. Nã ſm Aug. de ciui. Dei. Quilibet in ciuitate eſt, ſicut vna litera in ſermone. Et ſicut vna chorda in cythara, quæ cum bene fuerint cum aliis ordinata, conſurgit concentus harmonicus ſm ꝓportionem diſtinctus. Sic etiam in multis perſonis in ciuitate ſummis mediis & infimis interiectiſque aliis ordinibus ſm proportionem officiorum ordinatis conſurgit optima policia. Hanc prudentiam ordinauit Deus in populo iudeorum. Primo reſpectu preſidentium in loco iudicii. Vnde ſtatuit in eis copiam iudicum dicens. Deutero 16. Iudices & magiſtros cõſtitues in omnibus portis tuis, de ambi guis vero & arduis voluit eſſe recurſum ad locum vnum a Deo electum in quo eſſet & ſummus ſacerdos qui determinaret dubia emergentia circa diuinum cultum, & ſummus iudex qui determinaret dubia pertinentia ad iudicia hominum. Sicut patet. Deute. 17. Deinde quantum ad communem ciuium conuerſationem ſtatuit fieri communicationem de rebus paruis, abſque precio dicens. Deute. 23. Ingreſſus vineam proximi tui, comedes vuas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum. Nec videlicet ex hoc daretur occaſio grauis damni, ex quo pax turbari poſſet, quæ inter diſciplinatos non turbatur ex paruorum acceptione, ſed magis amicitia confirmatur, & homines aſſuefiunt ad faciliter communicandum. Quantum ad mutuorum ſubuentionem, quæ eſt frequens & neceſſaria inter homines voluit curiales eſſe eos & faciles. Et hoc tripliciter. Primo ne cum mutuum concederent vſuras exigerent, vel pignora vite neceſſaria acciperent. Et ſi acciperent ante ſolis occaſum reſtituerent, vnde Deute. 24. mandauit qđ non acciperent pro pignore molam, quia eius vſus neceſſarius eſt habentibus molendi exercitium. Si vero veſtimentũ acciperent loco pignoris ꝙ ante ſolis occaſum redderent. Sicut dicitur ibidem, & Exo. 22. Si pecuniam tuam dederis populo meo pauperi qui tecum habitat, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Secundo quod non importune exigerent, vnde dicit. Exo. 23. & Deute. 24. Quod in repetendo non deberent, domum ingredi. Eſt enim domus tutiſſimũ hominis receptaculum. Et ideo moleſtum eſt, non ſolum homini, ſed etiã cuique animali ꝙ in proprio habitaculo inuadatur. Tertio ad maius fomentum charitatis inſtituit qđ in ſeptimo anno debita remitterentur. Probabile enim erat vt ſi commode reddere poſſet ante ſeptimum annum redderent. Diſciplinati. n. hominis non eſt mutuantem gratis velle defraudare. Si autem omnino impotentes eſſent, eadem ratione erat eis debitum remittendum ex dilectiõe qua eis erat de nouo concedendum propter indigentiam. Quantum ad extraneos diuina ſapientia prudentiſſime illum populum ordinauit. Primo enim voluit iudeos eis eſſe pios & miſericordes dicẽs. Exo. 22. Aduenam non contriſtaberis neque affliges eum. Aduene enim & ipſi fuiſtis, in terra egypti, & Deuter. 26. Mandauit diuitibus decem anni fieri decimam pro peregrinis pupillis & viduis, Quia vero extranei non habent illum amorem ad bonum reipub. quem habent ciues. Ideo ſecundo ſtatuit, ꝙ non ſtatim ad conſortium populi admitteretur, niſi interuentia generatione. Sicut etiam philoſophus dicit in 3. politi ꝙ apud quoſdam gentiles non recipiebantur aliqui ciues, niſi qui ex auo vel attauo habitatore nati exiſterent.

Subuentio mutuorum tripliciter fit.

§. 3. Natura tribuit rei naturali duplicem virtutẽ.

¶ Poſt prædicta de quinta ſpecie prudentiæ quæ dicitur militaris aliqua paucam dicamus. Circa quod eſt ſciendum quod militia principaliter eſt inſtituta ad defenſionem boni communis, quod impediri poteſt per impugnationem hoſtium, & ſeditionem ciuium. Sic enim debet eſſe in ciuibus, ſicut in naturalibus cum ars ſit naturæ imitatrix. Videmus autem ꝙ natura tribuit rei naturali duplicem virtutem. Vnam per quam ſequit conuenientia, & aliam per quam repellit nociua, vt igni dat leuitatem per quam aſcendat ſurſum ad locum, ſcilicet quietis & ſalutis, & calorem per quem reſiſtat & obuiet corumpentibus. Animalibus etiam dat vim concupiſcibilem per quã eſſequuntur ea quæ ſunt eorum ſaluti accõmoda. Et iraſcibilẽ per quam reſiſtant corrumpentibus & læſiuis. Similiter in moralibus & ciuilibus conueniens eſt duplicem eſſe prudentiam reſpectu boni communis, ynam ſcilicet ad regendũ & leges condendum, & hæc eſt regnatiua, ſiue legis poſitiua. Et aliam ad reſiſtendum & reprimendum

insultus hostium, & hoc dicitur militaris. Ex hoc apparet q̄ militia nihil aliud est q̄ quædā prudentia operis bellici ordinata ad defensionem boni communis. Ex historia scholastica Hierusalem quæ erat ciuitas principalis in regno Iudeorum, olim triplici muro fuit circundata. Per hoc distinguens tria genera habitantium ſm tria murorum interstitia. In interiori nanq; parte primi interstitii habitabat rex cum principibus & consiliariis, & sacerdotes cum prophetis & leuitis hi pollebant prudentia regnatiua in gubernando populum tam in præceptis iudicialibus q̄ in cerimoniis diuini cultus. In parte vero media secundi interstitii habitabant milites pollentes prudentia militari. Hi deputati erant ad defensionem & custodiam reipub. In parte vero extrema tertii interstitii habitabant aut iste manu operātes q̄citati deseruiebant pro necessitatibus humanę vitæ. Hoc quippe ordine Hierusalem politia fuit dispositia quandiu sub præceptis Dei & prophetarum monitis vixit.

¶ *De partibus potentialibus prudentiæ videlicet, eubolya, ſynesi, & gnomyn. Cap. 7.*

Tres sūt virtutes prudentiæ.

DE partibus potentialibus prudentiæ seu de virtutibus adiunctis ei. Nota q̄ sunt tres ſm philosophum in lib. ethi. scilicet eubolya, ſynesis, & gnomyn. Prima ergo dicitur eubolya, quæ ſm philosophum dicitur rectitudo consilii. Et quod sit virtus probat b. Tho. 2. 2. q 51. artic. primo sic de ratione virtutis est q̄ faciat actum hominis bonum. Inter cæteros, actus hominis proprium est ei consiliari, quia hoc importat hominis quandam rationis inquisitionem circa agenda in quibus consistit vita humana. Eubolya autem importat bonitatem consilii. Dicitur enim ab eu quod est bonum & bolyn quod est consilium quasi bona consiliatio vel potius bene consiliatiua. Et sic patet quod sit virtus humana. Sciendū etiā q̄ non est bonum consilium, siue aliquis malum finem in consiliando, præstituat, siue etiā ad finem bonum malas vias adinueniat, vnde vtrunque est contra rationē eubolyæ, vt dicitur. 6. ethi. Hęc autem virtus sicut nec alię in nullo peccatore inuenitur, omne. n. pctm̄ est contra bonam cōsiliationem, requiritur enim ad bene consiliandum non solū adinuētio vel excogitatio eorum quæ sunt opportuna ad finem, sed etiam alie circunstantię. ſ. tempus cōgruū vt non sit nimis, tardus nec nimis velox in cōsiliis. Et modus cōsiliādi. ſ. q̄ sit firmus in consilio suo, & aliæ circūstātię debite q̄ peccator peccādo non ſuat. Sed bñ virtuosus ī his q̄ ordinant ad finē virtutis, licet in aliis negociis aliqñ non sit bñ cōsiliatiu⁹. Et licet cōsiliū īportet dubitationē, vñ & imꝑfectionē, est tñ virt⁹ q̄. 7. ethic. dr̄ eē ꝑfectio. Sed ꝑfectio est ſm modū hominis, q̄ non pōt pcertitudinē cōprehēdere veritatē rerū ꝑsimplicē ītuitū, sed p inuestigationem. Est aūt eubolya virtus distincta a prudētia. ſm b. Tho. vbi ſupra. ar. 2. & rō ē, quia virtus ꝑprie ordinat ad actū quē reddit bonū, iō oportet ſm dr̄iā actuū eē diuersas virtutes, & maxīe qñ nō ē eadē rō bonitatis in actibus. Si. n. eēt eadē rō bonitatis in eis tūc ad eādē virtutem ꝑtinerēt diuersi actus, licet ex eodē depēdet bonitas amoris desiderii & gaudii, & iō oīa ista ꝑtinent ad eandē virtutem charitatis. Actus enim rationis ordinati ad opus sunt diuersi nec habent eandem rationem bonitatis. Ex alia enim ratione efficitur homo bene consiliatiuus, & ex alia bene iudicatiuus, & alia bñ præceptiuus, quod patet ex hoc q̄ iste aliquando adinuicē separantur, & ideo oportet aliam esse virtutem eubolyam per quam homo est consiliatiuus bene, & aliam prudētiam per quam homo est bene preceptiuus, Et sicut consiliari ordinat ad precipere tanquā ad principalius, ita etiam eubolya ordinatur ad prudentiā tanquā ad principaliorem virtutem, sine qua nec virtus esset, sicut nec morales virtutes sine prudentia, nec ceter̄ virtutes sine charitate. Et cum dicitur. 6. ethī. qd̄ prudentię est bene consiliari, intelligēdum est quod ad prudentiam pertinet bene consiliari imperatiue. Ad eubolyam autem elicitiuè.

Distinguit eubolya a prudentia.

De boni tate cōsilii.

¶ Secunda virtus annexa prudētiæ dicitur ſynesis hæc ſecundum b. Thom̄. vbi ſupra arti. 3. importat iudicium rectum non quidem circa ſpeculabilia, sed circa particularia operabilia, circa quę etiam est prudentia, vnde ſecundū ſynesim dicuntur in greco aliqui ſyneti, ideſt ſensati, vel eusineti ideſt boni ſensus, sicut econtrario, qui caret hac virtute dicūtur asyneti, ideſt insensati. Oportet autē quod ſecundū differentiam actuum qui non reducuntur in eandem causam sit etiam diuersitas virtutum. Manifestum est autem q̄ bonitas consilii, & bonitas iudicii non reducuntur in eandem causam. Multi enim sunt bene consiliati ui qui tamen nō sunt bene sensati quasi recte iudicantes, & ideo præter eubolyam oportet eſſe aliam virtutem quæ est bene iudicatiua, & hæc dicitur ſynesis. Et nota qd̄ rectum iudicium in hoc cōsistit, q̄ vis cognoscitiua apprehēdat rē aliquā ſecundū quod in ſe est, quod quidem ꝑuenit ex recta dispositione virtuti apprehensiue, §. 5.

prehensiue, sicut in speculo si fuerit bene dispositum imprimuntur formæ corporum secundum q̃ sunt, si vero fuerit speculum male dispositū apparent ibi imagines distorte & praue se habentes. Quod autem virtus apprehensiua sit bene dispositiua ad recipiendū res, secundū q̃ sunt contingit quidē radicaliter ex natura. Consummatio aūt ex exercitio, vel ex munere gratiæ. Et hoc dupliciter. Vno modo directe ex parte ipsius cognoscitiue virtutis puta quia non est imbuta prauis cōceptionibus sed veris & rectis, & hoc pertinet ad synesim secundum q̃ est specialis virtus. Alio modo indirecte ex bona dispositione appetitiue virtutis, ex qua sequitur q̃ homo bene iudicet de appetibilibus, & sic bonum virtutis iudiciū sequitur habitus virtutum moraliū, sed circa fines Synesis autem est magis circa ea quæ sunt ad finē. Et nota q̃ in malis potest esse iudicium rectum in vniuersali. Sed in particulari agibili semper eorum iudicium corrumpitur. Et nota quòd finis proximus consilii quod pertinet ad Eubolyam est inuentio eorum quę sunt agenda. Finis autem iudicii est rectitudo. Finis aūt præcepti, quod pertinet ad prudentiam est vltimus finis. Et quia contingit quòd id quod bene iudicatum est differri vel negligenter agi & inordinate, ideo post virtutem Synesis, quę est bene iudicatiua necessaria ē finalis virtus principalis, quæ sit bene præceptiua. s. prudentia.

De tria virtu. annexa prud. scilicet gnomyn.

¶ Tertia virtus annexa prudentiæ secundum Tho. vbi supra artic. 4. dicitur gnomyn, quam philosophus 6. ethi. ponit specialem esse virtutem. Pro cuius declaratione sciendum secundum Tho. q̃ habitus cognoscitiui distinguuntur secūdum altiora vel inferiora principia, sicut sapientia in speculatiuis altiora considerat quam scientia, & ideo ab ea distinguitur, & ita etiam oportet esse in actiuis. Manifestum est aūt q̃ illa quę sunt pp ordinem inferioris principii siue causæ reducuntur q̃nque in ordinem altioris principii sicut monstruosi partus animalium sunt præter ordinem virtutis actiue in semine tñ cadunt sub ordine altioris principii, scilicet cœlestis corporis vel vlterius diuinæ prouidentiæ. ¶ Vnde ille qui consideraret virtutem actiuam in semine non posset rectum iudicium ferre de huiusmodi mōstris de quibus non potest iudicari secundum considerationem diuinæ prouidentiæ. ¶ Contingit autem quandoq; aliquid esse faciendum præter communes regulas agendorum, puta quòd impugnatori patriæ nō est depositum reddendum vel aliquid hmōi. Et ideo cum de hmōi oportet iudicare, secundum aliqua altiora principia exigitur altior virtus iudicatiua, quā sint regulę communes, secundum quas iudicat Synesis. Et hæc talis vocatur gnomyn. Quæ importat quādam perspicacitatem iudicii. Et quamuis omnia quæ præter communem cursum contingere possunt considerare pertinet solum ad prouidentiam diuinam. Tamen inter homines ille qui est magis perspicax potest plura horum sua ratione diiudicare.

TITVLVS TERTIVS.
De Fortitudine.

¶ *Fortitudo animam tripliciter firmat quo ad se, contra mundi aduersitates quo ad bonum commune contra patriæ hostilitates, quo ad Deum contra eorum prauitates.* Cap. 1.

CIRCA virtutē fortitudinis quatuor sunt videnda. Primo de præconiis ad eius laudem pertinentibus. Secundo de materia circa quam versatur. Tertio de actibus eius & assumendis bellis. Quarto de partibus eius.

§. 1. De pcōniis fortitudinis.

¶ Præconia fortitudinis possunt assignari tria ex eo videlicet q̃ animum tripliciter firmat. s. quoad se contra mūdi aduersitates, quoad bonum cōe contra patrię hostilitates, quoad Deū contra errorū prauitates. Est ergo primū præconiū fortitudinis, quia animū firmat quoad se cōtra mundi aduersitates, vbi sciendū est q̃ status præsentis vitæ est status cuiusdā pugnę, vnde Iob ipsam assimilat militiæ. 7. c. Militia est inquit vita hoīs super terram, pp quod cōgregatio fideliū vocatur ecclesia militans. Militat. n. præsens vita nīa multiplici pugna, nunc contra carnis spurcitias, nunc contra mundi nequitias, nunc vero contra diaboli insidias. Necessaria est ergo virtus fortitudinis, quæ animū habet firmare ad tot tolerāda & reprimenda, vnde Esa. c. 2. sub figura Syon humanā nātēm admonet vt hac virtute se armet. Induere inquit fortitudine tua Syon, per Syon arcē intelligimus quę ciuitati Hierusalē dominabat, & eā protegebat, & cōuenienter mēs humana intelligitur quæ ad modū arcis cęteris viribus principatur, has siquidem regit & defendit q̃n virtute fortitudinis induta decorat, vnde Salomon prouer. 6. Forticudo & decor indumentū eius. In tm aūt hęc virtus hoīem firmat & stabilis, q̃ nulla aduersa nulla blandimēta, nullaq; vitiorū tentamēta possunt eum a bono rationis abducere, vnde Ambro. lib. 1. de offic. dicit. Non mediocris animi virtus est fortitudo quę sola defendit ornamenta virtutū omniū, quæ

in

inexpiabili prælio aduersus oĩa vitia decertat. Inuitat ad labores fortis ad pericula: rigidior aduersus voluptates: auaritiam fugat tãquam labẽ quandam quę virtutẽ effeminat. Nulla.n. fortitudo corporalis huic põt comparari. Sicut dicit Sen. Facilius est inquit gentẽ vnam q̃ virũ vnum vincere, & loquitur de viro ſm q̃ a virtute animi vel a fortitudine dr̃. Antiquitus. n. nomen virtus fuit solius fortitudinis, vt dicit Tullius, & quantum ad hoc loquitur Salomon prouer. 16. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur aĩo suo expugnatore vrbium. Hoc fortitudinis præconio Iob indutus fuit contra oĩa aduersa tolerãda. Nam primo Sathan procurante mundi aduersa fuit inuit, dum oĩa bona sua perdidit vna cũ liberis. Deinde in carne dum a plãta pedis vsq; ad verticẽ non remansit in eo sanitas. Vltimo ipse diabolus auctor malorum vxorem cõtra ipsum prouocauit, & tres eius amicos sibi onerosos fecit, imponentes ei q̃ licite oĩa Deus intulerat aut inferri permiserat pp eius peccata, & tñ in oĩbus his non peccauit Iob labiis suis, nec stultum quid contra Deũ locutus est Iob 1. & 2. ¶Secundum præconium huius virtutis est, quia aĩam firmatur quoad bonũ cõe contra patriæ hostilitates, ſm enim philosophũ 1. ethic. bonũ quãto est cõius tãto est diuinius. Bonum aũt patriæ est quoddam bonũ cõe ciuium nulli particulari personæ appropriandum, sed ab oĩbus cõiter appetendum, ea aũt quæ sunt cõia minus diliguntur & de eis minor cura hr̃, ac pro hoc neglecta destruuntur & perduntur. Ad cõseruationem igitur patriæ & bonorũ cõium necesse est q̃ sint in ciuitates hoĩes virtuosi viriles, & aĩo stabiles, bonũ cõe diligente qui neglectis propriis bonis etiam corporibus morti se exponãt pro conseruatione, & defensione ciuitatis, hæc autem facit virtus fortitudinis qua ad bonum cõe defendendum hoĩem impellit, & quãtum ad hoc est cæteris virtutibus excellentior quia diuinior, est. n. pugnans pro bono cõi, vnde dicit Ambr. 1. de offic. Est fortitudo velut cęteris excelsior, quę vtilior est in rebus bellicis in ciuilibus seu domesticis. Ad hoc aũt naturalis ratio inclinat. Sicut. n. in humano corpore multa sunt mẽbra, quæ per multa officia sibi inuicem deseruiunt, & sic vitam totius corporis saluãt. Sic in vna ciuitate quæ vnũ corpus constituit, multi sunt hoĩes qui diuersis officiis intendentes ad mutua obsequia sibiinuicem communicanda, bonum cõe ciuitatis vniformiter intendere debent, nec ab hoc retrahi debent timore aliquo vel dispendio commodi proprij, hoc aũt bonum cõe fortis considerat qui bona propria ad tutionem, & conseruationẽ patriæ ordinat, vnde dicit philosophus 7. ethico. Non solũ nobis nati sumus sed ortus nostri partem patria vẽdicat partẽ amici. Atq; vt placet stoicis. Sicut quæ in terris gignuntur ad vsum hominũ oĩa creari, sic hoĩes hominũ cã esse generatos vt ipsi inter se alij alijs prodesse possent. Exẽplum apud antiquos sicut narrat Sen. erat tãta cura rerũ cõium q̃ ipsi pauperes erãt in domibus suis, quorũ tñ diuitijs erariũ plenũ erat, vnde malebant sibi esse pauperes vt rẽpub. opulentissimam haberent, sicut narrat Tullius de quodã qui omni gaza macedonũ potitus quæ maxima erat tñ in erariũ inuexit pecuniæ, vt vnius Imperatoris p̃da finẽ attulerit tributorum, nec aliud in domũ suã intulit præter memoriã noĩs sempitetnã. ¶Tertiũ præconiũ fortitudinis est quia aĩum firmat quoad Deũ contra errorũ prauitates siue infidelitũ tyrannides. Sicut. n. amor terrenę ciuitatis aliquos facit pugiles pro ipsa vsq; ad mortem decertantes. Ita immo multo fortius amor cęlestis patrię constituit pro Christi fide pugnatores q̃ pro eius defensione mortẽ corporis nõ metuũr. Ad hoc aũt rõ inclinat, sicut. n. multi hoĩes faciũt vnũ corpus, q̃ est populus vel ciuitas pro cuius defensione singuli ciues morti se debẽt exponere, quia bonũ cõe debet præponi singulari bono, ita secundũ Apost. ad Rom. 12. Multi vnũ corpus sumus in Christo, singuli aũt alter alterius membra. Christus aũt cũ Deus sit est bonũ vniuersale, & cõe omniũ, multomagis q̃ respublica respectu singulariũ ciuium. Et ideo si licet pro defensione respub. tpalem mortẽ subire, & vitam corporis contemnere, multomagis oportet pro republica cœlesti quę Deus est, vel quę tota in ipso est, mortem corporis non metuere. Vnde Aug. 5. de ciui. Dei c. 18. Si. n. antiqui patres pro republica ei terrena omnia contempserunt & tot pericula sunt aggressi horribilis mortis genera perpessi quid magnum pro ipsa æterna cœlesti patria huius cuncta blandimenta contemnere? Vel cũ audebit quis de voluntaria paupertate se extollere, vel pro Christo mortem timere, eo dicente. Nolite timere eos qui occidũt corpus. Et subdit arguendo. Si ipsi antiqui hoc fecerunt amore patriæ laudisque immẽsa cupidine, prout dicit Poeta. Quid magnum si pro vera libertate, qua vere liberantur filij Dei, talia & maiora torménta sunt sustinenda quãto retributio maior a sustinentibus expectatur? Tales quidẽ qui mortẽ sustinent pro cœlesti patria, non tñ fortes sed martyres. i. testes dicuntur. Sunt. n. pugiles fidei Christi, & ideo quadam speciali pr ærogatiua quæ dicitu

aureola

De secũdo pcõnio fortitudinis.

De tertio pcõnio fortitudinis.

aureola in cœlesti patria accipiunt insignia. Est autem vlterius sciendum, ꝙ aliter est in ciuili certamine qñ pro patria pugnatur & aliter in certamine martyrii qñ pro Christo mors suscipitur. Nam sicut dicit Maximus in sermone Qui occiditur pro mundo vincitur cum occiditur, quia nisi vinceretur nõ occideretur, qui autem occiditur pro Christo victus non dicitur, quia cũ occiditur victor efficitur. Hoc prẽconio fortitudinis eccellẽtissime B. Paulus fuit decoratus, non enim vnam mortem subiit pro fide Christi, sed plures. Fuit. n. vita sua plena mortibus, sicut patet conſideranti ab 11. c. Act. Apost. vsque in finem. Ipse etiam enumerat 2. ad Corinth. 11. ꝙ fuit in laboribus plurimis in mortibus frequenter. Vnde de Asia. valedicens fratribus dicebat, per oẽs ciuitates spiritus sanctus protestatur mihi, quia vincula & tribulationes me manent in Hierusalem, sed nihil horum vereor, nec facio animã meam pretiosiorem q̃ me. Animam aũt appellat vitam exterioris hominis, qua corpus exterius animatur. Cum autem dicit me, loquitur de interiori homine, quo spiritualiter viuit, & per quem vere ipse est, quia per rationem homo est homo.

De duplici certamine, & differenti.

¶ *Circa quæ consistit virtus fortitudinis.* Cap. 2

FOrtitudo est virtus ponens in animo firmitatem ad sustinendum vel repellendũ difficile quoddam ſm ꝙ ratio dictat. Dictat autẽ ratione volũtas retrahatur ad eius sequela pp aliquod malũ corporale, quia nullum bonum corporale equiualet bono rationis. Maximum malũ & terribile inter oĩa mala corporalia est mors, vt dicit philoso. 1. Ethi. quæ tollit omnia bona corporalia, quapropter necesse est ꝙ fortitudo animum firmet contra hoc maximum malum propter bonum rationis sequẽdum. Et sic virtus fortitudinis proprie erit circa timores periculorum mortis. Quod autẽ fortitudo maxime circa mortis pericula consistat, hinc apparere potest. Est. n. fortitudo virtus ponens mediũ inter duas passiones. s. timorẽ & audaciam. Cohibet enim timorem ne timendo retrahatur ab eo quod ratio dictat, & moderatur audaciam ne quis audendo aggrediatur, quod ratio vetat. Timor autem & audacia proprie respiciunt pericula. Timet enim aliquis, quia imaginatur sibi aliquod periculum imminere. Et aliquis per audaciam aggreditur aliquod difficile periculosum. Est autem proprium virtutis circa proprium obiectũ respicere id quod est vltimum & magis difficile & circa id se ordinare, sicut temperantia maxime respicit delectabilia tactus ad quæ reprimenda ordinatur. Interoĩa aũt pericula difficillima est mortem sustinere, quæ est vltimũ terribiliũ, sicut dicit philosophus. 3. Ethi. Et sic patet ꝙ fortitudo est principaliter circa pericula mortis, sicut circa propriã materiã, vnde dicit Andro. philo. ꝙ fortitudo est virtus irascibilis non facile obstupescibilis a timoribus qui sunt circa mortẽ. Cum aũt virtuosus in actu virtutis intendat ꝙ bonũ est, cõsequens est ꝙ fortis pericula mortis subeat pp aliquẽ bonum finẽ cõsequendũ. Pericula aũt mortis ex egritudine vel tẽpestate maris, aut ex insidiis latronum, vel si quæ alia sunt hmõi, non vñr directe alicui imminere ex intentione prosequẽdi aliquod bonũ, pericula autem mortis quę sunt in bellicis directe imminent homini pp aliquod bonũ inquantum. s. defendit bonũ cõe per iustum bellum. ¶ Sed est sciendũ ꝙ iustũ bellum põt esse duobus modis. Vno modo qñ fit generale, sicut cũ aliqui decertant in acie. Alio modo qñ fit particulare, puta cũ aliquis iudex vel aliqua priuata psona non recedit a recto iudicio tpe gladii imminentis, vel cuiuscunq; periculi mortẽ inferentis quocunq; prædictorũ modorũ quis mortem incurrat fortis est censendus, & sic ad fortitudinẽ pertinet firmitatem animi habere, non solũ cõtra pericula mortis quæ imminent in bello cõi: sed ẽt quę imminẽt in particulari impugnatione vbi mors incurritur pp bonũ virtutis. Potest ẽt fortis subire pericula cuiuscũq; alterius mortis & fortis censeri dũmodo opus virtutis intendat, puta cũ aliquis non refugit amico infirmãti obsequi pp timorẽ mortifere infectionis, vel cum nõ refugit iter magnũ facere ad aliquod pium negocium prosequendũ pp timorẽ naufragii vel latronum. Ex his quæ dicta sunt patet quid sit fortitudo, & circa quid versẽtur. Est. n. cohibitiua timorum & moderatiua audaciarũ circa pericula mortis quę sunt in bellicis. & hoc pp bonũ cõe defendendũ, vel opus virtutis non deserendum. Tantus fuit apud antiquos Romanos amor de rep. ꝙ sicut dicit Valerius statim honoris apicem assumentes, abiecta priuata charitate publicam induebant, ꝙ nec etiã filios plorabant qñ in bellis mortem pro republica sustinebãt. ¶ Deinde occurrit consideratio de actibus fortitudines & iustitia belli. Sciendũ vt dicit philosophus in 3. Ethic. ꝙ actus fortitudinis nihil delectabile vr̃ habere. Pro cuius declaratione dicit B. Thom. 2. 2. q. 123. quòd cum duplex sit delectatio, scilicet corporalis quæ sequitur tactum corporalium, & spiritualis quæ sequitur apprehensionem animæ. Illa duo proprie

De fortitudine quid sit & circa q̃ se habeat, vel versẽt.

sequitur

sequitur opera virtutum, quia in eis consideratur bonū rōnis. Principalis aūt actus fortitudinis est sustinere aliquam tristitiam ſm apprehensionē aīæ, puta quia amittit homo corporalem vitam, q̄ virtuosus amat, non solum inquantū est quoddam bonū naturale, sed etiā inquantum est necessaria ad opera virtutū, & quæ ad eam pertinet. Et ēt sustinet aliqua dolorosa ſm tactum corporis, puta vulnera vel flagella, & ideo fortis habet vnde delectetur ex vna parte. ſ. ſm delectationem animalem. ſ. de ipso actu virtutis, & de fine eius, & ex alia parte habet vnde tristari debeat & animaliter, dū considerat amissionē proprie vitæ & corporaliter sustinendo tormenta. Vnde vt legitur 2. Mach. 6. vt dicit Eleazarus. Diros corporis sustineo dolores ſm aīam vero dixit pp timorē tuum libenter hęc patior. Sensibilis aūt dolor corporis facit non sentire animalem delectationē virtutis, nisi forte p superabundantē Dei gratiam aīa fortius eleuetur ita ad diuina, q̄ magis delectatur in eis, q̄ a corporalibus pęnis afficiatur, sicut legitur debe. Tyburtio martyre incedente super carbones viuos, qui dixit. Vī mihi incedere super flores &c. Facit tñ virtus fortitudinis vt ratio non absorbeatur a corporalibus doloribus. Tristitiam aūt animalem superat delectatio virtutis inquantum homo præfert bonum virtutis corporali vitæ, & quibuscunq; ad eam pertinentibus. Et ideo dr in 3. ethic. q̄ a forti non requiritur vt delectetur, quasi delectationē sentiens, sed sufficit q̄ non tristetur. Deinde occurrit dubitatio de actibus, & iustitia belli. ¶ Item oportet scire, q̄ actus fortitudinis sunt duo. ſ. aggredi & sustinere. Est aūt principalior actus sustinere, idest immobiliter stare q̄ aggredi. Dictum est. n. supra q̄ fortitudo est circa timores reprimēdos, & audacias moderandas. Difficilius est aūt timorem reprimere q̄ audaciam moderari, eo q̄ ipsum periculū, quod est obiectum audaciæ & timoris, de se cōfert ad repressionē audacię, sed operatur ad augmentū timoris. Aggredi aūt pertinet ad fortitudinē ex ea parte qua habet audaciam moderari. Sed sustinere ſm q̄ habet timorem reprimere, vnde patet q̄ sustinere est principalior actus quam aggredi. Apparet ēt hoc ratione sumpta ex parte difficultatis, quæ maior est in actu sustinendi q̄ aggrediendi. Et hoc tripliciter. Primo quia sustinere vī aliquis ab aliquo fortiori inuadente, qui. n. aggreditur inuadit per modū fortioris. Difficilius est aūt pugnare cū fortiori q̄ cū debiliori. ¶ Secūdo quia ille qui sustinet iam sentit pericula imminentia. Ille aūt qui aggreditur habet ea vt futura. Difficilius est aūt non moueri a præsentibus quam futuris. Tertio quia sustinere importat diuturnitatem tpis, sed aggredi potest aliquis ex subito motu difficilius est aūt diu manere immobilē q̄ subito motu moueri ad aliquod arduum, vnde philosophus dicit in 3. ethico. Quidam sunt prœuolentes ante pericula, in ipsis aūt discedunt. Fortes aūt econtrario se habent, nam vt ibidem dr in sustinendo tristitia maxime aliqui fortes dicūtur. Exemplū de Alexandro narrat. Festus Pōpeius q̄ cū ad pericolosum bellū exercitū eligeret, non iuuenes robustos, nec primū florē eratis, sed veteranos plerosq; ēt emeritos militie, qui cum patre auoq; paterno militauerant elegit, vt non tam milites quam magistros militie putares, ordinesq; nemo nisi sexagenarius duxit, vt si principia castrorum cerneres, senatum te potius reipublicę videre diceres. Itaq; in prœlio nemo fugam, sed victoriam cogitauit.

De duplici actu fortitudinis, & qs sit principalior.

De reqsitis ad iuste bellandum seu adiustū bellum.

§. 2.

¶ Dictum est autem supra quòd fortis operatur propter bonum cōe tuendum per iustum bellum, & ideo de bello aliquid vidēdum est, præsertim cum ibi actus fortitudinis, sed aggredi, & sustinere manifestentur, non solum quantum ad firmitatem animi, sed etiā quantum ad corporis fortitudinē quæ est frequenter iudicium & dispositio fortitudinis interioris. Non enim est contra rationem virtutis q̄ ex naturali complexione habeat quis naturalē inclinationem ad virtutem. Vnde ex magnitudine extremitatū latitudine pectoris, erectione cervicis, viuacitate oculorū, & aliis hmōi coniecturare possumus magnitudinē cordis tanquam ex quibusdā signis & dispositionibus ad virtutem. licet finale complementū sit ex more & consuetudine. Ex actibus enim frequentatis generatur habitus vt ex frequenter iusta operari & tēperate viuere sumus iusti & tēperati, vt docet Aristoteles 2. ethic. De bello ergo considerantibus tria videre sufficiat. Primo quæ ad iustum bellum requiruntur. Secundo de natura assumptionis belli. Tertio de quibus licitum est ad bella procedere.

§. 3.

¶ Quantum ad primum sciendum q̄ Christiana religio bella nō recusat, nec damnat pro loco & tpe oportuno vnde scriptura euāgelica testimonio Ioan. Baptistæ concedit q̄ licitum est stipendijs vti & pro republica militare. Dicit. n. Augu. in sermone de puero centurionis. Si Christiana disciplina oīno bella culparet: hoc potius consiliū salutis petentibus in Euangelio diceretur vt abiicerent arma, seq; militie omnino subtraherent. Dictum est autem eis. Neminem concutiatis. Estote cōtenti stipendijs

diis vestris, quibus proprium stipendium sussi pere præcepit militare non prohibuit, & habe tur. 23. q. 1. paratus, in fine. Sed ad hoc quod bellum sit iustum tria requiruntur secundum Tho. 2. 2. q. 40. art. 1. ¶ Primum est auctoritas principis cuius mandato bellum est gerẽdum. Non enim pertinet ad personam priuatam bellum mouere, quia potest ius suum in iudi cio superioris prosequi. Et quia cõuocare mul titudinem, quod in bellis oportet fieri, non per tinet ad priuatam personam. Cum autem cura reipublice commissa sit principibus ad eos pertinet rempub. ciuitatis vel regni uel prouincie sibi subdite tueri. Et sicut licite eam de fendunt materiali gladio contra interiores per turbatores, dum puniunt malefactores, secundum illud apostoli ad Roma. 13. Nõ sine cau sa gladium portat Minister enim dei est vindex in iram ei qui male agit ita & gladio belli co ad eos pertinet rempubli. tueri ab exterioribus hostibus, vnde Augustinus contra mani cheos. 23. q. 1. quid culpatur dicit. Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc posscit, vt susciendi belli auctoritas atque consi lium penes principem sit Exemplum in filiis Israel qui noluerunt ad bella procedere, nisi prius super eos principe cõstituto, a quo esset auctoritas belli assumendi, vnde post mortem Iosue consuluerunt dominum dicentes. Quis ascendet ante nos contra chananeum, & erit, dux belli. Dixitque dominus? Iudas ascendet. Iudicum. 1. ¶ Secundo requritur causa iusta. vt scilicet illi qui impugnantur propter aliquam culpam impugnari mereantur, vnde di cit August. in lib. quæstionum vete. & no. testamenti. Iusta bella solent diffiniri quæ vlciscuntur iniurias, sic gens vel ciuitas plectenda est, quæ vel vindicare neglexerit quod a suis improbe factum est vel reddere quod per iniu riam ablatum est. 23. q. 2. c. dominus quod intelligẽdum est quando ciuitas contra quã bel lum assumitur frequenter & in multo damni ficauit ciuitatem quæ bellum assumit. Et iterũ si requisita de recompensatione damni reddere neglexerit, aliàs non videtur quantum ad forum conscientiæ causa sufficiens, q̃ bellum in quo infinita rerum ac corporum dispendia & animorum & flagitia vitari non possunt, de beat assumi Abraham assumpta causa iusta, audito enim q̃ Loth nepos suus iniuste erat captus cum trecentis decem & octo uernaculis quatuor reges in pugna est aggressus &c. Gen. 14. ¶ Tertio ad iustum bellum requiritur intẽtio bellãdi recta q̃ videlicet intẽdat, vel ut bonũ promoueatur uel ut malũ uitetur, vñ dicit Augustin. in lib. de uerbis domini. Apud veros dei cultores illa bella peracta sunt, quæ nõ cupiditate uel crudelitate sed pacis studio quærũtur ut mali coerceantur. Debet ergo geri bellum ut pax acquiratur, non quært pax ut bellum exerceatur secundum b. Aug. 33. q. 1. Noli. Exemplum: Saul reprobatus fuit a deo, quia in victoria quam habuit contra Amalech non seruauit puram intentionem ad diuinum mãdatum, sed pepercit gregibus ex cupiditate primo Regum quinto decimo.

De primo requisito ad iuste bellandum

¶ Secundo princeps caueat ne sit facilis ad bella assumenda. Non enim debet assumere bellũ etiam prædictis suppositis, nisi vrgente necessitate percepta uidelicet manifesta & notabili lesione Et iterum hostibus non paratis ad satisfactionem, sicut dictum est supra. Sed tunc cum matura deliberatione & humili ac deuota diuini adiutorii inuocatione debet contra hostẽ reipublicę bella mouere. Causa autem quare non debet esse facilis ad bella mouenda, est uarius euẽtus belli, quia nunc hunc, nunc illum consumit gladius. Sicut respondit Dauid ad Ioab secundi Regum vndecimo. Impossibile est etiam quod in bellis non multa mala contingant. Frequenter enim accidunt strages hominum, effusiones sanguinũ depopulationes terrarum, expoliationes rerum, captiuitates etiam & paupertates multas super innocentes necesse est euenire. Multe etiam corruptiones in moribus succrescunt. Nam libidine uincendi & consuetudine bellandi homines redduntur fortiores, animosiores & proniores ad vlciscendum & opprimendum plus quam ordo diuini iuris requirat. Propter hæc & simi lia quæ in bellis cõiter eueniũt debet princeps assumere bellum cum multo timore & dei reuerentia præmissis ad Deum sanctorum utro rũ piis supplicationibus, vnde Moyses cũ mitteret Iosue ad pugnam contra Amalech. Exo. 17. Primo ad Deum refugium habuit, vnde stans in vertice coliis & habens virgam Dei in manu sua manus suas ad cœlum extendit pro victoria habenda contra Amalech propter quod dicitur ibi. Cum leuaret Moyses manus suas uincebat Israel. Ad hoc etiam qd̃ iudei consulte & deliberate ad bella procederent, eis multa obseruanda deus mandauit. Primo quod ad pugnam procedentes antequam bellum inirent pacem hostibus offerent. Secũdo quod oppropinquãte iam prælio sacerdos ante aciem exercitus staret, qui pugnatorꝫ confortaret promittendo auxilium dei. Tertio quod remouerentur impedimenta uictoriæ remissis domum quatuor generibus hominum,

§. 4. De secũdo requisito.

Causa quare non est facile bellandum.

De ordine & mõ bellando in antiquitus seruato.

num, vt qui edificauit domum nouam, & nō dedicauit eam, qui plantauit vineam, qui desponsauit vxorem, & formidolosos. Deutero. 20. Permaxime autem ad victoriam valent orationis suffragia. Exemplum legitur in historia romanorum, quod cum Fulgentius & Alborgastes contra Theodosium Christianissimum imperatorem venirent in prelium. Theodosius cum sciret se suis destitutum, fiducialiter signo crucis facto, se in bellum dedit, & victoriam a domino expectans, quod & plenissime obtinuit. Frequenter autem occulto Dei iudicio, sed non iniusto, iustiores aut minus mali in bello succumbunt a peioribus, superati. Quod ex duplici causa cōtingere potest, aut quia tales a preceptis diuinis aliquando recesserunt, & ideo dignum est, & eorum emendationi expediens, vt a nequioribus se tanquam a Dei ministris attriti puniantur. Sicut voluit deus populum iudeorum flagellari per Assyrios & Babylonios que erant idolatre & diuini cultus impugnatores. Et sic qui erant magni peccatores facti sunt in filiis errātibus diuine legis executores: Aut huiusmodi contingere potest, quia tales qui succumbunt interdū de suis viribus nimis præsumunt a Deo victoriam nō quærentes. & ideo aliorum qui digne puniri merebantur, digni punitores fieri non merentur. Exemplum in vndecim tribubus Israel collectis ad pugnam contra tribū Beniamin iob puniēdum scelus eorum que bis fuerūt debellate ab ipsa tribu Beniamin, quia de suis viribus confidebant. Iudic. 20.

¶ Quantum ad tertium Sciendū qd' prælatis ecclesiæ & clericis nō licet pugnare in bello. Et hoc duplici rōne secundū. Tho. se. se. q. 60. ar. 2.

¶ Prima est gñalis, videlicet quia bellicū exercitiū habet multas inquietudines, quæ multum impediūt animū a contēplatiōe dei, & oratione, quibus oportet eos vacare. ¶ Secunda est spāl is. Nā oēs ordines clericorum ordinantur ad altaris ministerium in quo repsentatur passio xpi sub sacro, & ideo non cōpetit eis occidere vel sanguinē fundere, sed magis esse paratos ad effundendū suū sanguinē pro xpo vt ipsum imitentur, vñ effundētes sanguinē, et sine pcto scilicet per mortem vel mutilationē sunt irregulares, ei autē qui est deputatus ad aliquod officium nullo modo licet exercere id quod suo officio incōgruus redditur. Potest addūter tia ratio scilicet prohibitio ecclesiæ, vt 23. q. 8. per to Et in ca. Conuenior. vbi dicit Amb. Aduersus milites & Gothos arma mea lachryme mee sunt. Taliam sunt munimēta sacerdotis aliter nec debeo, nec possum resistere. Nec obstat quod dicitur. 23. q. 8. Hortum qd' horta tu Adriani Pape Carolus succepit bellum cō tra Lōgobardos, & Leo Papa descēdit ad litus maris cum exercitu romanorum contra saracenos, questi. ea. Sepe. Nam prelati ecclesiæ & clerici pūt vtique iterē esse bellis de licentia superiorum vt iuste pugnātib. subueniāt hortatōibus, absolutionibus, & hmōi operibus spūalibus, vt predicti fecerunt, deqb' dictū est. Sed non vt pugnent ipsi propria manu, secundum. b. Tho. vbi supra in resolutione secundi argumenti. Et quia de bello diffuse habes supra in 3. parte titulo 4. Ideo non plus hic sed ibi.

¶ *De triplici martyrio.* *Cap.* 3.

DE martyrio quod pertinet ad bellū particulare imminēs a persecutorib' fidei, in quo permaxime exercetur actus fortitudinis. Cum enim pertineat ad rationē martyrii, vt aliquis firmiter stet in veritate & iustitia cōtra persequentium impetus, & ad fortitudinem pertineat confirmare hominem in bono virtutis contra pericula precipue mortis, patet martyrium esse actum fortitudinis, dum fidem & iustitiā non deserit martyr propter imminentia pericula mortis in quodam certamine particulari a persecutoribus imminenti, vnde Cyprianus in sermone ait. Vidit admirans presentium multitudo celeste certamen in' prælio stetisse seruos. Christi voce libera, mente incorrupta, virtute diuina. Et de martyribus canit ecclesia. Fortes facti sunt in bello. ¶ Est autem triplex martyrium secundum Bern̄. in sermone sanctorum martyrū scilicet martyrium voluntatis tantū, martyriū operis tantum, martyrium operis & volūtatis simul. Primū sustinuit Ioānes euangel. cui dictū ē & germano eius. Calicē meū bibetis Matth. 20. vnde Cyprianus. In seruis dei apud quos cogitatur martyriū & mēte concipitur animus ad bonum deditus iudice Deo corronatur. ¶ Aliud. n. martyribus aīum deesse, aliud aīo defuisse martyrium. de pe. di. 1. nunqd. Quod tñ intelligēdū est de corona aurea nō aureola. ¶ Secundum martyrium fuit in innocētibus, q̄is. n. quidam dixerunt qd' in eis miraculose acceleratus fuit vsus liberi arbitrii, ita qd' etiā voluntarie martyrium passi sunt, tñ secūdum. b. Tho. quia per autoritatem scripture hoc nō probatur, melius dicitur q̄ martyrii gloriam quam in aliis propria voluntas meretur illi paruuli occisi per Dei gratiam, sunt, assecuti. Vnde Aug. in sermone ait. Ille de vestra corona dubitabit in passione pro. Xpo, qui etiam paruulis baptismū prodesse nō estimat Christi. Non habebatis setatē qua in passurū. Xpm

Tr iplex est martyrium.

crede-

credere tis, sed habebatis carnem, in qua pro Christo passuro passionem sustinere tis.

¶ Martyriū volūtatis & opis sustinuit Stephanus cum aliis adultis martyribus, quod martyrium omne pene debitum soluit, & subito aduolare facit ad cœlum. Vñ dicitur extra de celeb. miſ. c. cum Marthæ ꝙ inturiā facit martyri qui orat pro martyre. Et qđ sit maximus actus fortitudinis ostendit Cypria. dicens in epistola quadā. O beati martyres quibus vos laudibus prædicē. O milites fortitudinis robur corporis vestri quo preconio vos explicem

§. 1.

¶ Ad rōnem aūt martyrii ſtricte ſumpti tria requirunt, videlicet gra seu charitas beniuolē tia, mortis pœna, & fidei cā. ¶ Primum requiritur, quia sine ea non esse fructuosum, vñ apostolus. 1. Ad Cor. 13. Si tradidero corpus meū ita vt ardeā, ſ. per martyrium, charitatē aūt nō habeā nihil mihi prodeſt. ſ. ad regnum cœlorū obtinēdum. Et ſm Aug. qui sic ait. Siquis non habens charitatē in aliquo ſciſmate cōſtitutus nec Chriſtum negat patitur turbationes, angustias, famem, nuditatem, perſecutiones, pericula carceres, vincula, tormenta, gladium, flāmas vel beſtias, vel ipſam crucem timore gehenne nullo mō sunt illa culpanda, sed laudanda patientia. Et quod apoſtolus. Nihil prodeſt, intelligatur ad regnum cœlorum obtinēdum, nō ad extremi iudicii ſupplicium tolerabilius ſubeūdū dc pe. di. 3. ſiquis. Ipſa aūt ſuſſerentia martyrii demonſtrat maxime perfectionē charitatis, quia per ipsā contemnitur quod maxime amatur, ſ. vita temporalis. Vñ Chriſtus Ioan. 13. Maiorem charitatem nemo habet &c. i. maius ſignū charitatis. ¶ Secundum quod est de rōne martyrii est pœna non quæ cūq; sed mortis. Vnde Maximus dicit in ſermone de martyre, qđ vincit ꝓ fide moriendo quicquid vinceretur sine fide viuendo. Pro cuius declaratione. dicit b. Tho. 2. 2. q. 124. ꝙ martyr dr quaſi teſtis fidei Chriſtianæ. p q̄ nobis viſibilia pro inuiſibilibus contemnenda ꝓponuntur, vt dicitur ad Heb. 11. Vnde ad martyriū ptinet ut hō teſtificetur fidē oſtendens opere ſe cūcta pſentia cōtemnere ut ad futura & inuiſibilia bona perueniat. Quādiu aūt hoī remanet vita corporalis, nōdū opere oſtendit ſe cuncta temporalia deſpicere. Nā conſueuerūt hoīes & conſanguineos & oīa bona poſſeſſa cōtemnere & ēt dolores corporis, pati, vt vitam cōſeruent. Vñ & Sathan cōtra Iob. 2. dixit. Pellem pro pelle, & cuncta que habet hō dabit ꝓ aīa ſua. 1. vita. Et iō ad perfectionem martyrii requiritur mortem ſuſtinere Chriſtū. Vñ nec martyriū proprie dicitur pro ſola tolerantia carceris, vel exilii, vel rapine diuitiarū vel alicuius cruciatus, ſicut ſuſtinuit Ioan. Euāge. flagella, oleum feruens, & exilium, niſi forte ſm q̄d, quia ex his q̄nq; ſequitur mors, & ſi non ſanabitur. Vñ eccleſia celebrabat martyriū Marcelli Pape in ſtabulo qeſcētis, quia illā mortē incurrit ex flagellis & aliis afflictionibus prius ſibi illatis. ¶ Tertiū qđ requiritur eſt cā, vñ Aug. Martyrē non pœna. ſ. tm̄ de cā. Cā aūt iſta eſt, veritas fidei. Sed ſciendū ſm Tho. vbi ſupra, ꝙ ad fidei veritatē pertinet nō ſolū credulitas ipſa cordis, ſed ēt exterior proteſtatio, q̄ fit nō ſolū per verba quibus cōfitetur quis fidē, ſed etiā perfacta quibus aliquis fidē ſe habere oſtendit, ſm illud Iac. 2. Ego oſtendā tibi ex opibus fidem meā. Et iō oīum virtutū opa ſm ꝙ referuntur in Deū ſunt q̄dam ꝓteſtationes fidei p q̄ innoteſcit ꝙ deus hmōi opera a nobis req̄rit & nos pro eis remunerat. Et ſm hoc poſſunt eſſe cauſa martyrii opera etiam aliarū virtutū Et ſic quicūq; patitur mortē violentā pro quocūq; bono ope faciēdo, vel pro quocunq; peccato vitando propter Chriſtum, quia totū hoc pertinet ad fidei proteſtationē martyr exiſtit. Vnde & beati Ioan. Baptiſtæ martyrium celebratur qui ſuſtinuit mortem, non pro negāda, fide, ſed pro reprehenſione adulterii.

Tria concurrunt ad martyrium.

§. 2.

¶ Martyrium ſumendo large pro morte violenta poteſt dici qđ eſt quadruplex martyriū ſecundum quadruplicem eius cauſam & fundamentum. ¶ Primum eſt ex commiſſa iniquitate, videlicet in his qui occiduntur pro ſceleribus commiſſis. Vnde Petri. 1. cap. 4. dicitur Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida. Tales ſi patienter ferunt mortē contriti de cōmiſſis, non rōne pœna tm̄ vel verecundie, ſed reſpectu Dei offenſi, & ſi nō ꝓcipiant coronā martyrii, tm̄ ſaluantur. Si aūt tm̄ dolent ꝓpter ſupplicium impatientes vel incontriti ad inferna deſcēdūt. Vñ ex latronibus crucifixis cū Chriſto qui a dextris erat q. a cōtritus valde, intrauit paradiſum. Qui a ſiniſtris ꝓpter impatiētiā & incontritionē infernum. Et ad tale martyrium ptinet mors q̄ ſuſtinetur pro partialitatibus guelfa & guelbina, & hmōi de quibus Cypria. Inexpiabilis eſt culpa diſcordie, nec paſſione purgatur di. 90. neque. ¶ Secundū eſt ex intēſa cupiditate. ſ. in illis qui occidūtur in bellis iniuſtis q̄ ex auaritia fiunt, vt Oreb. Zeb. Zebeæ & Salmana cum centū. 20. milibus Qui dixerūt Hereditate poſſideamus ſanctuarium dei in pſal. 82. & in li. iudicum, & qui hodie in bellis, niſi obſeruatis debitis circūſtantiis iuſte bellaret, vt Iudas Machabeus cū fratribus. 1. Macha. 5. & ſe. Vel pro recuperanda terra ſan-

De quadruplici martyrio.

&a. 23. q. 8. ſcire. Et ad hoc etiam pertinet mors quã incurrunt mundani violẽta a latronibus vel aliis propter temporalis iniuſte acquirẽda Et etiã auſteritas quam ſuſtinent hypocritę vt boni reputentur,, & mulieres propter apparere. 1. q. 1. vide quantum. ¶. Tertium eſt immẽ ſa cecitate. ſ. in infidelibus, de horum numero erant ,,pphetæ Baal, qui coram Helya incidebant carnes ſuas lanceolis in honorem Baal, vt 3. Reg. 18. Sic & auſteritates iudeorum & paganorum & monachorum græcorum incredibiles pertinent ad hoc martyrium ducens ad infernum, & mors quam ſuſtinent heretici pro ſuis erroribus. Ad hoc ẽt pertinet triſtitia inordinata quã aliqui ſibi aſſumunt de tribulationibus, vel morte ſuorũ, vel de defectibus ſuis cõſcientiã ſcrupuloſam nolentes deponere ad conſilium aliorum. Vel ẽt ex deſperatione ſibi mortẽ inferentes ¶ Quartum eſt ex infuſa charitate, ad Heb. 11. In occioſione gladii mortui ſunt, vt Eſaias, Hieremias, & alii ẽt innumeri in nouo teſtõ hoc ducit ad cœlum Aug. de Cypriano martyre. Ab inferiori accipit ſententiam a ſuperiori coronam. 11. qõ. 3. & ſi ad tempus. Framea eſt anima martyris ſplendida charitate, acuta veritate, vibrata Dei virtute. Permaxime martyria ſanctorum eccleſiam edificant, & ad oẽ bonum inducunt, vnde Augu. vt mundus hic vincatur cum amatoribus, erroribus, & terroribus ſuis, ſanctorum martyria docuerunt. Sumendo martyrium pro magno labore ſine morte, vt dicit Bern. triplex eſſe ſine ſanguine. Parcitas in vbertate quæ fuit in Dauid. Liberalitas in paupertate, vt i Thobia. Caſtitas in iuuentute, vt in Ioſeph in Egypto. Item Greg. Martyres ſine ferro eſſe poſſumus, ſi patientiam in animo ſeruemus.

Eſt iterũ martyriũ triplex ſm Bern.

¶ *De partibus fortitudinis integralibus, & ſubiectiuis.* *Cap.* 4.

DE partibus fortitudinis nota ſm Tho. 2. 2. q. 128. ar. 1. q cum aliter vitutis poſſint eſſe ttiplices partes. ſ. ſubiectiue integrales & potentiales. Fortitudini aũt ſm q eſt ſpecialis virtus non poſſunt aſſignari partes ſubiectiue, eo q nõ diuiditur in multas virtutes ſpecie differentes, quia eſt circa materiã valde ſpecialem. Aſſignantur autẽ ei partes quaſi integrales, & potentiales. Integrales q dẽ ſm ea quæ oportet concurrere ad actũ fortitudinis. Potentiales aũt ſm ea q fortitudo obſeruat circa difficillima. ſ. circa pericula mortis. Alique aliæ virtutes obſeruant circa quaſdã alias materias minus difficiles, quę quidem virtutes adiunguntur fortitudini, ſicut ſecundarie principali

¶ Eſt aũt ſicut ſupra dictum eſt duplex actus fortitudinis. ſ. aggredi & ſuſtinere. Ad actum aũt aggrediendi duo requiruntꝫ. Primum ptinet ad animi ꝓparationem, vt. ſ. aliquis prõtũ animum hẽat ad aggrediendum. Et quantum ad hoc ponit Tull. in retho. fiduciam. Vnde dicit q fiducia eſt ꝓ quam magnis & honeſtis rebus multum ipſe animus in ſe fiducie cũ ſpe collocauit. Secundum autẽ pertinet ad operis executionẽ, ne. ſ. aliquis deficiat ab executione illorum q fiducialiter inchoauit. Et quantũ ad hoc ponit Tull. magnificentiam, vnde dicit Magnificentia eſt rerũ magnarum & excelſarũ cum animi ampla quadam & ſplendida ,,poſitione cognitio, atque adminiſtratio. i. executio vt. ſ. amplo ,,poſito adminiſtratio non deſit. Hęc. n. duo ſi coercerẽtur ad ,,priã materiã fortitudinis. ſ. ad pericula mortis erunt quaſi partes integrales ipſius, ſine quibus fortitudo eſſe non põt. Si autẽ referantur ad aliquas alias materias in quib. eſt minus difficultatis, erũt virtutes diſtincte a fortitudine ſm ſpeciẽ, tñ adiungentur ei, ſicut ſecundarie principali, ſicut magnificentia a philoſopho in 4. ethic. ponitur circa magnos ſumptus. Magnanimitas animi videtur eſſe fiduciæ circa magnos honores. Ad alium autem actum fortitudinis, qui eſt ſuſtinere, duo requiruntur, quorum primũ eſt ne difficultate imminentium malorum animus frãgatur per triſtitiam, & decidat a ſua magnitudine. Et quantum ad hoc ponit patiẽtiam, vnde dicit Tullius, q patientia eſt honeſtatis animi vel utilitatis cã rerum arduarum aut difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. Aliud autem eſt vt ex Diuturna difficilũ paſſione homo non frãgatur vſq; ad hoc q deſiſtat, ſm illud ad Heb. 12. Non fatigemini animis veſtris deficientes. Et quantum ad hoc ponit perſeuerantiam. Vnde dicit q perſeuerãtia eſt in ratione bene conſiderata, ſtabilis & ꝓpetua permanſio. Hæc ẽt duo ſi coercerentur ad ,,priã materiã fortitudinis, erunt partes quaſi integrales ipſius. Si aũt ad quaſcunq; materias difficiles referantur, erunt virtutes a fortitudine diſtincte, & tñ ei adiungentur ſicut ſecundarie principali. Quod autẽ Macrob. ponit ſeptẽ partes fortitudinis. ſ. magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam, & firmitatem, reducitur ad id quod ponit Tullius. Nam fiduciam, & magnificentiam ponit vterq; Tolerãtia vero quã ponit Macrob. loco eius patientiam ponit Tullius. Et firmitatem a Macrob. dictam Tullius appellat perſeuerantiam. Tria vero quæ ſuper addit

Duplex eſt actus fortitudinis.

De ſecũdo actu fortitudinis.

Dñia eſt inter patiẽtiã, & perſeuerantiam

addit Macrobius, duo videlicet magnanimitas & securitas comprehenduntur sub fiducia a Tullio. Sed Macrob. magis per specialia distinguit. Fiducia. n. pertinet ad fidei certitudinem, magnanimitas autem ad magnitudinem vt rei sperate. Spes autem firma non potest esse nisi ammoueatur contrarium. Timor n. quodammodo contrariatur spei, & ideo Macrob. addit securitatem quæ excludit timorem. Tertium autem quod addit, scilicet constantiam comprehendi potest sub magnificentia. Oportet. n. in his quæ qs magnifice facit constatem animum habere. Potest etiã constantia ad perseuerantiam pertinere, vt perseuerans dicatur aliquis ex eo qđ nõ desistit propter diuturnitatem. Constans autem ex eo, qp non desistit propter quæcunq; alia repugnantia. ¶ Sciendum etiam qp philosophus 3. ethi. ponit quinque modos fortitudinis. ¶ Prima fortitudo est politica quæ fortiter operatur propter timorẽ exonerationis vel pœnæ. ¶ Secunda militaris quæ fortiter operatur propter artem & experientia reipublice. ¶ Tertia est quæ fortiter operatur ex passione præcipue iræ. ¶ Quarta est quæ fortiter operatur per consuetudinem victoriæ. ¶ Quinta est quæ fortiter operatur per ignorantiam periculorũ. Quia vero ista quinq; deficiunt a vera ratione virtutis, quia & si conueniant in actu fortitudinis, differunt tamẽ in motiuo, ideo non ponũtur partes fortitudinis: sed dicuntur modi eius secũdum Tho. Differt autem spes a fiducia, quia spes est virtus theologica qua quis confidit de Deo, per fiduciam aũt quę est virtus moralis & pars fortitudinis, habet homo fiduciam in seipso tamẽ sub Deo.

¶ *De magnanimitate.* *Cap.* 5.

Deinde considerandum' restat de partibus fortitudini annexis quas pro tãto annexas dicimus, quia ei adiunguntur sicut secundarie principali. Et hoc ideo est quia fortitudo obseruat circa maxima difficilia scilicet circa pericula mortis. Alique aliæ virtutes obseruant circa quasdam alias materias minus difficiles, in qbus oportet per eas aggredi ardua. Ponit autem Tullius in sua rethorica has virtutes principali annexas esse quatuor videlicet fiduciã, loco eius ponimus magnanimitatẽ. Sic. n. eam vocat Arist. magnificentiam, patientiam, & perseuerãtiam. De vnaquaq; istarum aliquid dicendum vt completior sit consideratio fortitudinis. Primo ergo de magnanimitate tractemus, de qua tria consideranda occurrunt. Primo circa quid existit. Secũdo si est dicenda virtus. Tertio de signis & proprietatibus eius. ¶ Quantum ad primũ est sciendũ qp magnanimitas ex suo noie importat quãdam extensionem animi ad aliquod magnum. Vnde secundum philosophum 4. ethi. Magnanimus est magnitudine extremus, non quidem per recessum a medio rationis sed quia ad magna tendit. Inter res autem humanas præcipue exteriores quę in vsum hois veniunt, vel sibi aliquo modo impenduntur, maximũ locũ tenet honor tũ quia propinquissimus est virtuti, vtpote testificatio eius existens, tum quia Deo & optimis exhibetur, tũ et quia hoies pp honorẽ consequendũ & vituperium vitandum oĩa alia postponunt. Cũ ergo oĩs virtus sit perfectio potentiæ respectu vltimi simpliciter & difficilis. Sicut aliquis absolute dr fortis ex his quę sunt simpliciter difficilia, aliquis dicetur magnanimus ex his q̃ sunt simpliciter magna cuiusmodi sunt honores. vt dictũ est. Vnde cõsequẽs est magnanimitatẽ circa honores consistere tanq̃ circa propria materiam. Quod aũt magnanimitas sit virtus hinc patere potest. Vbi. n. errare cõtingit circa ordinẽ rõnis abundantiã & defectũ, necesse est ibi ponere remediũ virtutis quę mediũ cõstituat inter extrema. ¶ Est. n. virtus habitus electiuus immediate existẽs, prout rõ determinabit, vt patet 2. ethi. ¶ Circa honores aũt magnos qui sunt materia magnanimitatis, vt dictũ est, contingit errare per excessum presumptionis & defectũ pusillanimitatis q̃ sunt vitia extrema. Presumptuosus. n. peccat per superabundantiã inquantũ mediũ rõnis excedit ſm proportionẽ ad maiora tendens q̃ sibi conueniat. Est. n. vitiosum qñ aliqua actio non cõmensuratur virtuti agentis, quod cõtingit qñ aliquis assumit ad agendũ vel appetendũ quæ præferuntur sue virtuti, qp facit presumptuosus, quia tẽrat magnificare seipsum honoribus maioribus q̃ conueniat sue virtuti quę est imperfecta. Vel quærit honorari ex his quæ non sunt digna magno honore, vt sunt bona fortune sicut diuitiæ, nobilitates, & alia hmõi. Sicut aũt per presumptionẽ aliquis excedit proportionem sue potẽtiæ dum nititur ad maiora q̃ possit, ita ẽt per pusillanimitatẽ, deficit a proportione sue potentiæ dũ recusat in idẽ tendere, qp est ei cõmensuratũ, & ideo sicut presumptio est vitium per excessum, ita pusillanimitas per defectũ. Vnde seruus qui acceptã pecuniam dñi sui fodit in terram, & nihil est ex ea operatus pp timorem pusillanimitatis dignæ punitur a dño, vt hr Matthæ. 25. Exemplum. Mardocheus inter presumptionẽ, & pusillanimitatẽ tenẽs medium, vr magnanimus fuisse.

§. 1. De magnanimitate, & quid importat ex suo nomine.

Quia magnanimitas ẽ virtus.

De presumptione & pusillanimi quę sunt extrema eius.

Non.n.extra suã virtutem præsumptuose esse rebatur introducendo se ad interiora facta regis, sed extra demorando ad ianuam, & deambulando quotidie ante vestibulum domus, curam habens salutis Reginæ Hester quę sua neptis erat. Non fuit ẽt pusillanimitate delectus qui nec minis, nec terroribus, nec spe, cõmodi tpalis voluit superbũ Amon adorare, vt patet Hester 2.3.& 4. Qui tñ ab eo honorem & reuerentiam mirabilem sibi impendi sustinuit, arbitrans se dignũ talibus pp virtutem sibi datam diuinitus. Sed posset videri alicui q magnanimitas nõ sit virtus. Nam humilitati magnanimitas vr̃ contraria. Nulla aũt virtus virtuti est contraria. Non ergo magnanimitas est virtus, vt vr̃. Qui se dignificat & alios contemnit, cuius contrarium facit humilitas. Sed ad hoc intelligendum scire oportet q in hoc inuenitur aliquod magnum quod ex dono Dei possidet, & aliquis defectus qui competit ei ex infirmitate naturæ. Magnanimitas igitur facit q homo se magis dignificet secundum considerationem donorum quę possidet. Sicut si habet magnã virtutem animi, facit quod ad perfecta opera virtutis tendat. Et similiter est dicẽdum de vsu cuiuslibet alterius boni, puta scientiæ vel exteriorꝭ fortunæ. Humilitas aũt facit q homo seipsum paruipendat sm̃ considerationẽ proprii defectus. Similiter ẽt magnanimitas contẽnit alios sm̃ q deficiunt a donis Dei. Non.n.alios tm̃ appreciatur q pro eis aliquod indecens faciat. Sed humilitas alios honorat, & superiores extimat, inquãtum in eis aliquid suspicit de dono Dei. Vnde in Psal. 3.dr̃ de viro iusto. Ad nihilum deductus est in cõspectu eius malignus, q pertinet ad contẽptum magnanimitatis, timentes autem dñm glorificat, q pertinet ad honorationem humilis. Et sic patet q magnanimitas & humilitas nõ sunt contraria, quãuis in contraria tendere videantur, quia procedunt sm̃ diuersas rõnes seu considerationes. Exẽplum. Dauid humilis fuit & magnanimus, humilis fuit qñ coram Deo considerans suã prauitatem ante archã saltabat, regnũ iam adepto, magnanimus vero qñ considerãs ex dono Dei vnctus in regem ad regnũ aspirabat vt debebat, deuitando astutias Saulis, & ipsum & domũ eius a regno repellendo, vt patet ex pluribus capit. primi, & secundi Regum.

Magnanimitas quid efficiat.

§. 2. ¶ De proprietatibus & signis magnanimitatis multa scribit philosophus in 4. ethi. inter quæ possumus accipere per quæ quis poterit conuincere de ipsa virtute acquisita, vel de naturali inclinatione ad ipsam. Dicit.n.q magnanimus habet motũ lentũ & vocẽ grauem & locutionem stabilem, quorum ratio potest esse quia corporales motus diuersificantur secundum diuersas animi apprehẽsiones & affectiones, vnde consequuntur determinata accidentia circa prædictos modos. Primo enim velocitas motus prouenit ex eo q homo ad multa attendit quæ explere festinat, magnimus autem tendit solum ad magna quæ pauca sunt, quæ etiam indigent magna attentione, & ideo habet motum tardum. Deinde acuitas vocis, & velocitas linguæ competit his præcipue qui de pluribus contendere volunt, quod nõ pertinet ad magnanimos qui non debent se intromittere nisi de magnis. Tales autem dispositiones corporales conueniunt magnanimis secundum exigentiam virtutis. Hos etiam qui naturaliter sunt dispositi ad magnanimitatẽ, tales cõditiones naturaliter assequuntur. Prędicatores debent habere has proprietates magnanimi, quia debent esse in suis actibus maturi, & in prædicatione tubales. Exemplum. Vnde Ezechiel in visione quatuor animalium designantiũ quatuor Euangelistas vidit plantam pedis eorum quasi plantam pedis vituli. Vitulus.n.mature incedit & fortiter. Vidit & scintillas quasi eris candentis. Et.n.metallum sonorum est. Et in omnem terram exiuit, &c.

Magnanimitatis signa.

¶ Ponit vlterius philosophus quinq, laudabiles proprietates magnanimi. Primo q est immemor beneficiorum, quod non est intelligendum q non habeat in memoria beneficia quæ recepit, & q etiam benefacientibus non retribuat, sed est inelligendum q non est sibi delectabile, q ab aliquibus beneficia recipiat quin ei, maiora recõpenset, & hoc pertinet ad perfectionem gratitudinis, in cuius actu vult sem per excedere sicut in actibus aliarum virtutũ, vnde magnanimitas est ornatus oĩum aliarum virtutum inquantum intendit in actu omniũ ad grande, vult ergo dicere, q est promptior, & sibi est delectabilius ad benefaciendum quam ad accipiendum, quod videtur esse actus liberalitatis, & charitatis, hanc magnanimi cõditionẽ habuit Abraam quando filiis Ethei gratisofferentibus sepulturam pro defuncta Sarra vxore sua non acquieuit, sed statim quadringentos siclos argenti, & probate monete publice pro iure sepulturæ habendę tradidit Ge. 23. Erat enim Abraam liberi ac nobilis animi, vnde pro beneficio gratis accepto nolebat se alicubi subdere. Et quantum ad hoc renuit esse beneficij memor. ¶ Secundo ponitur quod est ociosus & tardus, quod non est intelligendum quasi deficiens ab operando ea quæ sibi conueniunt, sed quia nõ ingerit se quibuscunque

Quinq; proprietates magnanimi.

que operibus sibi nō conuenientibus, sed solū his quæ magna sunt, qualia decent eum, hanc conditionē habuit Saul qñ de nouo factus Rex & a pluribus contēneretur dissimulauit. 1.Re. 10. sed venientibus nunciis Iabes Galaad pro adiutorio ad eum ostendit auctoritatē & magnitudinem animi in frusta discerpens boues, quos sequebatur, & præcipiens q̄ sic fieret sicut bobus eius qui non veniret prælium ois Israelis 1.Reg.11. ¶ Tertio ponitur q̄ magnanimus vtitur ironia ad multos, q̄ non est intelligendum de ironia sm q̄ veritati opponitur, dicendo de se aliqua vilia quæ non sunt, vel negādo aliqua quæ sunt, sed quia non totam suā magnitudinem ostendit, maxime quantū ad inferiorem multitudinē. Nam sicut dicit philosphus loquens de hac proprietate. Ad magnitudinē pertinet magnam esse ad eos qui in dignitate & in bonis fortunæ sunt, ad mediocres aūt moderate. Hanc conditionem Dauid qui licet esset in regem per Samuelem prophetam vnctus de mandato tū patris victualia suis fratribus quibus diuinitus erat prælatus mansuetus deferebat. 1.Reg.17. Alexander etiam qui tanta cordis altitudine fuerat vsus in debellatione Darii eū mortuum in vinis propriis defe rebat, quæ pietatis officio in corporis funeratione functus est. ¶ Quarto ponit q̄ non potest conuenire aliis, q̄ non est intelligendum q̄ nō sit familiaris ad amicos, sed quia oīno deuitat adulationem, & simulationem quam quærit communiter hominum multitudo, hoc enim spectat ad animi paruitatem. Conuiuit tamen omnibus magnis & paruis, sicut oportet, & qñ oportet, sicut supra dictum est in tertia proprietate. Admonet Arist. Alexandrum quantum ad istam proprietatem dicens sic. Honorificum est inquit regem abstinere a multiloquio, & non frequentare cōfortia vilium personarum, quia nimia familiaritas parit contemptum. Et subdit. Indi statuerunt q̄ rex tantum semel in anno appareret cum regali apparatu & nobiles circa eum starent & vulgus a remotis. In illo die consueuerunt dona elargiri, reos de carceribus emancipare & alia pia opera exercere. Quinto & vltimo ponit philosophus quòd magis possidet infructuosa, vbi vult dicere q̄ proponit honesta quæ vocat infructuosa, vtpote ad alia non ordinata vtilibus quæ vocat fructuosa, quia videlicet, propter aliud quæruntur, vt per ea subueniat alicui defectui quę magnanimitati repugnat. Temistides i sua probitate Persas fugauerat, magis dilexit honesta q̄ vtilia, vnde interrogatus
§.14. de filia sua, vtrum eam pauperi, sed ornato, aut locupleti parum probato maritandam collocaret? respondit. Malo virum pecunia indigentem quam pecuniam viro.

¶ *De virtute magnificentiæ quid sit, & quibus conueniat. Cap. 6.*

De magnificētia circa qd existat.

DE virtute magnificētiæ, de qua cōsequenter est agendū duo breuiter videre sufficiat. s. circa quid existat, & quibus proprie conueniat. Dictum est aūt supra duas esse virtutes circa pecuniā vel vsum eius. s. liberalitatem & magnificentia. Quod. n. circa genus pecunię sit virtus ponenda, patere pōt ex his quæ dicit Aug. in lib. de libe. arbi. vbi ait, q̄ benet vti his q̄bus male vti possumus pertinet ad virtutē. Possumus. n. bene & male vti pecunia, & his q̄ extra nos sunt in vsum nostrum venientibus. Igitur vt bene vti possimus pecunia, & his quæ per eā mensurātur est virtus necessaria, sed est sciendū q̄ virtutes ille quæ sunt circa res exteriores, habēt aliā difficultatē ex ipso genere rei quia res exterius existētes ēt prout sunt multū appetibiles, vtpote necessariæ ad humanā vitā & aliā difficultatē ex magnitudine ipsius rei, & ideo oportet circa pecuniā & vsum eius duas esse virtutes. s. liberalitatē quæ respicit cōiter vsum pecunię, & magnificentiam quæ respicit magnū eius sumptū, & sic patet circa quid habet magnificentia cōsistere, quia videlicet circa magnos sumptus. Vlterius est sciēdum q̄ licet respiciat extremū cōsiderata quātitate eius qđ facit, consistit tñ in medio considerata regula rōnis, a qua non deficit, neq; eā excedit. Vnde ponit medium inter duas extremas malitias, quarū vna dr̄ paruificētia quæ cōsistit in defectu. Magnificus. n. intendit ad magnitudinem operis. puta tēpla cōstruere ad honorē Dei, hospitalia pro pauperibus, & hmōi peregrinantibus facere. Et ex hoc intendit magnitudinem sumptus, q̄ non vitat vt faciat magnum opus. Ex ēplū. Paruificus fuit rex Antigonus, de quo dicit Sen. q̄ cū quidā noie Cynicus talentū ab eo peteret, rñdit plus esse q̄ Cynicum deceret, tūc ille repulsus petiit denarium, cui ille rñdit minus esse q̄ regē dare deceat. Turpissima hæc cauillatio inquit Sen. q̄ inuenit ut neutrū daret, cū dare potuisset denariū tanq̄ Cynico, & talentum tanq̄ rex. Idem ponit de Alexandro qui cuidam militi aliquid petēti dedit vrbem quandā, & dicente illo, hoc nō conuenire suæ fortitudini. Non quæro inquit quod te accipere liceat, sed quid me dare animosa vox & regia. Contra magnificentiam ēt est ezpendere multa inutiliter, vt Balthasar qui fecit conui-

uium magnum optimatibus & cõcubinis suis vnde punitus fuit, vt habetur Daniel. 5.

§. 1. ¶ Deinde videndum est quibus hęc virtus habeat conuenire. Circa q̃ est sciendum q̃ sicut dicit philosophus. 4. ethic. Magnificus non est sumptuosus in seipsum. Nã vt dictũ est ad magnificentiã pertinet aliquid facere magnum, q̃ aũt pertinet ad personã singularis hois non est quid magnũ habito respectu ad res diuinas vel cões quibus debet magnificus intendere, qa talia sunt proportionata magnitudini sumptuũ qui cadunt in vsu virtutis, & ideo magnificus non intẽdit principaliter facere sumptus in his quæ pertinent ad eius personã, nisi talia essent quæ de se habẽt aliquã magnitudinẽ & requirũtur soleniter agi, sicut sunt ea quæ semel vel raro fiunt vt nuptie, militie, & hmõi vel ẽt quę sunt diu permanentia, vt cõueniens habitatio domus, talia. n. magnifice prosequitur magnificus, simpliciter tñ ad magnificũ pertinet sumptus facere respectu rerũ cõium, & diuinarum, vbi cadit magnitudo expensarũ talis aũt magnitudo nõ adest nisi diuitibus & potentibus, quibus vt di. Amb. Superabundãtia daĩ a Deo vt meritum bonę dispensationis acquirant. Ad hoc. n. præfecit Deus diuites & potẽtes paupertibus vt eis prouideant non solũ quatũ ad vsus proprios, sed ẽt cões, puta in faciẽdo hospitalia tẽpla & ecclesias cões, q̃ maxime pertinet ad principes & prelatos, qui precipue debẽt intendere magnũ in ordine ad honorẽ Dei & vtilitatem eorũ qui eius cultui deputãtur, vnde dicit philosophus, q̃ honorabiles sumptus sunt maxime qui pertinent ad diuina sacrificia. Et ideo magnificentia sanctitati coniungit, vnde Exo. 14. de Deo scriptũ est. Magnificus in sanctitate. Et in psal. Magnificẽtia in sanctificatione eius, quia videlicet præcipuus huius virtutis effectus ad sanctitatẽ & virtutẽ ordinat. Et quia bonũ cõe reipublicæ est quoddã diuinũ, ideo conuenienter ad magnificum pertinet vt studeat ad honores cões ciuitatis unde tota respub. possit sublimari & laudẽ habere supposito semper honore Dei, & sic patet q̃ esse magnificũ proprie pertinet ad diuites & potentes. Quia tñ principalior actus virtutis est interior electio, quę põt esse absq; exteriori fortuna, inde est q̃ pauper potest esse magnificus quantũ ad habitũ, & si nõ quantũ ad actũ deficientibus sibi bonis fortunæ, q̃ organicæ deseruiunt huic virtuti in qua requirit exterior executio. Sicut patet de muliere paupercula quæ in gazophilatio misit duo ęraminuta plus offerens, quam diuites, sm suam cõditionem, vt dñs ostendit Luc. 19. Sed Salomõ quia actu habuit magnas opes, decuit eum facere magnificũ opus, quod & fecit. Nam ad honorem Dei mirabile templum tam sumptuositate quam pulchritudine extruxit, in quo grande sacrificiũ Deo obtulit boum vigintiduo milia, vt patet 3. Regum 7.

De magnificentia qbus conueniat.

Diuites a Deo facti sunt vt pauperib. subueniũt.

¶ De virtute patientiæ. Cap. 7.

SEquitur de patientia, inter alias aũt passiones tristitia est efficax ad impediendũ bonum rationis, sm illud Sap. Eccles. 30. Multos occidit tristitia, & 2. Corinth. 7. Secuſi tristitia mortem operatur. Tristitia aũt hmõi ex aduersis malis illatis nascit quæ nisi refrenetur aĩus sibi succumbit, & ad vindictam appetẽdam & indignationẽ inducit: Necessaria est ergo virtus contra hmõi, vt homo non abducatur a bono rationis pp tristitiam aduersorum. Hęc aũt virtus est patientia quæ ab Aug. sic diffinitur in li. de patientia. Patientia est qua mala equo aĩo toleramus, idest sine perturbatione tristitię. Ioseph equanimiter aduersa portauit. Vnde nec aĩo contristatus est ex iniuria venditionis qua a suis fratribus nequiter est venditus. Sed facta deprecatione ad eos & non obtenta euasione patiẽter sustinuit illata mala Ge. 33. Et post modũ clemẽter indulsit Gen. 47. & 50. ¶ Et nota q̃ patiẽtia dẽt habere quatuor cõditiones quę notari pñt ibi 2. Corint. 6 In oĩbus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patiẽtia. Et primo dẽt esse generalis, seu vniuersalis non partialis, vñ dicit. In oĩb. s. aduersis, circa substantiã, circa famã, circa personã, vt non contristẽt per paupertatẽ, & cũ sua ei auferunt nec per contumelias, derisiones & detractiones, nec per lesionẽ psonæ suę vel cõiunctorũ. Iac. 4. Sufferentiã. i. patientiã Iob audistis. s. quem debetis immitari qui a mittẽdo oẽs diuitias & familiã & sanitatẽ, & illatis sibi cõtumeliis verborũ ab uxore & amicis in oĩbus his nõ peccauit Iob. 1. Scdo dẽt esse realis non verbalis, vñ dicit exhibeamus nosnõ solũ alios verbis admonẽdo ad patientiã Lu. 21. In patientia vestras possi. ani. vestras, nõ in patientia alterius. Exẽplũ in Christo qui dicit. Tacui semper filui. patiẽs fui Esa. 42. Sicut parturiens loquebar. Tertio debet esse spũalis, vnde dicit, sicut Dei ministros. Aliqui hñt magnã patientiã in laboribus mũdi, sicut stipẽdiarii nautę, agricolæ & hmõi sed non est spũalis talis patientia. Alii ẽt in hoc q̃ non tristant, sed tñ non reuertunt a Deũ inter flagella. Alii attendiantur, nec gratias agunt. Non sic Apostolis sed gloriatur di. Libenter gloriabor &c. 2. ad Corinth. 12. ¶ Quarto dẽt esse finalis, ibi, In multa patientia. Qui. n. habet patientiã per vnã vicem vel

De patiẽtia quid sit.

annum

annũ non ſufficit ſed oportet q̃ ſit per totã vitã vñ qui ſuſtinuerit vſq; in finem, ſ. patienter ſe rendo aduerſe, hic ſaluus erit. Matthei. 10.

§.1. ¶ Sed quæritur vtrum iniuriæ ſemper ſint patienter ſuſtinendæ? Ad quod reſpõdet. b. Tho. ſe. ſe. q. 108. arti. 1. Mali tolerandi ſunt a bonis in hoc quod ab eis proprias iniurias patienter ſuſtinent. ſecundum quod oportet, vñ ſup illo verbo Cañ 2. Sicut lilium inter ſpinas &c. dicit glo. Non fuit bonus qui malos tolerare nõ potuit. Nõ aũt tolerant eos vt ſuſtineant iniurias dei & ꝓximorũ, vñ Cryſo. ſuper Matth. In iniuriis propriis eſſe patiẽtem laudabile eſt. Iniurias aũt Dei diſſimilare nimis impiũ eſt. Sed illud quod dictũ eſt de iniuria ꝓpria intelligẽdũ eſt, q̃ iniuria illata ꝓſonę ad ſolã ꝓſonam ꝓtinet, tũc enim patiẽter ſuſtinẽdũ eſt. Q̃ aũt iniuria redundat in iniuriã Dei & eccleſiæ, tũc debet aliquis propriã iniuriã vlciſci, q̃ tñ ītelligẽdũ eſt zelo iuſtitię, nõ liuore uindictę. Exẽplum in Helya. 4. Reg. 1. Qui fecit deſcendere ignem ſup eos qui venerãt ad capiẽdũ ipsũ, qđ fecit ad oſtẽdendũ verum deũ eſſe quẽ colebat & ob zelũ iuſtitię, vt dicitur. 23. q. 4. vt illic. §. ſed obiicitur. Siluerius ẽt Papa excoicauit eos qui ipſum in exilium miſerunt, vt. 23. q. 3. Gui liſarius. Quod aũt dicit dñs Matthe. 5. Siquis te ꝓcuſſerit in vnã maxillã ꝓbe ei alteram &c. Dicit Aug. 23. q. 1. Paratus debet eſſe hõ iuſtus & pius patienter eorum malitias ſuſtinere. i. iniurias quos fieri bonos querit. Iſta aũt præcepta. ſ. patiẽtiæ magis ſunt ad ꝓparationẽ cordis q̃ ad opus q̃ in aperto fit, vt teneat in ſecreto animi patiẽtia cum beniuolentia. In manifeſto autem id fiat q̃ eis ꝓdeſſe videtur, q̃bus bene velle debemus. Et inducit exẽplum Chriſti qui percutiẽti maxillam non præbuit alteram ſed reſpondit repræhendendo percutientem. Io. 18. Et Paulus percuſſus in faciem, dixit. Percutiat te Deus paries dealbate. Actuum. 13.

§.2. ¶ De patientia cõſiderandũ eſt primo de laudibus ſecundo de remediis q̃ inducũt ad patientiã Tertio de fructib. ſeu vtilitatibus ſuis. Nũc de laudibus eius videndũ ẽ. Et poſſumus de ipſa q̃tuor laudes magnificas ꝓdicare. Primo q̃a pugnantẽ inexpugnabilit armat. Secũdo quia hoſtẽ fortiter expugnat. Tertio qũia de ipo nobiliter triumphat. Quarto quia vincẽtẽ feliciter coronat. ¶ Primo ergo patientia pugnantẽ ĩexpugnabiliter armat. Circa q̃ ẽ ſciẽdũ, q̃ hõ in mundo iſto punitur ſicut in loco laboris & certaminis, in quo neceſſe ẽ multipliciter exercitari. Vnde dicit Salomon. Homo naſcitur, ad laborem & auis ad volãdum. Et Iob vitam humanã militie aſſimilat. Cuius cãm aſſignare videt, cum alibi dicit. Hõ nũquã in eodem ſtatu ꝑmanet Iob. 13. Et ſi aliquis mũdi gloria fulget, diuitiis abundet, delitiis gaudet, & fere quedã mũdi oblectamẽta ſibi ad votum ſuccedẽtia, habet, talis tñ non diu in eodẽ ſtatu permanet, quia ſi uideris impium ſupexaltatũ & eleuatũ ſicut cedros libani tranſiẽs, & ecce nõ erit, queres & non inueniet locus eius. Nã poſt ꝓſpera ſuccedũt aduerſa, glorioſa iuuentus ſenectute frãgitur, egritudine robuſtum corpus conteritur. Diuitias pauptas fugat poſt gloriã & magnificẽtiam aduerſantiũ rerum impetus ſurgũt, delitias flagella repellunt ſingula gaudia triſtitiis ꝓmixta ſunt, & quid ꝓlura? tot in mundo ſibiinuicem ſunt repugnãtia, q̃ vix eſt aliquis mundo vtens qui mometo horę vitam ducat in quiete. Et ꝓ tanto dicit Iob. q̃ homo natus de muliere breui uiuens tẽpore repletur multis miſeriis, q quaſi flos egrede. & cõ. &c. Quia ergo vita præſens eſt tantæ mutationis & laboris ad bene certãdum neceſſe eſt armatos forti armatura fore. Nulla autẽ armatura fortior quã illa ꝑ quã cor manſueſcit ſub deo, & hæc eſt patientia quæ hoiem regit, ſcuto bõe uoluntatis ipsũ cohibendo ab illicito appetitu uindictæ. Ipſam enim linguã retrahit a contumelia & murmuratione, manus a violentia & ꝓcuſſione, oculos a toruis aſpectibus, pedes agreſſibus iniquis. Et ſic totum hoiem infra ſe claudens ſub protectione, dei cuius refrigeriũ querit cõſtituit. Et quãtũ ad hoc dicitur patiẽs animã ſuam poſſidere. Luce. 21. In patientia veſtra poſſidebitis aĩas veſtras. Et apoſtolus ad Colloſ. 2. Induite uos ſicut electi Dei uiſcera miſericordiæ benignitatẽ, humilitatẽ, modeſtiã, patientiã. Patiẽtiã iõ ponit ultimo, quia eſt cuſtos & radix oĩum virtutũ, vt dicit glo. ſuper illo uerbo. In patientia ue. po. a. ue. Sene. in li. de ira dicit, q̃ Ceſar Aug. fuit mirabilis patiẽtię q̃ nec cõuitiis contra ſe dictis mouebatur, ſed cõuitiantib. perſuadebat q̃ linguis moderati⁹ vterẽtur. Inimicis parcebat, leuiter hoſtib. nuadentibus, & inſultãtibus contra eius dñium aio ñ irritabaṫ. ad ſe reuertẽs ſuſcipere gaudebat. Et hac Aug. patientia arguit Sene. cõtra ſe. di. Nũquid in domo mea poſſum, qđ Auguſtus toto orbe terrarũ? Ille patiẽs fuit & hoſtibus ignoſcebat, & ego non ignoſcã pigris negligẽtibus & garrulis famulis meis? Et ſubiũgit ea q̃ debent mouere hoiem ad ignoſcendũ Puerũ inquiet etas excuſat fœminam ſexus, extraneum libertas, domeſticum familiaritas, & ſubdit. Amicus eſt qui offendit fecit quod voluit. Inimicus fecit q̃ debuit. Prudentiori cedamus, ſtultiori remittamus. ¶ Secunda laus

De iniuriis vtrũ ſint tolerandæ.

Exẽplũ

Secunda laus patientiæ.

patientiæ est, quia fortiter hostem impugnat. Vbi sciendum est q̃ ad bene pugnādū duo requirunt præcipue quantū spectat ad præsens. s. magnitudo viriū, & peritia pugnandi, vnde dicit Valerius Max. de bellis Romanorū q̃ ad ictus inferendos ac vitandos iussit senatus vir tutē arti rursus artem virtuti pariter immisce ri vt illa impetu huius fortior, hæc illius scientia cautior fieret, magnitudinem autē virium spūalium facit patientia quia hoiem reddit securū. Ille enim vere est securus qui seipsū possidet, & ab exterioribus non mouetur. Patiens aūt seipsum possidet, quia suū aīum sibi subiicit, nec ab illatis exterioribus concutitur, quia mala pœnæ trāsitorie nō metuit, quia aūt talis est potens est ad aggrediendū oīa difficillima. Vñ super illo verbo Iob. Vbi est fortitudo tua dicit glo. Qui se vincit cōtra oīa fortis est. Qui enim vincit quod maius est consequens est q̃ vicat quod minus est. Maximum aūt est vincere motus impetus & passiones cordis sui q̃ intra se latēt & contra spūm semper rebelles existūt. Nulla aūt pestis est efficacior ad nocēdum q̃ familiaris inimicus, vt dicit Sene, Vñ super illo verbo Prouer. 16. Melior est patiēs viro forti, dicit glo. Minor est victoria vrbes expugnare, quia extra se sunt q̃ vincunt q̃ seipsum vincere q̃ intra se est. Et Sene. in lib. de natura. q̃ nibus dicit. Innumerabiles sunt qui vrbes qui populos habuerūt in ptāte, pauciſſimi aūt qui se ſm quod requirit ad pugnandum est armorum peritiā. Inter alia aūt quæ faciūt milites in bellis periti ē, quia sēper q̃tum possunt sequūt vexillū regis & suo principi sēper adherēt, maxime q̃ sciunt ipsum non faciliter expugnari posse. Ille aūt qui vere patiēs est sustinet mala illata vel sustinere debet p̄cipue exēplo Xp̄i patiētis tātā ignominiā in ligno crucis, qui fuit princeps & vexilliser populi xp̄iani in sustinendis opprobriis, vñ dicebat ille patiens ap̄s ad Gala. Nemo mihi molestus, sit ego enim stigmata domini Iesu X p̄i in corpore meo porto. Vbi dicit Aug. q̃ stigmata appellauit quasi notas de persecutorib. pœnarum quas patiebatur Exēplūm Iob de quo Iac. 5. c. Patientiā Iob audistis. Hic. n. vt Grego. ait in moral. tot iacula cōtra hostē antiquū intorsit, quot verba patiētiæ, prulit de quibus patet Iob. 1. ¶ Tertia laus patientiæ est quia de hoste nobiliter triūphat. Nobile genus victoriæ est hostē debellare iacēdo & quiestēdo sine ictu & repercussione q̃ fa cit patiēs. Videmus. n. quod ipsi qui iniuriā inferūt miro mō affligunt quādo eis nō respōdet putātes se despici. Et de talib. dici potest quod eorū tela ad eos cōuertunt, quia dum tacet patiēs iniuriātes de iniuriis a proximo despectis interius lacerant & tūc vere gladius eorum intrat in corda ipsorum, sicut dicit psalmista. Sed ad huc nobilius genus victoriæ est, quādo non solū patiēs triumphat sine ictu ꝓprio sed etiā q̃n vincit ictibus iniuriātium se efferendo, & hoc facit vere patiens ſm documentū Christi dicentis, qui te percusserit in vna maxilla præbei etal. quod intelligendum est ſm præparationem animi, & interdū ſm actualem exhibitionē quando est opus. Legitur de quodā heremita, quod cū quidā spiritu demoniaco arreptus eum fortiter in maxillam percussisset & senex alterā præbuisset, diabolus statim recessit clamans humilitas & patientia christianorū vincit me. Legitur ēt in Policrato, q̃ dū quidā aduersus quendam grauiter excandesceret, ille dixisse fertur. Loquere inquit quod placet, quia diligentiam auribus linguæ taciturnitatē aīo quietē indixi. ¶ Quarto patientia vincētē fœliciter coronat. Corona non dat victoribus nisi bello perfecto & consummato. De patientia autē nascitur perfectio, vt dicit glo. super Iob. Nā in aduersis tolerādis aīa perficitur per patiētiā in quantum remouet tristitiā q̃ causatur in aīo ex aduersis illatis. Ex tristitia. n. nascitur ira quæ impugnat mansuetudinē. Ex ira odium quod tollit charitatē. Ex odio nascitur iniustum nocumentum, quod ē cōtra iustitiā & equitatē. Fundamētum ergo, quod hæc oīa vitia remouet, & ꝑdictas virtutes cōseruat est patiētia. Et quātum ad hoc dicit. b. Iac. 1. c. qd patientia opus perfectū habet, vñ patet, quod patientia q̃ sic est consumatiua cīs boni meretē coronā regni, vñ ap̄s ad Heb. 4. Patientia nobis necessaria est vt voluntatem dei facientes reportetis ꝓmissionē. Hæc aūt ꝓmissio declaratur ex verbis Iac. 1. dicentis. Btūs vir qui sustinet tentationem, q̃m cū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite &c. Et iō dicit Hiero. Nō nisi per patientiā impletur, quod dr. Regnū celorū uim patitur, & violenti rapiunt illud ergo teste veritate. Btī qui persecutionē patiūtur pp iustitiā q̃n ip. est reg. ce. Mat. 5. Exemplū, Eleazarus de prioribus scribarum, vir ætate proiectus, vultu decorus, gloriosā mortem magis q̃ odibilem vitā amplectens in tīn dilexit bonū diuinæ legis q̃ voluntarie ibat ad supplicīū, & patienē sustinēs destinauit ñ admittere illicita pp vitę amorē, vñ dixit Fortiter vitā excedēdo senectute dignus apparebo. Adolescentibus aūt exēplū forte relinq̃ si ꝓmpto aīo fortiter ꝓ gratissimis ac sctissimis legib. honesta mor e perfungar, qbus dictis occisus est. 2. Mach. 6.

Tertia laus patientiæ.

Qurat a laus patientiæ.

¶ Post laudes patiētiæ cōsequēter accedamus ad ea

§. 3.

De remediis impatiẽtiæ, & primũ remediũ contra impatiẽtiam.

ad ea quæ ꝓfit esse remedia patiẽtis. Ꝓfit aũt 1°. adduci inter q̃ ꝑcipuũ & potissimũ est exẽplũ Christi, q̃ vt doceret bona ꝓfitis vitæ esse cõtẽnenda, aduersa sustinuit & bona mundi cõtẽpsit. Si. n. bona mundi sequi voluisset hõ nimis ardẽter talia appeteret, quasi ex hoc se putans felicẽ q̃ Deũ suũ talia petentẽ sequeret. Itẽ si mala ꝓfitis vitę ex toto vitasset, nimis abhorreret hõ paupertates, infirmitates, & alias aduersitates, & diceret q̃ ille esset infœlix qui talia appeteret vel haberet Christũ non sequẽdo. Sed cõtrariũ fecit Christus vt has falsas opiniones ab hoibus remoueret. vnde dicit Aug. Oĩa bona terrena cõtẽpsit hõ Xp̃s, vt cõtemnẽda mõstraret, & oĩa terrena mala sustinuit, q̃su stinẽda psuasit, vt nec in illis quæreret fœlicitas, nec in istis timeretur infœlicitas. Christus subditus passioni, cum alapã accepisset, & ei dicetur, sic respondes pontifici? Ioan. 18. Nihil ille contumeliose locutus est sed magis innocentiam suã tutatus respondit dicens. Si male locutus sum, &c. quę oĩa ab eo ideo facta sunt humiliter vt nos humilitatis atque patientiæ haberemus exemplũ. Cyprian. dist. 93. dñs nr̃.

§. 4.

De memoria passiõis, Christi quæ bona in aĩa faciat.

¶ Ad hoc aũt q̃ Xp̃m dulcius sequamur, & ad uersa patiẽter supportemus. Sciendum est q̃d eius passio ad memoriam reuocata facit tripli cem effectũ in anima. Primo enim eam sanat a languore tristitiæ. Secundo eleuat a longanimitate patientiæ. Tertio dulcorat amorem interioris letitiæ, ¶ Primo. n. passio Christi animam sanat a languore tristitiæ. Mens enim humana aduersitatibus sæpe concussa terretur ac territa quasi a suæ virtutis vigore' deiecta per tristitia languescit, ficq; languenti menti diuina non sapiunt humana, & si sibi noxia esse conspiciat, non ex toto refugit, sed sanctus vir qui sic intra semetipsum fluctuat aduersitate pressus vt ad meliora cõsurgat & boni operis gressum in veritate figat, Christum passum ante mentis oculos ponat, quia sicut dicit Greg. Si xp̃i passio ad memoriam reuocetur, nihil adeo durum est q̃d non equo animo tolleretur. Ad Heb. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionẽ. s. Christũ vt non fatigemini animis vestris deficientes, In huius figurã erecto serpente æneo in ligno aspicientes in eũ vulnerati a serpentibus, liberabãtur. Num. 21. ¶ Secũdo extẽdit ad lõganimitatẽ patientiæ, deuulso. n. languore accidię ꝑ memoriam passionis, mens in Deũ erecta longanimis efficitur ad tolerandũ diutius aduersa, vnde. 1. Pet. 4. Christo passo in carne & uos eadem cogitatione armamini. In huius figuram mandauit Antiochus rex, ut elephantibus qui erant in bello ostenderetur sanguis uuę & mori vt acrius accẽderentur ad ꝓlium 1. Mach. 6. Similiter ad aspectum per considerationem sanguinis Christi qui ad modũ vuæ dr̃ calcatus in torculari crucis bellantes cõtra aduersitates mundi tentationes carnis & diaboli accenduntur ad resistendum & bellandũ. ¶ Tertio dulcorat amorem letitiæ, q̃n. mens diu aduersa sustinet & sæpe ad memoriã passionẽ Christi reuocat vt ad patientiã animet non amplius amara sentit sed dulcedinẽ mentis quæ aliq̃n redundat ẽt ad sensitiuã ut desideret amplius pati. 1. Cor. 10. Fidelis Deus qui non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tẽtatione ẽt ꝓuẽtũ In hmõi figura legitur. Exo. 15. q̃d filiis Israel in deserto inuenientibus aquas amaras vt non possent bibere, missso ligno de mandato Dei in aquis dulcorate sunt vt biberent delectabiliter. Aque sunt tribulationes quæ frequenter occurrunt in deserto huius mundi, & in se amare sunt, sed ligno crucis misso in eis. i. meditatione habita de passione efficiũt dulces, vt q̃s patienter & delectabiliter sustineat. Facit ad ꝓdicta q̃ dr̃ 7. q. 1. suggestũ, vbi dr̃. Nõ uos carissimi a pie mentis ꝓposito afflictionis amaritudo coerceat recedere, cõsiderantes quãta Deus & dñs nr̃ tesus Xp̃s pro nobis ꝓtulerit, quibus ve cõtumeliis afficiendũ tradiderit, vt nos a iugo diabolicæ seruitutis eriperet, hæc ibi fidei miles libenter patiẽ cũ rege suo & filius cum patre. ¶ Secũdum remediũ est sacra scriptura recitãs magnifica facta sanctorum patrũ eorum maxime quæ aduersa passi sunt. Ad hoc. n. spũs sanctus principaliter voluit antiquorum facta sub scriptura redigi vt posteri illa considerantes animarentur ad similia sustinenda & operanda, unde dicit apostolus ad Ro. 15. Quæcũque scripta sunt ad nostram doctrinã, scripta sunt, ut ꝑ patiẽtiã & conso. &c. Et hoc est quod dicitur Thob. 2. Hanc tentationem. s. cecitatis permisit Deus peruenire illi ut posteris daretur exemplum patientiæ eius. Sicut & sancti Iob. Est aũt sciendum q̃ malorũ societas sanctis viris valet ad duo, propter quod aduersa leuius ferre possunt: Primo ad augmẽtum meriti, dum. n. iusti per malos affliguntur, in uirtutibus crescunt, & in patiendi arte eruditiores fiunt, vnde dicit Greg. in regesto. Vbi erit patientia si deest quod toleretur. ego illum Abel esse non puto qui Cain non habuerit. Boni. n. si sine malis fuerint, perfecte boni esse non possunt. Misericorditer ergo Deus suis electis prouidet, dum in hoc mũdo ad eorum exercitium malos esse permittit. ¶ Secundo

De vtilitate malorũ viris sanctis ĩ malis conuersando.

ad

ad purgationem peccati Aliqñ ei sancto viros contingit in Dei obsequio per inertiam corporis aliorũ laudibus inaniter extolli amplius q̃ debent de sua sanctitate præsumere ad q̃ oia reprimenda vtiles sunt aduersantium calumniæ, vt sit quid in vita iustorum purgãdum extiterit prauorũ societate tollat. Ionathas summus sacerdos & seniores iudeorũ cum essent uexati vndiq; bellis, nihilominus solacium sacrarũ scripturarũ habere volebant. Vnde scribentes spartiatis dicunt. Nos habentes solacio sacros libros qui sunt in manibus nostris. 1. Mach. 12. Exemplũ etiã quod ponit Greg. in 4. dialo. de seruulo q̃ fuit pauper & diu infirm⁹ qui emebat sacros libros & legere sibi faciebat ab his quos recipiebat in sui domo peregrinis qui mirabiliter vitam finiuit in bonum.

§ 6. ¶ Tertium remedium est consideratio malorum impunitorum quæ alias commisisti. Nullus. n. adeo iustus est qui non multa cõmiserit contra Deum, de quibus ipso Deo miserante vel dissimulante, aut ẽt differente nondum est punitus, & dato q̃ aliquam pœnam h abuerit non tñ illam quam meruit. Vita etiã quæ in præsenti ducitur quantuncunq; sancta videatur plena est peccatis si apud districtum iudicẽ plenius indagetur, vnde dicit Aug. Veh etiã vitæ laudabili iustorũ si ipsam Deus sine misericordia discutiat. Nulla ergo pœna est iniusta, quæ ẽt iustis infertur. Et ideo in psal. dicit. Si iniquitates obseruaueris dñe, domine quis sustinebit? Crisost. Bonus non põt esse in omnibus bonus, sed habet aliqua mala de pe. di. 3. cap. quid ergo. Exemplum de fratribus Ioseph qui descendentes in egyptum, tunc nil mali fecerũt, tamen passi sunt magnam augustiam ex facto Ioseph, & hoc propter peccatũ prius multo ante commissum in venditione Ioseph. Vnde dicebant. Merito hæc patimur, &c.

§. 7. ¶ Quartum remedium est consideratio abutẽtium humana felicitate. Communiter enim homines in prosperitatibus constituti in superbiam & cordis uanitatem eleuantur ad sequendas etiam carnis delitias indebite efferuntur Naturam. n. humana propter corruptionẽ peccati originalis infirma est, vnde ad bonum est difficilis, & ad mala prona. Et hoc est quod dicit apostolus ad Rom. 7. Non. n. quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago cuius causam ibi subdit, video inquit aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Lex quidem membrorum est lex fomitis peccati originalis, quod naturam corrumpit. Per hanc quidem legem homo inclinatur ad malum contra rationem quæ est lex mentis. Quando ergo cum hoc interiori motiuo inclinante ad peccatum, habet etiam extra motiuum humanæ prosperitatis, quæ etiã de se disponit ad hoc ex duplici parte ad ruinam inclinatur peccati, & propter hoc vix aliquis inuenitur in prosperitate constitutus qui bene ea vtatur. Nam sicut dicit philosophus. Non est nisi virtuosi viri bene ferre bonas fortunas. Maxime autem qui aliis præferuntur, bonas fortunas bene ferre nesciunt, quia præter ea quæ dicta sunt inclinantia ad peccatum habent tertium, quod etiam ad hoc impellit, scilicet eminentiam super cæteros, qua se nõ homines, sed super homines putant propter, quod ad multa scelera & tyrannides erumpunt. Exempla in Salomone. Dauit Ezechia qui in prosperitate grauiter deliquerunt, in aduersitate vero reuersi sunt ad Deum, vnde & Salomon postea fecit librum ecclesiastes. quẽ hebrei intitulant de pœnitentia Salomonis. Et hoc etiam dicit Amb. & Hieron.

¶ Quintum remedium est consideratio mutabilis & miserabilis status vitæ p̃sentis. Factus est. n. mundus iste admodum cuiusdam circuli, sicut dicit quidam philosophus. Et hoc quidem verum est non quantum ad motum cœli ad quem sequitur successio tẽporis. s. q̃tum ad continuos motus, & diuersos euentus qui eueniunt circa hominem, vt verum sit secundum philosophum quod continuum motum superiorum sequitur continua transmutatio inferiorum propter quod humana vita continue labitur, & in quadam agitatione consistit, vnde dixerunt qđ ex motu cœli & temporis adiacentia relinquebatur in re temporali quædam tabefactio, & dispositio ad corruptionem quam appellauerunt, quando. Est autem mundus iste sub hoc ordine taliter constitutus, vt non huius mentis affectum fingamus credentes hanc vitam homini esse concessam, pro requie & habitatione patriæ sed potius ex his aduertamus eam esse datam pro quodam nauigio tranſeuntium, & ad tempus peregrinantium, & sic compellamur aliã meliorẽ vitam credere & illã desiderare, & in hoc mundus est optime cõstitutus. Nã si stabilior foret & prospera semper daret ad hoiem nimis trahere t ad sui dilectionẽ seu ad se diligendum, & tunc nihil aliud quæreret q̃ quod oculis cerneret ac per hoc cœlum perderet quod ad habitandũ factus est. Sed dum vita præsens non in eodem statu permanet & frequenter aduersa propinat, hoiem quẽ sic frequẽter conterẽdo agitat ad alium diligẽdũ compellit, vnde dicit Greg. Ipse mundus dum tot amaritudinibus

Decã pronitatis ad malum.

§. 8.

Miserabilis status vitæ p̃tis.

Abusus cælicitatis humanæ.

bus cruciat, dum tot calamitatibus ingeminat quid aliud nisi vt non ametur clamat.

§.9. ¶Sextum remedium est consideratio diuinæ miserationis, quo vt dicit Greg quosdam hic Diuinæ miserationis. Deus parcẽdo ferit, & quibusdam parcit vt in perpetuum feriat sicut. n. per Ioan. dr Apoc. 3. Ego quos amo corrigo & castigo. Et Apost. ad Heb. 12. dicit. Flagellat oẽm filium, quem recipit. Quare aũt necesse sit Dei filios in hac vita flagellari, cã est, quia nemo est in hac vita tam iustus qui non cõmittat aliqua peccata leuia quæ & si non mereant pœnã ẽternã, necesse est tñ ea aliqua pœna puniri, quia nullũ peccatum transit impunitũ. Misericorditer ergo agitur cũ hoĩe qñ peccata sine quibus in hac vita nõ viuitur per aliqua aduersa pugnantur: vt in alia vita a pœnis libere existat, vnde dicit Greg. q̃ signũ miserantis Dei est qñ quis culpa perpetrata mox diuina vltione punit. Est. n. magnũ argm̃ q̃ a maiora bona illos cõseruat quos præsentibus bonis priuat, quia nisi correptis Deus hereditatẽ dare disponeret erudire eos per molestias nõ curaret, vnde dicit Sen. in li. de prouidẽtia, q̃ Deus ad bonos viros nõ hẽt aĩum matrem, sed paternũ. Matres. n. in sinu filios fouẽt, & eos demulcẽdo per inertiã languescere faciũt. Patres vero filios laboribus & exercitiis agitantes probant, vt eruditores fiant, vere ergo Deus pater est his quos per flagella emendãdo castigat, vnde dr prouerb. 13. Qui parcit virgæ odit filiũ suũ. Qui aũt diligit instãter erudit, vt ergo Deus hos quos in filios recipit erudiat, virga flagellationis vtitur per q̃ stultitiã colligatã in corde pueri. i. hoĩs pueriliter viuentis fugat, sicut dr in eo. li. prouer. Facit ad hoc qd̃ hr de pc̃. dist. 1. si peccatũ, vbi dr. Ab electorũ suorũ sordibus Deus curat peccatorũ suorum maculas tpali afflictione abstergere quas in eis in ẽternũ nõ vult videre. i. punire. Exẽplum in Maria sorore Aaron percussa lepra pp murmurationem. Num. 12. Ad hoc figurandũ legitur Exod. 12. q̃ Egyptij laboribus & molestijs tandiu iudeos afflixerunt q̃ eos cõpulerunt Egyptum relinquere, & ad sacrificandũ Deo desertum intrare, dicente scriptura. Exod. 12. Vrgebant Egyptij populũ Israeliticum de terra sua exire. Per Egyptum quæ interpretatur tenebra significatur mundus tenebrosus qui per multa aduersa quæ aduersum hominẽ mittit eum a se exire facit, & q̃ ad Deum fugiat quasi inuitum cogit, sm illud Greg. Mala quæ nos hic præmũt ad Deum ire nos compellunt. Ad hoc etiam facit illud Oseæ 2. c. Ecce sepiam vias tuas spinis & c ibi vide & illud Luc. 14. Exi in vias & sæpes & compelle intrare.

¶Septimum remedium quod est coniunctum § 10. precedenti est consideratio diuinæ probationis, qua Deus in hac vita aliquos fẽlices facit, quia eos nulla aduersitate præmit vt eos miseros in illa vita cõstituat. Nullus est. n. tã a Deo aduersus qui non aliqua de genere bonorũ sãciat, & cũ nullũ bonũ sit quod sua retributione careat respondet Deus pro præmio non magna bona alterius vitę, quia præmium nimis excederet meritũ, sed concedit aliqua prospera vitę præsentis, quæ sunt parua bona. Et hoc est signum æternæ damnationis, sicut dicit Greg. Continuus inquit successus temporalium est certum futuræ calamitatis indiciũ de hoc Dei iudicio occulto & tñ iusto Hiere. cum Deo disputans quærit. Quare inquit via impiorum Hiere. 12. c. prosperatur bene est oĩbus qui præuaricantur & male agunt, plantasti eos & radicem miserunt producunt & faciunt fructum prope es tu ori eorum & longe a corde eorum q. d. Impij prosperari vñr, quia tu Deus firmas eos in temporalibus bonis & in eis proficiunt, si te inuocant pro hmõi acquirendis prope es eorũ exaudi tioni & a verberatione rerum eorum longe, vnde hic respondet & præcatur. Congrega eos quasi greggem ad victimã q. d. Ad victimã infernalis pœnæ velut grex porcorum sunt congregandi, & tunc sanctificabis. i. te in eis vt sanctus & iustus appareas, vlciscendo te de eis in die occisionis eorũ, vnde Greg. Iniustus ad debitam mortem currens effrenatis voluptatibus vtitur, quia & vituli qui mactandi sunt in liberis pascuis relinquũtur, bene ergo dicit Sen. in lib. de prouiden. Nihil inquit infelicius eo cui nunquam accidit aliquid aduersi, male. n. iudicauerũt dii de eo. Facit ad hoc quod hr de pœ. di. 3. Quid ergo turbamur. Nemo videns malos prosperitatẽ habere, turbet. Non põt malus in oĩbus esse malus, sed habet aliqua bona pro quibus remuneratur tpali prosperitate, vt in alio mũdo plene puniatur. Exẽplum de diuite epulone sepulto in inferno, cui dictum fuit. Recepisti bona in vita tua Luc. 16. Exemplum ẽt de illo vbi hospitatus est B. Ambro. Vadens Romã qui semper habuerat magnã prosperitatẽ & post recessum Amb. & sociorũ ad admonitionem eius absorptus est a terra cum oĩbus ad se pertinentibus, & remansit signum profundissima fouea. ¶Octauum remedũ est consideratio ignorantiæ & cecitatis quam inducit status prosperitatis. Dementiã mirabilẽ incurrit homo pro prosperitate arridente sibi, quod foris & in præsenti tantum est. Homo. n. sensualis qui nimis in delectationibus sensuum delectatur solum ad hoc, & nũc mouetur, non exter-

extendens se ad futurum tps, aut nō putans q̄ futurum tps aliud secum ferat quam præsens nunc habeat. Et ideo more bruti hoc solū apprehendit quod sentit. Et sic aliud non nouit quam quòd eius sensibus præsentialiter effertur propter quod his quibus delectando inhęret vehementer affectus, ea sola cogitat sine successione cōtrarij. Sed in hoc est magna hominis stoliditas qui tanto falsitatis errore decipitur non considerans q̄ ea quę in tpe agantur contrariis successibus immutantur. Carnalis voluptas iuuentutem delectat, sed si infirmitas aut senectus aduenerit quorum alterum vel vtrumq; vitari non potest corpus conterit cui mox carnalia aut desipiunt aut deficiunt. Ecce ostensa carnis oblectamēta, quam cito hominem fallendo derelinquunt diuitie homini sufficientiam promittūt, sed hęc promissio falsa est & incerta. Latronum.n.insidiis ac fortuitis euentibus & periculis subsunt, vnde suos possessores deserendo fallunt. Frequenter.n.sicut sacra scriptura testatur diuitiæ congregantur in malum dñi sui, tum quia per laborem & sollicitudinem acquiruntur, & cum timore possidentur, tum ēt quia earum abusus vtentes ad pernicioso terminos deducūt, sicut sępe docuit experientia. Honores hominem in sublime ponunt, sed diu in alto eum stare non sinunt. Montibus enim valles semper adiunguntur nec mons sine valle fuit, sicut nec elati

Adde q̄ dicit Hier. Q̄d non prodest gñatio bona q̄ mores sordidāt

diu sine depressione manent. Omnis.n.qui se exaltat humiliabitur ait veritas in Euang. Generosa proles claritatem genitori tribuere vī, sed frequēter mestitiam adducit & dolorem & vnde pater gloriam se habere credit, inde frequenter patitur ignominiam. ¶In cunctis ergo humana prosperitas hominē decipit, & se falsam ostendit, quia quæ exterius se habere prętendit, veraciter suis amatoribus non tribuit. Exemplum de diuite cuius ager vberes fructus attulit, cui dictum fuit. Stulte animam tuam ac nocte repentet a te &c. Luc. 12. Ibi vide. Et q̄ facit prosperitas hoīem quasi fatuum ostendit Amb. super Lucā in dicta parabola dicens. Sicut qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas prout sunt, sed passionis suæ fantasias vident. Ita etiam mens auari vinculis cupiditatis astricta semper aurū videt, semper redditus computat gratius aurum quam solem intuetur &c. Et habetur dist. 47 sicut hi.

§. 12. ¶Nonum remedium est consideratio breuitatis temporis quod in aduersitate conspicitur.

Breuitatis vitæ. Tempus enim vitæ præsentis breue est & quasi momentum in comparatione vitæ æternæ, vnde dicit Iaco. in cano. sua c. 4. Quid.n.est vita nostra nisi vapor ad modicum parens. Et in Esa. Dicente dño prophetæ q̄ clamaret, quid clamabo inquit. Clama. Omnis caro fęnum. Fęnum quidem cito decidit, & caro breui tpe marcescit. In breui ergo tempore diu protendi aduersa non possunt. Ex breuitate ergo temporis breuis erit patiētis aduersitas, vnde dicit Apost. 2. ad Cor. 4. Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate operatur in nobis æternæ gloriæ pōdus. Quod.n.dicit æternę gloriæ pondus respōdit ei q̄ dixerat momentaneum, & leue tribulationis nostræ. Nam id quod in præsenti est momētaneum & breue virtute patientiæ commutatur in æternū. Quia vero dicit leue. s. ad portandū cōmutatur in pondus gloriæ quæ tanto erit suauior, quanto ponderosior. i. intēsior. Fęlix commutatio & pęnitus hæc mutatio dextræ excelsi de breui & transitorio ad æternū, de leui pœna ad immēsitatem glorię peruenire. Signanter aūt subiungit Apostolus leue & momentaneum, quia quantuncunque tribulatio sit breuis in tpe: semper tū tribulato Deus assistit vt leuius tribulationem ferat. Pręsentia ergo diuinæ cōsolationis ēt ipsum momentum tribulationis alleuiat pp hoc bene dicit Apost. q̄ Deus facit cum tentatione prouentum, vnde Esa. 43. Cum transieris per aquas tecū ero & flumina nō operient te, & cū ambulaueris in igne non cōbureris. Tres pueri socij Danielis. s. Ananias, Azarias, & Misahel, quia noluerunt adorare statuam, missi sunt in fornacem ardentissimam, sed valde modicum steterunt, & ēt pro illo modico non cōtristauit eos ignis, sed perfusi sunt rore cœlesti. Dan. 3. sic boni & si ponuntur in magnis tribulationibus, quia nolunt se mundo conformare & iniustis præceptis obedire modicum durat tribulatio, & tunc ēt mentaliter a Deo cōsolantur, sicut Christo agonizanti in horto in oratione apparuit Angelus confortans eum.

§. 13. ¶Decimū remediū est consideratio nobilitatis propriæ naturæ ad q̄ exteriora aduersa nō pertingunt. Aduersa.n.quæ diuitias tollunt non animi sed fortuna bona diripiunt. Nō ergo homo torqueri hēt in aduersis: sed potius dēt de apertis insidiis securus existere, quia sicut dicit Sen. Munera fortunæ sunt insidiæ & quasi viscata beneficia, quod n.sub fluctuātibus bonis fallacis fortunę latebat, succedens mutatio detexit. Narrat Val. Max. de Crasso qui propter magnitudinem diuitiarum locupletis nomen accepit, inopia subsequente appellationem decoris fortitus est. Nam cum egenus ambularet amara suggillatione non carebat. Ab

Nobilitatis p̄prie naturæ.

occur-

occurrentibus. n. deriſorie diues ſalutabatur. Item aduerſa quæ ab honoribus deprimũt nihil ab honorato demũt, non. n. honor eſt in honorato, ſed in honorantis operatione. Nihil ergo perdit aius verus qui vanitati non cupit inflari, non. n. honor homini tribuit veritatẽ ſed opinionem quæ tanto eſt fragilior quãto multitudo quæ de hoĩe opinatur eſt mutabilior. Infinitis. n. modis aut perſuaſionibus aut circa rem non mutatã accidentibus mutatis, vulgi opinio mutat. Exẽplum de Chriſto qui Dñica in ramiſpalmarũ fuit ita honorificatus & magnificatus in populo Iudęorũ, & ſequenti feria ſexta ita abominatus & deſpectus & mortuus eſt. Narrat ẽt Valerius de quodã alio nomine Craſſo, qui tãta in conſulatu claritate refulſit vt ſenatus patronus diceretur. Deinde populi opinione mutata ante totius romani vulgi aſpectum manibus carnificum fuit laceratus. Item accidentia egritudinum & incommoda ſenectutis tantũ corpus frangunt, ad aĩum aũt non attingunt. Corpus. n. inſtrm eſt aiç, maxime in acquirendo virtutem. Non refert aũt quale ſit inſtrm vel cuiuſmodi marerie dũmodo deſeruiat agẽti ad effectum ſui operis. Animus autẽ ordinatus ęque corpore confracto ſicut ſano vtitur ad virtutẽ, immo corpus validum frequenter infirmis aĩs occaſio ruine eſt. Vnde Amb. Quod nocet corpori iuuat ſpiritũ, egritudo carnis peccatũ repellit. Luxuria & proſperitas peccatum adolet. i. nutrit. de pe. di. 3. Non ergo aduerſa quęcunq; poſſunt aium tangere, niſi qñ quis in eis immergitur, vnde Sen. in li. de ira dicit. Vt ſuperior pars mũdi & ordinatior & propinquior ſideribus nõ impellit tempeſtate, caret tumultu omni, inferiora vero fulminant. Sic ſublimis aĩus. ſ. per virtutẽ ſemper eſt quietus, & tranquilla ſtatione locatus. Et ideo probat idẽ ſupra in eodẽ lib. q̃ ſapiens nihil poteſt perdere, quia omnia in ſe repoſuit, q̃ probat exẽplo cuiuſdã philoſophi qui capta ciuitate ſua cum oĩa perdidiſſet ẽt filio, veniẽs ad aliã patriam, interrogatus an aliquid perdidiſſet. Reſpondit, nihil, oĩa enim mea mecum ſunt. Et loquebatur de virtutibus & ſcientia. In huius figura legitur Matth. 4. Dñm Chriſtũ ſiccis pedibus ſuper vndas ambulaſſe, ad inuendum q̃ diuinus homo ſuper huius mundi varios euentus tanquam ſupet fluctuantes vndas pedes ſuorũ affectuum debet habere eluatos. Hoc aũt homo aſſequitur qñ per cõtemplationem ad diuina conſurgit. Tunc enim aduerſa non timet, vnde Iob dicebat. Pone me iuxtã te & cuiuſuis manus pugnet contra me.

§. 14. ¶ Vndecimũ remediũ eſt cõſiderario pęnarum quas mundani hoĩes ſuſtinent in peccatis adimplendis vel temporalibus acquirendis. Videmus. n. q̃ hoĩes mundi vt adimplere poſſint ſua deſideria, aut aliqua lucra damnoſa facere, infinita pericula ſubeunt quotidianis cruciatibus affliguntur, mortibus itineribus, & periculis maris, & latronũ ſe exponũt, & frequẽter concupita non aſſequuntur, ſed poſt multos labores, quos in hmõi conatibus habent, cruciatum gehennalem pro fructu recipiunt. Vnde dicitur Eccleſiaſtici 21. Via peccantium conplantata lapidibus, & in fine illius inferi & tenebræ & pœnæ. Ad litteram. Via peccantium eſt lapidoſa & difficilis ad tranſeundũ. Et terminus ad quem deducit eſt doloribus plenus. Et hoc aſt quod dicunt damnati Sap. 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles, viam autẽ dominii ignorauimus. Si ergo tot aduerſa ſuſtineat pro his noxiis acquirendis, ad quæ frequenter ſequitur pęna æternæ damnationis, magnum remedium datur iuſtis ad ſuſtinendum patienter aduerſa pro vita bona & beata.

§. 15. ¶ Duodecimum remedium, eſt conſideratio irritationis & triſtitiæ quam incurrit homo per impatientiam. Vbi ſciendum quòd homo habet duplex generale remedium ad quod debet recurrere quando aduerſa patitur. Vnum quidem eſt regula proprie rationis per quam poteſt ſuos motus cõpeſcere, & infra proprios limites ſe tenere. Debet enim homo bonum rationis præponderare omnibus bonis extrinſecis & vindictis quarumcunque iniuriarum, quas tanquam magnanimus debet paruipendere & a memoria repellere, tũc enim in mente ſua quietus erit nulla moleſtia agitatus, vnde dicitur de Octauiano q̃ omnium recordabatur præterquam iniuriarum. Aliud remediũ efficacius & principalius eſt regula æterna quę eſt ipſe Deus. Quando. n. homo per virtutem rationis ſibi non ſufficit humanis, ſiquidẽ ſubſidiis vndique deficientibus animum debet ad Deum leuare, & ab ipſo qui ſolus eſt adiutor in tribularionibus ſubſidiũ petere. Vnde malignis mouentibus ſermones aduerſus iuſtos, & iacula penetrãtia corda pſal. Hoc remedium perſuadet di. Iacta cogitatum tuum in domino & ipſe te enutriet. Quod bene legitur feciſſe Ioſaphat Rex Iuda, qui audito q̃ multitudo maxima contra eum veniebat a qua nullo humano ſubſidio poterat ſe defendere, totum ſe contulit ad rogandum dominum dicẽs. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum reſidui habemus, oculos noſtros ad te erigamus 2. Paral. 20. Hoc duplici refugio priuat ſe homo

Duplex remediũ & gñale contta impatiẽtiam.

homo per impatientiã. ſ. rationis & Dei. Nihil autem homini periculoſius & dãnoſius quam irreuerẽtibus aduerſitatibus dare ſe impatientie & deſperationi. Exemplum in Achitofel, quia ex eo q̃ non fuit factum ſecundum conſilium ſuum tanto dolore conſternatus eſt q̃ ſeipſum ſuſpendit 2. Reg. 17.

§. 16. Tredecimum remedium eſt conſideratio neceſſitatis patiendi, quia aliter ad regnum Dei, non peruenitur. Vnde dicitur in actibus Apoſtolorum. 14. c. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Magna. n. bona non acquiruntur niſi magno labore, aut magno precio ſeu valore. Ecce ut lucreris rem æternam, maria tranſit, ſpacia terrarum peragis infinitis periculis, laboribus, ſudoribus te exponis quanto magis ſi Deum & cœlum acquirere velis, merito ergo aliqua aduerſitate exercitandi ſumus qui tot bona reſeruamus, vt dicit Grego. Si illic dulcia petimus neceſſe eſt vt hic prius amara toleremus, & Auguſt dicit. Quid mirum ſi flagellat cuſtodiens paruulos dominus quos gratia Deus quærit hæredes. Bene ergo dictum eſt in eccleſiaſtico. Vſque in tps ſuſtinebit patiens & poſtea reditio iocunditatis, quod de æterna iocunditate intelligendum eſt, & quod indubitanter credas de hac vita aliter non poſſe tranſire. Attende quod ille qui erat dominus, & cui nulla pœna debebatur, quia peccarum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius, vt dicit Eſaias non aliter de hoc mundo tranſiuit, vnde diſcipulis euntibus in Emaus arguendo dixit, nõ ne oportuit Chriſtum ſic pati, & ita intrare in gloriã ſuam. Ad hoc ſunt quamplurime auctoritates, vt dicitur Matthę. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, & Iob. 5. Beatus qui corripitur a domino, & Iacob. 12. Beatus vir qui ſuffert tentationem &c. & 1. Petri. 3. ſi quid patimini propter iuſtitiam beati. Apoſtolus hanc conſequentiam neceſſariam oſtendit. 2. ad Titum 3. dicens dic. omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, neceſſe eſt vt perſecutionem patiantur, & Liberius Papa Matth. 10. Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. Vnde namq; beata perſeuerantia eſt niſi a virtute patientiæ quoniam ſecundum apoſtolum, omnes qui pie volunt &c. 7. q. 1. ſuggeſtũ, & Aug. q. e. § eſt & aliud genus, eſt perſecutio iuſti vel a leone impetu vel a dracone inſidiis, ideſt vel manifeſta vt per tyrannos, vel occulta vt per mala exempla hominum, vnde omnes clament. Deus in adiutorium meum intende. exemplum in Lazaro vlceroſo, in Gregorio Papa tam infirmo, & in aliis multis.

Tredecimum remediũ contra impatiẽtiam.

¶ Quartumdecimum remedium eſt conſideratio diuinæ prouidentiæ, ſe extendens ad oĩa quæ circa homines diſponuntur, vbi ſciẽdum quod diuina prouidentia includit duo, ſcilicet cognitionem de rebus & eorum directionem in finem. Cognitio quidem eſt vniuerſalis & perfecta pertingens vſq; ad minima rei, ſecundum illud quod dixit dominus Luc. 12. Capilli capitis veſtris oẽs numerati ſunt, cum tantum Deus agat per intellectum ad tantum ſe extendit eius cognitio ad quantum ſe extendit eius cauſalitas cum autem Deus ſit primũ & vniuerſale agens, eius cauſalitas ad omnia entia ſe extendit, non ſolum quantum ad ſpecies rerum, ſed etiam quantum ad indiuidua, & quæcunq; indiuiduis accidunt vel accidere poſſunt. Neceſſe eſt ergo omnia hæc eius cognitioni ſubiacere, vnde de diuina ſapientia dictum eſt Sap. 8. Attingit a fine vſq; ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter. Quicquid ergo agit circa creaturas quantuncunque minimas adeo eſt prouiſum cum nihil ſapientiæ ſuæ occultum effugiat, nam ſicut dicitur ad Heb. 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Vlterius directo rerum in finem quæ in nomine prouidentiæ importatur eſt quędam ordinatio in Deum, cum Deus ſit finis omnium creaturarum, & maxime rationabilis quæ vſq; ad participationem ſuæ beatitudinis nata eſt pertingere. Quod autem Deus ordinet hominem in ſeipſum ſe ei pro fine exhibendo eſt ſignum ineffabilis dilectionis, nam cum Deus ſit ſumme bonus ſummum bonum hominis eſt ad ipſum peruenire poſſe, Deus ergo qui eſt rerum omnium cognitor & earum in ſeipſo ordinator cognoſcit menſuram virtutis humanæ, vnde interdum ei ſubtrahit exteriora bona, & aduerſa immittit eo quòd conſiderat hæc expedire ad conſecutionem æternæ fœlicitatis. Prædictis igitur diligenter inſpectis homo in aduerſitate conſtitutus debet cogitare aduerſa quæ ſibi eueniunt eſſe cognita a Deo nec ea cauſaliter eueniſſe, inſuper conſideret Deum eſſe patrem ſuum, & ex hoc pium prouiſorẽ qui nihil ſuæ creaturæ inferret, vel euenire permitteret, niſi quod ſibi ad ſalutem expedire cognoſceret. Pater enim filium diligit & vim flagelli quo filium verberat nouit. Ex prædicta conſideratione homo inter filios Dei ſe conſtituit aduerſa ſuſtinens & tunc pro certo teneat ea ad ſalutem aĩæ Deo diſponente ordinari, ſecundum illud Apoſt. ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum. Exẽplum. Moyſes percuſſo Aegyptio & reprehenſo Hebrẽo diu exulauit in terra Madiã. paſcens

§. 17. Quartũ decimũ remediũ contra impatiẽtiam.

ſcens oues Iethro ſoceri ſui tandem per diuinam prouidentiam deus Pharaonis conſtitui tur princeps iudeorũ efficitur, & diuinis allocutionibus vltra omnes amicos Dei perſruit. Dauid in fãtulus ab hominibus deſpectus, ſed ante oculos diuine prouidentiæ magnus in regem aſſumitur. 1. Regum. 16. Et poſt multas perſecutiones a Saule perpeſſas regnum temporale conſequitur, & poſtea æternum.

§. 18. ¶ Quintumdecimum, & vltimum remediũ eſt cõſideratio fructuum qui ex aduerſitate cõ ſequuntur. Fructus autem poſſunt numerari ſex, quorum tres pertinent ad peccatores qui ex aduerſitate corrigntur. Primus eſt intellectus excecati illuminatio. Secundus voluntatis deprauate permutatio. Tertius concupiſcentiæ refrenatio. Primo ergo ex aduerſitate intellectus illuminatur. Circa quod ſciendum q̃ oculus animæ ad videndũ ea quæ ſunt agenda eſt intellectus. Eſt enim ſicut lucerna in domo p quam cernuntur omnia quæ in eo ſunt, quæ ſi extinguitur, iam omnia in tenebris ſiunt & nihil videri poteſt, ſic & ſi lumine intellectus obtenebreſcit, q̃quid in te erit tenebroſum erit. Iuxta illud quod dicitur in euangelio Si oculus tuus fuerit nequam, ſcilicet p̃ lumini priuationem, totum corpus tuum tenebroſum erit. Diabolus autem volens hominem taliter perdere in tenebris peccatorum incipit ab intellectu, quia ẽ lucerna ut ipſum obſcuret ne videat quod agendum ſit, hoc enim habito facile eſt ei hominem ducere quo vult ſicut qui duxerit cęcum quocunque ſe vertat cæcũ faciliter trahit. Exẽplum in Nabuchodonoſor qui in proſperitate conſtitutus in tantã mentis cæcitatem deuenit vt ſuperbę diceret. Non ne hæc eſt Babylon magna quam ego edificaui in robore fortitudinis meæ &c. Sed hoc dicto fuit ita a Deo punitus vt amiſſo vſu rationis verteretur in beſtiam quantum ad eſtimationem aliorum aſpicientium eum, vnde cum beſtiis in deſerto habitauit per 7. tẽpora, ideſt annos, vel ſecundum alios, ideſt ſeptem menſes. Dan. 4. de pe. di. 1. §. ex itaque. ¶ Secũdo ex aduerſitate voluntas deprauata in melius commutatur. Aliquando enim contingit quod homo rebus temporalibus deditus tantum immergitur in earum amorem q̃ nullis perſuaſionibus monitis ſeu prædicationibus euelli poteſt, ſed inſeparabiliter cum mundo videtur ligatus, ſecũdum illud pſal. Cõglutinatus eſt in terra venter meus. Aliqui vero admodum terreſtrium animalium repentium, quæ a terra eleuari non poteſt terrenis & caducis inhiant & adhærent, tunc autem irafcentis dei ſignum eſt ſicut dictum eſt ſupra, ſi ſic laxatis habenis libere agant, quicquid eorum voluntati placitum fuerit nulla aduerſitate cõcuſſi. His enim tanquã deſperatis diuina ſeueritas acrius ſupplicium reſeruat. Vnde pulchre dicit Valerius maximus Lento gradu ad ſui vindictam diuina procedit ita tarditatemq; cum ſupplicii, grauitate compenſat, & in Eſa. 26. c. dicitur. Miſereamur impio ei, ſcilicet in hac vita, nõ aduerſando. Et poſtea ſubditur, & nõ diſcet facere iuſtitiam & 2. Macha. 6. Non ſinere peccatoribus ex ſententia, ideſt ad ſui placitum agere, ſed ſtatim vltionem adhibere magni beneficii iudicium eſt. Non enim &c. & Aug. nihil infelicius felicitate peccantium, quæ penalis nutritur impietas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur. Manaſſes rex iuda peſſimus fuit ſuper omnes reges Iuda, & diutius regnauit multa mala faciendo propter quæ tandem captus a rege Aſſyriorũ & ductus in Babyloniam in carcerem, conuerſus ad verã penitentiam orans exauditus fuit & reductus in Hieruſalẽ in regnum ſuũ. 2. Paralyp. 23. ¶ Tertio ex aduerſitate & concupiſcẽtia refrenatur. Cum enim corpus per flagella atteritur cor circa libidinis delectationes non vagatur. Non. n. vacat de carnalibus cogitare. Et hoc ad bonum interioris hominis procedit, vnde dicit Grego. Quis neſciat q̃ multo melius eſt ardere flãmis febrium q̃ igne vitiorũ & tamẽ cum febre corripimur medelã quærimus ac vitiorum eſtum qui occupare nos poterat conſiderare negligimus. Videmus immaniſſimas beſtias a maximus voluptatibus coerceri doloris metu. Filius prodigus accepta portione ſubſtantiæ, dum omnia conſumpſiſſet in regione longinqua viuendo luxurioſe, neceſſitate famis vrgẽte ad patrem rediit relictis voluptatibus ſuis. Luc. 15. In uiti patrum legitur q̃ cũ quidã de fornicatione fortiter tentaretur nec ieiunii. & vigiliis & orationibus ceſſaret tentatio tãdem abbas ſuus præcepit aliis monachis q̃ multas ei moleſtias facerent, & cum hoc eum accuſarent tanq̃ ipſe aliis feciſſet iniurias. Qui poſt aliquod tps interrogatus ab abbate ſi amplius tentaretur. Rndit mihi viuere non licet & fornicari libet. ¶ Alii vero tres fructus vñr ptinere ad iuſtos quibus etiã expedit ſufferentiã habere circa pnarum exercitia. Et eſt primus fructus argñ experientiæ, ſecundus ſcutum cuſtodiæ, tertius præmiũ gloriæ. ¶ Primus ergo fructus eſt argumentũ experiẽtiæ, quo quis experitur ꝓprias vires. Nemo. n. dicit Greg. quantum proficit inter proſpera cognoſcit, ꝓꝓ quod decipiuntur aliqui qui gloriantur

Quintũ decimũ remediũ contra impatiẽtiam.

Exẽplũ.

riatur se multas virtutes hre vitiis se nō subiacere, nulla aduersitate freti. Sed tales interdum si ex aliquibus iniuriis illatis se tangi cōspexerint protinus in verba contumeliæ vel signa importantie prorūpunt. Et ideo dicitur Ecclesiæ. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tēcatio tribulationis. Non enim arte gubernandi mare tranquillum aut ventus obsequens ostendit, sed cum fluctus inundans gubernacula eruperit, vel ventus validus nauem concusserit. Sathan a Deo petiuit potestatem ꝙ in Iob manum mittere posset ad hic qđ de ipso experimentum sumere Iob. 1. ¶ Secūdus fructus ex aduersis sequens in iustis est, scilicet custodiæ. Apost. 2. ad Cor. 12. testatur qđ ad sui custodiā datus est ei stimulus carnis. Cuius rationem ibi assignat dicens. Ne magnitudo reuelationum extollat me Vnde cum dominum ter rogaret vt stimulum a se auferret, dixit sibi. Sufficit tibi gratia mea. q.d. Esto contentus, si te per aduersa flagellatum mihi gratum præseruo. Hoc proculdubio per experientiam videmus quod frequenter sanctus homo nisi sub disciplina aliqua arceatur, faciliter ad vana prolabitur. Natura enim humana propter sui corruptionem procliuior est ad vitia, quam ad uirtutes. Et ideo statim ipsa sua libertate abutitur. Vñ dicit Greg. de Salomone, qđ idcirco cor Salomonis funditus sapientiam deseruit quoniā cum nulla exterius disciplina custodiuit. Legitur de quodam qui orans, & recommēdans se b. Tho. martyri de Canthuria pro sanitate obtinenda, cum recuperasset, dubitans vtrum vtile esset animæ suæ, orauit vt reuerteretur infirmitas si vtile animæ suæ foret & reuersa est. ¶ Tertius fructus est præmiū gloriæ. Vbi sciendum est, qđ ipse est quidem generalis fructus q̄ consequitur ad omnia prædicta. Vnde sola hæc consideratio sufficiēs est ad mitigandum aduersitates. Consideratio. n. præmii minuit vim flagelli, vt dicit Greg. Et tñ sciendum ꝙ mundana aduersitas directe ordinatur ad præmium glorię, sicut ad propriū effectum. Vñ Esa 5. dicitur. Ecce agricola expectat preciosum fructū terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneū & serotinum. Ezechiel peregrinus & exul in Caldea stans in medio captiuorum vidit cœlos apertos, & habuit multas visiones ad innuendum ꝙ qui cō versantur in mundo vt perigrini mundo despecti & oppressi, diuinis consolationibus replentur. Ezech. 1. & Stephanus inter persecutiones & ictus lapidum vidit cęlos apertos Ad hoc pōt induci illud Luc. 8. Hi afferunt fructū in patientia. Vbi notantur tria, præparatio fructificabilis, ibi. s. signati per bonā terrā. In quo concurrunt quatuor scilicet ꝙ terra cordis nō sit per curiositatem quasi, a uiatoribus conculcara Secundum qđ sit spinis cupiditatis purgata. Tertiū qđ sit a lapidibus supbiæ liberata, & in humore humilitatis fundata. Ista tria communiter inducunt tristitiā & impatiētiā, Quarto ꝙ sit veritate scripturę seminata. Secūdo notatur lucratio delectabilis ibi, fructū afferūt, & de fructibus qui delectant habes hic supra. Tertio notatur exercitatio commendabilis, ibi in patientia. Quid sit patientia & de laudibus eius & inductiuis, hēs sup. in ca. isto per totū.

Secūdus fructus.

Tertius, fructus.

¶ *De perseuerantia quid sit, & circa quæ consistat & de eius effectibus.* Cap. 8.

De perseuerātia circa quid sehabet.

VLtimo restat videre de virtute perseuerātiæ. Circa quam tria tantū cōsideremus. Primo quid sit & circa quid existat. Secundo de eius extremis malitiis, s. mollicie & pertinacia. Tertio de eius effectibus. Ad videndum autem quid sit perseuerantia, & circa quid consistat, videndum est quomodo ad virtutem fortitudinis pertineat ex hoc enim apparebit non solum eius materia, sed etiam aliarum virtutum quæ fortitudini annectuntur. ¶ Est ergo sciendum quod fortitudo est virtus principalis respectu omnium virtutum respicientium aliqua ardua, & in quibus est difficile firmiter persistere, quid Huius ratio est, quia ad virtutem principalem pertinet generalem modum constituere circa aliquam materiam, & in illa attendere, quod est difficillimum & maxime arduum. Hoc enim ad principalitatem virtutis pertinet Modus aūt generalis quem constituit fortitudo est firmiter persistere in his q̄ difficultatem habent. Quanto ergo difficilius est in aliquo arduo se habere, tanto principalior est virtus quæ circa illud firmitatem præbet animo. Difficilius est aūt firmiter se habere in periculis mortis in quibus confirmat animum fortitudo quam in maximis bonis superandis vel adipiscendis, in quibus firma animum magnanimitas, vel in maximis sumptibus expendendis, in quibus firmat animum magnificentia vel in sufferendo equanimiter aliena mala contristantia mentem in quibus firmat animum patientia, vel in constanti permanentia actuum virtuosorum vbi confirmat animū perseuerantia. Nam firmare animum circa pericula mortis est dispendium persone. In aliis autem pōt esse dispēdium bonorū tpalium aut delectationis aī vel quietis. Et apparet qđ fortitudo est principalis in materia arduorū & difficilimorū, cui ille quatuor annectuntur

ctuntur ſicut ſecundariæ principali. Conueniunt.n. cum ea in materia, quia oēs tendūt in aliquod arduum. Sed exceduntur ab ea in hoc ꝙ illud arduum quo tēdit fortitudo, eſt oīum arduorū difficillimū. Et hæc duo requiruntur ad hoc ꝙ aliqua virtus iungatur alicui principali. ſ. conuenientia in materia, & exceſſus ſup cū quantū ad eius maximū. Ex prædictis ergo apparet ꝙ virtus perſeuerantię de qua ad prēſens eſt ſermo fortitudini adiungitur tāquam ſecundaria principali, vtpote aīum firmans ne timore fatigationis laxetur ex diuturnitate bo ni operis. Et hęc eſt quędā difficultas in ſuſtinendo, minor tñ ea quæ ſunt cōtra mortis peri

De pſeuerātia quid ſit.

cula. Vnde quædā diffinitio magiſtralis dat de perſeuerātia talis. Perſeuerātia eſt permanētia in bono diuturnali & finali. Tul. vero in rethoſia eā deſcribit. Perſeuerātia eſt circa bene cōſiderata ſtabilis & perpetua mātio. Ad inſinuandū virtutē perſeuerantię, Angelus ꝑcepit Loth egredienti de terra ſodomorū, ꝙ nō reſpiceret poſt tergū, cuius contrariū fecit vxor eius quæ ideirco verſa eſt in ſtatuā ſalis. Gen. 9. In hoc inſinuat dñs, ꝙ incipiēti bonū opus nō eſt deſiſtendū ab eo per contrariū actū, quia ſicut ipſe dicit in Euang. Nemo mittēs manū ad aratrū

§. 1.

& reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Luc. 9.

De duo bus viis contrariis pſeuerātiæ.

¶ Extrema perſeuerantiæ ſunt duo, vnum ſm defectū, & dr mollicies, aliud ſm exceſſum, & dr pertinacia. Mollis dr a mulierbritate, & ſicut perſeuerantia in hoc cōſiſtit, ꝙ nō recedit a bono ꝑp diutinā perfectionē difficiliū & arduorū, ita mollis dr qui de facili recedit a bono ꝑp aliqua difficilia quę ſuſtinere nō pōt. Nam dr molle qđ facile cedit tangēti, nō aūt iudicatur molle qđ cedit fortiter impellenti. Nam valde ſtabilia cedunt a maximis impellentibus, vt turres a machinis, nec tñ dicūtur molles. Similiter ſi quis deficiat a multū impellentibus, vt ſunt pericula mortis, non dr mollis, ſed timidus, ſed mollis dr qñ circa quędā alia, non tñ difficilia cauſantia animi fatigationē, vel triſtitiā ꝑp diuturnitatē tpis recedit a bono opere. Mollis fuit populus Iſrael qñ in deſerto fatigatus ex itinere cępit murmurare. Similiter qñ reuerſis exploratoribus terræ promiſſionis volebāt reuerti in Egyptum audita relatione eorum. Sed non fuit mollis Ioſue & Caleph firmi permanētes. ¶ Pertinax aūt dr, qui in propria ſententia permanet pluſquā oportet. Vnde pertinax valdè tenax dicitur qui vult ſe tenere firmiter in oībus quæ cōcipit. Et naſcitur ſecundum Greg. in moral. Hoc vitiū ex inani gloria. Hæc eſt aūt dria inter Angelum & hominem, quia Angelus cū apprehēdit intellectu aliquam rem ſubito intelligit eā ſine diſcurſu rationis cum oībus eius proprietatibus, & ſic ēt voluntatē immobiliter adhęret, cui per amorē adhæret. Homo.n. cum ſit rationalis nō intelligit niſi per diſcurſum rōnis, de noto ad ignotum procedendo, & ꝙ ei aliqñ vr demonſtratio, apparet ei aliās dialectica probatio vel ſophiſtica. Et quia apprehenſiuæ reſpondet appetitiua, ideo ēt voluntas non adhęret apprehenſis immobiliter, ſed variabiliter. Pertinet ergo ad hominem non ſemper in eodem propoſito permanere, quia hoc eſſet ſequi naturam Angeli non hominis, quod eſſet prēſumptuoſum. Vnde Greg. 22. q. 4. Diffinitio incauta laudabiliter ſoluenda eſt, nec eſt præuaricatio, ſed temeritatis emendatio. Exemplum. Aſahel frater Ioab curſor velociſſimus, quia pertinaciter voluit perſequi Abner nec ſuaſionibus eius voluit deſiſtere, occiſus eſt ab eo 2. Reg. 2.

§. 2.

¶ Tertio loco agendū eſt de effectibus perſeuerantiæ, qui ſunt quatuor. Habet.n. ſola optata impetrare. Inſueta in naturā mutare. Acquiſita confirmare, & virtutes oēs in bono cōfirmare. Primo.n. optata impetrat. Perſeuerantia.n. facit rōnem continuam & diuturnam. Hęc aūt continuitas, ſiue diuturnitas intelligenda eſt ꝙ ſtatutis tpibus, & horis ſemper oretur, vel aliis bonis operibus inſiſtatur, vel ſaltem deſideriū bene operādi cōtinuetur. Continua aūt oratio excluſo quocunq; tpis interuallo non eſt poſſibilis, tum quia oportet alijs multis intēdere, tum ēt quia homo ꝑp corporis fragilitatem & naturæ corruptionē nō pōt tantā mentis intentionē habere. Item non eſt vtilis tanta orationis aſſiduitas. Nam quantitas vniuſcuiuſq; rei debet eſſe proportionata fini ad quem eſt, ſicut tanta debet eſſe quantitas medicinę quantam requirit ſanitas inducenda. Finis aūt orationis eſt excitatio humani deſiderij in Deum, debet ergo eſſe tanta orationis prolixitas, quantum eſt vtile ad excitandū feruorē deſiderii. Cum vero hanc menſurā excedit, ita ꝙ ſine tedio durare non poſſit non vltra oīno protendēda eſt. Vnde Aug. ad probā. Dicuntur fratres in Egypto crebras quædam orationes habere, ſed eas breuiſſimas, & raptim quodāmodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta quæ oranti plurimum eſt neceſſaria, per productiores moras euaneſcat, atq; hebetetur intentio. Ac per hoc ēt ipſi ſatis oſtēdunt hāc intentionē, ſicut nō eſſe obſeruandā ſi perdurare nō pōt, ſic ſi perduraverit nō cito eſſe rumpendam. Hiero. de inſtantia orationis ſic ait. Importuna in Euangelio mulier tandē meruit audiri. ſ. Cananea, clauſo oſtio cū ſeris, licet media nocte ab amico am-

De effectibus perſeuerantiæ. Primus effectus.

cus panes accepit &c. de pe. di. 1. Exemplum ēt de Apostolis qui (vt dr̄ Act. 1.) erāt perseueran tes in oratione, & sic acceperūt spiritum sanctū copiosè. ¶ Secūdus perseuerantia insueta in natura, & per consequens in delectationem commutat. Frequentia. n. operandi habitū virtutis inducit, sm philosophū 2. ethi. dicentem, q ex frequēter iusta operari seu agere sumus iusti, ac ex frequenter tēperata facere tēperati. Et sic de alijs. Habitus aūt est qualitas difficile mobilis, sicut dicit philosophus. Et ideo sm Tull ad modū naturæ est rōne consentaneus, pp quod hō ad bona assuetus & delectabiliter & absque difficultate operat. Vnde dicit Greg. in Epistolis. Subito procedenti de vmbra ad solem, de otio ad laborē graue cernitur esse q incipitur, sed postq̄ suescere ceperit vsus tollit difficultatē, inuenit facile esse q impossibile ante putauit. Si quis ergo vult esse virtuosus, nec esse habet virtutes frequētare. Nam videmus naturam continue operādo ex modica nucis additione in perceptibili magnā arborē facere, & paruā materiā continuate naturæ operantis in maximū corpus excrescere, & aquā mollē perseueranti percussione super durū lapidē caden do cauare. Hoc totū bonū efficit perseuerantia in actibus moralibus, multo efficacius q̄ natura in naturalibus, rebus. Cęcus à natiuitate a Christo illuminatus cū eum prius ignoraret, cōtra Phariseos cōminantes & blasphemantes cōstanter in cōfessione veritatis perseuerauit. Iob 9. Exēplum de Nicolao sene incōtinentissimo, pro quo Andr. perseuerans in oratione obtinuit vt contineret. ¶ Tertio perseuerantia acquisita cōseruat. Frequēter. n. homo qui virtutes multas acquisiuit ex torpore & negligentia eas perdit. Nā licet per virtutē habeat q sit bonus nō tn̄ habet q semper in bono persistat. Ad hoc. n. requiritur gratuitū Dei donū cōseruantis hoiem in bonū vsq; in finē vitæ. Cū. n. liberum arbitriū de se semper sit conuertibile, quādiu viuimus in hac vita, vt dictū est supra, non datur ei per habitus virtutū ēt infusarū, q se immobiliter in bono statuat. Vñ dicit Aug. in li. de correptione & gratia, q primo homini datū est, nō vt perseueraret, sed vt perseuerare posset. Et hoc multo magis verificatur in statu naturæ corruptæ. Et sic patet q ad cōseruationē virtutū requiritur perseuerātia virtutū quæ negligentiā & torporē tollit & virtutes in operatione semper viresc ere facit. Vnde dicit Aug. q perseuerātia magnū donū Dei est qua cętera dona Dei cōseruantur. Daniel pp crudele regis Darij edictum trinā orationē q̄ ante Deum faciebat. i. ter in die non dimisit, sed constanter in his bonis q̄ agere consueuerat perseuerauit. Dan. vt hī Thob. 8. c. Exēplū ēt de Sarra vxore Thobiæ. ¶ Quarto perseuerātia virtutes in bono cōsumat. Secundum. n. Apost. 1. ad Cor. 9. Multi quidē in stadio currunt, sed vnus accipit brauiū, q de perseuerante est intelligendū, sm glo. Vnde dicit Greg. in mora. Incassum bonū agitur si ante vitæ terminū deseratur, quia & frustra velociter currit, qui prius q̄ ad metā venerit deficit, & de pe. di. 2. Multi bene incipiūt, &c. seq. & Cry. dicit. Tolle perseuerantiā, nec obsequium mercedē habet, nec beneficiū gratias, nec laudē fortitudo. Deniq; nō qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Est igit vt dicit Bern. Singularis filia summi regis virtutū finis & cōsumatio. Et quia tn̄ bonū per istā acquiritur, ideo diabolus multū ei insidiatur. Vnde dicit Bern. in Epist. Scias diabolū soli semper perseuerantiæ insidiari q̄ solam virtutē nouit coronari. Ergo studе perseuerantiæ quæ sola coronatur. Et hoc signauit Deus Gen. 2. loquens ad serpentē. Et tu quidē insidiaberis calcaneo eius. Per calcaneū intelligitur extrema pars vitæ, cui diabolus multum insidiatur, sed cōtra insidias eius perseuerātia eius caput conterit. Cōplementum ergo & conseruatio operum nostrorum est perseuerantia. In lege iubetur in omni sacrificio cauda offerri. Leu. 13. Et Iacob, filio suo Ioseph tunicā fecit vsq; ad talos, totū corpus tegentē. Gen. 37. Et nota quòd perseuerātia est virtus specialis prout importat propositū persistendi in bono nec deficiendi pp aduersa vllo tpe. Sed prout importat ipsam actualē continuationē in bonis operibus vsq; in finē vitę, non pertinet hoc ad virtutem specialem. Et de hac dicit Aug. de pęn. dist. 4. Si ex bono. Cur hoc vt homo finiat hanc vitam antequam ex bono mutetur in malum, cur aūt illud alijs donetur, alijs nō donet, ignoratur. Id tn̄ donum Dei esse in bono perseuerantiam sm scripturas fateantur nobiscū. Et cur aliis detur, aliis nō detur, sine murmure aduersus Deū dignentur ignorare nobiscum.

Secūdus effectus.

Tertius effectus.

Quart⁹ effectus.

Cā quare diabolus virtuti perseuerantię insidiat.

TITVLVS QVARTVS.
De Temperantia.

¶ Quid sit temperantia, & circa quam materiam versatur. Cap. 1.

POst hoc agendū est de tēperātia. De qua quatuor videda sūt. Et primo quid sit, & circa q̄ materiā versatur. Secūdo de partibus eius integralibus. s. verecundia & honestate. Tertio de partibus

partibus subiectiuis. s. abstinẽtia, & sobrietate, & castitate. Quarto de partibus potẽtialibus. s. cõtinẽtia, & mãsuetudine, clemẽtia, modestia, eutropelia, studiositate, & humilitate. ¶ Adpri mi euidentiam duo breuiter sunt uidẽda. s. de rõne appropriationis huius nois tẽperãtia ad spãle uirtutem, & de ipsa materia seu obiectio ne virtutis. Sciendũ est igit q̃ fm consuetudi nẽ humanę locutionis aliqua noia cõia restrin guntur ad signandũ ea solũ que sunt p̃cipua inter illa q̃ sub tali cõsignatione continẽtur, sicut nomen vrbis q̃d cõiter & indifferenter signifi cat quãlibet ciuitatẽ, Anthonomaticè accipit q̃ ciuitate Romę, fm hoc ergo nomen tempe rantia dupl'r põt accipi. Vno mõ fm cõitatem suæ significationis, & sic tẽperantia nõ est vir tus spãlis, sed potius gñalis. Vel põt dici condi tio sequens oẽm virtutẽ secundum q̃ q̃dã mo deratio requiritur in qualibet virtute morali. Hoc. n. importat nomen tẽperantia. Significat n. quãdam tẽperiem, qua rõ põt in humanis opationibus & passionibus Alio mõ consideratur quasi anthonomaticè, sed m q̃ significat moderationẽ in his q̃ hñt maxime hoiem alli cere & a bono rõnis abducere, cuiusmodi sũt delectationes ciborũ & venereorũ. Et hoc mõ tempantia est virtus spalis. Ex hoc aũt faciliter apparet circa quã materiã exiſtat. Dictũ est. n: supra q̃ ad virtutẽ moralẽ ptinet conseruare bonũ rõnis contra passiones eius ordini repugnantes. Concupiscentiæ aũt delectationũ tactus circa quas tẽperãtia cõsistit maxime sunt rõni repugnantes. Nã delectatio tãto est vehemẽtior, quãto cõsequitur opationẽ magis con naturalẽ. Maxime aũt animalib. naturales sũt opationes quibus cõseruatur humana natura hæc aũt conseruatio consideratur vel in indiuiduo, & hoc fit p̃ cibum & potũ. Vel in spẽ, & hoc fit p̃ coniunctionem maris, & fœminæ. Et ideo circa delectationes & concupiscentias re primendas, ciborum & potuum ac ẽt venereo rum, ꝓpriẽ hẽt consistere temperantia. Vnde dicit Aug. in li. de lib. arb. Tẽperantia est effẽctus coercens, & cohibens appetitum ab his re bus q̃ turpiter appetuntur, & Tull. in 1. retho. dicit. Temperantia est rõnis in libidinem atq; alios nõ rectos animi sumptus firma & mode rata dñatio. Sancta Iudith temperatissima fuit in oĩ genere temperantiæ. Nã sicut dicit Hie ro. Ieiuniis erat confecta, lugubri habitu sordi dabat, cilicium habens super lumbos suos se cretum cubiculum in superioribus domus fe cerat, vbi clausa manebat cum puellis suis. Sicq; suam uiduitatem in sancta puritate duce bat. Iudith. 8. & 9. Et Aug. Princeps omnium vitiorum dum videret Adam ex limo terrę ad imaginem dei factum pudicitia ornatum, tem perantia compositum, charitate splendidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis spo liauit pariter ac peremit, de pe. dist. 2.

De tẽpe rãtia cir ca quid exiſtat.

Diffinitio tẽpe rantiæ.

¶ De partibus temperantię integralibus. Nota fm hẽa. Tho. 2. 2. q. 144. art. 1. in cor. q. ꝙ alicuius virtutis cardinalis triplices partes esse pñt s. integrales, subiectiuæ, & potentiales. Partes integrales alicuius virtutis dicuntur cõditiones, quas necessarium est concurrere ad virtutem, & fm hoc duæ sunt partes integrales tem perantiæ. s. verecundia, per quam aliquis refu git turpitudinem tẽperantiæ contraria, & hone stas ꝑ quam aliquis amat pulchritudinem temperantiæ. Nam inter virtutes præcipue tẽ perantia vendicat sibi quendã decorem, & vi tia in temperantię maxime turpitudinem hã bent. Partes aũt subiectiuæ huius virtutis sunt spẽs eius. Oportet aũt diuersificare species vir tutum fm diuersitatem materiæ vel obiecti. Est aũt temperantia circa delectationes tactus q̃ diuiduntur in duo genera. Nam q̃dam ordi nantur ad nutrimentum, & in his quantũ ad cibum est abstinentia, quãtum ad potum est sobrietas. Quædam ordinantur ad vim generatiuã, & i his quãtum ad delectationem prin cipalem ipsius cõiter est castitas, quantum ad delecta tiones q̃ sunt in tactu & oculis, & am plexibus, & hmõi est pudicitia. Partes poten tiales virtutis dñt virtutes secundarie, q̃ mo dum quem principalis virtus obseruat circa aliquã materiã ille idem obseruant in q̃busdã aliis materiis in quibus non est ita difficile. Pertinet aũt ad temperantiam moderari dele ctationes tractus quas difficilius est moderari. Vnde quæcunq; virtus moderationem aliquã operatur in aliqua materia, & refrenationem appetitus in aliquod tendẽtis ponatur pars po tentialis temperantiæ, sicut virtus ei adiuncta Qd cõtingit tripliciter. Vno mõ in interiorib. motibus animi. Alio mõ in exterioribus moti bus & actibus corporis. Tertio mõ ex interio ribus rebus. Præter motum aũt concupiscen tiæ quem moderatur & refrenat temperantia tres motus inueniuntur in anima tẽdẽtes in aliquid. Primus quidẽ est motus voluntatis cõ motæ ex impetu passionis, & hunc motũ refre nat continentia, ex qua fit ut licet hõ immo deratus cõcupiscentias patiat, non tñ volũtas vincit sed resistit. Alius motus interior in ali quod tẽdens est motus spei & audaciæ qua ip sam consequitur. Et hunc motũ moderat seu refrenat humilitas. Tertius motus est iræ ten dentis in vindictã, quã refrenat mansuetudo

§. 1. De partib. inte gral ib. tẽperan tiæ.

Circa quid sit tpantia.

siue clemẽtia. Circa aũt motus corporales moderationẽ & refrenationẽ facit modestia, quã Andronicus in tria diuidit. Ad quorũ primum ptinet discernere quid sit faciendum, & quid dimittẽdũ, & quid quo ordine agendum, & in hoc firmiter pśistere. Et quãtum ad hoc ponit bonã ordinationem. Aliud est qđ hõ in eo qđ agit decentiã obseruet, & quantum ad hoc ponit ornatũ. Tertiũ est in colloquiis amicorum, & quibuscũq; aliis, & quantũ ad hoc ponit austeritas. Circa exteriora verò duplex moderatio est adhibẽda. Primo quidẽ vt superflua nõ requirãtur, & quantũ ad hoc ponit a Macrob. parcitas, & ab Andronico persè sufficientia. Secundo vt nõ nimis exquisita requirat, & quãtum ad hoc ponit Macrob. moderationẽ. Andronicus sufficientiã. Et sic cũ Tullius non ponat in retho. sua partes temperantię nisi continentiã, clemẽtiam, & modestiã, cõprehẽdit ipse sub modestia oĩa illa q̃ pertinẽt ad moderationem corporalium motuum & rerum exteriorũ, & etiam moderationẽ spei. i. humilitatẽ.

§. 2. ¶ De verecundia q̃ est pars integralis tẽperantię qd sit, & de quo & vtrũ sit virtus. Est autem verecundia fm philosophũ in 4. ethi. timor in gloriationis, fm Dama. aut est timor in turpi actu, vel de turpi perpetrato. ¶ Pro cuius declaratione sciendũ fm bea. Thom. 2. 2. q. 144. art. 2. q̃ timor propriè est de malo arduo quod difficile vitatur. Est aũt duplex turpitudo, vna vitiosa. s. q̃ consistit in deformitate actus volũtarii. Et hæc propriè loquendo non hẽt rõnẽ mali ardui. Quod. n. in sola hoĩs voluntate cõsistit nõ vĩ esse arduũ, & supra hoĩs ptãtem eleuatũ. Et pp hoc non apprænditur sub rõne terribilis. Vnde dicit philosophus in 2. retho. q̃ horũ malorũ non est timor. Alia est turpitudo quasi pœnalis, que consistit in vituperatione alicuius, sicut q̃dã claritas glorię consistit in honoratione alicuius, & qa hmõi vituperium hẽt rõnem mali ardui, sicut honor hẽt rõnem ardui boni. Verecundia q̃ est timor turpitudinis. primo & principaliter respicit vituperium seu oppobrium. Et qa vituperium debetur vitio sicut honor virtuti, ideo ex consequẽti verecundia respicit turpitudinem defectuosam. Dupliciter autem respicit verecundia culpam. Vno modo quia ex verecundia homo desinit agere turpia. i. vitiosa propter timorem improperii, alio mõ vt hõ in turpibus quę agit vitet publicos cõspectus pp timorem vituperii. Horum primum secundum Greg. Nazan. ptinet ad erubescentiam secundum ad verecundiam. Quia igit verecũdia propriè respicit ingloriationẽ secũdũ qđ debetur culpæ q̃ est defectus volũtarius. Ideo de opprobriis, & contumeliis q̃ inferuntur alicui propter virtutẽ, virtuosus non curat sed contemnit, quia indigne sibi irrogantur, sicut legitur de apostolis Act. 5. qđ ibant gaudẽtes a conspectu concilii, &c. Ex im perfectione autem virtutis prouenit q̃ aliquis verecundetur de opprobriis quæ sibi inferuntur propter virtutem. Quia verecundãtur homines de paupertate, ignobilitate, seruitute, & hmõi prouenit ex hoc, quia sicut honor quę debetur virtuti habet quandam excellentiam, ita vituperium quod propriè debetur culpæ respicit aliquem defectum ad minus fm opinionem hoĩm. ¶ De operibus virtuosis in seconsideratis, non est verecundia, sed per accidens contingit q̃ āliqui de hmõi verecundentur, vel quantũ habentur vt vitiosa fm opinionem aliorum, vel inquantũ hõ refugit in operibus virtuosis notam de psumptione vel simulatione. Quia de maioribus malis hoĩs nimis verecundentur, aliqñ procedit vel quia illa maior hũt minus de rõne turpitudinis, sicut vitia carnalia magis spãlia, vel quia in quodã excessu tpalis boni se hũt, sicut verecundãtur homines magis de timore quam audacia, & furto magis quam de rapina, & huiusmodi.

Dereme dioin bonis operibus vícantur.

§. 3. ¶ Est autem verecundia virtus, sumẽdo largè nomen virtutis, prout. s. virtus dr oẽ quod est bonum laudabile in humanis actibus vel passionibus. Et sic verecundia est virtus, qa q̃dam laudabilis passio, dist. 86. non satis dicit Ambrosius, quod verecundia ingenuos prodit natales. Sumendo autem virtutem propriè, sic non est virtus. Nam virtus est quædam perfectio, vt dicitur 2. physicorum Et ideò omne illud quod repugnat perfectioni, etiam si sit bonum, deficit a ratione virtutis, verecundia autem deficit a perfectione, quia est timor alicuius turpis, quod. s. est exprobabile. Sicut autem spes est de bono possibili & arduo, ita & timor de malo possibili & arduo. Ille autem qui est perfectus secundum habitum virtutis non apprænditaliquod exprobabile & turpe ad faciendum vt possibile, & arduo. i. difficile advitandum, neque actu facit aliquid turpe vnde obbrobrium timeat, & sic propriè non est virtus, quod etiam dicit philosophus in 4. ethic. Quamuis autem consistat in medio fm rõnẽ verecundia, non tũ est habitus electiuus quod requiritur ad rationem virtutis, sed est passio vt dictum est, & quia vitia quæ pertinent ad temperãtiam, maxime habent turpitudinem, vel etiam exprobrationem cum per ea magis assimilemur brutis animalibus. Ideo verecundia quæ est timor de turpi magis respicit tem

Quia verecũdia ẽ virtus large sumendo.

perantiam

perantiam quam alias virtutes. ſ. rõne motiui. Poteſt tñ pertinere ad alias virtutes inquantũ vitia eius oppoſita ſunt turpia. Fouet autem verecundia honeſtatem, remouendo quæ ſunt honeſtati contraria, nõ ita q̃ pertingat ad perfectam rationem honeſtatis. Sic autẽ eam deſcribit Amb. in lib. de offi. Verecundia ſocia & familiaris eſt mẽtis placiditati, proteruiam fugitans ab omni luxu. aliena, ſobrietatẽ diligit, honeſtatẽ fouet, & decorem requirit. Publicanus de peccatis ita verecundabatur, q̃ nõ audebat oculos ad cœlum leuare, & tẽplo appropinquare. Luc. 18. Domina quæ iniecit oculos in Ioſeph inuerecunda valdè fuit inuitans eũ de adulterio. Econtra Ioſeph iuuenis & elegantis formæ, facie verecunda potius permiſit ſe incarcerari q̃ aſſentire malo. Signa virtuoſę verecũdiæ oſtẽderunt magna filij Noe duo. ſ. Sem & Iaphet qñ aduerſis faciebus poſuerũt palliũ ſuper Noe nudatũ in tabernaculo timore paternæ verecundiæ. Dicit Amb. q̃ verecundia, ingenuos prodit Natales di. 86. Nõ ſatis. Vnde dicit idem de virgine Maria q̃ erat verecunda ſermone. Et de B. Bern. legitur q̃ erat verecundus ſupra modum. Ita autem eſt vtilis q̃ dicit Aug. in li. de pę. Fit dignus venia qui erubeſcit pro Chriſto, ſcilicet confitendo verecundè peccatum ſuum, vt de pœn. diſt. 5. Conſideret.

§. 4. ¶ Verecundantur aũt hoĩes maximè ſecũdum philoſophum in 2. retho. corã virtuoſis ſapientibus, coniunctis familiaribus & propalantibus vitia de defectibus magis quàm corã aliis. Ratio huius eſt ſm B. Tho. vbi ſupra quia cum vituperium opponatur honori, ſicut honor importat teſtimonium quoddam de excellentia alicuius, & præcipue quæ eſt ſm virtutem, ita oppobrium cuius timor eſt verecundia, importat teſtimonium quoddam ex defectu alicuius præcipue quę eſt ſm culpam. Et ideo quanto teſtimoniũ alicuius reputatur maioris ponderis, tanto magis ab eo verecundamur. Põt autẽ teſtimonium alicuius ponderis maioris reputari tripliciter. Vno modo pp certitudinẽ veritatis procedentẽ ex certitudine iudicijs. Sicut patet de ſapientibus & virtuoſis a quibus homo magis deſiderat honorari, & magis ab eis verecũdatur. Vnde a pueris & beſtijs nullus verecundat̃ pp defectũ iudicij recti qui eſt in eis Secundo modo pp certitudinẽ prouenientem ex cognitione quaſi particulari eorũ de quibus eſt teſtimoniũ, quia vnuſquiſq; bene iudicat, q̃ cognoſcit. Et ſic magis verecũdamur a pſonis cõiunctis q̃ magis facta noſtra cõſiderant a peregrinis aũt & oĩno ignotis ad quos facta noſtra nõ peruenĩũt, nullo modo verecundamur.

Tertio mõ eſt teſtimoniũ alicuius magni ponderis ex effectu. ſ. pp iuramentũ vel nocumentũ ab eo prouenięs, & ideo deſiderãt hoĩes magis honorari ab his qui põt iuuare, & magis verecundant̃ ab his qui põt nocere. Et inde eſt quantũ ad aliq̃d magis verecũdamur a pſonis magis cõiunctis cũ q̃bus ſumus ſemp cõuerſati, quaſi ex hoc nobis ꝓueniat perpetuũ detrimentũ opprobrij. Qđ aũt prouenit a peregrinis & trãſeuntibus cito trãſit. Sic ẽt magis verecundamur a propalatoribus vitiorũ & irriſoribus & fabularũ fictoribus pp nocumentũ inde ꝓueniens, qđ eſt diffamatio apud multos. Apud illos ẽt inter quos nihil mali fecimus vt verecundamur pp nocumentũ ſequẽs, quia p hoc amittimus bonã opinionẽ q̃ de nobis habebãt. Ab illis a quibus aliquid de nouo poſtulamus vel quorũ volumus primo eſſe amici magis verecundamur pp nocumentũ inde prouenięs. ſ. impedimentũ implendæ petitionis & amicitiæ aſſumẽdę. A ſimilibus nobis in malis nõ verecundamur eos cognoſcendo, quia nõ extimamus q̃ defectũ noſtrũ apprehendant vt turpe.

§. 5. ¶ Erubeſcentia non inuenitur in perfectè virtuoſis, vt patet in 4. ethi. Nec in obſtinatis profunditatis in peccato, ſm illud Hier. 3. Frons meretricis facta eſt tibi erubeſcere neſciſti. Huius rõ eſt ſm B. Tho. vbi ſupra quia cũ verecundia (vt dictũ eſt) ſit timor turpitudinis, q̃ aliq̃d malũ non timeat põt pertingere. Vel q̃ illud nõ extimat̃ vt malũ, aut quia nõ extimat̃ poſſibile vel difficile euitare. Et ſm hoc verecundia deficit in aliquo dupliciter. Vno mõ q̃ ea quę ſunt erubeſcibilia nõ apprehendunt̃ vt turpia. Et hoc mõ & rõne carent & verecũdia in pctis ꝓfunditati q̃bus ſua pctã nõ diſplicẽt, ſed magis de eis gloriant̃. Alio modo q̃ nõ cõprehendũt turpitudinẽ vt poſſibilẽ ſibi vel quaſi non facile euitabilẽ. Et hoc mõ ſenes & ſtudioſi verecundia carent. Sunt tñ ſic diſpoſiti, vt ſi in eis eſſet aliquid turpe de hoc verecundarentur, & ſic defectus verecũdiæ reperitur in peſſimis & optimis, ſed ex cauſis diuerſis. Inuenitur ẽt in his qui mediocriter ſe habent ſm q̃ eſt in eis aliquid de amore boni, & tñ non ſunt totaliter immunes a malo. Et quia vt dicitur 4. ethi. vitanda ſunt a virtuoſo nõ ſolum quæ ſunt mala ſecundum veritatem, ſed etiam ſecundum opinionem, ſecundũ illud Apoſt. 1. ad Theſſ. 5. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ideo enim caueant ab his quę ſunt ſigna vitiorum de quibus etiã homines erubeſcunt, & non ſolùm de ipſis vitijs non eſt in eis verecundia in hmõi. Eſt tñ in perfectis aliquis motus verecundiæ prędeniens rationem, ſicut & cęterarum paſ-

De vere cũdia. ſ. corã qui bus quis verecundatur.

De vere cũdia in qbus inuenit & in qbus non.

§.6. De vere cūdia in qbus est vitāda, & in qui bus moderāda, &c.

sionū. Nec dr̄ pars tēperantię, quasi intrās esse tiā eius, sed quasi dispositiuē se hns ad eā Vñ Amb. dic q̄ verecūdia facit prima fundamēta tpantię, inq̄tū. s. incurrit horrorē turpitudinis. ¶Nota q̄ verecundia de quibusdā est vitāda, de quibusdā est post tergēda, de quibusdā est moderāda, & de quibusdam est procurāda. Et primo quantū ad bona faciēda. Nā dimittere facere pp verecundiā ne irrideātur ab hoibus peccatū est, vnde Xp̄s Luc. 9. Si qs me erubuerit & meos sermones. s. seruare, vel annūciare vel discere hunc filius hois erubescit cū venerit in maiestate sua, & similiter erubescere reprehendere crimina qñ reprehēdi dñt. Vnde Nathan non erubuit reprehendere regē Dauid de adulterio. Nec Io. Bapt. Hęrodem de incestu vnde & Esa. non dimisit pp verecundiā ad seruandū mandatū sibi a Deo factū, quin iret nudus per triennium per ciuitatē, cum tñ esset de semine regio. Hic tñ latet anguis in herba vnde cautè ambulandū. Nam quidē sub specie mortificationis vocāres se spirituales, nudos esse offerūt aspectui aliorū sine causa vrgente, addentes & alia turpia, & si non cōmixtionem vt sic mortificent se, sed vtiq; aias mortificant, quia hmōi mortale est, nisi essent certi de reuelatione Dei eis super hæc facta, q̄ non legit in nouo testō. Et primi parentes post peccatū fecerūt erubescentes perizomata, & Deus addidit tunicas pelliceas ad honestatē. ¶Secūda verecūdia est post tergenda. i. non curāda, cū. s. est de his quæ non sunt peccata, vt de paupertate, de illegitimatione, de sterilitate, & hmōi. Vñ Cry. Nunquam de vitiis parentū erubescamus, sed illud vnū quæramus, semper amplectamur virtutē, dist. 56. Nunq̄, & Amb. Pudor est fœminis nuptiarū præmia nō habere. i. filios, qbus hæc est sola cā nubendi, 32. q. 2. vbi glo. sola. i. prēcipua causa. Si tñ per eas nō stat quin nō habeant est cur debeant erubescere. Sicut nec Zacharias, & Elisabeth. ¶Tertia est moderanda, videlicet de peccatis cōmissis. Nā debet quis erubescere, & principaliter respectu Dei. Sed non tñ vt per hoc omittat confessionē, vel intret desperationem, vnde Aug. Caueat peccator ne verecūdia ductus diuidat cōfessionē. s. dicēdo diuersa diuersis, hoc. n. est ad hypocrisim tēdere & sem p venia carere, de pę. di. 5 Consideret. Debet ergo eā tentare, q̄a in se bona est cōfessio, & vtil. Amb. Nō habet q̄ erubescat cui peccatū dimissum est. s. per pœnitentiā, de pę. di. 1. ¶Quarta est procuranda. s. cū homo tentatur de peccato debet considerare opprobriū qđ ei inde sequit coram Deo & mundo, & hoc multum retrahit homines præcipuæ iuuenes, non minus quam Dei timor. psal. Tota die verecundia mea contra me est &c. vt fecit Susanna. Similiter de cōmissis debet erubescere vt sic magis incitetur ad bonū, vnde Amb. Sancti, qui consummare pium certamen gestiunt, & currere cursum salutis, si fortasse vt hoīes currunt naturæ magis fragilitate q̄ peccandi libidine, ad currendum fortius & acriores resurgunt pudoris stimulo maiora reparantes certamina, de pę. dist. 2 Ille rex. Vel ēt cōsideratis virtutibus aliorum, vnde Esa. Erubesce Syon ait mare. i. fm Gre. vita seculariū aliq̄n inducit erubescentiā spiritualibus, & religiosis considerata negligentia eorū.

§.7. De quibus hō dēt erubescere.

¶De quibus debet homo erubescere fm virtutem, ponit ea sapiens Eccl. 41. dicens. Erubesce a patre & matre de fornicatione, a pside. i. potestate de mēdacio, a principe de delicto, a synagoga & plebe de iniquitate, a socio & amico de iniustitia, de furto, de veritate Dei & testimonio, de discubitu in panibus, ab obfuscatione dati, & accepti, a saltantibus de silentio, ab aspectu mulieris fornicariæ, ab auersione vultus cognati, ab auferendo partē & nō restituendo, a respectu mulieris alieni viri, ab amicis de sermonibus improperij, ab improperatione dati. Erubescāt, & reuereant oēs inimici mei, cōfundantur & erubescant valde velociter, ait psa. 16. Inimici nri sunt sensus exteriores & interiores qui aduersant spū in suis inclinationibus, vt cōcupiscibilis, & irascibilis in qbus motus sunt oīum passionum. Sed in pnia erubescūt & confunduntur de malis cōmissis.

De fornicatione ī speciali in 2. parte.

¶Primo ergo dēt qs erubescere de fornicatione quę cōprehendit oēm luxuriā, patet per se q̄ nullū peccatū inducit hoī tm̄ ruborē sicut luxuria, rō pōt esse, q̄a est viliſſimorū mēbrorum q̄ magis erubescit ostēdere q̄ oīa alia, & q̄a per eā non solū aiam sed ēt corpus maculat, & q̄a mulier turpiter vendit, dat. n. aiam suā diabolo & corpus hoī pro tribus nūmis q̄ nō faceret de suis sotularibus, & multomagis de vitio cōtra naturā habet erubescere, cū agat qđ bestię cauent, q̄ alter faciat se alterius fęminā. A patre & matre dicit vel parētibus carnalibus, vel a Deo patre, & matre ecclesia. Si. n. filia alicuius diuitis erubescere dēt reperta in fornicatione, eo q̄ poterat honorabiliter eā maritare, quāto magis aīa filia Dei debet erubescere de tāto patre, q̄ pōt eā honoratissimē maritare siue Xp̄o per abstinentiā, siue viro per honorabile cōiugiū ab eo institutū. A matre ēt ecclesia dēt erubescere in confessione, non tñ tm̄ q̄ non confiteatur peccatū suū, quia mala & pessima esset illa verecundia. ¶Secūdo debet erubescere de mendacio, quia potior est fur q̄ assiduitas viri

menda-

De mendacio in speciali supra. 2. parte.

mendacis, vt dr Eccl. 20. Et qa mentiens non seruat fidem quā vult tn sibi seruari, & fallit eū qui confidit in eo. Et cum dicit veritatem etiā iurando non creditur ei. Et licet corā omnibus de mendacio cū reperitur in eo dēat erubescere, pmaxime tn corā pſidente & ptāte, qa pōt eū punire & nūquam de eo confidere vt iniun gat aliqd timens ne decipiat. A deo aūt pſidente sup oēs dēt erubescere de mendacio non seruatæ ꝓmissionis in baptismo. Promisit. n. abrenunciare Dyabolo & pōpis eius, & eas ipe sequtur. ¶ Tertio dēt erubescere de delicto. i. pigritia, negligentia. Sen. Turpissima iactura est q̄ per negligentiam fit. A principe aūt dr, qa principi siue Deo, siue hoi multū displicet pigritia serui, sicut velocitas in operibus multum ei placet. Prouer. 22. Vidisti hoiem velocem in opere suo, corā regib. stabit, & erit ante ignobiles i. negligentes. Adeo principe, vtiq; erubescendum est q cuncta adducet in iudiciū, & momē tum a tpe negligenter expensum inultū nō remanebit. Maledictus oīs qui opus Dei facit negligenter, dicit Hiero. 4. ¶ Quarto erubescendū est de iniquitate a synagoga & plebe. Et de eo qd iniquè sibi appropriat quod cōe est omnibus, vt faciunt vsurarii qui tps equaliter omnib. cōe volunt esse ꝓpriū suū. Antiquitus oēs vsurarii vitabātur ficut excōicati, & erāt i magna confusione vt vix auderent corā aliis comparere. Sed & nunc manifesti vsurarii satis ēt sunt in abominatione vt vitent talē erubescentiam, non manifestè, sed occultè & per fraudes contractus mercatorū & aliorū sunt pleni vsuris, & Deo occultari non pōt, vnde dīt magis erubescere. Auari etiam cū acceperint abūdantiā tēporaliū ad distribuēdū pauperibus nō ad sibi retinendū deberent erubescere, quia detinent res pauperum. Vñ Xps Luc. 16. Facite uobis amicos. s. pauperes de māmona iniquitatis. i. diuitiis inequaliter distributis, sed iusto Dei iudicio. ¶ Quinto erubescēdū est de iustitia a socio & amico q̄ cōmittit in vēdēdo & emēdo & aliis contractibus, decipiendo tn in p̄cio vel qualitate praua rerū. Vel in mensuris & ponderibus vel substantia rei mixtę, & hmōi Et certè qd amicus & socius in hmōi confidat in amico & socio ne decipiat, multū hēt erubescere de fraude cōmissa, & iniustitia, vñ i Prouer. Ne moliaris amico tuo malū, cū ille hēat fiduciā in te, sed hodie nō solū sociū decipere q̄rit si pt, sed prem & fratrē, & ideo bene dr Hier. Vnusquisq; ab amico suo caueat, & in oī fratre nō hēat fiduciā, qa oīs frater supplātās. ¶ Sexto erubescēdū est de furto. Thob. 2. Nō licet nobis comedere de furto aut cōtingere. Non pōt alicui dici maior iniuria q̄ dicere ei q̄ sit fur & latro, nec aliq̄s patit sibi dici iniuriā talem, quia reputat sibi ad nimiā verecundiā, q̄ talis extimetur a quo q̄. quia tale vitiū nō solet esse nisi personarū vilissimarū. Sed mirū est & abusio magna q̄ pro paruis rebus furatis indr per sonis ppriis magna pena suspendij, & inde magna erubescētia, & dnis magnatibus qui p̄ dantur maximā substātiā sibi subiectis per diuersas vias sit honor & laus. ¶ Septimo erubescēdū est de veritate Dei & testimonio. i. de veritate quā Deus docuit eorū q̄ sunt fidei & bonorū morū, quā veritatem tot testimonijs doctorū & miraculorū confirmauit, & tn multē vñr dubitare vel nō credere q̄rentes videre nouā miracula, quasi narrata in scripturis nō sint vera, di. cū iudeis. Magr volumus a te signū videre, q̄ ēt si cōtingerent malè interptarentur. Credunt hoies de facere fabulis poetarū historijs gentiliū auctorū, incātationibus Demonū q̄ sunt plena fallacijs, & non credūt veritati a Deo reuelatę in scripturis. ¶ Vel ēt erubescendū est q̄ doctores & p̄dicatores erubescūt scripturas sacras docere & p̄dicare, & potius doctrinas gētiliū docēt. Sed dicit xps, qui me erubuerit & meos sermones. s. p̄dicare filius hoīs i. xps hunc erubescet corā patre meo. Luc. 9. ¶ Octauo erubescendū est de discubitu in panibus. i. ad lram. Si quis inhoneste & indecenter se hēt in comedendo p̄cipuè inuitatus ab alijs. Vel si ad mēsam alicuius comedit contra eū tractatū & deceptionē parat. Sicut Iudas q̄ dñm p̄didit. Vñ dixit xps. Qui intingit mecū manū in catinū hic me tradet. Spūaliter autē ad mēsam dñi discūbunt qui sumūt scrm eucharistiæ panē cęlestē, & postea ei cōtumelias inferunt, vel viuentes de patrimonio crucifixi nō recognoscūt beneficia a deo, sed incrassatus (ait Moyses de his) ē delictus & recalcitrauit, dereliquit deum factorē suū. Deu. 32. ¶ Nono erubescendum est de obfuscatione dati & accepti. Datum obfuscat qui cum tristitia dat. Eccle. 35. In omni dato Hilarē fac vultum tuū. Datum obfuscat qui cum dilationē dat Prou. 3. Ne dicas amico tuo male, & reuertere cras. n. dabo tibi, cum statim possis dare. Datum obfuscat qui illud extollit. Potius. n. quis debet diminuere donū. i. dicere esse paruum ille qui dat q̄ illum extollere, vnde dicit Iacob, Esau. Si inueni gratia in conspectu tuo, accipe munusculum de manu mea. Gen. 33. Acceptū autem obfuscat qui de beneficio est ingratus ipsum attenuando vel obliuioni tradendo Catho. Exiguum munus cū dat tibi pauper amicꝰ Accipito placidè, & illud laudare memēto.

Supra 2. parte.

Quid sit datū obfuscare.

Quid sit acceptū. obfuscare.

¶ Decimo erubescendum est de silentio a salutantibus, quod habet locum in duobus casibus, quãdo. s. aliquis salutatur, & nõ uult reddere salutes illi causa superbiæ, vel odii, Eccl. 22. Amicũ salutare non confundaris, & a facie eius nõ te abscõdas. Catho. Saluta libenter. Vel quando hoc agit ex quadam rusticitate. Nec est cõtra quod dñs ait. Lu. x. Neminem p uiam salutaueritis, per hoc enim prohibetur plixitas vel curiositas salutationis, vel potius adulatio in prædicatoribus signatis in apostolis quibus tunc loquebatur. Quia. n. salutare de se sit bonum, patet quia ipse dñs dixit Matthe. 10. Intrantes domũ salutate eam di. pax huic domui. ¶ Vndecimo erubescẽdum est ab aspectu mulieris fornicariæ, quia ſm Aug. Impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Quinimmo non solum ab aspectu mulieris luxuriosæ cauendum est & erubescendum propter actus & gestus eius incitantes ad lasciuiã sine rubore ſm illud Hiere. 3. Frons meretricis facta est tibi erubescere nescisti. Sed & propter malum exemplũ insuper ab aspectu mulieris quãtuncunque honestę. Nã vt ait Greg. in 21. morali. Quantũlibet virtute mens polleat quantalibet grauitate vigeat, carnales tñ sensus puerile quoddam exterius perstrepunt & nisi interioris grauitatis pudorem, & quasi iuuenili quodam refrenentur ad fluxa quæq; & leuia mẽtem enerue trahunt. Vnde Iob. 31. ait de se. Pepigi fedus cum oculis meis, vt non cogitarem quidẽ de virgine, propter aspectũ enim incautum intrat cogitatio turpis in mentem. ¶ Duodecimo erubescendum est abauersione vultus cognati, scilicet non subueniendo cognatis. i. consanguineis in necessitate. 1. ad Thimo. 5. Si quis suorum & maximè domesticorum curam non habet fidem negauit. i. fidelitatẽ naturalem quę hoc dictat. Amb. in li. de offi. Proximos seminis tui non despicias si illos egere cognoscas, melius est enim vt ipse subuenias tuis quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidiũ necessitatis, non tamen vt illos diuites facias distin. 86. Nõ satis. De Gregorio legitur q̃ nõ nobilibus sed pauperibus mittebat cibos de mensa sua, vt minus erubescerent. ¶ Tertio decimo erubescendum est ab auferendo partem & non restituendo. Sicut honorabile est dare, sic erubescibile est auferre, & non minus periculosum nõ reddere. Communiter detinẽtes aliena, potius volunt suspendit vt latrones in patibulo inferni q̃ restituere & liberari, vt uerificetur in eis illud Hiere. Confusione non sunt confusi & erubescere nescierunt. ¶ Quartodecimo erubescendũ est ab aspectu mulieris alicuius viri. Iste aspectus fuit Dauid occasio adulteri, vnde Grego. in 21. moralium. Valde namq; est q̃ caro deorsum trahit & semel species formę cordi per oculos alligata, vix magni luctaminis manu soluitur. Ne ergo quædã lubrica in cogitatione versemur prouidẽdum est nobis, quia intueri non debet, qđ non licet concupiscei. Neq; n. Eua lignum vetitum contigisset, nisi prius aspexisset. ¶ Quintodecimo erubescendum est ab amicis de sermonibus improperii. Et sic amicus debet arguere amicum non tñ cum improperio, vnde Tullius de amicitia. Monere & moneri est officium veræ amicitiæ, ita tñ quod adulatione careat ad monitio & cõtumelia careat obiurgatio. Sexto decimo erubescẽdũ est ab improperatione dati. Imitari. n. debet qui dat aliquid deum qui dat oĩbus affluenter & non improperat. Sed de fatuo dicitur. Eccle. 20. Exigua dabit & multa improperabit. Qui aũt non erubescit mala facere, est sicut equus sine freno. Multos retrahit a malo pudor mundi quos non retraheret timor vel amor; Dei, & quomodocunq, quis recedat vel retrahat a malo bonum est. Sed dicit Anſ. in lib. de similitudinibus q̃ Diabolus cũ tentat de malo omnem erubescentiã tollit de mente, sed ipso perpetrato tantam erubescentiam anteponit, ne pctm confiteatur, quod apparet quod non possit tolerare illam verecundiam, & ideo taceat, vñ Bern. O nimia insania horum pudet sordes peccatorum abstegere & non pudet contrahere.

¶ De honestate q̃ est pars temperantiæ. Primo sciendum est, quod honestas est idẽ cum virtute, vñ Tul. in 1. de offi. diuidit honestatem in quatuor virtutes principales, sicut ipsa virtus diuiditur. Pro cuius declaratione nota ſm b. Th. 2. 2. q. 145. ar. 1. quod honestas dicitur qua si honoris status vt dicit Isi. in li. Ethimo. Vnde ex hoc videtur aliquid dici honestũ, q̃ est honore dignũ, honor aũt debet excellẽtiæ. Est. n. q̃dam contestatio seu testimoniũ de excellentia alicuius. Excellentia aũt hois maximè cõsideratur ſm virtutem, qa est dispositio perfecti ad optimũ, & iõ honestas in idẽ refertur cum virtute. Sicut aũt principalis virtus cõsistit in interiori electione, vt dicitur. 8. Eth. ita honestas radicaliter cõsistit in interiori electione, se signatiuè in exteriori conuersatione. Interior. n. electio non innotescit hoi nisi per exteriores actus, & iõ exterior cõuersatio habet rõnem honesti, secũdũ q̃ ẽ demõstratiua interioris certitudinis. Et sic di. apo. 1. ad Cor. 14. Oĩa honestè & ſm ordinẽ fiãt ĩ uobis. Et adamãti?,

§. 8. De honestate.

Lēta quidē virtus & ꝓcūctatrix añ iudicat q̄ incipit, q̄d decorū quid honestū sit iniquitas oīa precipitat. de pe. di. 3. Inter hęc Item q̄is honor debeat nō solū virtuti, sed etiam deo & sanctis propter beatitudinē, & nobilitas, diuitię, potētia, & hmōi, tñ quia deus & beatitudo nō sunt nobis ita nota ꝑ expientiā sicut virtutes, secundū quas quotidie opamus, iō virtus, magis sibi vendicat nomē honesti. Alia vero q̄ sunt infra virtutē, vt potentia, diuitiæ & hmōi honorant̄, inquātū coadiuuāt ad opationē virtutis. Sed secūdū veritatē sol us bōus est honorandus. Bonus aūt est qui secundū virtutē. Itē sciendū q̄ cū dicit Tullius in rheto. Honestum esse quod ꝓpter se appetit̄, intelligendum est sane. Pro cuius declaratiōe dicit philosophus in j. ethi. q̄ eorū q̄ ꝓpter se appetunt̄, aliqua appetuntur solū ꝓpter se, & nunquā ꝓpter aliud sicut fęlicitas quæ est vltimus finis. aliqua appetunt̄ & ꝓpter se & ꝓpter aliquid aliud, propter se quidē inq̄tū habent in se aliq̄ rōnē bonitatis, & si nihil aliud boni per ea nobis accideret, propter aliud autem sunt appetibilia, inquantum producunt nos in aliquod bonum perfectum, & hoc modo virtutes propter se sūt appetitiuæ, & per consequens honestas.

§. 9. ¶ De decore seu pulchritudine spūali quæ ē eadem cum honestate. Vnde cū Apost. dicit. j. Ad Corin. 12. Honesta nostra nullius egent, appella honesta membra pulchra, sicut inhonesta turpia. Pro cuius declaratione nota secundum Tho. vbi supra quod ad rationem pulchri seu decori cōcurrunt & charitas & debita ꝓportio Dicit. n. Dyo. q̄ deus dr̄ pulcher, sicut vniuersorū cōsonātiæ & clarītatis causa: Vñ pulchritudo corpis in hoc consistit, q̄ habeat mēbra bñ ꝓportionata cū quadā debiti coloris claritate. Et similiter hominis pulchritudo spūalis in hoc cōsistit, q̄ cōuersatio hois seu actio eius sit bene ꝓportionata sm spūalē rōnis claritatem, hoc aūt pertinet ad rōem honesti q̄ dicimus idē esse virtuti, quæ secūdū rationem moderatur omnes res humanas. Et ideo honestum est quidam spiritualis decet Vñ Aug. dicit Honestatē voco intelligibilem pulchritudinem. i. spūalem. Sicut autem idem est honorificum & gloriosum, quia gloria est effectus honoris. Ex hoc enim quod aliquis laudatur vel honoratur, clarus redditur in ocūlis aliorum, ita idem est honestum & decorum. Et quia quōd in ipsa apprehensione apparet decorum accipitur, vt conueniens & bonum, cum bonum appræhensum moueat appetitum. Ideo honestum, ipm quod habet spūalem pulchritudinē amabile redditur, vñ dicit Diony. Quod omnibus est pulchrum & bonū amabile. Ponitur autem honestas pars temperātiæ, sm Macro. Ambro. etiam attribuit eam tpantiæ. Ratio huius est sm b. Tho. vbi supra quia honestas est quædā spiritualis pulchritudo. Pulchro autem opponitur turpe. Oppōsita autem maxime se inuicem manifestant. Et ideō ad temperātiam specialiter honestas pertinere videtur, quæ id qd̄ est homini turpissimum & inducentissimum repellit. s. brutales voluptates. Vnde & in ipso nomine temperantiæ maximè intelligitur bonum rationis cuius est moderari & temperare concupiscentias prauas. Sic igitur honestas quadam speciali rationi attribuitur temperantiæ, vt pars eius integralis, sicut quædam conditio eius. Et quamuis fortitudini & iustitiæ maior honor debeatur q̄ temperantiæ, ꝓpter maioris boni excellentiam, tamen temperantiæ debetur maior honor propter cohibitionē vitiorum magis exprobabiliū. Et sic honestas magis attribuitur temperantiæ.

De pulchritudine spirituali.

§. 10. De honesto quomodo concurrat cum vtili & delectabili, & quomodo differat. Omne. n. bonum diuiditur secundum Ambro. vt Tul. in delectabile vtile, & honestum. Sciēdum igitur secundum b. Tho. vbi supra quod honestū concurrit in idem subiectū cū vtili & delectabili a quibus tamen differunt ratione. Dicitur aliquod honestū inquātum habet decorem ex ordinatio rationis. Hoc aūt qd̄ est secundum rōnem ordinatum est naturaliter conueniens hoī. Vnumquodq; aūt delectat̄ in suo cōueniēti, & ideo est homini naturaliter delectabile, sicut de operatione virtutis philosophus ꝓbat in 1. ethi. Non tñ oē delectabile est honestum, quia pōt ēt aliquid esse conueniens secundum sensum nō secūdum rōnem, sed hmōi delectabile est prēter hois rōnem quæ perficit naturā ipsius. Ipsa etiam virtus q̄ secūdum se honesta est, refertur ad aliud sicut ad finē quia ad fælicitatē. Et secūdum hoc idem est subiecto honestum delectabile & vtile, sed ratiōe differunt. Nā honestum dicitur aliquid secūdū q̄ habet quādam excellentiam dignā honore propter, spūalem pulchritudinē. Delectabile aūt inquātū quietat appetitū, vtile quidem inquantum refertur ad aliud. In pluribus tamen est delectabile quam vtile vel honestum, quia omne vtile & honestum est aliqualiter delectabile, sed non conuertitur, vt dicitur in 2. ethicorū.

Vnde dicatur honestum.

¶ *De partibus potentialibus temperantiæ. Cap. 2.*

DE partib. potentialib. tpātiæ. ¶ Et Primo de cōtinētia quā sic diffinit Andronicus Quod cōtinētia ē aīus inuictus a delectatiōe.

Pro

¶ Pro cuius declarationē sciēdū est ſm b. Th. 2.2.q.155.q̄ nomen continentiæ refrenationem quandā importat, inquantū tenet se aliquis ne passionē sequatur. Accipitur tamē tripliciter. Vno mō largè seu communiter, & sic importat quaudā refrenationem ab illicitis cōcupiscentiis, non solam circa materiā tactus, sed etiā in quacunq; materia. Et sic sumit Ambro. in 1. li. de offi. & dicitur continentia secūdū quid. Secundo mō dicitur continentia pro priè ab aliquibus pro abstinentia ab oī delectatione venerea ēt coniugali. Et sic diuiditur continentia cōtra castitatē vt dicatur castitas abstinentia delectatione illicita ex ira coniugium, & cōtinentia abstinentia ēt a coniugali delectatione, & hæc repitur primo in virginitate. Secūdo in viduitate. Vñ apostolus ad Gala. 5. adiungit continentiā castitati ponēs eas in fructibus spūs. ¶ Tertio mō accipit continētia a quibusdam aliis p quā quis resistit prauis concupiscentiis, quæ in eo vehemētes existunt. Et sic accipi continentiā phūs in 7. Ethi. & ēt in collationibus patrū. Hoc mō continētia habet aliquid virtutis in q̄tum. s. rō firmata est cōtra passiones ne ab eis deducāt. non tn̄ attingit ad p̄fectā rōnem virtutis moralis, ſm q̄ ēt appetitus sensitiuus subditur rōni sic, vt in eo non insurgant vehemētes passiones rōni cōtrariæ. Et iō phūs dicit in 4. Ethi. q̄ continētia nō est virtus, sed q̄dam mixta in q̄tum. s. habet aliq̄d de virtute, & in aliquo deficit a virtute. Largi⁹ tn̄ accipiendo virtutē ꝑ quolibet pricipio laudabili o patione, sic possumus dicere continentiā virtutē. Et ſm hoc differunt cōtinēs, a temperato, sicut imperfectū a perfecto q̄a tēperatus cū hēat perfectā virtutē. s. tēperātiā nō patit vehemētes passiōes cōcupiscētiæ. Cōtinēs āt patit vehemētes sed nō deducitur resistēs rōne. Sed sumendo cōtinētiam secūdo mō. s. ꝑ abstinētia ab oī delectione venerea, sic est potior tēperantia, sic virginitas castitate cōiugali. Nec ex hoc sequit q̄ cōtinēs sit maioris meriti in resistēdo q̄ temperatus cū magis laboret impugnādo, q̄a scd̄m b. Th. Magnitudo cōcupiscētiæ vel debilitas eius pōt cōtingere ex duplici cā. Q̄nq; videlicet ex cā corporali. Quidam. n. ex naturali cōplexione sunt magis ꝓni ad cōcupiscēdū q̄ alij. Et iterū quidam hñt occasiones seu oportunitates delectationū cōcupiscētiā inflāmantes, paratas magis q̄ alii. Et debilitas cōcupiscētiæ ꝓcedēs ex ista cā diminuit meritū & magnitudo auget. Quādoq; vero debilitas cōcupiscētiæ vel magnitudo ꝓuenit ex cā spūali laudabili, putas ex vehemētia charitatis vel fortitudinis rōnis: sic accidit in hoīe tēperato. Et hmōi debilitas cōcupiscētiæ auget meritū rōne suæ cāæ & magnitudo cōcupiscētiæ, sicut incōtinētē minuit meritū. Idē quia delectatiōes venereorū sunt vehemētiores q̄ delectatiōes ciborū, & iō magis cōsueuimus dicere cōtinētiā & incontinentiā circa venerea q̄ circa cibos, licet ſm philosophum ſm vtrumq; dici possit. Itē quia cōtinētia est circa bonum rōnis humanum iō attēditur circa passiones q̄ p̄nt hoī esse connaturales. Vñ philosophus dicit in 7. Ethi. q̄ siquis tenēs pirū cōcupiscat eum comedere vel ad delectationē veneroꝝ, siue sequatur cōcupiscētiā, siue nō, nō dr̄ simpliciter cōtinens, sed ſm quīd. Est. n. inchinatio bestialis non naturalis.

¶ Continentia & eius contrarium incōtinētia pertinet ad aīam magis q̄ ad corpus q̄uis. sint circa concupiscentias, & caro concupiscere dicatur aduersus spiritum, ſm apostolum ad Gal. 5. Ratio est ſm Th. 2.2 q. 156. quia vnum quodq; magis attribuitur ei quod est cā per se q̄ ei q̄ solum occasionē præstat. ideo aūt q̄ est ex parte corporis solum occasionē incontinentiæ præstat. Ex dispositione. n. corporis procedere potest q̄ insurgant passiones vehemētes in appetitu sensitiuo q̄ est virtus organi corporei. Sed hmōi passiones q̄tumcunq; vehementes non sunt sufficientes cā incontinentiæ, sed occasio sola eo quod durante vsu rationis sem per hō potest resistere concupiscentiis & passionibus. Si uero passiones adeo increscā quod auferant vsum rationis totaliter, sicut accidit in his qui ꝓpter vehemētiā passionum incurrunt amētiā non remanebit rō continentiæ & incōtinētię, quia non saluatur in eis iudicium rōnis quod cōtinens seruat incōtinens nō seruat, sic sequitur q̄ cā incontinētiæ est ex parte aīæ, q̄ rōne passionibus ñ resistit, quod fit duobus modis secundum philosophum. 7. Ethico. Vno mō q̄n anima passionibus cedit anteq̄ rō consilietur, q̄ vocatur irrefrenata incontinentia. Alio mō q̄n non permanet hō in his q̄ consiliata sūt, eo quod debiliter est firmatus in eo qđ rō iudicauit, & hmōi vocat debilitas. Item not. q̄ impetu passionis ꝓuenit quod aliquis statim sequit passionē anteq̄ consilium rōnis. Impetus aūt passionis pōt ꝓuenire vel ex velocitate, sicut in colericis vel ex vehemētia, sicut in malancolicis qui pp terrestrē cōplexionem vehementissimæ inflāmantur. Sicut & econtrario cōtingit q̄ aliquis nō persistit in eo quod consiliatum est eo q̄ debiliter inheret propter molliciem cōplexionis, vt in mulieribus q̄ pp debilem complexionē debilirer inherent quibuscunq; inherēt, de facili sequētes passiones, quamuis

§. 1. Circa q̄d principaliter se habeat continētia.

Vñ cautū principaliter incontinentia.

quamuis raro in aliquibus aliter accidit, secundum illud prouer. vlt. Mulierem fortem quis inueniet. Hoc idem videtur contingere in flegmaticis propter eandem cāusam sicut in mulieribus hoc totum accidit, inquantū ex complexione corporis datur aliqua occasio incontinentiæ, non autem est causa sufficiens.

§.2. ¶Sicut ꝑtus perfectoris est cōtinente, ita econtra. s. intemperatus grauius peccat incontinente. Et incōtinens cōcupiscentię est peior incontinenti ire. Ratio. i. scilicet ꝙ intemperatus est peior incontinente, ſm B. Tho. vbi ſupra, quia peccatū prꝯcipue in voluntate cōſiſtit ſm Aug. & ideo vbi est maior inclinatio voluntatis ad peccandū ibi est grauius peccatū. In eo aūt qui est intemperatus voluntas procedit ad peccandum ex electione propria, quia procedit ex habitu per cōſuetudinem acquiſito. In eo aūt qui est continens, voluntas inclinatur ad peccandū ex aliqua paſſione. Et quia paſſio cito tranſit habitus aūt est qualitas de difficili mobilis, inde est ꝙ incontinens ſtatim pœnitet tranſeunte paſſione. Intemperatus aūt non ſic, ſed gaudet ſe peccaſſe, ſm illud prouer. 2. Lętanter cū malefecerint & exultant &c. Et ratio est, quia operatio est ſibi facta connaturalis ſecundum habitum. Vnde ſequitur ꝙ grauius peccat intemperatus q̄ incontinens. Et quāuis videarur eſſe maior ignorantia in intemperato q̄ in incontinente, non tn̄ ex hoc diminuitur peccatū intēperati. Ratio est ſm B. Tho. quia illa ignorantia quæ præcedit inclinationem appetitus & cauſat eam, illa diminuit peccatū inquātum cauſat voluntarium. Sed illa quæ ſequitur inclinationem appetitus quanto maior est tanto magis aggrauat peccatum. In intemperato aūt & in incontinēte ignorantia ſequitur inclinationem appetitus ꝓp habitum vitij vel paſſionis, & nō præcedit. Est autem maior in intemperato dupliciter. Vno modo quantum ad durationē. Nam ignorantia durat in incontinente ſolum durante paſſione, ſicut acceſſio febris tertianæ durante humoris commotione. Sed ignorantia intemperati est aſſidua ꝓp permanentiā habitus vnde aſſimilatur ptiſice, ſecundum philoſo. in 7. ethi. Alio modo est maior ignorantia in intemperato quantū ad id quod ignoratur. Nam ignorantia incontinentis intenditur quantum ad aliquod particulare eligibile, prout. s. extimat hoc nunc eſſe eligendū, ſed intemperatus habet ignorantiam circa ipſum finem inquantum iudicat eſſe bonum, vt irrefrenate ſequuntur concupiſcentias.

De cōparatione grauitatis pcti intēperati & incōtinentis.

§.3. ¶Quantum ad ſecundum. s. ꝙ incontinentia concupiſcentiæ ſit peior & turpior q̄ incontinentia iræ. Verum est ex parte paſſionis ex qua ratio ſuperatur. Cuius rō est, quia motus concupiſcentię habet maiorē inordinationē quam motus iræ. Et hoc ꝓp quatuor quæ tangit philoſophus in 7. ethi. ¶Primo quidem, quia motus iræ participat aliqualiter rationē, inquantum. s. iratus tendit ad vindicandum iniuriam ſibi factam quod aliqualiter ratio dictat, ſed tn̄ non perfectè, quia non intendit debitū modum vindictæ. Sed motus concupiſcentiæ totaliter est ſm ſenſum, & nullo modo ſecundū rationem. Secundo quia motus iræ magis ſequitur corporis complexionem ꝓp velocitatē motus coleræ quæ tendit ad iram. Vnde magis est in promptu q̄ ille qui est diſpoſitus ſm corporis complexionem ad iraſcendū iraſcat, quam ꝙ ille qui est diſpoſitus ad concupiſcendū, concupiſcat. Quod aūt prouenit ex naturali corporis diſpoſitione est magis venia dignū. ¶Tertio quia ira quærit manifeſtè operari, ſed concupiſcentia latebras, & doloſè ſubintrat. ¶Quarto quia concupiſcēs delectabiliter operatur, ſed iratus quaſi quadam præcedenti triſtitia coactus. Sed conſiderando peccatum incontinentiæ quantū ad malum quod quis incidit a ratione diſcedens ſic incontinentia iræ vt plurimum est grauior, quia ducit in ea quæ ſunt ad proximi nocumētum, vt homicidium & huiuſmodi. ¶Et nota ꝙ difficilius est aſſiduè pugnare contra delectationem quā contra iram, quia concupiſcentia magis est continua, ſed ad horam difficilius est pugnare, ſeu reſiſtere iræ propter eius impetum.

¶Ad continentiam ſumēdo pro refrenatione animi a voluptatibus inducuntur 12. & diſſuadent inordinatum affectum voluptatum ſm Guil. in ſumma virtutum. ¶Primum est locus in quo ſumus, quia. s. in valle lachrymarū, ſm pſal. Aug. Neſcimus in quo fine claudamur in hoc exilio. Non eiecit Deus hoīem de paradiſo vt hic faciat aliū paradiſum. ¶Secūdum est tps in quo ſumus. Apoſt. Redimentes tps qm̄ dies mali ſunt Ber. Vniuerſum tps pœnitētiæ vigilia quędā est ſolennitatis magni & æterni ſabbati ꝙ poſtulamur. Vigilia aūt non est tps delitiarū ſed feſtū. ¶Tertium est exemplum Chriſti & ſanctorum. Exod. 25. Omnia facito ſm exemplar quod tibi in monte monaſterium eſt, i. in Chriſto. Bern. Chriſtus qui non fallit elegit ꝙ carni moleſtius est. Id ergo vtilius id magis eligendum. ¶Quartum eorum quibus amor voluptatum nocuit, exemplum Euæ Gene. 3. Vidit mulier lignum ꝙ eſſet bonum ad veſcendum &c. ¶Quintum est periculum in voluptatibus conſequendis multotiens acquirūtur

vel

vel per mortem propriã vel per mortem alterius. Noluit Dauid aquam bibere quam attulerant de ciſterna Bethleem tres viri cum periculo vitæ eorum, ſed libauit dño 2.Reg.23. c.Exemplũ Salomonis qui infatuatus eſt amore mulierum 3.Reg.11. ¶Sextum eſt labor in præparando. Epicurus voluptatũ aſſertor oẽs libros ſuos impleuit oleribus & pomis, & cibis vilibus, dicens eſſe vtendũ, quia carnes & exquiſitæ epulæ ingenti cura & miſeria præparant, maioremq; pœnam habent in quærendo, quam voluptatem in vtendo. ¶Septimum eſt voluptatum breuitas. Sen. Voluptas eſt breuis faſtidio obiecta quo auidius hauſta eſt citius in contrarium recidens. ¶Octauum eſt eorum indignitas. Sen. In voluptate nihil eſt magnificum, quod naturam proximam Deo faciat, non eſt animi virilis, ſed puerilis. Ad Ro. 6. Quem enim fructum habuiſtis in illis in quibus nunc erubeſcitis. ¶Nonum eſt penuria fratrum noſtrorum & filiorum Dei. Non enim decet Chriſtianũ delitias quærere, cum ſciat Chriſtum in tot membris ſuis neceſſitatem habere. Ad Hebr. 11. Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Phara. magis eligens affligi cum populo Dei quam temporalis peccati habere iocunditatem Bern. Inueniunt curioſi quo delectentur, non inueniunt miſeri quo ſuſtententur. ¶Decimum eſt voluptatum impuritas, habent. n. multã amaritudinem annexã. Vnde in figura rectè dñs congregationes aquarũ appellauit Maria Gene. 1. Multitudini. n. delectationum annexa eſt multa amaritudo. Eccl. 7. Inueni mulierem amariorem morte. i. voluptatem. ¶Vndecimum eſt voluptatum vanitas, Eccl. vlt. Adoleſcentia & voluptas vana ſunt Hiero. Voluptas habita famem non ſatietatem perit Io. 4. Qui biberit ex hac aqua. ſ. voluptatis ſitiet iterum Eccle. 2. Dixi vadam & affluam delitiis &c. ¶Duodecimum eſt ea noxietas. Nocent. n. multipliciter.

De multiplici nocumẽto voluptatis.

¶Primo quia ſunt multotiens homini occaſio infirmitatis vel etiam mortis. Vndé Eccle. 37. Propter crapulam multi perierunt. Sen. voluptatibus maior pars corporum periit. ¶Secundo in ſeruitutem redigit. Luc. 14 Iuga boum emi quinq; &c. Voluptas amantibus ſe quinq; iuga ſupponit. i. conſuetudines delectationum ſecundum quinq; ſenſus. ¶Tertio quia reddit corpus cõtumax ſpiritui. prouer. 29. Qui delicate pauerit ſeruum in fine ſentiet eum contumacem. ¶Quarto obliuionẽ inducit. Eccl. 5. c. Non. n. ſatis recordabitur dierũ vitæ ſuæ, eo q̃ dñs delitijs occupet cor eius. ¶Quinto a ſapientia impedit Iob 38. c. Non inuenit in terra ſuauiter viuentiũ. ſ. ſapientia. ¶Sexto diſſolutionem & ſterilitatem bonorũ operum inducit Hiere. 31. Vſquequo diſſolueris delitiis filia vaga. ¶Septimo facit hoſtem loquacẽ, vnde figurãt per fluuiũ Egypti ranas ebullientẽ. Exod. 9. ¶Octauo reddit hominem incompatientem. Amos 5. Bibentes vinum cũ phialis & optimo vnguẽto deliburi & nihil cõpatiebantur ſuper contritione Ioſeph. Exẽplũ de diuite epulone. ¶Nono melioribus delitiis priuat. Ber. Delicata eſt diuina conſolatio & non datur admittentibus aliena. In huius figurã columba aquã deluuij refugit. Gen. 8. ſ. carnalis voluptatis. ¶Decimo in pœnam æternam commutatur. Apoc. 18. Quantum ſe glorificauit, & in delitijs fuit tñ date ei tormentũ, & luctum, Greg. Momentaneum eſt quod delectat, æternũ qd̃ cruciat. Figura Ioſue. 3. Aque mortuæ in mare mortuum deſcendunt, ideſt voluptates.

¶ *De mãſuetudine quid ſit, & in quo differt a clemẽtia.* Cap. 3.

SEcunda virtus annexa temperantię eſt mãſuetudo. Manſuetudo aũt ſm philoſophũ in 4. ethic. eſt moderatiua irarum. Concurrit aũt in eundem effectum cum clementia quam diffinit Sene. q̃ eſt lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem. Differt aũt ab ea nec eſt eadem virtus. Pro cuius declaratione di. B. Th. 2.2 q. 157. q̃ virtus moralis ſecundum philoſo. in 2. ethi. conſiſtit circa actiones & paſſiones. Paſſiones autem interiores ſunt actionum exteriorum principia aut etiam impedimenta. Et ideo virtutes quæ moderantur paſſiones, concurrunt quaſi in eundem effectum cum virtutibus, quæ moderantur actiones, licet ſpecie differant, ſicut ad iuſtitiã proprie pertinet cohibere hominem a furto, ad qd̃ quis inclinatur per Inordinatum amorem vel concupiſcentiam pecuniæ qui moderatur per liberalitatem, ideò liberalitas concurrit cum iuſtitia in hoc effectu qui eſt abſtinere a furto. Et hoc ẽt conſiderandum eſt in propoſito. Nam ex paſſione irę prouocatur aliquis q̃ grauiorẽm inferat pœnã. Ad clementiam autem pertinet directè q̃ ſit diminutiua pœnarum q̃ quidẽ impediri poſſet per exceſſum iræ. Et ideò manſuetudo inquãtum refrenat impetum irę concurrit in eundẽ effectum cum clementia. Differunt autem ab inuicem inquantum clementia eſt moderatiua exterioris punitionis. Mãſuetudo autem propriè diminuit paſſionem irę, vnde ipſa proprie reſpicit appetitum vindictæ. Clementia verò ipſas pœnas quæ exterius exhibentur ad vindi-

De mãſuetudine quid ſit.

vindictam. Eſt autē manſuetudo virtus quæ alio nomine dicitur mititas, quia bonum facit habētem quod pertinet ad diffinitionē virtutis, ut dicitur in 2. ethi. Sed manſuetudine inquit Señ. oēs boni viri præſtabunt. Opponitur autem iræ prout ira importat uitium. Nā ira in ſe eſt paſſio, & exceſſus eius dicitur ira: & defectus eius cum .ſ. quis debeat ea vti & non vtitur dicitur remiſſio, hītus vero qui tenet medium in ira eſt innominatus, ſignatur tamen nomine manſuetudinis, quæ uirtus cū ſit denominata diminutione iræ propinquior eſt diminutioni quā ſuperabundantiæ, & propter hoc naturalius eſt hoī appetere uindictam iniuriarū illatarū quam ab hmōi deficere, quia nix alicui minus puæ uidentur iniurię ſibi illatę, ut dicit Saluſtius. ¶ Eſt tñ manſuetudo moderatiua iræ ſecundum rectā rationē, ita qđ ipſa ira ēt utitur cum oportet. Item manſuetudo ſiue mititas quod idē eſt, dr̄ & uirtus ſecundū philoſophū, & beatitudo, vt patet Mat. 5. ibi Beati mites &c. & fructus ſpūs, ut patet ad Gala. 5. Sed inquātū uirtus dicit hītū, actus eius dicit beatitudo. Sunt. n. beatitudines quidam actus uirtutum, inquantū delectationē ſpūalē inducit talis actus, dicitur fructus, ſpūs. Ponitur aurē ꝓpterea manſuetudo ps tēperantiæ potentialis ſeu virtus ei annexa, & etiam clementia, quia vtraque conſiſtit in quadam refrenatione. Sed quia tēperantia refrenat uehementiſſimas cōcupiſcentias. ſ. delectatiōes tactus manſuetudo uero refrenat iras, clementia pænas, ideo temperantia principalis eſt uirtus, māſuetudo vero & clementia minus principales & ſecundariæ.

§ 1.

De 12. fructib. manſuetudinis.

¶ Fructus ſeu utilitates manſuetudinis ſecundū Guil. in ſum. uirtu. ſunt. 12. Primo quia inducit ad cognitionē dei, & facit hoīē dignū allocutiōe Dei. Pſal. 24. Diriget māſuetos i iudicio do. mi. ui. ſuas Eccl. 5. eſto māſuetus ad audiendū uerbū Dei. Iac. j. māſuetudine ſuſcipete inſitū uerbū, & Diony. dicit ꝙ Moyſes propter multā māſuetudinē Dei apparitiōe fuit dignus habitus, & de eo dr̄ Nu. 12. ꝙ fuit Moyſes mitiſſimus hominū. Et ſm Tho. ſe. ſe. ubi ſupra. Māſuetudo īducit ad cognitionē dei remouēdo iꝑedimētū. Et hoc dupliciter. Primo faciēdo homi nē cōpotē ſui per diminutionem iræ Secundo mō, quia ad maſuetudinē pertinet ꝙ hō nō cōtradicat verbis ueritatis, ꝙ plerunq; fit ex cōmotiōe iræ. Vñ Aug. dicit, ꝙ miteſcere nō eſt cōtrādicere diuinæ ſcripturæ ſiue intellectæ, dū uitia noſtra percutit, ſiue ñ intellectæ quaſi nos melius & uerius ſapere poſſem⁹. Secūdo ꝙa placētē deo facit. Eccle. j. Bñplacitū eſt ei fides & māſuetudo, & hoc eſt ſecundum ꝙ cōcurrit in eundē effectū cum charitate maxima virtutum. ſ. in ſubtrahēdo mala ꝓximorū. Tertio quia ſecundum Greg. in moral. īducit diuinā ſimilitudinē, de Deo nāq; dicit Sapiē. 12. Tu dñator domine oīa cum trāquilitate iudicas. Dañ. 9. Fac nobiſcum ſecūdum magnā māſuetudinē tuam. Quarto facit nos Xp̄i diſcipulos. Iꝑe magiſterium huius uirtutis ſpāliter ſibi aſcribit dicens. Matth. 9. ¶ Diſcite a me qa mitis ſum. Ex quo oſtēdit hæc eſſe uia perfectiōis. Quinto eſt ornamētū dicēs ſeruis Dei. j. ad Thimo. 6. Tu hō dei ſectare patificam māſuetudinē ad Eph. 4. Obſecro uos ut digne ambuletis deo &c. in omni māſuetudine. Sexto aīam cōſeruat. Eccle. 9. Fili mi in manſuetudine ſerua aīam tuam, ſicut uaſa uitrea in feno uel alia re molli inuoluuntur, & ſic ſeruantur a fractura, ſic aīam in māſuetudine a fractura iræ. Septimo delectationē multam inducit pſ. 36. Manſueti autē hereditabunt terram & delectabuntur. Et ꝓpterea ponitur fructus ſpūs, ad Gala. 5. Eſt enim ut culcina delicatiſſima. Octauo correctionē fructuoſam facit, pſ. 89. Superuenit manſuetudo & corripiemur. Leo leuiter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti. Aſperitatis autē nimiæ increpatio nec correctionem recipit nec ſalutem. di. 45. licet. Nono gratioſum & amabilem omnibus facit. Eccle. 3. Fili in māſuetudine. perfice opera tua & ſuper gloriam hominis diligeris. Decimo orationem facit Deo acceptam, Iudith. 9. Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Vndecimo in iudicio ſaluat. Pſalmus 75. Cum exurgeret in iudicio deus ut ſaluos faceret manſuetos. Duodecimo dominium magnum & multiplex acquirit. Matth. 5. Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram, quod intelligi poteſt de terra uitæ præſentis & de terra viuentium, & de terra corporis ſecundum Bern. quia fecit ei dominari.

¶ *De partibus ſubiectiuis temperantiæ.* Cap. 4.

DE partibus ſubiectiuis temperantiæ quæ ſunt abſtinētia, ſobrietas, & caſtitas. Et in de de proprietatibus abſtinētiæ videamus. Et quia contraria iuxta ſe poſita magis manifeſta fiunt, ideo cum proprietatibus abſtinentiæ oppoſitas ad has proprietates, vel ad uitiū gulæ pertinentes ſimul interſeremus. Sciendum eſt primò quod prima & originalis conditio abſtinentiæ, ex qua ferò oēs aliæ cauſantur eſt, quia carnem & ſpm̄ in ſua natura cuſtodit Natura. n. carnis ſm ordinē rōnis eſt qđ ſpiritui

ſit

sit subiecta,& natura spiritus est ꝙ sibi dñetur eā dirigendo,& vertēdo ad uirtutes exercitiū. Et hoc expressit deus qui est naturæ auctor loquens ad Cayn Gene.4.Subter te inquit erit appetitus tuus,& tu dñaberis illius: Qđ intelligēdum est de dñio rōnis & subiectiōe appetitus sensitiui.Nam ſm ꝙ dicit Tul. in li. de offi.Duplex est uis animę una est ratio,altera appetitus.Rationis est dñari & dirigeret,appetitus aūt obtēperare & dirigi.Ad cōmedationē abstinētiæ facit,ꝙ ait Ambro.Abstinentiæ lex a dño deo a pręuaricatio legis; diabolo. Culpa ꝙ cibū,latebra pⁱ cibū;cognitio īfirmitatis ī cibo,firmitatis uirtus ī ieiunio.Serpēs suadet gulæ,dñs ieiunare decernit. Itaq; gula a paradiso expulit regnantē,abstinentia ad paradisum reuocauit errantē.In decre.di.35.sexto die.Ibi multa pulchra de abstinētia & sobrietate, Exēplum ad cōmendationē abstinentię, de honorato puero postmodum abbate,qui a pueritia cæpit abstinere ab esu carniū & in cōuiuio aliorum aliis comedētibus carnes, piscis qui in illis ꝓtibus nō inueniebaī diuinitus ꝓcuratus est intrās sirulam cum hauriretur aqua de quo comedit sufficienter,vt habetur in lib. dyalo.

¶ Ex dicta aūt ꝓprietate multæ aliæ sequnt, q̄ dā videlicet pertinētes ad mētem & q̄dam ad corpus.Proprietates ad mentē pertinentes uidentⁱ esse tres.Nā primo aium syncerū reddit vt ad ornādū sit feruentior.Scđo memoriā nutrit,vt ad reminiscendū sit promptior. Tertio intellectū acuit ut ad speculandū sit subtilior.

¶ Quantū ad primū sciendū ꝙ nimietas cibi caloré naturalē suffocat propter qđ cibū decoquere non pōt,ex quo contingit ꝙ natura corporis cibi pondere prægrauata,& quasi suis uiribus sepulta mente ipsam secū submergit,& eam ꝓpria operatione destituit. Vnde scriptū est Oseæ.9 Memphis sepeliet eos. Mēphis interpretatur ea ore, vbi dat intelligere,ꝙ superfluitas cibi,quę ex uitio oris occasionem habet hoiem gulæ deditum sepultū tenet. Nā sicut, dicit Greg.Quanto corpus impletur,tanto aīa minorarur,supplę in actibus viriū suarum. Et hoc est quod dicit dñs Lucæ.21.Attendite ne grauētur corda vestra in crapula & ebrietate. Daniel vit desideriorum ut aptior esset ad diuina suscipiendū & orandū triū hebdomadarum diebus panē desiderabilē non comedit,& caro & vinum non introierunt in os suū Dan. 10.Postea habuit maximas visiones & reuelationes.¶Secundo virtus abstinentiæ memoriā nutrit,cum enim stomachus nimio cibo repletur multi fumi ab ipso ascendunt ad cerebrū ipsumq; obnubilant & deordinant, & ex hoc habent virtutem memoratiuā quæ est in ꝑte posteriori cerebri obfuscare,& intētiones acceptarum specierū destruere.Vnde dicitur Oseę. 13.Saturati sunt & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.Parcitas autē cibi modicas permittit fieri,exaltationes,& idcirco uis memoratiua in suo uigore perfistens fortis est ad memorandum.Cuius signum apparet in euigilantibus post somnū,qui digesto cibo promptiores inueniuntur ad reminiscendū ea quorum repleto stomacho memoriam prius non habebant.Et ideo congrue hora matutinalis inuenta est ad traditionem doctrinæ, tunc.n. homo est potentior ad retinendum & rememorandū que auditoribus sunt tradēda.Vñ vnus de trib.cibicularijs regis Darii qui fecerant quæstionem inter se.Quid inter oia esset fortius, dixit vinum,quia seducit mentem & regis & serui facit mētē vnā & non meminit omnē tristitiā & debitū.Quod intelligitur cum vinum & alia cibaria inordinatæ sumūtur.2.Esdre 3.

¶ Tertio abstinentia intellectum acuit ad subtiliter speculandum,cum.n.operatio intellectus ortū habeat a sensu & fantasia ſm doctrinā philosophi necesse est,ꝙ ex mala dispositione partis sensitiuę & virtutis imaginatiuæ,virtus intelligentiæ innabilis reddatur ad speculationē veritatis.Nihil autem est quod sic sensum obstiuat & fantasiam deordinat, sicut cibi superfluitas ex quo vlterius impedimētum cōtingit in recto operatione intellectus, ſm qđ dicit Tullius.Mente inquit recta vti non possunt multo cibo & potu repleti, vnde dicit Hiero.venter pinguis pinguem sensum gignit & Sene.dicit.Copia ciborum subtilitas impeditur Dañ.1.haberur,ꝙ Ananias,Azarias, Misahel abstinentes reperti sunt sapientiores & acutiores omnibus.Cryso.Nihil sensum acumen operatur sicut moderata refectio de conse.dist.5.Nihil enim sic iocundum.

¶ Sunt vlterius aliæ tres proprietates abstinentiæ ad corpus pertinentes. Et prima est quia corpus per abstinentiā nutritum tēplum Dei efficitur.Secunda quia cibo sumpto hō delectabiliter vtitur.Tertia quia per eam ciuiliter viuitur.Est ergo prima proprietas abstinentiæ circa corpus cōsideranda q̄dam dedicatio templī, ſm illud apostoli.1.Corin.6. Templum dei sanctum est quod estis uos.Cum.n.corpus sit quoddā instrm animæ faciliter ab ipsa ducitur ad opera uirtutis quando est parcè nutritum.Et cum in ipsa rōne sint seminaria uirtutum plātata,quarum cōplemētum esse non pōt nisi obsequiū pstetur a corpore,qđ est aīæ associatū & ꝓ mācipio datū cōsequēs ē ꝙ ipsū

corpus

f.1.

De triplici effectu abstinētiæ quo ad mentē.

§.2.

De tribus effectib. abstinentis quoad corpus.

corpus per abſtinentiam gubernatũ, erit quaſi quędã porta virtutũ & clauſura vitiorum, & ex hoc reddet habitaculũ ſanctũ, nã ex hoc cauſat quædã præparatio oium virtutũ, per quas ſpiritusſanctus mentẽ inhabitat. In huius figura hr̃ in li. Iudicũ ꝙ Sãſon tenẽs mandibulã aſini in manu irruente ſpũ in eũ occidit mille philiſteos. Aſinus eſt corpus noſtrũ, mãdibula ſignificatos, ꝙ cum quis refrenat vincit tẽtationes diaboli. Secunda proprietas abſtinẽtię ad corpus pertinens eſt, ꝙa facit corporalẽ vitã delectabilẽ & ſanã. Cibus. n. cũ moderamine ſumptus primo in guſtu delectationẽ facit. Cauſatur. n. delectatio ex coniunctione proportionata cõuenientis cũ cõuenienti. Qñ ergo cibus tpatæ ſumit tã in quãtitate q̃ in qualitate, tũc cõueniens cũ cõuenienti coniungit, ꝙa guſtus cui cibus cõiungit conuenientiã hẽt ad ipſum in mõ & mẽſura, & tũc ſequit delectatio. Vnde maiorẽ delectationẽ ſentit tpatus in cibo q̃ guloſus. Quãto. n. guſtus eſt ordinatior & natura purior, tãto delectatio quę inde percipitur erit maior. Vnde dr̃ Eccleſi. 31. Somnus ſanitatis in hoĩe parco dormit vſque mane, & aĩa ipſius cũ ipſo delectabitur Cryſo. Nihil ſic iocundũ eſt ſicut cibus bene digeſtus aut decoctus. Nihil ſic ſalutẽ conſeruat, nihil ſic ęgritudinẽ fugat ſicut moderata refectio. Sufficiẽtia quippe cum nutrimẽto & ſoſpitatẽ ſimul procreat & voluptatũ. Abundantia verò morbũ facit & moleſtias ingerit, de cõſec. di. 5. Nihil ad idẽ facit ꝙ dixit Hiero. in duob. c. ſe. ibidẽ. Saluator mittens ad prædicandũ diſcipulos dixit. In quacunq; domum intraueritis, & ſuſceperint vos manducate quæ apponuntur vobis Luc. 10. In quibus verbis non amplã licentiã comedendi plura vel meliora conceſſit, ſed voluptates & curioſitatẽ quęrendi cibos delicatiores reſtrinxit. Nã Chriſtus abſtinens fuit, nec legitur carnes comediſſe niſi agnũ paſcalẽ, vt dicit magiſter in hiſto. ſchol. Et conuiuiũ ſuũ fecit ex panibus & piſcibus eos multiplicando, vt patet Io. 6. Cæſar ẽt Aug. (vt narrat Policratus) minimo cibo erat cõtentus atq; vulgari. Nam panem ſecũdarium, piſciculos minutos, & caſeũ bubalũ comedere ſolitus erat. Sequetur etiam cõmeſſationes inordinatas & lautas paupertas, ſm illud Prouer. 21. Qui diligit epulas in egeſtate erit. Infirmitates etiam Eccl. 37. In multis eſcis erit infirmitas. Nauſea. Prouer. 27. Aĩa ſaturata calcabit fauum. Vnde ſm Rabi Moyſen. Præcepit Deus in lege iudęorum ꝙ non comederent carnes porcinas, quia ex eis generanẽ infirmitates & multæ guloſitates cõmittuntur circa illas. Hinc & Hiero. ait. Legimus quoſdam morbo articulari & podagræ humoribus laborãtes, proſcriptione bonorũ ad ſimplicem mẽſam & pauperes cibos redactos cõualuiſſe. de conſec. diſt. 5. Legimus. ¶ Tertia proprietas abſtinentiæ ad corpus pertinẽs conſiſtit in curiali a politico cõuictu cũ aliis. Cibus. n. moderatè & ordinatè ſumptus mundiciam corporis cauſat per hoc, ꝙ oẽs ſenſus exteriores puros & immaculatos tenet. Et hoc maxime requiritur in humana conuerſatione, quæ maximè in conuiuendo aliis cũ quibus expedit habere mundiciã corporalẽ conſiſtit. Vnde Ber. ſcribit ad fratres de monte Dei. Si manducat mẽſam tuam ſobrietas perornet. Vitium aũr guloſitatis horridas immũdicias & incurialitates multas facit. Nam & ipſum hos quidem eſt nobiliſſimum mẽbrum, vtpote deputatum officio loquendi, & maximè neceſſarium cõuerſationi, hoĩem inficit & eius anhelitum fetidũ reddit, vt de guloſis poſſit verificari illud Pſal. 5. Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Propter nimiam. n. inordinatã cibi ſumptionẽ guſtus corrũpitur pp quod inde fetidè exhalationes erumpunt. Contingunt ẽt in ſingulis aliorum ſenſuũ meatibus ſuperfluitates inhoneſtæ quæ vitam ſocialem maculant & conturbãt. Vnde in Epiſtola Iudæ dicitur de guloſis. Hi ſunt in epulis ſuis maculosè conuiuantes. Hinc Hier. Multi in patientia gulæ vomitu remediantur & quod turpiter ingeſſerunt turpiter egerunt. Hypocras docet in Amphoriſmis. Craſſa & obeſa corpora quæ creſcẽdi menſurã impleuerunt, niſi cito ablatione ſanguinis minuantur in paraliſim & peſſima morborũ genera erumpere, de cõſe. di. 5. Ne tales. Prædictũ ẽt vitium cęteros hoĩs actus inhoneſtos facit quantũ ad corporis mẽbra, puta tremorẽ manuum, effuſionẽ vultus, oculorũ toruitatẽ, tranſglutiendi feſtinantiam & feſtinatã auiditatẽ, & multa alia ex quibus ſequitur inhoneſtas in conuerſatione ciuili. Hęc autem remouet abſtinentia quæ hoĩem ordinatum reddit quantũ ad prędicta omnia. Narrat Pet. Dam. ꝙ vxor quædã Veneti Cõſtantinopoli adeo delicate viuebat vt ẽt cõibus aquis dedignaretur ablui, vnde ſerui eius rorẽ ſatagebant colligere, ex quo laborioſum ſibi balneum præpararent. Cibus manibus nõ tãgebat, ſed fruſtatim ſciſſos quibuſdam fuſcinulis aureis ori ſuo adhibebat. Eius cubiculũ tot aromatũ, generibus redolebat vt narrare tm̃ dedecus feteat. Sed quantũ omnipotẽti Deo exoſa fuerit, patet quia corpus eius totum computruit, ita vt membra corporis marceſcerent, vndiq; totum cubiculum increbili fetore repleuerit. Nec quiſquam de ſeruientibus

Sanſon mãdibulam aſini mille philiſteos occidit.

Modera ta refectiomagnũ cõmodum corpori Affert.

Sup. de gula. 2. par. ti. 6.

Exẽplũ notabile.

lientibus tãtam perferre nariũ putredinẽ poterat vix vna ancilla nõ ſine olentis ſpeciei auxilio in eius obſequio perdurante. Eadem tñ raptim accedebat & protinus fugiens diſcedebat diutius hæc languore decocta & miſerabiliter cruciata amicis letantibus diẽ clauſit extremũ. ¶poſt prædicta videndũ eſt de cauſis factiuis & cõſeruatiuis abſtinẽtiæ quas quatuor poſſumus aſſignare. Prima eſt aſſuefactio a iuuentute ad aliquod licitũ & honeſtũ exercitiũ. Mens.n.humana ſm quod dicit Grego. neſcit eſſe ocioſa, ſed ſemper occupari deſiderat. Et qñ eſt occupata circa vnum cũ diuerſis non poſſit intendere a quocunque alio remittitur. Ex intentione aũt mentis ſequit affectio circa illud cui intendit. Nã illud ad mens eſt affecta cui maximè eſt intenta, ita tñ ꝙ perſeuerantia adſit, nam continuatio operis triſtitiã a mente elongat & delectationem cauſat. Maximè aũt hoc contingit qñ quis circa ſtudiũ litterarum ſe occupat pp naturalem inclinationem intellectus ad veritatẽ. Omnes.n.homines natura ſcire deſiderãt, vt dicit philoſophus in 1.meth. qñ ergo huic naturæ deſiderio quis ſatisfaciat per exercitium ſtudij quietatur mens ab omni alia occupatione pp conformitatem quam habent mens ad hmõi laborem. Qñ vero homo a iuuentute incipit ociari oẽs animæ vires in quadam fame nutriuntur cupientes in aliquo ſenſibili ſatiari. Nam & aures eſuriunt rumores, oculi vanitates, gula cibos, & lingua loquacitates, quæ tñ oĩa ſi habeantur mentem non ſedant, quia talibus non paſcitur. Quærit.n.cibum nobiliorẽ qui eſt ſcientia vel virtus. Vnde ſcriptum eſt Prouer. 21. Deſideria occidunt pigrum. Noluerunt.n. quicquã manus eius operari, tota die concupiſcit & deſiderat. Patet ergo ꝙ ſalubris occupatio eſt magna cauſa non vacandi cibis & potibus, nec multum curandũ eſt de eis. Dñs noſter vt daret nobis exẽplum vacandi ſtudio ſcripturæ, cum tentatus fuit de gula dixit. Non in ſolo pane viuit homo, quaſi remedium contra gulam Matthę. 4. Secunda cauſa eſt debita ordinatio quaſi in cibo eſt obſeruanda ſm q uinq; conditiones quæ trahuntur de quadã glo. ſuper illo verbo quod dixit Eſau ad Iacob. Da mihi de coctione hac ruſſa Gen. 25. Prima cõditio eſt ꝙ quis horã comedendi vel indigentiæ nõ præueniat. Et iſte eſt primus modus quo gulæ vitium nos tentat, ꝙ maximè eſt deteſtabile in quocunque ciue, & maximè rectore aliorum. Vnde maledictio indicit talibus, vt hĩ Eccl. 10. Veh inquit tibi terra cuius rex eſt puer, & cuius principes mane comedunt. Poſtea ſubditur. Beata terra cuius rex nobilis eſt & cuius principes comedũt tpe ſuo. Ionathas mortis ſniam meruit, quia in guſtum mellis conſtitutũ tps comedẽdi anteceſſit. 1. Reg. 14. Secunda conditio eſt ꝙ cibos nõ quærat ſeu accipiat nimis delicatos, ſicut diues epulo qui epulabatur quotidie ſplendide ob hoc ſepultus eſt in inferno. Luc. 16. ¶Tertia conditio ꝙ non comedat nimis ſm ſuã cõplexionem, quia ꝙ vni multũ aliqñ eſt alteri paucũ in hmõi offenderunt, de quibus dĩ in pſal. Manducauerunt & ſaturati ſunt ni. &c. hiſtoriã habes Nu. 11. ¶Quarta conditio eſt ꝙ non comedatur cũ nimio ardore & rapacitate, ſicut Eſau lenticulæ coctionẽ. Dauid ãt aquã concupitam de ciſterna Bethleem effudit 2. Reg. 13. ar. diſt. 41. quiſquis. ¶Quinta conditio eſt ꝙ non nimis accuratè & ſtudioſè præparat, ſicut faciebãt filij Heli de his quę offerebant. 1. Re. 2. hinc & Aug. Fieri nõ poteſt vt ſine aliquo vitio cupiditatis vel voracitatis præcioſiſſimo cibo ſapiẽs notaꝝ. Inſipiẽs aũt fediſſima gulę flãmã in viliſſimũ holus inardeſcat &c. di. 41. Quiſquis. ¶Tertia cauſa abſtinentiæ eſt elongatio vel ſubtractio ab his quæ pñt deſideria carnis accendere. Inter alia.n.quæ fugant oĩa vitia carnis tã circa cibos q̃ circa actus venereos eſt ſubtrahere occaſiones peccatorũ. Nam qui ſe talibus offerunt puta colloquijs mulierũ, aſpectibus earum, & mẽſis pinguibus, vbi varia & delicata fercula apponuntur, cauſam præbent vt tentẽtur, ꝙ eſt valdè periculoſum in talibus vbi tẽtat ſuauitas & voluptas. Tutius.n.in hac materia fugitur bellũ q̃ expectetur. Vnde ſcriptũ eſt de prima muliere ꝙ vidit lignũ pulchrũ & delectabile quod maxime concupiuit. Vbi dicit glo. ꝙ non licet intueri qđ non licet concupiſci. Angeli qui Sodomã ſubuerterunt educentes Loth de ciuitate dixerunt ei. Noli reſpicere poſt tergũ, nec ſtes in omni circa regione. Gen. 19. Ad ſignificandũ ꝙ non ſolum recedendum eſt a peccato ſed ẽt ab omni eo ꝙ habet præſtare occaſionẽ & inducere ad peccatũ. ¶De ieiunio habes multum & plenè in 2. par. ¶Quarta cã abſtinentiæ eſt cõſideratio eorum quæ ad ipſam habendã inducunt. Et hæc ſunt præcipue quatuor. ſ. natura, ſcriptura, ſortuna, & mors futura. Natura quidẽ abſtinentia prędicat, ꝙ patet ex oris paruitate. Nã ſicut dicit philoſophus in li. de na. animal. homo cõparatione ſui corporis inter cętera aĩalia eſt parui oris per ꝙ datur intelligi ꝙ debet eſſe parui cibi. Ad hoc ẽt idem natura fecit breuem tranſitum in tranſglutiendo cibum. Vnde breue guttur dedit ſibi vt citius ſe de cibo expediret vtpote ad maiora factus. Vnde dicit Bernard.

§. 3.

Ad ordinate comedendũ quinque conditiones requruntur.

De quatuor quę ad abſtinentiam inducũt.

Volu-

Voluptas gutturis quę tanti hodie extimatur vix duorũ habet latitudinem digitorum. Modica ergo debet esse delectatio vbi breuis est transitus, ſm illud Iohelis 1. Vlulate qui bibitis vinum in dulcedine, periit enim ab ore vestro. Vnde dicit Sen. Voluptas est breuis fastidio obiecta quo auidius hausta est citius in necessarium recidens. Reprehenditur a philosopho in li. ethi. ille epicurus qui orabat Deum ventris, vt haberet guttur longum vt grus, vt diutius delectatio gustui insideret.

¶Item scdo scriptura ad parcitatẽ cibi inducit. Dicit. n. q̃ initium vitæ hominis est panis & aqua. Eccl. 29. & Gen. 1. Deus assignauit eandem escam homini & bestiis. Ecce inquit dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent seipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam & cunctis animãtibus, ad quod etiam facit quod dicit Hieroy. dist. 35. Ab exordio creaturæ rationalis nec carnibus vescebãtur &c. Similiter nec vino, vt dicitur in eadem distin. sexto die. Daniel cum sociis petierunt sibi dari legumina cum aqua, ſm q̃ scriptura concesserat. Tertio ad parcitatem victus fortuna inducit. Considerare enim debet quilibet cum alio habere naturæ parilitatem, & eundem productorem Deum. Vnde ergo debet vnus delitiis abundare, alius miseria consumi. Vnde Amb. Quis. n. tam iniustus tam auarus, quam qui multorũ alimenta suum non vsum, sed abundantiam & delitias parat 2. di. 48. sicut hi. Zacheus princeps publicanorum & diues bona sua cum pauperibus non habentibus diuidenda promittebat Luc. 19. & Iob dicit, si comedi buccellam meã solus & nõ comedit pupillus ex ea Iob. 21.

¶Quarto valet ad parcitatẽ consideratio mortis futuræ. Si quis enim finem carnis consideret, & quomodo vermibus escam paratur, faciliter a gulæ vitio refrenatur. Vnde Gregor. Nihil sic valet ad carnis desideria edomanda sicut cogitare qualis sit futura mortua. ¶Exemplum in Vita patrum cum quidam scholaris Bononiæ voluptatibus corporis deditus visitaretur a quodam nostro fratre suo compatriota, timens scholaris sui conuersionem ex verbis fratris, fecit pactũ q̃ nil diceret de Deo, quod ille promisit nisi tãtum duo verba in fine sermonis sui. Et post locutiones plurima recedens dixit ei illud Esa. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes, quę verba nõ potuerũt a corde eius recedere quousque effectus est frater nr, qui & sancte vixit.

§. 4. ¶In quibus tpibus seu diebus sint instituta ieiunia ab ecclesia, hr supra in 2. par. ti. 6. de gula. Quare aũt illis diebus magisq̃ aliis sint institũta, hæc oia plenius declarant. Notandũ igitur ſm B. Tho. 2. 2. q. 47. ar. 5. Cum ieiuniũ ad duo ordinetur, s. ad delectionẽ culpæ & elcuationẽ mentis in ſuperna, ideo ſpecialiter illis tpibus fuerunt ieiunia indicenda quibus oportebat hoĩes a peccato purgari, & mentes fideliũ in ſuperna eleuari per deuotionẽ, hoc aũt præcipuè imminet ante pascalẽ solẽnitatẽ in qua & culpæ per baptismũ relaxãtur qui solẽniter in vigilia pascæ celebratur, dum. s. benedicunt fontes baptismales, & Christi fideles adulti tunc baptizabantur cõiter. Recolitur. n. tunc Dñica ſepultura, & per baptismũ consepelimur Christo in mortẽ, vt dr ad Rom. 6. In festo ẽt pascæ maxime oportet mentẽ hoĩs eleuari per deuotionem ad æternitatis gloriã q̃ Christus resurgendo inchoauit ac ẽt fideles dñi in hmõi solẽnitate cõicare, & ad cõionem accedere oportet mẽte eleuata ad Deũ, & iõ immediatè ante ſolennitatẽ pascalẽ ecclesia statuit esse ieiunan dũ. Et eadẽ rõne in vigiliis præcipuarũ solẽnitatũ in qbus nos præparari oportet ad festa futura deuotè celebranda. Similiter in ſingulis quartis anni consuetudo ecclesię habet vt sacri ordines conferant, ad quorũ susceptionẽ oportet per ieiuniũ præparari, & eos qui ordinant, & eos qui ordinandi sunt & totũ populum pro cuius vtilitate ordinant. Vnde & legit Luc. 6. q̃ dñs ante discipulorũ electionẽ exiuit in montem orare, q̃ exponẽs Amb. ait. Quid te facere conuenit cũ vis aliquod officiũ pietatis adoriri qñ Christus missurus Apostolos prius orauit.

De causa institutionis ieiunij, & qbus tpibus.

De causa ieiunij quatuor tẽporum.

¶Põt ẽt rõ assignari ieiunii quatuor tpum, s. vt demus primitias tpis Deo. Sũt. n. duodecim dies in toto anno quasi pro primis diebus duodecim mensiũ anni. Et sicut p ieiuniũ quadragesimale Deo damus decimas tpis, ita per ieiunium quatuor temporum damus primitias, vtrunq;. n. in lege mandat offerri. s. decimas & primitias. Ratio aũt ſpãlis, quare 40. dies ieiunantur in 40 est triplex ſm Greg. in hom. Prima est quia virtus decalogi per libros quatuor S. Euangelij impletur, denarius aũt quatet ductus in quadragenariũ surgit. ¶Secundar ō est q̃a in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus per cuius voluptatem præceptis dñi eis contra dicimus, quę per decalogũ sunt accepta, vnde dignũ est vt eandẽ carnẽ quaterdecies affligamus. s. per ieiunium 40. ¶Tertia ratio est vt Deo offeramus decimas temporis ſeu dierum anni, sicut aliarum rerum. Cum enim annus per 365. dies ducitur, nos autem per 36. dies affligamur qui sunt ieiunabiles in sex septimanis 40. quasi anni nostri decimas

Exẽplũ.

Rõ triplex q̃re ieiuniũ quadragesimale est institutũ.

Deo damus. Hæc tertia rō ponit de cōse. dis. 5. Quadragesima. Vbi sciendū q̄ ante tp̄s Greg. quadragesima inchoabat in 2. fe. post dn̄icam in 40. & s̄m istā computationē loquit. Sed ipse Greg. addidit quatuor dies ieiunij q̄ sunt ante dn̄icam in 40. & sic efficiūt 40. dies ieiunij, vt conformaremur Xp̄o in ieiunio, qui ieiunauit 40. diebus, vt dr̄ Matt. 4. Nō aūt conformamur ei quo ad tp̄s huius ieiunij. Nā ipse ieiunauit immediate postq̄ baptizatus fuit, quod fuit de mēse Ianuarij, qa immediate post Epiphaniā, nostrū aūt ieiuniū 40. inchoat in mēse Feb. vel Martij, ante. s. tp̄s quo celebratur solēnitas baptismi nr̄i. i. vigilia pasce. Rō diuersitatis huius est, qa in nobis p̄mittit baptismus vt p̄paratoriū in adultis ad consecutionē effectus baptismi, q̄ est remissio peccatorū. Sed baptismus Xp̄i nō fuit ad remissionē alicuius sui peccati. cū nullū haberet, & ideo non eguit p̄paratorio, voluit tn̄ ieiunare post baptismū ad dandū exē plū baptizatis exercitij ieiunij, q̄ iuuat ad vincendū tentationes. Additur & quarta rō Aug. Creator est trinitas, p̄r & filius, & sp̄ūsanctus. Creaturæ vero inuisibili debetur ternarius numerus, dū Deū diligere iubemur ex toto corde ex tota aīa & tota mēte. Creaturæ vero visibili debetur numerus quaternarius, p̄p humidū & siccū calidū & frigidū. Sic ergo per denariū significantur oēs res, q̄ si ducant per quaternariū qđ cōpetit corpori per qđ administratio geritur quadragesimū numerū conficit. Et notandū q̄ quāuis Iudęi habeant ieiuniū quatuor tp̄ibus anni p̄p qđ dr̄ Zach. 8. Ieiuniū quarti, ieiuniū quinti, ieiuniū septimi, ieiuniū decimi. s. mēsis erit domui Iudę in gaudiū & in solemnitates, non tn̄ p̄p hoc ecclesia dr̄ iudaizare in ieiunio quatuor tp̄um. Nō. n. eisdem tp̄ibus nec eisdē de causis ieiunat ecclesia. Quod patet ex dictis Hiero. super inducta auctoritate Zachariæ. Dicit. n. & hr̄, dist. 76. Ieiuniū q̄ ieiunium quarti mēsis apud iudęos est de mense Iulij. Nam primus mensis apud Hebręos est Aprilis. Ieiuniū aūt illud quarti mensis. s. in Iulio obseruabant, qa tunc Moyses descendens de mōte Synai tabulas legis diuinæ cōfregit p̄p idolatriā commissam ab illo populo, & iuxta Hiere. muri primo rupti sunt ciuitatis, per Nabuchodonosor in quinto mēse qui apud nos dr̄ Augustus ieiunabant Iudęi cū p̄p exploratores terræ promissionis orta est seditio in populo, & iussi sunt in montē nō ascendere, & in hoc mense a Nabuchodonosor, & postea a Tito & Vespasiano templum Hierosoymisl incensum est, in septimo mēse. s. q̄ est October Godolias occisus est, & reliquiæ populi dissipare. In decimo qui dr̄ Ianuarius apud nos populus cum Ezechiele q̄ in captiuitate Babylonica positus erat audiuit tēplum Dei esse subuersum. Notū est aūt q̄ ieiunium ecclesiæ in quatuor tp̄ibus non seruatur in illis mensibus, nec istis de causis.

¶ Causa seu rō prohibet esus carniū & lacticiniorū in ieiuniis ecclesiæ, assignauit B. Tho. 2. 2. q. 147. art. 8. Sic ieiuniū est ab ecclesia institutū ad reprimēdas cōcupiscentias carnis, quæ quidē sunt delectabiliū s̄m tactū quæ consistūt in cibis & venereis, & ideò illos cibos ecclesia ieiunantibus intercidit, q̄ & in comedendo maximè habent delectationē, & iterū hoiem maximè ad venerea prouocant, hmōi aūt est esus animaliū in terra quiescentiū & respirantiū, & quæ ex eis procedunt sicut lacticinia ex greffibilibus, & oua ex auibus. Quia. n. hmōi magis cōformantur humano corpori plus delectant & magis cōferunt ad humani corporis nutrimentum, & sic ex eorū comestione plus superfluit, vt vertatur in materia seminis cuius multiplicatio est maximū incitamentū luxuriæ, & ideò ab his cibis præcipuè ieiunantibus ecclesia statuit abstinere, di. 4. Deniq; & de esu carnium semper obseruat in oī ieiunio, vt s. abstineatur. Quo aūt ad oua & lacticinia seruat in 40. in aliis ieiuniis statur cōsuetudini locorū. Nec obstat q̄ vinū est ēt prouocatiuum ad luxuriā multū p̄p qđ dr̄ prob. 20. Luxuriosa res est vinū, & ad Ephe. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria, & tn̄ in ieiunio nō prohibetur potus eius. Dicit. n. Tho. vbi supra, q̄ ad actum generationis tria concurrunt. s. calor, spiritus, & humor. Ad calorē quidē maximè operat vinum & alia calefaciētia corpus. Ad spiritus aūt causandos vel multiplicandos vñr operari inflatiua: Sed ad humorē maximè cooperat esus carniū ex q̄bus multū ex alimento generatur. Alteratio aūt caloris & multiplicatio spirituū cito trāsit, sed substantia humoris diu manet, & ideò magis interdicitur ieiunātibus esus carnium q̄ vsus vini vel esus leguminū, quæ sunt inflatiua. ¶ Item nota q̄ cū dr̄ horā comestionis congruā in ieiuniis esse horā nonā vel circa, non vr̄ nona sumi s̄m qđ loquitur scriptura sacra de nona. Vel ēt doctores loquētes de ieiuniis, cum. n. dies artificialis diuidatur s̄m scripturam in 12. horas, quæ in equinoctio vernali vel autumnali esset tanti spacii vt horæ nr̄æ, vnde & in parabola de cōductis ad vineā hora 11. dictum fuit ab aliis. Matt. 20. priori tpe conductis, hi nouissimi una hora fecerunt quæ. s. superfluebāt de illa die, sic ergo hora nona esset hora 21. vt tm̄ tres horæ restant de die B. Tho. etiam vbi supra, dicit quòd hora sexta vel circa

§. 5. De causa phibitionis esus carnium & lacticiniorum.

Cā quare vsus vini admittit.

De hora comestionis tpe ieiunii.

ca cõsueuerunt hoīes cõiter prandere in diebus in quib. nõ ieiunant Sole tũc ꝓueniẽte ad summũ eius ascẽsum quod vr̃ esse in meridie in sexta hora diei artificialis, & per cõsequens in 18. hora diei naturalis, inde ad nonã remanent tres horæ, vr̃ ergo dicendum tũc hora nona quantũ ad ieiuniũ ecclesiæ, ꝙ dr̃ proprie hora sexta. i. in meridie, quia sic seruat consuetudo generalis ecclesiæ, extra de consue. c. cũ dilectus, ꝙ est optima legũ interpres ꝙ ẽt legem tulit, & tunc etiam pulsatur ad nonam.

§. 6. ¶ De fructibus seu vtilitate ieiunii, primo in genere, postea in spẽ. De ieiunio quadragesimali. In oĩbus exhibeamus nosmetipsos sicut, dei ministros. Et inter cætera subdit in ieiuniis. 2. ad Cor. 6. Ieiunium vt dicit Hieron. est fundamentũ virtutum, & Ambr. vides quanta sit uirtus ieiunii, ut sputũ ieiuni hoīs serpẽtẽ occidat. Valet utiq, ad multa. Primo euadere facit diuinam sn̄iam, vñ niniuitæ quorũ ciuitas debebat subuerti, uestiti saccis, & ieiunantes euaserũt diuinum illud iudicium dño miserãte, ut patet Ionæ 3. Secundo ieiunium disponit ad gr̃am, quod patet in Cornelio Centurione, cui ꝓpter ieiunia, & elemosynas quas faciebat apparuit oranti ipsi Angelus, & dixit ꝙ mitteret ꝑ Petro, ꝙ doceret eum viã salutis qđ & factũ est, & recepit visibiliter spũscm. Actuũ 10. Et ꝓpter hoc ẽt ecclesia ordinauit oēs fideles debere ieiunare in quatuor tẽporibus ad impetrandũ ordinãdis gr̃am spũsanc̃ti cum ꝑ vtilitate populi ordinentur. Tertio ieiuniũ ad sapiẽtiã & noticiã diuinorum disponit. In cuius exẽplum est ꝙ Daniel post ieiuniũ factum habuit magnas reuelationes de diuinis. Dan. 10. Et Anna ꝓphetissa ꝙ vacabat ieiuniis, & orationibus in tẽplo meruit Dei filiũ incarnatum uidere & recognoscere. Luc. 2. Quarto ieiunium consolationem angelicã ꝓmeretur Vñ post ieiunium peractum a Xpo accesserũt angeli, & ministrabant ei. Matth. 4. Quinto ieiunium dyabolũ expellit corporaliter & spũaliter. Matth. 17. Hoc genus demoniorum nõ eiicitur nisi in oratione, & ieiunio. Sexto ieiuniũ carnis cõcupiscentias domat prouerb. 26. Dũ deficerent ligna. s. ciborum extinguitur ignis luxuriæ. Et apostolus postquã dixit in ieiuniis subdit in castitate. s. exhibeamus nosmetipsos. Ex hoc insinuans ieiunium maxime valere, & cãm esse castitatis, vñ & primi parentes dũ seruauerunt ieiunium in paradiso non senserunt stimulos carnis, sed immediate facto ieiunio Gen. 3. Septimo ieiunium fortitudinẽ animæ adiicit. In cuius figurã Iudith ꝙ ieiuniis multum insistebat, habuit tantã fortitudinẽ & constantiã mentis vt Holofernẽ occideret. Iudith 13. Octauo uictoriã in bellis obtinet. Vnde filii Israel congregati ad delenda tribũ Beniamin, ꝓpter scelus cõmissum, primo & secundo fuerunt, debellati, tertiã uice facto ieiunio habuerũt uictoriã Iudic. 2. Nono ꝑ speritatẽ itineris procurat, vnde Esdras cum multis de captiuitate Babylonica redeuntes Hierosolymã facto ieiunio haberũt ꝑ sperum iter ut habetur 1. Esdræ 8. Decimo conducit ad supernam patriã. Vñ Helyas facto ieiunio 40. dierum peruenit ad montem dei Oreb. In spãli de ieiunio quadragesimali. ¶ Nota ꝙ dicit dns Io. dñici sup Matth. dicit. n. ꝙ numerus ipse quadragenari' oñdit finalem effectum ieiunii multipliciter. Et primo ex cõpositione ipsius numeri, componitur. n. ex partibus aliquotis ꝙ constituunt simul adiuncte quadragenarium numerũ, partes aliquote sunt, vnum duo. 4. & 5. 8. & 10. & 20. cõponitur. n. ex vno, quia vnarius multipli catus per 40. cõstituit quadragenarium & duobus, quia binarius, multiplicatus per 20. constituit. 40. Itẽ ex quatuor, qa quaternarius multiplicatus per decem constituit. 40. Item ex quinque quia quinarius multiplicatus per octonarium constituit. 40. Itẽ ex octo, qa octies quinq; cõstituunt quadragenarium. Itẽ ex. 10. quia 10. multiplicata per quatuor cõstituunt. 40. Itẽ ex. 20. qa vrgenarius multiplicatus ꝑ binarium constituit quadragenarium. Ista recolecta simul vnum. 2. 4. 5. 8. 10. & 20. constituũt 50. qui est numerus iubileus: ad innuẽdum ꝙ per ieiunium 40. peruenitur ad iubileum cordis, & futuram quietem patriæ. Secundo quadraginta diebus dns pluit super terram tẽpore Noe ad iudicandum vitium carnis. In figurã ꝙ uitium carnis comprĩmitur per huiusmodi ieiunium. 40. Tertio ꝙ per. 40. mansiones peruenit populus Israel ad terram promissionis. Et ꝑ ieiuniũ quadragesimale debitẽ seruatũ. s. cum mãna gratiæ peruenitur ad ꝓmissionẽ eternæ hẽreditatis. Quarto quadraginta annis populus ille fuit illustratus columna ignis de nocte, & de die ꝓtectus nube cõtra æstũ ad figurandũ ꝙ ieiunium 40. illustrat mentẽ & ꝑcipuè audiẽdo ꝓdicationes, vt fieri debet & ꝓtegit ab insidiis dyaboli. Quinto Moyses ieiunatis 40. dieb. recepit bis legẽ dni, qa ieiuniũ ad obseruãtiam legis veteris & noui testamenti adiuuat. Sexto Helias ieiunio 40. dierũ peruenit ad mõtẽ Oreb, ubi oñsus est deus, & ꝑ ieiuniũ 40. & alia bona peruenitur ad mõtẽ cõtemplationis, & securitatis. Septũo. 40. hebdomadis Xps stetit ī utero matris uirginis Mariæ, & postea natus ẽ, qa si ieiuniũ & si hẽat Xpm latẽte

Vtilitates ieiunii sunt dec ẽ in genere.

Cornelius Cẽturio ꝓp ieiuniũ uisibiliꝛ recepit Spiritũ sanctum

Filii Israel ob ieiuniũ obtinuerũt victoriã cõtra tribũ Beniamin.

De ieiunio Heliæ.

De numero ꝙdragenario.

in via eo ſeruato hẽt p dulcedinẽ mẽtis patentẽ. Octauo Xps. 40. mẽſibus cõpleuit curſũ ſuę ꝓdicationis in mundo, & poſt ea per crucẽ paradiſum aperuit, & ieiuniũ apit cęlum. Nono Xps 40. horis ſtetit mortuus, & poſt ea ſurrexit & re ieiuniũ mortificatis ſenſibus ad virtutum lucẽ reſurgere facit. Decimo Xps poſt reſurrectionẽ. 40. dieb. cũ Diſcipulis iterpolatim fuit & ieiuniũ letificauit mẽtem prȩſentia Chriſti.

¶ *De ſobrietate. Cap. 5.*

POſtquã dictum eſt de abſtinentia q̃ eſt moderatiua ciborũ & potuũ: cõſiderãdũ eſt cõſequẽter de ſobrietate quæ eſt ſpãliter moderatiua potuum. Vbi tria videre ſufficit. Primo quo ſit virtus. Sc̃o de eius effectib. Tertio quibus maximè cõpetit. ¶ Eſt ergo ſciendũ qd ſobrietas eſt virtus ſpãlis cum ſit vna de partib. tẽperantiæ, vt ponit Macro. Ad virtutẽ. n. moralẽ vt dictum eſt ſupra pertinet cõſeruare bonum rõnis cõtra ea quib. põt impediri. Vbi ergo inuenit ſpeciale impedimẽtũ rõnis, ibi neceſſe eſt poncre ſpãlem virtutẽ ad illud remouẽdum. Potius aũt inebriãs hẽt ſpãlem rõnem impediẽdi vſum rationis inquãtum. ſ. perturbat cerebrum ſua fumoſitate, & ideò ad remouẽdum hoc impedimẽtũ rõnis requirit ſpãlis virtus, & hãc dicim⁹ ſobrietatẽ quæ ſpãliter eſt circa potum ſicut circa ꝓpriã materiã. Licet n. ſobrietas ſumat a mẽſura quę põt inueniri i qualibet materia. Dicitur. n. aliquis ſobrius quaſi briã. i. menſurã ſeruãs. Spãliter tn̄ nomen iſtud ſumitur in illa materia in qua maximè laudabile ẽ mẽſurã ſeruare, hmõi aũt eſt pot⁹ inebriare ualẽs. Nã eius vſus mẽſuratus multum confert, & modicus exceſſus multũ ledit, qa facilr põt impedire vſum rõnis magiſq̃ exceſſus cibi & ideò ſpãliter ſobrietas attendit circa potum moderãdũ, vñ patet q̃ ſobrietas ẽ alia virtus ab abſtinentia quæ eſt cõiter circa cibũ & potũ, de lectationis vtriuſq; moderatiua in cõmẽdationẽ ſobrietatis. Heliæ cui grãdis reſtabat via angelus dñi ad caput ſuum oñdit ſubcinericiũ panẽ & vas aquę. 3. Reg. 19. Apud ãtiquos tn̄ fuit ſtudium de cõſeruanda ſobrietate, & maximè i mulieribus, q̃ ſi qua vinum bibiſſe conprehẽſa fuiſſet ipſam penæ obnoxiã hẽbant, ac ſi uiri thorũ violaſſet. Vñ narrat Vale. q̃ Metellus vxorẽ eo q̃ vinum bibiſſet iuſtè percuſſam interemit, qd factum non tantum accuſatore ſed & reprehenſore caruit, & ſubdit Valerius. Quecunq; fœmina vini vſum immoderatè appetit ianuam vitiis aperit, & virtutibus viam claudit. Quod quidem abſurdum eſt.

¶ Nunc de effectibus ſobrietatis proſequamur qui põt quatuor aſſignari. Eſt. n. intellectualis luminis cõſeruatiua carnalis concupiſcentiæ repreſſiua, Senilis, ætatis decoratiua. Et humane pacis nutritiua. Eſt ergo primo intellectualis luminis cõſeruatiua. Nam vinũ ſi tẽperatè ſumitur cor a quo procedunt cunctæ operationes tam naturales q̃ aiales cõfortat, ſpũs ſtabiles & ſubtiles generat, ipſum cerebrum in quo operationes ſenſitiuæ perficiuntur in puritate cõſeruat & oẽs aiæ vites in propriis operationibus perficit & vigorat. Vñ dr̃ Eccl. 31. Sanitas eſt aiæ & corporis ſobrias potus. Ex his verò ſequit operatio intellectus puriſſima & clariſſima: ad queq; ſubtilia intelligenda. Hęc aũt intellectus ſubtilias per ebrietatẽ tollit, ſicut ſcriptum eſt in Oſee. 4. c. Vinũ & ebrietas auferunt cor. i. mentẽ. qua nihil ẽ in hoſe ꝑſtãtius, vñ & btũs Dñicus inſtitutor ordinis prædicatorum vt melius aiam trãsferret ad ſapiẽtiam, vinum p decẽnium nõ bibit. Sc̃o. ſobrietas eſt carnalis cõcupiſcentiæ repreſſiua, qñ. n. venter mero eſtuat, facile ſpumat in luxuriam vt dicit Hiero. di. 35. venter. In huius figuram Noe. ebrius nudauit femora. Propter quod admonet Apoſt. ad Epheſ. 5. dicẽs. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. ſ. vt in cã effectiua, & ſub hoc ſenſu intelligendũ eſt quod ſcribit ꝓuerb. 20. Luxurioſa res ẽ vinum inquantũ vi delicet ꝓuocat ad luxuriam. Studẽdũ eſt ergo ſobrietati & cauẽdum a ſuperfluitate vini, maximè iuuenibus ſicut dicit Sen. in li. de ira allegãs. Platonẽ Ex hoc faciliter periclitatur caſtitas, vñ ſcribit. Hier. ad Fabiolam virginẽ. O filia ſi Apoſt. caſtigauit corpus ſuũ & in ſuitutẽ redegit ne cum aliis prædicaſſet reprobus efficeretur cũo iuuẽcula adhuc in feruore iuuẽtutis poſita dapibus & vino plena, de caſtitate erit ſecura? In lege de conſecratis nazareotum p̃cipit dñs q̃ a vino & ab oĩ q̃ inebriari põt ſe debeant abſtinere, ad hoc vt purius corã Deo ſtare poſſẽt, qd̃ & Io. Bapt. ſ. ſeruauit. Luc. 1.

¶ Et nota q̃ in cõmutationibus inuolũtariis reperiunt diuersæ species peccatorũ, q̃ hñt propria noĩa, & pertinent oĩa ad iniustitiã, videlicet furtũ, rapina, homicidiũ, veneficiũ, incarceratio, mutilatio, verberatio, falsa accusatio, detractio, derisio, cõtumelia, susurratio, maledictio, adulteriũ, & hmõi, de quibus oĩbus habes supra in 2. part. Et hæc oĩa reducunt ad iustitia cõmutatiuã, per recõpensationẽ iniurię, & dãni ab eo qui fecit ei cui fecit, & bono cõi qđ lęsit, quæ recõpensatio dr restitutio seu satisfactio. Et dr in 5. ethi. Iustũ cõtra passum, qđ ẽt in cõmutationibus voluntariis dr esse iustũ cõtra passum. Et dr cõtra passum fm B. Tho. ex eo q̃ recõpensatio fit fm æqualitatẽ, vt. s. passio recõpensata fit equalis actioni. Non aũt sem per esset æqualis, si idẽ specie aliquis pateretur qđ fecit. Nã siquis percuteret principẽ, si tñ ipse repercuteret tunc maior esset actio q̃ passio & nõ æqualis. Et ideò non solũ percutitur sed multo grauius punit. Similiter cũ qs aliũ inuoluntariũ in re ĩua dãnificat, si solũ puniretur ẽt iudicio q̃ restitueret rem ablatam, maior esset actio q̃ passio, quia ipse nõ sustineret damnum sicut ipse intulit. Vnde punit ut rem multiplicius restituat, quia dãnificauit ẽt non solũ rem priuatã, sed rem publicã, tutelæ securitatẽ infringendo. Similiter in cõmutationibus voluntariis si simpliciter daretur vna res pro altera indifferenter esset alii inequalitas magna, quia vna est multo maioris valoris. Et ideò oportet fm quandam proportionatã mensurationem adequare passionẽ actioni in cõmutationibus. In Iustitia aũt distributiua nõ habet locũ iustũ contra passum, ex eo qa in iustitia distributiua nõ attenditur equalitas fm proportionẽ rei ad rem vel passionis ad actionem. Vnde dr contra passum sed fm proportionabilitatẽ rerum ad personas. De commutationibus voluntariis. s. emptione venditione, permutatione, mutuo accommodato, deposito, pignoratione, locatione, & conductione, fideiussione. Et quõ fit iusta vel iniusta. Et de vsura quæ in his committitur habes supra in 2. part. tit. 1. per totum.

Quid sit vel vñ. Iustũ cõtra passum.

¶ *De Iustitia distributiua.* *Cap.* 3.

Quis sit actus iustitiæ distributiuæ.

DE iustitia distributiua. Nota q̃ actus eius est in debita collatione officiorũ, & beneficiorũ tẽporalium, & ecclesiasticorũ, & in administratione seu dispensatione sacrorũ & bonorũ terrenorũ ecclesiæ vel cõitatis. ¶ Secundo in exhibitione congrua reuerentiæ honorum. ¶ Tertio in recta executione iudiciorum. Et in quolibet horũ si iniustè fiat põt interuenire vitiũ qđ dicitur acceptio personarũ de qua supra in 2. part. Et de iniustitia quæ fit ex parte iudicis, vel aduocati, vel testis, vel rei, vel accusatoris, habes supra in 3. par. tit. 6. & 9. per totum.

§. 1.

De collatione bñficiorũ, & honorum.

¶ Quantum ad collationem beneficiorũ, & honorum. Est sciendũ fm B. Tho. 2. 2. q. 63. q̃ duplex est datio. Vna pertinens ad liberalitatem qua. s. gratis datur alicui, q̃ ei non debeť, sicut cum aliquid alteri donatur. Et ibi non habet locũ acceptio personarũ, quia absque iniustitia potest quis dare de suo quantum vult, & cui vult. Et talis est collatio munerum gratiæ per quæ assumuntur peccatores, a Deo. Alio datio est pertinens ad iustitiam, qua. s. alicui datur quod ei debetur. Debentur autem officia & beneficia his qui sunt meliores ad aliqua pro bono cõitatis. Ad quod debet attendere qui habet ista cõferre. Et quãuis secundum iura sufficiat eligere bonum nec requiratur q̃ eligatur melior. Hoc secundum B. Tho. est verum in foro iudiciali q̃. s. talis electio non potest impugnari si est facta de bono, & non de meliori. Et hoc quia si non fieret sic oĩs electio haberet calumniam. Sed quantũ ad conscientiã elegentis, necesse est eligere meliorẽ, vel simpliciter vel in cõparatione ad bonum cõe. Alias si præponatur minus bonus meliori. i. aptiori ad beneficium vel officiũ rõne consanguinitatis, vel amicitiæ hmõi pertinet ad acceptionẽ personarum quod in collatione spiritualiũ est magis reprehensibile. Si aũt cõsanguineum suum prẹlatus in cõferendo beneficiũ præferret ęque bono, non vr vitiosum nisi rõne scandali, uel excẽpli qđ indè sæpe trahitur. Similiter si quis hẽt distribuere bona cõmunitatis vel alicuius

Quibus bñficia, & honores debeãtur.

societatis indigẽtibus, si præfert multo minus indigentes magis indigentibus rõne amicitiæ vel parẽtelæ & hmõi, vt pertinere ad acceptionem personarũ. Secus si de sua substantia vult dare vni, & non alteri, quia ad illud non tenet. Similiter de officiis cõitatis, quia magis aptis dñt distribui, nisi forte magis aptus haberetur suspectus de aliqua nouitate, & hmõi, sed certe nõ est magis aptus si est perturbatiuus boni cõis. Similiter & onera vel operarũ vel laborũ vel collectarũ sm debitã proportionẽ imponẽda sunt. Alias minus imponẽtes maioribus ratione status, qui magis deberent grauari, pertineret ad acceptionem personarum, & quo teneantur ad satisfactionẽ habes supra in 2. part. §. 2.

¶ Quantum ad sm de exhibitione honorum. Nota sm Tho. vbi supra, q cũ honor sit quoddam testimonium de virtute eius qui honoratur, ideo sola virtus est debita causa honoris. Sed sciendum q aliquis potest honorari nõ solum per virtutem sua propriã, sed et per virtutẽ alterius, sicut principes & prælati honorantur, et si sint mali, inquantũ gerunt personã Dei & cõitatis cui præficiuntur. Iuxta illud prou. 26. Sicut qui mittit lapidẽ in aceruum mercurij. Sic qui tribuit honorẽ insipienti. Et eadẽ rõne parentes & dñi sunt honorandi pp participationem conditionis Dei, qui est oium pater & dñs. Senes et sunt honorandi pp signũ virtutis qd est senectus. Licet hoc signũ qnq; deficiat. Sap. 4. Senectus est honoranda &c. Diuites aũt sunt honorandi, quia maiorem locũ in cõitatibus obtinent. Et si isto modo & hac causa tales honorentur magis q alii quãuis sint mali non est vitiosum. Si aũt solum intuitu diuitiarum honorẽtur esset acceptio personarum. Similiter si quis citius vel potius audiret confessionem vel daret alia sacramenta diuiti q pauperi ratione conditionis diuitiarum, pertinere ad acceptionem personarum. Secus si faceret, quia credit magis indigere, vel etiam quia non potest ea expectare & hmõi.

De exhibitione honorũ qbus & quo dñr

¶ Quantum ad tertiũ de executione iudiciorum. Nota sm B. Tho. q hic et habet locum iustitia distributiua non solum quatum ad rem iudicatam, quia in iudicio potest diffiniri non solum qualiter vnus restituat alteri quod ab eo accepit, quod pertinet ad commutatiuam, sed etiam qualiter aliquid cõe sit distribuendum in multos, sed etiam quantum ad formã iudicii, prout scilicet ipse iudex in ipsa iustitia ab vno accipit & alteri dat, q sm. rationem amicitiæ vel potentiæ alicuius dat iustitiam vel sententiam pro eo vel ratione paupertatis ex compassione quod pertinet ad acceptionem personarum. Vnde dicitur prouer. 18. Accipere personam in iudicio non est bonũ. Et regula iuris in 6. In iudiciis personarum acceptio non est habenda. Vbi glo. Io. An. Signantur contraria di. 40. c. 1 Idem 45. cum beatus. & 24. q. 1. Qui contra pacem. Sol. In pœnis defertur dignitati & personæ, vt ibi. Idem in sedendo & assurgendo, vt di. 93. Non oportet. Et notatur 3. q. 9. c. fi. In iudiciis aũt vel sniis non est habenda acceptio personarũ, vt hic. In eis. n. est equalitas seruanda. Et nota q iudicium interdum ponitur pro eo quod præcedit sniam, vt hic. 1. pro examinatione causæ 2. q. 1. Sicut fine iudicio. Interdum pro condẽnatione vt de consec. dist. 2. timorem. Interdum pro discretione 3. q. 7. in §. tria. Interdum pro vltima voluntate, de sepul. c. penulti. hæc ibi in glo. ¶ Quatuor autem personarum genera requiruntur in ordinario iudicio, s. Iudex, Actor, Reus, & Testis. Vnde dr extra de verborum significatione, forus. Iudex dicitur quasi ius dictans. Ius aũt eo q iustum. Actor siue accusator quasi ad causam vocans. Reus a re de qua impetitur. Etiam si innocens sit. Reus dicitur qui accusatur. Testis quasi superstes. Causa dicitur quasi a casu pp materiam de qua agitur. Quæ ante examinationem dicitur causa. In examinatione iudicium. In terminatione snia. Forus aũt dicitur locus exercendarum litium. Est aũt duplex forus. s. conscientiæ & curiæ seu contentiosus. Et iste duplex, quia ecclesiasticus & secularis. Fori autem sm Pet. de pal. non sunt miscendi, quia aliter procedendum in vno, aliter in alio.

De executione iudiciorum.

De quatuor in iudicio requisitis.

§. 4.

¶ Quatuor aũt modis peruertitur humanũ iudiciũ sm Greg. 16. q. 3. s. timore, amore, cupiditate, & odio. Sed qa de iudicibus in processu iudiciario & accusatore reo & testibus agit diffuse in 3. parte, ideo hic nil vltra de ista materia. Sed ibi vide de hmõi, & de peccatis, quæ in iudicio committuntur a prædictis personis.

§. 5.

¶ Post hoc ostendendũ est iustitiã necessariam esse cuilibet multitudini. Quod primo manifestari põt ex parte finis. Et hoc pręcipuẽ quantũ ad iustitiã legalẽ. Finis aũt qui intendit in regimine ciuitatũ est pax. Talis aũt finis corrumpitur dũ iustitia legis nõ seruat. Nam cum oẽs vel multi legẽ quæ est iustitiæ legalis præceptiua frangant & ad statuta cõia nõ attendũt, sed vnusquisque q sibi placet, & bono priuato vtile credit hoc facere studet, ordo politię peruertitur, & sic pax quæ sm Aug. est tranquillitas ordinis perit. Est ergo iustitia necessaria ad pacẽ ciuitatis cõseruandam. Vnde Esa. 22 dr. Erit opus iustitię pax, & in ps. dr. Iustitia & pax osculatæ sunt. Hoc pulchre oñdit Aug. in li. de

Quia iustitia necessaria est in qualibet multitudine.

ciuitate

cio. Dei introducens exemplum de Alex. & pirata vbi dicit q̃ remota iustitia quid aliud sũt regna nisi magna latrocinia? Quod tamen exemplũ plenius ponitur in li. de nugis philosophorum, vbi dicit q̃ cum Pirata esset cõprẽhensus, & Alexãder eum interrogaret quare haberet mare infestum. Rñdit. libera cõtumacia, pp quod & tu orbem terrarũ. Sed quia id facio vno nauigio latro vocor, & q̃a tu facis, magna classe diceris Imperator. ¶ Secundo ostendi potest iustitiam esse multitudini necessariam ex parte gubernantis a quo dirigitur, & hoc quantum ad distributionem. Videmus. n. q̃ qñ aliqua diuersa sub vna virtute continentur nec ordinantur sm diuersas proportiones, totus ordo eorum q̃ regũtur corrumpitur & dissipatur, vt patet in harmonia musicali, vbi chorde nisi a virtute manus sm earum diuersas dispositiones proportionabiliter tangãtur sonitum inordinatum & confusum reddũt, & sic consonãtia harmoniaca corrumpitur. Sic ẽt in multitudine vbi sunt multi diuersarum cõditionum & meritorum nisi proportionabiliter honores, dignitates, & officia. Iusuper labores & expensæ eis, a prælide distribuantur, mirabilis dissonantia inter simul habitantes oritur, & per cõsequens totus ordo politiæ paulatim ad corruptionem disponitur. Vnde dicit Tull. quod tanta est uis iustitię q̃ etiam illi qui maleficio & scelere pascunt̃ non possunt sine ulla iustitię particula viuere, & ponit exemplum de latronibus. Archipirata inquit q̃dã latronum princeps nisi p̃dam æqualiter, & sm astutiam, & labores furantium proportionabiliter partiretur interficiẽdus erat a sociis, aut saltem a principatu latronum deponendus. ¶ Tertio necessaria est iustitia ex parte ipsius multitudinis q̃ ex multis personis colligitur. Et hoc p respectum ad iustitiam cõmutatiuã, Videmus. n. q̃ qñ multa adinuicem adunantur, & vnum alteri nõ coaptatur, illa multa dissoluuntur, immo ex eis nihil vnum constitui põt, nisi inepti tudo tollatur. Vnde qñaliqua ligna cõpaginanda sunt ad constructionem domus, aptanda sunt p dolatorem & cõplanatorem, si sunt tortuosa vel nodosa, alioquin nihil vnũ constitui poterit, & si construeret nun diu maneret. Sic ẽt si aliqua multitudo q̃ dẽt esse ordinata in vnũ, si aliqui sunt insolentes, iniurios, rixosi, seditiosi, vel quocunque alio modo vitã bonorũ inquietantes, & pacẽ communem turbantes p rigorẽ iustitiæ corripiẽdi sunt pœnis debitis, aut ẽt exterminandi a congregatione cõi & penitus uita priuandi, alioquin tota multitudo ruit, & dissoluitur.

¶ *De principijs iustitiæ. Cap. 4.*

POst hoc restat videre de principiis, iustitię. Vbi sciẽdum est q̃ iustitia triplex potest dici habere principium. s. Emanatiuum ex quo eius origo primitus deriuatur. De triplici principio iustitiæ.

¶ Imperatiuum ex quo eius auctoritas in subditos promulgatur.

¶ Susceptiuum ex quo eius vtilitas multiplex declaratur.

¶ Emanatiuum & originale principium est deus, a quo omnis lex contentiua iustitiæ initium habet. Vbi sciẽdũ est q̃ sicut dicit Aug. 1. lib. de libero arb. Summa rõ in deo existens est lex eius, q̃ æterna dicitur. Cui semper obtẽperandũ est, quia iustũ est quicquid ab eo ordinatur. Habet dicta lex quandam iustitiã distributiuam, per quam vnamquanque rem in quodam digniori gradu constituit. Vnde dicit Diõn. in lib. de diuinis nominibus. Oportet videre in hoc esse veram dei iustitiam, q̃ omnibus tribuit propria vniuscuiusq; existentiũ dignitatẽ. Vniuscuiusq; naturã in proprio seruat ordine & virtute. Ab hac aũt lege dei æterna deriuatur lex naturalis, quæ nihil aliud est q̃ quędam eius impressio in re creata, p quam ad finem debitum inclinatur. Ex quo manifestum est q̃ omnia aliqualiter legem æternam participant, inquantum ex eius directione vel impressione in fines proprios actus suos ordine debito diriguntur. Inter cæteras aũt creaturas homo excellentiori modo hanc legem participat cum ipse sit prouidentię particeps, vtpote sibi & aliis prouidere valens. Et ideo in homine hæc participatio siue impressio propriè dicitur lex naturalis. In aliis vero rebus, magis propriè dicitur instinctus naturæ siue uis insita rebus q̃ lex quę propriè in rone cõsistit. Est. n. lex quoddam dictamen rationis practice. Hæc quidem lex naturalis in homine nũquã extinguitur quin semper in malo remurmuret & ad bonum impellat. Vnde eius generale præceptum est q̃ omne bonum faciendũ est, & omne malum vitandum ex quo alia præcepta naturæ deriuãtur. Puta q̃ parentes sint honorandi, q̃ non est proximo iniuriandum, nec quantum ad personam, vnde dicit. Non occides. Nec tantum quomodocunq; ad personam, vnde dicit. Non furtum facies & sic de aliis. Origine principium Deus. Supra. 1. par. ti. de legibus.

¶ A lege autem naturali lex humana deriuatur, sicut dicit Tull. in sua rhet. regula. n. humanorum actuum est ratio naturalis. Nam intantum in eis iustum seu regulatum inuenitur inquantum de ratione participant. Ex ea. n. humanæ operationes ordinantur & diri- Vñ deriuat lex humana.

guntur. Lex ergo humana, siue ciuilis humanorum actuum directiua à lege naturalis rõnis hortum hẽt. Harum legum pręcepta Deus populo iudæorum seruanda mãdauit. Sed differenter ſm qd vtriq; legi congrũebat. Nam præcepta moralia voluit ab omnibus, & omni tempore obſeruari. Vnde non ſolũ iudei, ſed ẽt cæteræ nationes ad eorum obſeruantiã obligantur. Sunt nanq; naturaliter impreſſa humanæ menti, & ideò p̃cepta legis naturæ vocantur, ſicut q̃ parentes ſunt honorandi, q̃ nõ eſt occidendum, non furandum, & ſic de aliis. Hęc quidem p̃cepta eadem ſunt apud omnes & immutari non poſſunt. In cuius rei ſignum mandauit Deus Moyſi, q̃ dolaret duas tabulas lapideas in quib. ſcripſit verba. i. p̃cepta decẽ digito ſuo tanquã perpetuo duratura. Et quãtum ad hoc dicitur Baruch. 5. Hic eſt liber mãdatorum Dei, & lex quæ eſt in æternum. Pręcepta verò iuris poſitiui ab illo ſolo populo pro tempore obſeruãda diſtinxit deus dupliciter. Nam q̃dam dedit pertinentia ad cultum diuinum q̃ dicuntur cerimonialia. Et iſta licuit ſeruare vſq; ad Chriſtum ſeu Chriſti paſſionem non autem poſt. Conſummata. n veritate de Chriſto iam incarnato & paſſo, debuit ceſſare figura ſacrificiorum q̃ myſteria incarnationis Chriſti figura ſignificabant. Alia verò p̃cepta dedit deus pertinentia ad iuſtitiam ciuilem, q̃ dicuntur iudicialia. Et iſta ẽt ſunt euacuata p Chriſti aduentum, vnde non habẽt vim obligandi. Quia tñ iſta præcepta non erant principaliter inſtituta ad figurandum Chriſti myſteria, ſed ſolum ad diſponendum ciuiliter ſtatum illius populi. Ideò abſq. peccato poſſit aliquis princeps in ſuo regno ea tanquã pro ſeruandis legibus ſtatuere, ſm q̃ iudicaret populo expedire. De cerimonialibus verò hoc fieri non poſſet abſque peccati, & fidei præiudicio, cum hæc ſolum ad ſignificandum Chriſti myſteria futura fuerint inſtituta. Obſeruator. n. horum præceptorum ipſo facto diceret Chriſtum in carne nondum veniſſe, ſed venturum eſſe. Et ſic patet differentia inter legem naturalem q̃ ſemper eſt immobilis, & legem humanam q̃ ex diuerſis cauſis mutari poteſt. Alege ergo naturali, vna immobili permanente, deriuatur lex humana quæ multipliciter apud diuerſos variari põt ſm q̃ intellectus hominis alia & alia regẽdis populis iudicat expedire.

¶ Sciendum eſt autẽ q̃ a lege naturali aliquid dupliciter põt deriuari. Vno modo per uiam illationis, ſicut ex principiis deriuantur concluſiones, vt patet ex hoc prouerbio. Si ab æqualibus æqualia demas, q̃ remanẽt ſunt æqualia. Elicit geometra concluſionem ſic inferendo. Ergo ſi ab æqualibus lineis æquales partes auferas, q̃ remanent ſunt æquales. Per quem modum ab eo q̃ dr. Nulli malum eſt inferendũ, quod eſt primum principium legis naturalis, deriuatur concluſio talis, ergo non eſt furandum vel non eſt occidendum. Aliomodo a lege naturali aliquid deriuatur per uiam determinationis, ſicut a forma cõmuni domus quã artifex in mente gerit fit quædam determinatio illius formæ ad talem figuram, puta triangularem vel quadrãgularem, & hoc fit p̃ uoluntariam applicationem artificis ad debitam materiam per quem modũ ab eo quod lex naturæ abſolutæ dicit. ſ. q̃ ille qui peccat puniatur, deriuatur quaſi quædã contractio, ſeu determinatio iuris quam hẽt facere princeps legem ſtatuens. ſ. q̃ tali pœna vel modo puniat. Hic aũt duplex modus differenter in lege humana continetur. Nã ea quæ ſunt primi modi, videlicet quæ a lege naturali deriuãtur, vt cõcluſiones, ita in lege humana continentur q̃ vigorem habent ex lege naturali. Vnde eius præcepta eadem manent apud omnes, vt parentes eſſe honorãdos, pacta eſſe ſeruãda, furta non committenda, & ſic de aliis q̃ ad ius gentium pertinere noſcuntur. Eſt enim ius gentium ius naturale ſolum in humana natura repertum. Vnde non differt a iure naturæ communiter dicto niſi ſicut ſpecies a genere. Ius. n. naturale generaliter ſumptum eſt quod natura animalia omnia docuit. Ea verò quę ſunt ſecundi modi, videlicet quæ a lege naturali deriuant vt determinationes, ita in lege humana continentur q̃ ſolum ex ea vigorẽ habent, ſicut q̃ taliter peccans talia pœna puniat, vel tali morte moriatur.

¶ Eſt vlterius ſciendũ q̃ licẽt humanæ leges intendant homines inducere ad virtutem iuſtitiæ ſm q̃ eſt bona qualitas mentis ſub earum tẽpręcepto cadit ſolũ exterior iuſtitiæ obſeruantia, qua iuſtitia extrinſeca hois actio ad alterum ordinetur. Nõ. n. præcipit q̃ ille qui iuſta agit ex habitu interioris iuſtitiæ operetur, licẽt hoc intẽdat. Præcipit aũt q̃ iuſtitiæ opera faciat. ſ. q̃ opera fortia exerceat, patriã defendat, pximum non ledat, nocumenta, extrinſeca nõ inferẽdo quod qs facere põt carens habitu virtutis. Et talis dicẽt ſeruare iuſtitiã legalẽ. Patet ergo q̃ lex humana ſolũ ſe extendat ad exteriora hois opera punienda vel pmianda, non autẽ ad interiora cordis occulta regulanda. Vt aũt hõ nõ ſolum in actibus exterioribus, ſed ẽt in motibus interioribus rectus exiſteret neceſſariũ fuit ad hominis perfectionem legẽ diuinã habere, quæ

non

De conuenientia iuriſ genitũ, & legis naturalis.

Ad q̃d tẽd ãt leges humanæ.

De lege diuina quã homini data eſt.

non ſolùm manifeſta vitia: ſed ēt occulta ſoli Deo cognita prohiberet. vt ſic hoīes nō ſolùm adinuicem per legem humanā: ſed ēt ad Deū ordinarentur per legē diuinā in qua dictū eſt. Non concupiſces. Et ſic patet lex diuina quæ vſq; ad conſcientiæ puritatē ſe extendit, motus vitioſos repellendo, iuſtitia quæ eſt bona qualitas mētis in hoīe cauſat. Nec fiat vis quō ſumatur iuſtitia ſiue particularis condiuiſa aliis tribus virtutibus Cardinalibus quæ tantum hoīem in ordine ad alium perficit: ſiue largius dicatur pro ipſa hoīs iuſtificatione quę hoīem perficit tam in ſe q̄ in ordine ad Deū. Ad vtrunque enim iuſtitia legalis diſponit.

§.2. ¶Principiū imperatiuū iuſtitiæ qđ ſecūdo loco reſtat declarare eſt ipſarū legū poſitiuus, vt

De ſcđo principio iuſtitiæ. puta imperator vel princeps: ex cuius auctoritate ſubditi ad iuſtitiā legis obſeruandā inducuntur. Vbi ſciendū eſt q̄ princeps ſm q̄ dicit phūs eſt quędā lex animata ad q̄ ſubditi reſpiciūt ſicut ad quoddā exēplar. Vnde cōueniens eſt q̄ ipſe oī virtute legalis iuſtitiæ polleat: maximè cū alijs habeat eā imperare. Præcipit.n. opera fortitudinis: puta q̄ nullus de acie fugiat. Similiter opa tpantiæ. ſ. q̄ nullus adulteriū cōmittat. Opera māſuetudinis. ſ. q̄ rixæ nō fiant in ciuitate, & ſic de aliis virtutū actibus. Inconueniens ergo eſt q̄ his virtutibus careat quas ab aliis ſeruari iubet. Multū.n. prouocāt ſubditos facta pręſidentis. Vnde Claudianus ad Theodoſiū dixit. Facta valēt plus q̄ iura regētis. Mobile mutaī ſemp cū principe vulgus. Debet ergo princeps non tā imperando q̄ operando ad bona ſubditos prouocare. Nobilis princeps Gedeon hoc legit obſeruaſſe. Quod me inquit facere videritis hoc facite. Iudic. 7. Licèt autem princeps in omni virtute legalis iuſtitiæ exēplarem ſe debeat exhibere. ¶Pręcipue tamen ad tria debet ſtudere ſcilicet.

De trib⁹ ad quæ prīceps ſtudere dēt ſiue pſidens. ¶Ad ſapientiam acquirendam.
¶Ad auaritiam deteſtandam.
¶Ad luxuriam fugiendam.

¶Nam ſi ſapientiæ vacauerit eius intellectus illuminabit vt cognoſcat quō vel qđ ſubditis præcipiat. Si auaritiā deteſtabit eius voluntas rectificabit vt a vero nō diuertat, ſi luxuriā fugiat: eius rō concupiſcibilis edomabitur vt iudiciū paſſio non corrūpat. ¶Primo ergo debet princeps circa ſapientiā verſari ad intellectus illuminationem. Vbi ſciendū q̄ inter alias ſapientis proprietates quę ponunt a philoſopho in prin. Metaphi. vna eſt ordinare. Et hæc maximè neceſſaria eſt principi, q ſubditos habet in finē aliquē ordinare ad quē perducere non pōt: niſi per cōuenientia media fini accōmodata. Finis aūt reip. in quē populus eſt ordinādus eſt pax tpis. Media aūt huic fini cōuenientia ſunt legū & ſtatutorū moderata diſciplina officiorū cōium proportionata diſtributio: bonorū præmiatio: trāſgreſſorum punitio: & alia hmōi. Hæc aūt magnā ſapientiā in pſidēte requirūt: alioquin ſi princeps ſapiētia careat erit ſicut furioſus gladiū portās in manu q̄ ex impetu furiæ multa mala operat. Sic & princeps auctoritatē hns & rōne carens iudiciū peruertet & tyrannidē exercebit vt verificari poſſit qđ ſapiens deplorat. Eccl. 3. Vidi inquit in loco iudicii impietatē: & in loco iuſtitiæ iniquitatē. Quia aūt princeps non pōt per ſuā ſapientiā oīa cogooſcere quæ pīt expedire regimini: ideò neceſſe eſt vt habeat prudētes cōſiliarios quorū cōſilio dirigat. Plus.n. rēpu. iuuant prudentū cōſilia q̄ bellantiū arma, iuxta illud Eccl. 9. Melior eſt ſapiētia q̄ arma bellica. Dicit Tull. in li. de ſenectute, q̄ dantes conſiliū in republica plus agūt q̄ alii. Sunt.n. ſicut gubernantes in naui in qua alii ſentinā exauriunt: alii curſant per eā: alii malos expandunt. Gubernator verò tenens clauū & quietus ſedens in puppi multa maiora & meliora facit. ¶Secundo debet princeps auaritiā deteſtari ad rectitudinē voluntatis habendā quia. n. in diuitiis bonū vtile conſideratur, ideò ad eas deſiderandas faciliter appetitus inclinatur. Appetitus aūt inclinatus ad aliud iudiciū rōnis peruertit a rectitudine æquitatis. Propter qđ cauendum eſt principi ne ad munera inclinetur. Vnde Exo. 23. dī. Nō accipias munera quę excecant ēt prudētes & peruertūt verba iuſtorū. Prudenter cōſuluit Iethro Moyſi cognatus vel ſocer eius. Prouide inquit de oī plebe viros potentes & timentes Deū in quibus ſit veritas & qui oderit auaritiam & conſtitue tribunos & centuriones. Exo. 18. Sequuntur ēt infinita mala ex cupiditate principis. Fit.n. pecuniarū improbus actor populi expoliator & reipu. dilapidator: ex quibus oībus faciliter in tyrannidē degenerat. Faciet ēt hoc vitiū principē odioſum ſicut & largitas clarum vt dicit Boe. in li. de philoſofi. conſolatione. ¶Tertio princeps debet ſtudere ne carnis concupiſcentiam inſequatur, hoc.n. vitium intellectū obſcurat quia dū paſſionibus deſeruitur rō vehementia paſſionū abſorpta a ſuo lumine excecatur. Item mentē eneruat & aīam a uirtute elongat: quia dū libido in carne dñatur cętere vires emolleſcunt ad virtutē ſurgere nequeant. Itē hoc vitium in principe totā policiā ſubmittit ruinę: qa dum rector voluptatibus intendit a cura reipu. excors remittitur & exēplo eius ſubditi

Prīceps Auaritiā fugere dēt.

Supra 2. part. tit. de nocumentis luxurię.

licentius ad vitia inclinantur. In Policraton dr q̄ Romanum imperium exhaustū & diuisum est Nerone Imperante, cuius gula oſa deuorauit maculauit libido, & ſuperbia exinaniuit.

§. 3. ¶ Principiū iuſtitiæ ſuſceptiuū qd tertio loco declarandū reſtat eſt hoium cōgregatio quę ſit apta præcepta iuſtitiæ ſuſcipere. ¶ Circa quod duo ſunt vidēda. ¶ Primo q̄ ſit talis cōitas ad quæ poſſint vel debeāt fieri præcepta iuſtitiæ. ¶ Secūdo videndū eſt de multiplici principandi dominio. ¶ Quantū ad primū ſciendū eſt q̄ ſicut patet ex 1. lib. pol. eſt triplex cōitas. ſ. domus, vici, & ciuitatis. ¶ Prima quidē cōitas eſt cōicatio domeſticarū perſonarū ſm quotidianos actus neceſſarios humanæ vitæ. Humana aūt vita dupliciter conſeruat. Vno mō quantū ad indiuiduū prout. ſ. hō ad conſeruationē vitæ indiget exterioribus bonis. Et quantum ad iſta adminiſtranda, & cōſeruanda indiget hō ſeruis. Alio modo cōſeruat humana vita quantum ad ſpeciē qd fit per gnationem ad q̄ indiget hō vxore ad filiorū procreationē ſic. n. conſeruatur humana ſpecies. Et ſm hoc in pfecta domo neceſſariæ ſunt tres cōbinationes. ſ. dñi ad ſeruū, viri ad vxorē, & patris ad filiū. In hac aūt domeſtica multitudine non eſt propriè iuſtitia cū vnū cōbinatorum ſit aliquid alterius. Eſt. n. filius aliq̄d patris, & ſeruus dñi, & vxor viri. Iuſtitia aūt cū ſit ad alterū propriè debet attendi inter perſonas diſpartitas. Ponitur aūt in hac multitudine ſm Iſido. quoddam genus iuris. Nam inter dñum & ſeruum ponitur ius dñatiuum inquantū ſeruus præceptis dñi parere debet. Eſt. n. gratia dñi, & non ſui. Inter virum & vxorē ponitur ius quod vxorium dr ſm q̄ a viro non ſeruiliter, ſed ſocialiter tractari debet. & ipſa curā rei familiaris intrinſecam tenetur gerere. Inter patrē & filiū ponitur ius paternū ſm q̄ filius patri obedire, & debet pater filio hæreditatē ſeruare, & eū in diſciplina tenere. ¶ Secunda cōitas eſt vicus qui ex paucis domibus conſtat, habuit aūt hæc cōitas neceſſitatē ſuæ originis hoc mō. Nā domeſticæ multitudinis multiplicatis per gnationem aliis nepotibus & filiorū filiis, ſicq; p̄ multitudine & abſq; cōfuſione in vna domo habitare nō valentibus facta eſt aliqua multitudo domorū quę ſm philoſophū vici nomen accepit. Vicus aūt cū cōſtat ex collateralibus propinquis filiis, nepotibus, & ſiſiis hmōi, nō propriè eſt apta legalia præcepta ſuſcipere, ſed iuri ciuitatis ſubeſſe dēt. Ad ciuilē tñ multitudinem ꝓpinquius accedit q̄ domus, maximè ſi in domorū quātitate creuit, vnde poſſit aliqua iura inſtituere. Sufficit aūt directionē harū duarū cōitatum, paterna admonitio ſuorū primogenitorum. ¶ Tertia cōitas eſt ciuitas, & hæc eſt perfecta q̄ non ſolum cōſiſtit ex multis domibus, ſed etiā ex multis vicis, vt tradit phūs in eod. li. pol. Eadem aūt neceſſitate cōpulſi ſunt hoīes edificare ciuitatē qua & vicū. Nam ſicut creſcentibus collateranis filiis & nepotibus factus eſt vicus, ſic multiplicatis eiſdē in parentibus, & cognationibus facta eſt ciuitas q̄ ſm philoſophum eſt perfecta cōitas. Et hæc ſi ſm aliquod ius viuit, & ad cōem vtilitatē ordinat dicetur populus. Nam ſm dictum Tullij quod Aug. introducit 2. de ci. Dei. Populus eſt cetus iuris conſenſu & vtilitatis cōione ſociatus. Ex quo patet q̄ ad rōnem populi ſiue ciuitatis ptinet q̄ ſub aliqua lege viuat, & cōe bonū intendat. Sola ergo cōitas boni populi eſt legalis iuſtitiæ ſuſceptiua, & ad ipſam proprie ꝑcepta iuſtitiæ ſunt ferenda. Solon vnus de primis legiſlatoribus nō niſi fundata Athenienſium ciuitate leges condidit. Quandiu ēt patres veteris teſtī, Abraham, Iſaac, & Iacob in vna familia vel vico habitauerunt legalē conſeruantiā a Deo non ſuſceperunt, quia eorū monita ad inſtructionē familiæ ſufficiebant. Congregato aūt populo qui iā legalis iuſtitiæ poterat eſſe capax. Deus legē per Moyſen dedit. ¶ Ad hoc aūt q̄ populus ſit in iuris conſenſu & cōi vtilitate ſociatus, requirit primo q̄ per amorē adinuicē ſit collectus, ſicut membra vnius corporis. Si. n. inter ſe ſic vinculo amoris fuerit cōiunctus tollentur rixæ, homicidia, & alia quæ pñt ſtatū pacificū perturbare vnde quędā cōia charitatis ꝑcepta in lege ſunt ferēda ad hoc q̄ ciues aſſueſcant ſibi inuicē mutua obſequia impendere, ſic. n. mandat Deus Deuteron. 22. Si inquit videbis bouē, vel ouē fratris tui errantē nō prēteribis, ſed reduces fratri tuo. Si tranſieris per viā & ſitieris, ingredi poteris vineā, & comedere quantū placet, & ſic de aliis. Quantū ad pauperes concedebatur vt pro eis eſſent manipuli omiſſi, & racemi in vineis remanentes. Item q̄ anno decimo ad deimā venirent leuites, & peregrinus, & pupillus, & vidua, & comederent, & ſaturarent. Et multa talia ſtatuit lex Moſayca ad cōſeruationē mutui amoris, vnde dicit Tul. Non ſolū nobis diuites eſſē uolumus, ſed ēt liberis propinquis amicis, & maximè reipublicę. ſingulorum enim facultates, & copiæ diuitiæ ſunt ciuitatis. Ioſephus ſicut ait Egyſippus viſa deſtructione ciuitatis Hieroſolymitanæ fiere cępit eo q̄ mori ei deſuiſſet ante patriæ ruinam. Ecce quātus amor aderat homini infideli qui mori optabat, cernens ſuos cōciues vita priuatos, & talis quidē amor

De principio iuſtitiæ ſuſceptiuo

De triplici cōitate, & q̄ ſit ſuſceptiua legis.

Quid ſit populus

Duo ſūt neceſſaria cōitati.

amor erat in antiquis, qui ſicut narrat Sen. nō æſtimabant aliquē benè viuere niſi viueret ad aliorum vtilitatem. Vnde dicit in quadam epiſtola. Non ſibi viuit qui nemini viuit. ¶ Secundo quantum ad conuerſationem populi neceſſe ē ꝙ ciues ſint fideles principi. Habet. n. ſe princeps in republica ad modum capitis ſm illud dictum Saulis 1. Reg. 15. Cum eſſes paruulus oculis tuis, caput factus es in tribubus Iſrael. Videmus. n. i corpore naturali quod membra exhibent capiti, & defenſionem, & honorificētiā. Defenſionē quidē quia naturali motu ad tuitionem capitis ſe exponunt ſicut manus & brachiū in magnis & ſubitis periculis, nulla. n. deliberatione rōnis præhabita ad defendendū caput ſe erigūt quod ēt apparet in animalibus irrationabilibus. Vnde ſerpens naturali aſtutia cum percutitur ſtatim abſconſo capite cor pus percuſſioni exponit. Hoc quidem dēt apparere in corpore ciuitatis ex hoībus collecto.

§. 4. De multiplici principādi dñio, ſiue de triplici principatu.

¶ Quantum ad ſm. ſ. de multiplici principādi dñio Sciendum eſt ꝙ ſicut patet ex his q̄ dicit philoſophus in 1. pol. Tres ſunt p̄cipuē ſpēs principandi. ¶ Primus quidem & principalis principatus eſt regni in quo vnus principatur ſm virtutē, & iſte eſt optimus inter oēs principandi modos. ¶ Repreſentat n. diuinum regimen, quo totus mūdus ab vno creatore gubernatur. Repreſentat ēt ordinationē naturę per quam oīs multitudo & diſformitas ad aliqd vnum gubernans reducitur, ſicut oīa mobilia ad vnum primum mobile. ſ. cœlum. Ex hoc. n. regimine facilius iuſtitia legis implenda datur. Cum. n. plures principantur, frequēter inter eos diſſenſio oritur, ac p hoc pacis vnitas per ipſos diuiſos impeditur. Veruntamen pp magnam poteſtatē q̄ vni conceditur de facili regimen degenerat in tyrannidem, niſi ſit p̄fecta virtus eius cui talis poteſtas conceditur, q̄a ſicut dicit philoſophus 4. ethi. Non eſt niſi virtuoſi benè ferre bonas fortunas, perfecta autē virtus in paucis inuenitur. Sicut. n. tale regimē eſt optimus principatus, niſi degeneret, ſic tyrānidis q̄ eſt huius regiminis corruptio eſt peſſimus principatus. Illud. n. eſt peſſimum quod optimum tollit.

At Ariſtrogoria qd ſit.

¶ Secundus principatus eſt regimen optimatum principantium ſm virtutē, & vocatur Ariſtrogoria. i. poteſtas optimorum in quo aliqui principantur. Deficit autem iſte principatus a primo in quo vnus præficit ſed ſuperat principatum populi, de quo infra dicetur. Cum n. optimates bonum reipublicæ attendāt, faciliter in vnum conueniunt, ac per hoc vnitatem pacis in politia ſeruant, & quandiu in bono cōi conueniunt, tādiu legalis obſeruantia ſub eius principatibus viget. Iſid. in 5. lib. ethimo. de primis conditoribus legū, ſcribit. Moyſes gentis hebreæ primus omnium diuinas leges ſacris litteris explicauit. ¶ Tertius principatus eſt regimen populi, qui licet ad tē pus poſſit eſſe ſecundum virtutem, deficit tamen multum a perfectione regiminis, eo q̄d populus cōiter parum prudentię participat, quæ maximè ad regimen requiritur. ¶ Aliqñ tñ contingit populum melius regere q̄ vnum vel paucos, quod tunc maximè contingere poteſt quando populus qui eſt pacis auidus, diu ſuſtinuit regimen tyrannicum per quod grauatus & expoliatus mortuo vel electo tyranno, dñium ſibi pollitię vſurpat. Et quandiu facta tyrannica in memoria populi habentur, tādiu poteſt eſſe talis principatus ſm virtutem, maximè ſi aliquorum prudentum conſiliis innitatur. ¶ Non tamen putandum eſt tale, regimē diu poſſe in rectitudine ſubſiſtere. ¶ Populus enim rudis, eſt potius paſſionum impetum ſequēs q̄ ratione vtens. Et ideò neceſſe eſt tādem ipſum peruerti in pernicioſa ſcandala, & ad multas inſanias puenire. ¶ Quia vero pax multitudinis maximè conſeruatur qñ omnes in principatu aliquam partem habent. Ideò optima politia eſſet quæ ex prædictis tribus mixta conſtaret. Sic. n. vnuſquiſque auidius rē publicam amaret, & ardētius ſtatuta ſeruaret. Si ergo aliqui in populo ſapientiores ab ipſo in principes, vel præfectos eliguntur, & hi vltrius vnum in regem p̄ficiunt, qui tam eis q̄ populo præſit erit iſte principatus optimus, quia ſub ipſo principe ſunt aliqui principantes ſm virtutem. Vnde in eo omnia regimina conueniunt. Conſtat. n. ex Democratia. i. poteſtate populi inquantum ad ipſum pertinet electio principū. Democratia quid ſit

Itē ex Ariſtrogoria in qua aliq optimates principantur qui prædicto mō habent vim eligendi. Item ex regno inquantum vnus a prædictis optimatibus electus, tam eis q̄ populo præficitur. Hæc vtique politia in lege diuina fuit inſtituta. Nam ex populo aliqui ſapiētiores in principes eligebātur. Vnde Deuter. 1. dixit Moyſes ad populum Dare ex uobis viros ſapientes & gnaros, & quorum cōuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponā eos uobis principes. Et hęc erat quædam ſpēs politiæ popularis, inquātum humatores a populo eligebantur. Inquantum verò hi principes populum gubernabant, inferiores cauſas iudicantes, erat quaſi quædam ſpēs policitæ popularis inquantum obtimatū. Inquātum verò vnus præficiebatur omnibus quaſi ſingularis præſidendo erat quædam ſpecies regni. Eſt tñ ſcien-

dum quod electio summi principis a principibus nō fiebat q̄ spectat ad regimē sūmi principatus, q̄ iō erat, q̄a ppīs iudeorū sub speciali cura dei gubernabat, & iō electio sūmi principis sibi cōseruabat. Vñ Moyses Iosue & alii iudices principes populi diuinitus fuit electi. Et ideò de singulis iudicibus qui post Iosue fuerunt legitur q̄ dominus suscitauit populo saluatorē, & quod spiritus dei erat in eis, vt patet Iudi. 2.

¶ *De virtutibus annexis iustitiæ.* *Cap.* 5.

Virtutes annexæ iustitiæ.

DE partib. potētialib. iustitiæ. i. de virtutibus ei anexis. No. q̄ a diuersis diuersimode assignantur. Nam Tul. enumerat sex. s. religionē, pietatē, grām, vindicatiōem, obseruantiam, veritatē. Macrobius verò supra somniū Scipionis ponit 7. s. innocentiā, amicitia, concordiam, pietatē, religionem, affectū, benignitatem. Andronicus aūt peripateticus ponit. 9 scilicet liberalitatē, benignitatē, vindicatiuam eugnomosyam, Eusebyam, Eucharistyam, sanctitatē, bonā cōmutationem, legispositiuam. Quidā alii ponunt quinq; partes iustitiæ. s. obedientiam respectu superioris disciplinā respectu inferioris, æquitatē respectu æqualiū, fidē & veritatē respectu oīum. Phūs etiā in 5. Eth ponit eupuchiam. ¶ Pro horum declaratione sciendū ſm b. Tho. 2. 2. q. 80. q. in virtutibus q̄ adiungūt alicui principali, virtuti duo sunt cōsiderāda. Primū est q̄ virtutes ille in aliquo cū principali virtute cōueniāt. Scd̄m est q̄ in aliqua deficiāt a pfectarōne eius. Quia verò iustitia ē ad alterū, vt patet ex supradictis oēs virtutes q̄ ad alterū sunt pñt rōne cōuenientiæ iustitiæ annecti. Ratio verò iustitiæ in hoc cōsistit q̄ alteri reddat qd ei debet, ſm equalitatē vt patet ex supradictis. ¶ Dupliciter ergo aliqua virtus ad alterū existēs a rōne iustitiæ deficit. Vno mō inquātū deficit a rōne debiti. Sunt. n. q̄dā virtutes q̄ debitū q̄dē alteri reddunt, sed non pñt reddere æquale. Et primo q̄dē q̄cq̄d ab homine deo reddit debitū est, nō tn̄ pōt esse ęquale, vt. s. tantū reddat deo q̄tum ei debet ſm illud psal. 115. Quid retri domino &c. Et ſm hoc adiūgit iustitiæ religio, p q̄ q̄s reddit debitū cultū interiorē & exteriorē deo. Secundo parētibus non pō. ſm equalitatē recōpensari qd̄ eis debetur, qd̄ patet p phūm. 8. Ethi. Et sic adiungitur iustitiæ pietas per q̄ quis exhibet parentibus & consanguineis debitū honorē & curam. Tertio non potest æquale præmiū recōpēsari ab homine virtuti, vt patet p philosophū quarto Ethicorum, & sic adiungit iustitiæ obseruantia, ſm Tulliū p quā q̄s bene se habet ad superiores. Et sub hac comphenditur obedientia. ¶ A ratione verò debiti iustitiæ defectus pōt attendi ſm q̄ duplex est debitū. s. morale, & legale. Et debitū quidem legale ē ad q̄ reddendū aliquis lege astrigit̄, & tale debitū propriè attendit iustitia q̄ est principalis virtus. Debitū autem morale est qd aliquis debet ex honestate virtutis. Et quia debitū necessitatem importat, ideò tale debitū duplicē gradum habet, quoddam. n. est sic necessarium ut sine eo honestas morum obseruari non possit, & hoc habet plus de ratione debiti. Et potest hoc debitum attendi vel ex parte ipsius debiti, & sic ad hoc debitū pertinet q̄ hō talē se exhibeat alteri in dictis & factis qualis est, & ita adiungitur iustitiæ veritas ſm Tulliū. Potest etiam attendi debitum ex parte eius cui debet, put scilicet aliquis recompēsat alicui ſm ea q̄ fecit quandoq; q̄dē in bonis, & sic adiungit iustitiæ gratia ſm Tulliū. i. gratitudo quas quis recognoscit vel recompensa beneficia. Si verò in malis sic adiungit̄ ſm Tull. iustitię vindicatio. i. punitio. Nota tn̄ q̄ vindicta q̄ fit auctoritate publicæ potestatis ſm sentētiā iudicis pertinet ad iustitiā cōmutatiuā. Sed vindicta quam q̄s a iudice requirit vł̄ pprio motu facit non tamen contra legē pertinet ad virtutē adiūctam iustitiæ. Secūdus gradus debiti est q̄ nō est ita necessariū q̄n sine eo possit cōseruari morum honestas, sed dr̄ necessariū sicut cōferēs ad maiorē honestatē, qd̄ idē debitū attēdit liberalitas, amicicia, affabilitas, & alia hmōi, quæ Tullius prætermittit in prædicta enumeratione, q̄a parū hñt de rōne debiti, & sic enumeratio seu assignatio facta a Tullio videt̄ aliis melior & aliæ uirtutes quas ponūt alii pñt reduci ad ipsas quas ponit Tullius. Macrobius āt in sua assignatione videt̄ attendisse ad duas partes integrales iustitiæ. Vna scilicet quæ declinare a malo & pro hac posuit innocentiā, aliā quę est facerè bonū ad qd̄ pertiner alię sex. Duo videntur ptinere ad æquales. s. amicicia in exteriori cōuictu, & cōcordia interius. Duo alia videtur pertinere ad superiores scilicet pietas ad parentes & religio ad deū. Duo vltima ad inferiores scilicet affectus inquātum placent bona eorū & humanitas per quam subuenitur eorum defectibus. In alia assignatione in qua quædam aliæ ponunt reducunt ad prædictas. Nam obedientia includitur in obseruantia. Fides aūt p q̄ seruāt̄ promissa includit in veritate. Disciplina pōt cōtineri sub humanitate siue amicicia quæ tn̄ prætermittit a Tullio, q̄a minus habet de ratione debiti. In assignatione vero Andronici

nici non solū ponunt virtutes annexę iustitię, sed etiam ipsa virtus principalis iustitia, & ꝓ ut est virtus particularis & ꝓut est vniuersalis. ſ. legalis iustitia q̄ q̄tum ad ea q̄ coīter sunt ob seruanda dr̄ ab eo legis positiua, q̄tum verò ad ea q̄ quandoq; particulariter agēda occurrunt ꝑter cōes leges ponit eugnomosia quasi bona cōiecturatio. Eusebia dr̄ quasi bonus cultus ꝙ pertinet ad religionem. Et ad idem reducitur sanctitas. Eucharistia idem est ꝙ bona gr̄a, & sic reducitur ad gr̄am. Et ad ipsā ēt reducit benignitas vel liberalitas, bona verò cōmutatio ptinet ad iustitiam prout est virtus particularis. Nunc de singulis videndum est breuiter.

¶ *De innocentia virtute. Cap. 6.*

De innocentia.

QVia ex dictis in p̄cedēti ca. Macrobius posuit innocētiā virtutē & partē iustitię q̄ b. Tho. dicit esse partē integrale illam. ſ. q̄ est declinare a malo de ea breuiter aliq̄d dicetur. Nā & de ipsa scriptura plurtes mentionem facit in psal. 24. Innocētes & recti adhesērūt mihi. Et iterū Innocens manibus & mūdo corde &c. Quatuor āt ptinent ad ipsam. ¶ Primū est detestari crimina, vñ di. 96. culpam dr̄. Primus innocentię gradus est odisse nephanda. Vnde psal. 7. Quæ dixerat. Iudica me ſm innocentiam meam &c. Ipse dixit iniquitatem odio habui & abominatus sum. ¶ Secundum, est neminem ledere b. Aug. Vera innocentia est quæ nec sibi nec alteri nocet, & sic Abel iustus dicitur a domino & de innocentia ꝓmaximè commēdatur. ¶ Tertium est punire malos si habet potestatem. Vnde b. Aug. de ciui. Dei. Non est innocentię parcendo si non est ut in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium non solum nemini malū inferre, sed etiam cohibere a peccato vel punire peccatum. 23. q. 5. non est. Non fuit ergo Pilatus innocens q̄uis dixerit. Innocens ego sum a sanguine iusti huius Matth. 27. quia potuit iudeos cohibere a malicia eorum & non fecit. ¶ Quartum est non iudicare de hominibus in dubiis in malā partem sed bonam. Vnde b. Amb Innocēs credit omni verbo. Non uituperanda facilitas, sed commendanda bonitas. hoc est esse innocentem ignorare scilicet per experientiam ad quid noceat. Et si circumscribitur ab aliquo de oībus tñ iudicat ꝙ fidē de oībus esse arbitrat. 12. q. 4. Innocēs glo. iudicat idest bñ ꝑsumit de quolibet de his q̄ in se mala nō sunt. Fidē. i. verborū veritatem, habet tñ istud locum circa facta hominū. Nam quātum ad ea quæ sunt fidei & bonorum morū q̄ sunt necessaria ad salutem non sic. Nam secundum Hieron. Non multum distat in vitio decipere vel decipi posse christianū. 16. q. 1. si cupis. Vel istud credere omni verbo intelligitur quo ad amicos. Exemplū huius innocentiæ ponit ibidē Amb. de Iosue qui simpliciter credidit Gabaonitis. Iudicū. 9. ꝙ innocens ꝑsumendus est quem paucitas accusat, vel multitudo excusat extra de præsum. cum iuuentute, & vt dicit Adamā. vbi irrationabilis impetus puenit flāma celerrimi motus animā depascitur exurit innocentiā, præponderat. n. futuris præsentia, de pen. dist. in. 3. inter hæc. A secunda & quarta conditione dr̄ martyrizati ab Hero de pueri innocentes. Vnde Apoc. 14. Vidi super montem Syon agnum stantē, scilicet Christū qui innocentissimus fuit & cum eo. 144. milia. &c. Ponit numerum determinatum pro indeterminato, id est illos innocētes ps. Quis ascēdet in montē domini, innocētes manibus &c.

¶ *De religione. Cap. 7.*

De triplici deriuatione huius nominis religio.

REligio prout est virtus sic diffinit̄ a Tullio. Est virtus per quam superiori cuidā naturæ quam diuinam vocant curam cerimoniāq; vel cultū affert. vbi nota. 1. ꝙ hoc nomen religio ſm b. Tho. 2. 2. q. 81. habet triplicē deriuationem. Dicitur enim vel a relegendo scilicet ea quæ sunt diuini cultus, quia huiusmodi sunt frequenter in corde reuoluenda. Alio modo dicitur a religendo, quia Deum religere debemus quem amiseramus negligentes secundum b. Aug. de ciui. Dei. Tertio modo dr̄ a religando ſm b. Aug. quia nos religat vni omnipotenti Deo, quomodocunq; autem dicatur siue ex frequente relectione, siue ex iterata electione, siue ex religatione, religio propriè importat ordinem ad Deum. Ipse est enim cui principaliter religari debemus tanq̄ indefectibili principio, & ad quem nostra electio assiduè dirigi debet sicut in vltimum finem, & quem etiam negligenter peccādo amittimus, & credendo & fidem protestando recuperare debemus hæc b. Tho. Notatur autem in dicta diffinitione duplex actus ipsius virtutis religionis ab ipsa elicitus scilicet actus interior mentis qui est deuotio & oratio, quod & intelligitur nomine curæ, & actus exterior adoratio q̄ fit corporaliter vt per genuflexionem, prostrationem, inclinationem, sacrificia rerum exteriorum, oblatio ad Dei honorē & huiusmodi hic actus exterior intelligitur nomine cerimonię, actus autem imperatus ab ista virtute potest esse actus cuiuslibet virtutis, quia actum

Duplex actus virtute religionis.

cuiuslibet

cuiuslibet virtutis possumus ordinare ad Dei honorē speciali mō. Nā & ieiuniū qđ est actus abstiēntiæ, Et abstinere a venereis qđ est actus castitatis, & dare elemosynā qui est actus misericordiæ vel liberalitatis possunt fieri ad Dei honorem & reuerentiā sanctorū & sic sūt act⁹ imperati ad religionem. Et sic intelligit illud Iacobi, ꝙ religio mūda & immaculata hæc est visitare pupillos & viduas &c. Visitare.n. pupillos & viduas est actus elicitus misericordiæ. Et sic dr̄ esse religio. i. actus religionis imperatę. Et quamuis omnes q colūt deum pñt dici religiosi, specialiter tamen dicuntur religiosi qui totam vitam suam Deo dedicant.

§. 1. ¶ De cultu Dei q est actus ipsius religiōis quo exhibeat. Nota ꝙ colere dicimur hoīes, quos honorificatione, recordatione, p̄sentia frequētamus. Et qa spālis honor debet deo tanq̄ primo oīum principio, iō ēt spālis rō cultus debetur ei q græco nomine vocat Eusebia vl Theusebia, vt patet p Aug. de ciui. dei. Et notādum ſm Guil. in ſumma ꝙ triplex est cultus. ſ. cultus corporis cordis oris & operis. De cultu interiori dicit Isido. 8. ethimo. Tria sunt quæ in religionis cultu ad colendū deū ab hoībus requirunt fides, spes, & charitas Et be. Aug. fide spe & charitate colimus deū & ibidē Aug. loquens de Theusebia seu pietate quę est cultus dei dicit ꝙ consistit in cognitione dei & dilectione & debita subiectione Cognitio verò ad cultū dei ptinens est credulitas qua credit deo sicut credendū est. ſ. pp se & sup omnia, sicut ēt primæ veritati credendū est. Itē credulitas qua credimus de deo digna deo, vt ſummā potentiā, ſummā ſapientiā, ſummā bonitatē, & consequentia ad hmōi, vt ꝙ ipse est omniū bonorū creator, & conseruator, mundi gubernator, hominis recreator seruiētibus sibi liberalissimus retributor, eorum verò q̄ ptinaciter ei rebelles sunt, zelatissimus vltor. ¶ Secunda spes est nō qualiscūq; sed talis qualis ponenda est in eo cuius potētiæ est facillimum liberari ab omni miseria cuius ſapientiæ notissima est ipsa nra miseria. Cuius bonitati ꝓpriū est misereri semp & parcere q ēt pp liberalitatē sua fecit q̄cunq; fecit. In ipso ergo supponia est ſperandū. ¶ Tertia est amor nō qualiscūq; amor, sed talis qualis amādus est, q̄ optimus est in se & iō amore dignissimus, q ēt ē fons oīum bonorū a quo suscepimus oīa bona q̄ habemus, vel habuimus vel a quo suscepturos nos speramus q cq̄d boni suscepturi sumus, & istā ptinent ad deuotionē. Deuotio igit & oratio est actus interior religionis. Cultus oris est vocalis, pfessio maiestatis diuinæ q̄ fideles faciunt frequenter orādo non solū corde, sed ore ut in psal. & hmōi deū laudando benedicēdo gratias agēdo, iurādo, adiurādo debito mō ore vouendo. Hinc Lactātius li. 6. institutionū. Verbo sanctificari oportet si q dem deus verbū est vt ipse cōfessus ē. Summus igit colēdi ritus est ex ore iusti hoīs ad deū directa laudatio q̄ tū vt ipsa sit Deo accepta & humilitate & timore & deuotione maximò opus est. Ne qs forte integritatis & innocētiæ fiduciā gerēs, tumoris & arrogātiæ crimē incurrat eoq; facto gratiā virtutis amittat. Sed vt sit deo charus omniq; macula careat, misericordiā dei semp ſploret, nihilque aliud prę cetur q̄ peccatis suis veniā. ¶ Si q̄d bōi ei venerit grās agat, si q̄d mali, satisfaciat, & id sibi ob peccata sua euenisse fateat. Et nihilominus in malis grās agat, in bonis satisfaciat. Nec tm̄ hoc in tēplo putet esse faciendū, sed & domi, & i ipso cubili secū habeat deū in corde suo qm̄ ipse est templū dei. ¶ Cultus opis ē, vt cū aliqs recognoscit singulare dominium suū, q ēt ecclesia ore recognoscit Xpo dicēs, tu sol⁹ dns. Dūium istud q̄tū ad psonas nras recognoscimus, deo faciēdo genuflexiōes pstrationes. Et ista dūr adoratio exterior. Nā interior est reuerentia mentis q ei fit ut primo principio. Quātum verò ad nostrā substātiam oblationē alicuius partis bonorū illorū q̄ ab illo concepimus vt p decimas primitias & oblationes. Ad cultum ēt opis ptinēt sacrificia veteris legis & sacra noui testi & sacratas res reuerenter tractando. De vitiis cōtrariis religioni & actibus eius. ſ. idolatria supstitione, piurio voto & transgressione voti habes supra in secūda parte in diuersis ti. & c. de decimis habes in secūda, De deuotiōe sacrificio & oblationib. de laude dei seu oris canonicis in .3. parte in diuersis ti. Item de symonia quæ est cōtra sacra. & de sacrilegio habes in secunda parte ti. 1.

§. 2. ¶ De religione qūo sit virtus & spālis & vna, & maxima moraliū, sic declarat ſm b. Tho. 2. 2. q. 81. Primū probat sic. Virtus ſm phūm ē, quæ bonū facit habentē & opus eius bonū reddit, vbi ē ergo act⁹ bōn⁹, ibi necesse est ponere virtutem, vnde procedit. Sed reddere debitum alicui quod facit religio per actum eius, quia reddit. Deo debitum honorem, habet rationem boni, quia per hoc qđ redditur alteri debitū ab aliquo cōstituit ordo i pportione cōueniēti respectu ipsius quasi cōueniēter ordinat⁹ ad ipsū. Ordo āt habet rōnē bōi, sicut modus & species, ſm Au ergo religio ē virt⁹. Quātum ad ſm. ſ. q. sit specialis virt⁹ oñditur sic. cum virtus, ordinet ad bonū vbi est specialis, ratio boni, ibi oportet esse spālem virtutē, bonum

Cultus opis.

Eusebia & Theusebia qđ sint.

Cultus oris.

num aũt ad quod ordinat religio est exhibere Deo debitũ cultũ & honorẽ. Honor aũt debet alicui rõne excellentię. Et qa Deo cõpetit singularis excellentia inquantũ oĩa in infinitum transcendit, ſm omnimodũ excessum, ideò ei debet ſpecialis honor ſicut & in rebus humanis. Videmus.n.q̃ in diuerſis excellentiis perſonarũ diuerſus honor debetur, qa alius patri alius tegi. Eſt ergo religio virtus ſpecialis. ¶Quod ſit vna virtus quãuis honor exhibeat tribus perſonis diuinis probat ſic. Habitus diſtinguuntur ſm diuerſam rõnem obiecti. Pertinet aũt ad religionẽ exhibere reuerentiã vni Deo ſm vnã rõnem inquantũ.ſ.eſt primũ principium creationis & gubernationis rerũ. Perſonæ.n.diuinæ quãuis ſint tres, ſunt tñ vnum principiũ creationis & gubernationis rerũ. Et ideò eis vna religione ſeruitur. Non eſt aũt virtus theologica, ſicut fides, ſpes, & charitas, qa iſtæ hñt Deũ & pro fine & pro obiecto ſeu materia credimus.n. Deũ, ſed religio nõ hẽt Deũ pro materia, materia.n.eius eſt actus qui fiunt in diuino cultu qui nõ attingunt ex ſe, ſed eſt virtus moralis cuius eſſe eſt circa ea quæ ſunt ad finẽ. Et qa habet Deũ pro fine proximo, eſt maxima moraliũ. Itẽ nota q̃ latria idẽ eſt qđ religio. Eſt aũt vocabulũ græcũ, & interpretat latinè ſeruitus ſignans non oẽm ſeruitutẽ ſed illã quæ exhibet alicui vt primo principio oĩm & vltimo fini, & ideò ſoli Deo exhibenda. Et primo quidẽ interius mẽte nos ei ſubiiciendo vt noſtro creatori. Scdo exterius aliqua opera faciendo exterius in eius honorẽ quaſi per illa proteſtandos nos ſeruos eius. Exhibemus aũt Deo reuerentiã & honorẽ, non pp ipſum qui eſt gloria plenus in ſeipſo cui a creatura nil adiici põt, ſed pp nos qui ex hoc q̃ Deũ reuereмur & honoramus mens nr̃a ei ſubiicitur, & in hoc eius perfectio conſiſtit. Quelibet.n.res perficitur per hoc q̃ ſuo ſuperiori ſubditur, ſicut corpus per hoc q̃ viuificatur ab anima.

Perſonæ diuinæ ſunt vnũ pricipiũ creationis.

Latriadr̃ ſeruitus.

§.3. De triplici acceptione ſtitatis.

¶De ſanctitate nota ſm B. Th. 2.2.q. 81. q̃ eſt eadẽ virtus cũ religione ſm eſſentiã, ſed diſſert ſm rõnem. Pro cuius declaratione ſciendũ q̃ ſanctitas tripliciter ſumit.ſ. put importat firmitatẽ puritatẽ, & ad Dei cultũ applicationẽ. ¶Quantũ ad primũ ſciendũ q̃ apud antiquos ſancta dicebant q̃ legibus erãt iuncta vt violari nõ deberent. Vnde dr̃ aliqd ſancitũ, qa eſt legibus firmatũ. ¶Quantũ ad ſm.ſ. prout importat mundiciã, huic ſignificationi cõpetit nomen græcũ videlicet agyos, qđ latinè dr̃ ſine terra. Põt aũt ſm latinos hoc nomẽ ſanctus ad mundiciã pertinere, vt dicat ſanctus quaſi ſanguine tinctus eo q̃ antiquitus illi qui purificari volebãt, ſanguine Hoſtię intingebant, vt dicit Iſi. in li. ety. ¶Quantũ ad tertiũ vtraq; ſignificatio.ſ. firmitatis & mõdicię cõpetit vt ſanctitas attribuat, his q̃ diuino cultui applicant, ita vt nõ ſolũ hoĩes ſed tẽpla & vaſa & alia hmõi, q̃ ſanctificari dr̃ ex hoc q̃ cultui diuino applicant. Mundicia.n. neceſſaria eſt ex hoc q̃ mens Deo applicetur q̃ mẽs humana inquinatur ex hoc q̃ inferioribus rebus iungit, ſicut & q̃libet res ex commixtione ncioris ſordeſcit, vt argentũ ex immixtione plũbi. Oportet ãt q̃ mẽs ab inferioribus rebus abſtrahat, ad hoc q̃ ſupremæ rei poſſit cõiungi, & ió mẽs ſine mũdicia Deo applicari nõ põt, vnde ad Heb. vl. Pacẽ ſequimini cũ oĩbus & ſanctimoniã, ſine qua nemo videbit Deũ. Firmitas ẽt exigit ad hoc q̃ mens Deo applicetur. Applicatur.n. ſicut vltimo fini & primo principio, hmõi aũt oportet eſſe maximè immobilia, vñ Apoſto. ad Ro. 8. Certus ſum.n.q̃ neq; mors neq; vita ſeparabit me a charitate. Sic ergo ſanctitas dr̃ per q̃ mẽs ſeipſam & actus ſuos applicat Deo, vñ nõ differt a religione ſm eſſentiã, ſed ſolũ rõne. Mera.n. religio dr̃ ſm q̃ exhibet Deo debitũ famulatũ in his q̃ ſpecialiter pertinẽt ad cultũ diuinũ vt in ſacrificiis, oblationibus & aliis hmõi. Sanctitas aũt dr̃ ſm q̃ hõ non ſolùm hoc ſed alia virtutũ opera refert in Deũ, vel ſm q̃ hõ ſe diſponit per bona opera ad cultũ diuinum.

¶De oratione. Cap. 8.

De triplici errore circa orationem.

DE oratione quę eſt actus religionis. Nota ſm B. Tho. 2.2.q. 83. q̃ triplex fuit error antiquorũ circa orationẽ. Quidã.n. poſuerunt q̃ res humane nõ regunt diuina prouidentia, ex quo ſequit q̃ vanũ ſit orare oĩno & Deũ colere. Et de his dr̃ Malach. 3. Dixiſtis vanus eſt oĩs qui ſeruit Deo. ¶Scda opi. fuit ponendum oĩa in ſe & rebus humanis ex neceſſitate contingere ſiue ex immutabilitate diuinæ prouidentiæ, ſiue ex neceſſitate ſtellarũ ſeu ex commixtione cauſarũ, & ſm hoc excludit ẽt orationis vtilitatas. ¶Tertia opi. fuit ponentiũ res quidẽ humanas diuina prouidentia regi, & q̃ res nõ proueniũt ex neceſſitate, ſed dicebãt diſpoſitionẽ diuinæ prouidẽtiæ variabilẽ eſſe, & q̃ oronibus & aliis q̃ pertinẽt ad cultũ Dei diſpoſitio diuinæ prouidentiæ immutatur, hæc oĩa aũt improbantur in 1. parte. Et ideò oportet ſic inducere orationis vtilitatẽ vt neq; rebus humanis diuinę prouidentię ſubiectis neceſſitatẽ imponamus, neq; diuinã diſpoſitionẽ mutabilẽ eſtimemus. ¶Ad hmõi ergo euidentiã eſt cõſiderãdũ q̃ ex diuina prouidẽtia nõ ſolùm

solùm disponitur qui effectus fiant, sed etiã ex quibus causis & quo ordine proueniant. Inter ceteras aũt causas sunt ẽt quorũdam effectuũ causæ actus humani. Vnde oportet homines agere aliqua, non vt per actus suos diuinã dispositionem immutent, sed vt per actus suos impleant quosdam effectus ſm ordinẽ a Deo dispositum, & idẽ est ẽt in naturalibus causis. Exempli gratia. Disposuit Deus dare homini fructũ agri sui, & per hunc ordinem, s. si colatur & seratur & hmõi. Oportet ergo hoiem colere agrum & serere vt impleat effectum illum ſm ordinem datum a Deo. Et simile est de oratione. Non. n. oramus vt diuinam dispositionem immutemus, sed vt impetremus quod Deus disposuit per orationes sanctorum esse implendum. Et hoc est quod dicit Gre. in 1. li. dya. & hr 23. q. 4. Obtineri ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt eorum precibus obtineantur. Nam & ipsa eterni regni prædestinatio, ita est ab oipotenti Deo disposita, quatenus ad hoc electi ex labore pueniant vt ipsi orando mereantur accipere qd eis oipotens Deus ante secula disposuit dare. Vult Deus nos orare pp qd frequenter ad hoc inuitat pp nostram vtilitatem. ¶ Primo videlicet vt accipiamus quandã cũ eo fiducialitatẽ recurrendi a d eũ Cryſ. Considera quanta tibi est concessa felicitas, quãta collata gloria orationibus fabulari cũ Deo, cũ Christo miscere colloquia optare qd velis, q desideras postulare. ¶ Secundo vt exerceamus in nobis humilitatem vt recognoscamus eũ esse actorẽ bonorum nostrorũ in oibus eius auxilio indigere. Psal. Ad te leuaui &c. Ecce sicut oculi seruorum &c. ¶ Tertio vt augeamus in nobis seruorẽ & charitatẽ. Nã deuotè orando cũ cogitatur de Deo magis ac magis gustatur bonitas eius & per consequens magis diligitur.

§. 1. ¶ Quid sit oro. Oratio sumit tripliciter. Vno mõ largè pro qualibet, bona operatione. Vnde super illud 1. ad Thess. vlt. Sine intermissione orate. glo. dicit. Sẽper orat qui semper bona facit. ¶ Secundo dr oratio applicatio mentis ad Deũ, & sic dicit Io. Dama. q oratio est ascẽsus intellectus in Deũ, & intellectus hoc comprehendit vim apprehensiuam qui dr intellectus speculatiuus, & vim motiuã, quæ dr intellectus practicus. Intellect9 speculatiuus ad Deũ ascendit cũ cõsideratione mali & suorũ defectuum ad cõsiderationẽ boni sufficientissimi & cõpletissimi supplere illos defectus trãsijt. Et innuit hic modus quo debet procedere qui vult orare. ¶ Primo. n. dẽt defectus suos considerare deindè ascendere ad eius liberalitatem qui potest hoc supplere. vnde Reg. 8. dr. Si q9 cognouerit plagam cordis &c. Intellectus practicus ad Deũ ascẽdit desiderio & spe ad liberationẽ eius sperando impleri desideriũ suum. ¶ Tertio modo sumit oratio pro postulatione Deo facta, & sic diffinit. Io. Dama. q oratio est petitio decentiũ Deo. Et sic dicit Xps discipulis Mac. 6. Cũ oratis dicite. Pr nr q es in ce. &c. ubi docet petere ea oia q iustè pnt peti & ordinẽ quo peti dẽt, & cõtinet septẽ petitiones. ¶ Ad quẽ dirigenda seu porrigenda sit oratio. Nota ſm Th. vbi supra propriè est ad Deũ diri gẽda, vt patet ex diffinitione eius iuprapposita. Rõ est ſm B. Tho. quia id qd principaliter debemus petere est vita æterna & non aliud nisi in ordine ad ipsum inquantũ pt nos ad ipsam iuuare, sed nullus põt dare vitã æternam nisi Deus. Si aũt fuerit oratio ad sanctos, ita ad eos debet fieri seu dirigi, q id qd petit expectetur a Deo non a sancto illo nisi per modũ intercessionis sperando, s. meritis & precibus illius sancti a Deo obtinere. Põt ergo dici q oratio propriè fit ad Deũ, deprecatio ad sanctos ſm Cassio. Petitio aũt & supplicatio põt fieri ẽt ad hoies, quãuis vnũ frequẽter sumatur pro alio. Nam & locutiones rethoricæ dnr orationes, & eas facientes vt ambasiatores oratores dnr, & quæ fit ad Deũ qñcunque dr deprecatio, iuxta illud. Exaudi Deus orationẽ meã cũ deprecor. Fit oratio ad Deũ rõne suæ bonitatis q cõicare põt. Oratur. n. inquantũ est beatus, & alijs beatitudinẽ largiens, præcipuè cõuenit Deo rõne suæ essentiæ quæ est cõis tribus personis quarum & opera sicut & volũtas sunt inseparabilia, vt quod vna vult & dat & alia, & ad ipsum Deũ trinitatis põt orare, & ad quãlibet personam intendendo qd ab vna petit ab oibus recipere. Ad Christũ ẽt dirigit oratio, q a vna persona est Deus & hõ, & inquantũ Deus est sperari põt ab eo oẽ bonũ cũ patre & spũsancto. ¶ Fit oro vel deprecatio ad sanctos & ad Angelos bonos sicut ad mediatores & procurãtes nobis bona a Deo. Et eodẽ modo ad gloriosam virginẽ quæ quanto magis pia & maioris premijs tãto magis pro nobis orat. Cum. n. sancti cognoscant in visione verbi oia quæ pertinent ad eorum gloriam & ad magnam eorum gloriam est quod alios iuuare possint, quasi Deo cooperatores existentes, ideò statim in verbo vident eorũ vota qui eos interpellant. Videndo aũt nõ semper orant pro illis qui se eis cõmendant ad procurandum eis qd petunt, sed tũc quando in ipso verbo vident hoc esse Deo placitum postulare, & tunc postulantes semper exaudiuntur. Et cum in patria nunc sint commu-

Quare oportet orare & q oratio non est frustra.

Inuitamur ad orãdum pp tria.

De duplici acceptiõe oronis.

Orans dẽt duo facere.

Oratio Deo sũmo ẽ dirigẽda.

Qũo oratio fiat ad sctos, & Angelos.

coiter tm̃ animæ ſctorũ, nominanť tñ ſub nominibus q̃ hẽbãt in corpore cõſtituti. Dicit. n ſancte Petre vel Paule nõ anima Petri ora pro nobis ex eo videlicẽt q̃a ex bonis opibus hic factis metuerunt, vt poſſent orare ꝓ nobis, & ẽt in teſtimoniũ futuræ reſurrectiõis ſm be. Tho. vñ Iob. 5. Ad aliquẽ ſanctorum conuertere. Ad eos q̃ ſunt in mundo nõ dr̃ ꝓpriè fieri oro, q̃a cũ vita æterna qua principaliter petit ad ſanctos qui eã hñt, & nõ ad eos q̃ nõ habẽt vt conuerſantes in mũdo diligẽda eſt oro vel depcat. Et eadẽ rõne ad eos q̃ ſunt in purgatorio non eſt dirigẽda oro cum ſint ĩ afflictione. Sed nec ſupplicatio ſicut ad bonos q̃ ſunt in mũdo, q̃a non ſunt in ſtatu merendi ſicut illi. Qd̃ ãt oro facta Paſcaſio exiſtenti in purgatorio vt liberaret demoniacum vel infirmũ ſm Greg. ĩ dyal. hoc non fuit, q̃a Paſcaſius hoc procuraverit, ſed ex fide & deuotione orantis.

§. 3. ¶ Quid ſit in orõne petẽdũ. Sciẽdũ ꝙ peti pñt & bona ſpũalia, & tẽporalia, & mala penalia, ſed diuerſimodẽ. Nã bona ſpũalia, vt dicit be. Th. 2. 2. q. 83. ar. 5. & 6. ſi ſunt neceſſaria ad ſalutẽ vt gra & virtutes ſimpliciter & abſolutẽ peti poſſunt & dñt abſque cõditione. ſ. ſi placet Deo, vel ſi eſt ꝓ ſalute noſtra, & hmõi. Et multo magis ipſã ſalutẽ & regnũ, & ſimiliter remiſſionem pctõrum. Deo. n. hoc placet q̃ vult oẽs homes ſaluos fieri, & ipſe nos ad hoc inuitat dicẽs. Primũ q̃rite regnũ dei & iuſtitiã eius. i. uirtutes quib. acquirit. Vñ & fidẽ ſpẽ & charitatẽ docuit poſtulaŕ ſub figura panis & piſcis & oui.

Quod differenter de bẽt peti ſpũalia & temporalia

¶ Bona verò tpalia, vt ſanitatẽ, filios, honores diuitias, & hmõi. Aut ſpũalia non neceſſaria, vt ſcientia, eloquẽtia, & hmõi peti poſſunt, nõ tñ abſolutẽ ſed ſub conditione, ſi fiat ꝓ ſalute noſtra, nã multis talia ſunt ad pnicẽ. De his ergo quę poſſunt malum euentũ hr̃e põt eſſe aliqua liter vera ſnia Socratis qui vt refert Valerius maximus, nihil vltra a diis immortalibus petendum arbitraŕ q̃ vt bona tribuerẽt, q̃a hi demũ ſcirẽt q̃d vnicuiq; vtile foret. Sed neceſſaria ad ſalutẽ determinatẽ peti poſſunt ſm be. Tho. vbi ſupra. Et ꝙ peti poſſint ex hoc ꝓbaŕ, q̃a ſm Au. ad ꝓbãdũ hoc licet orare ꝙ licet deſideraŕ. Sicut ergo licet nobis deſiderare iſta tẽporalia, nõ vt ĩ eis finẽ cõſtituamus, ſed ſicut q̃dã adminicula q. iuuamus ad tẽdẽdũ in beatitudinẽ, inquãtũ per ea, vita corpalis ſuſtentaŕ. Et ſic nobis organicè deſeruiunt ad actus virtutũ, vt dr̃. 1. Ethi. ſic licet ꝓ ipſis tpalibus orare vt cũ habent teneant cũ non habent habeãtur ad ſufficientiã uitę decẽtis cũ conditione tñ vt dictũ eſt. ¶ Mala pẽnalia nõ licet petere in oro ne niſi in ordine ad bonum, vt. ſ. ꝓ flagella quis cõuertaŕ ad Deũ. Et ſic intelligẽdæ ſunt imp̃ecationes multæ q̃ ponũt in ſcriptura cõtra inimicos, vt illud pſal. Erubeſcãt & cõturbẽ. &c. & alia hmõi. Petit. n. cõturbationẽ inimicorũ p tribulationes vt p illas corrigant & cõuertant ad Deũ. Pñt vltra dictã expoſitionẽ ẽt tripliciter intelligi. Vno mõ vt intelligant ſancti in hmõi petere non contra ipſos homes ſed cõtra regnũ pec̃ati, vt. ſ. deſtruant pcã in eis, & erubeſcãt p pœnitentiã & hmõi. ¶ Secundo mõ vt ſint dicta ꝓ modum prophetiæ prænunciantis q̃d eis eueniet & ſic ponitur pñs optatiui vel imperatiui pro futuro indicatiui modi, vt illud duplici cõtritione contere eos dñe. i. conteres. ¶ Tertio mõ conformando volũtatẽ ſuã cũ voluntate diuina circa damnationẽ perſeuerantiũ in pctõ. Mala verò temporalia orare & petere alijs ex odio eſt mortale. Et ſimiliter petere poſſe facere mala criminalia, vt futurum & huiuſmodi

Quo mala pænalia ſunt petenda vel ſpræcanda alij.

Angelo competit orare.

¶ Cui conueniat orare. Dicendum ꝙ creaturæ rõnal ĩ cõprehendendo angelũ ſub rõnali. Et hoc patet ex nomine & diffinitione. Dicitur oro ſm Caſſio. quaſi oris rõ. Vnde ſignificat aliquẽ actum rõnis expreſſum per effectũ oris. Diffinitur etiam ꝙ eſt petitio vt dictum eſt ſupra. Petitio aũt eſt actus rõnis ſicut & ĩperiũ. Sed petitio applicat deſiderium voluntatis ad Deũ qui non eſt ſub poteſtate nr̃a ſed ſupra. ſ. Deũ. Imperiũ aũt applicat ipſum deſideriũ ad ſubiectos p prę̃ceptũ. Reperitur aũt creatura rõnalis ſub triplici differentia.

Vtrum Chriſto competerat orare.

¶ Prima vt vnita creatori, ſcẽa in actu comprehenſori, tertia in ſtatu viatori. Scẽdum primum modum ſic competit Chriſto orare inquãtũ humanitas creata eſt vnita deitati. Ipſi ergo competit orare in cę lo inquantum. ſ. hõ. Ro. 8. Qui etiã interpellat pro nobis & alibi. Aduocatũ habemus &c. Io. 16. Ego rogabo pr̃em ꝓ vobis ait ipſe. In mundo aũt frequenter orauit Lucæ. 9. Erat pernoctans in orõne. Non pro ſe indigẽs, ſed in hoc nobis exemplum prębens. Orabat vt homo, exaudiebatur vt Deus. Spiritus aũt dr̃ poſtulare Ro. 8. gemitibus inenarrabilibus, quia nos poſtulantes facit. Angelis bonis & ſanctis in patria conuenit orare orãt vtiq; pro nobis q̃d ꝓbatur tripliciter. ¶ Primo auctoritate. 2. Macha. vlti. dr̃ de Hiere. defuncto. Hic eſt ꝙ multũ orat pro populo. ¶ Secundo ratione. Nã oratio pro alijs facta cum proueniat ex charitate quãto. q̃ ſunt in patria ſunt perfectioris charitatis tanto magis orant pro viatoribus qui eorũ orationibus pñt iuuari, quãto aũt Deo cõiunctiores tãto eorũ oro̅nes ſunt magis efficaces. Habet. n. hoc ordo diuin⁹ vt ſuperiorũ excellẽtia in inferiora refundat, ſicut ex claritate ſolis

te solis in aere patet. Vñ ſm Hiero. Si Apoſt. & martyres adhuc in corpe cõſtituti, qñ ꝓ ſe debẽt eſſe ſoliciti ꝓ aliis orãt, quãto magis poſt coronas, victorias, & triũphos. ¶ Tertio ex offõ & cõſuetudine eccleſiæ quæ dirigit orationes ad ſanctos, vt patet in letaniis. Fruſtra autẽ hoc fieret ſi non orarent. Quod autẽ animalia bruta dicũtur deũ inuocare in pſal. impropriè ẽ, in quãtũ. ſ. naturali deſiderio aliqd a Deo deſiderãt qđ a Deo obtinẽt, ſicut & dicũtur obedire, nõ quaſi ꝓcipiẽtes & intelligẽtes mandatũ, ſed inquãtum naturali inſtinctu mouẽtur ab ipſo pſal. Quæ faciunt verbum eius. ¶ Tertio cõuenit orare viatoribus oĩbus nõ ſolũ iuſtis ſed ẽt peccatoribus, licèt. n. dicatur Iac. 5. Multum. n. valet deprecatio iuſti aſſidua. Valet tñ & exauditur oratio pctõris, vt patet de orõne publicani Luca. 23. Et hoc non ex merito ſui ſicut iuſti audiunt, ſed ex pura miſericordia, ſi tñ debitè orat. Nec ẽ cõtra illud Ioan. 9. Peccatores deꝰ nõ exaudit, qa intelligitur ſm Th. cũ petit inquãtũ peccator, ſm deſideriũ pctĩ. i. committẽdo aliqđ iniquũ, & ꝙ non audiatur ꝓcedit ex miſericordia Dei. Vel poteſt dici ſm be. Augu. ꝙ illud dixit Celidonius nõdum pfectè i luminatus. Sic. n. putabat, ſed ſic nõ erat. Sic peccator etiã inimicitias ſeruãs dicẽdo Pater noſter &c. vel aliud pp ſui ſalutẽ non peccat, nec mentitur, dicens. Dimitte nobis &c. Loquitur enim in perſona eccleſiæ quę ſemper dicit verum. Et ſic de aliis huiuſmodi orationibus.

Quia non ſolum iuſtis, ſed & peccatorib. cõ petit orare.

§. 5. Pro trib. debemꝰ orare.

¶ Pro quibus perſonis debemus orare. Dm ꝙ hoies debẽt orare primo pro ſeipſis, ſ cdo ꝓ defuctis, tertio pro uiuis aliis. De ordine tñ nõ eſt multum curandum vtrum prius ꝓ vno q̃ pro altero dũmodo oret pro ſe & ꝓ aliis. Sicut aũt qlibet tenet magis diligere ſalutẽ ſuam q̃ cuiuscunq; alterꝰ, ita & magis pro ſe orare tenet. Et qa ex ꝓcepto tenetur qlibet ad faciendũ ea quib. conſequat ſalutẽ. Salutẽ aũt conſequi uõ poſſet nſi p gram & virtutes quæ dãtur a Deo frequẽter mediante oõne, iõ ex ꝓcepto tenet hõ aliqñ orare, ſed qñ vel quõ nõ eſt determinatum, & difficilime determinaret. Pe. de pa. niſi forte in articulo neceſſitatis vel in periculis. Quando quis facit oõnem pro ſeſem per axaudit. Si tñ concurrant aliæ tres conditiones. ſ. petendo neceſſaria ad ſalutem perſeueranter & piè, ſm be. Tho. in 4. Quamuis aũt peccator non poſſit orare piè, ita. ſ. qꝺ eius oõ ex habitu pietatis informet, põt tñ eius oratio eſſet pia quantũ ad hoc ꝙ petit aliqd pertinẽs ad pietatẽ, ſicut ille qui nõ habet habitum iuſtitiæ põt aliquid iuſtum velle. Et q̃is eius oratio non ſit meritoria ex quo eſt in mortali peccato põt tñ eſſe impetratoria, qa meritũ innititur iuſtitiæ impetratio grę be Tho. 2. 2. Si aũt deficiat aliqua iſtarũ cõditionũ aliqñ exaudit aliqñ nõ. ¶ Pro defunctis põt & debet orare nõ tñ pro oĩbus, nam pro his quos conſtat eſſe in gloria vel credit eccleſia vt ꝓ canonizatis, orare nõ debet, qa nõ indigẽt Aug. Iniuriã facit martyri q̃ orat ꝓ martyre extra de celemis. Cũ Marthe. ¶ Pro his q ſũt in inferno dãnatorũ ſeu in lymbo nõ debet orare qa nõ poſſunt iuuari nec in aliquo ſubleuari. Sed tñ ꝓ exiſtentibus in purgatorio, vt. 13. q. 2. Animæ &c. Tempus. Sed qa nõ poſſumus ſcire qs vadit ad purgatoriũ vel infernũ vel paradiſum quoad adultos, iõ ꝓ oĩbus defunctis poſſumꝰ oraꝝ qa vt ait Aug. Melius ſupeũt iſta. ſ. ſuffragia quib. nõ obſunt nec ꝓſunt q̃ deerũt quib. ꝓſunt. 13, q. 2. nõ exſtimemus. ¶ Pro morientibus in excoicatione vel i aliquo mortali notorio, ſine ſignis cõtritiõis orare nõ poſſumꝰ oratiõe ſolẽni, vt dicẽdo miſſã defunctorũ ꝓ eis ſed bñ oõne priuata ſm Pe. de pa. Et hæc ẽ rõ qa in extremo vitæ potuit corde pænitere & ſic ſaluari &c. Cũ iſta pſumptiõe poſſumꝰ orare. ſ. ſi nõ ẽ in inferno, & qa defuncti ſunt in maiori afflictiõe q̃ uiui, & nõ poſſunt ſe in aliquo adiuuare ſicut viuẽtes, iõ videt magis ꝓ eis orãdũ. ¶ Pro viatorib. oĩbus orare poſſumꝰ ꝓ bonis & malis & ẽt pciſis. Et ꝓ pciſis q dẽ vt excoicatis & hereticis oõne priuata vt Deus cõuertat eos ad vnitatẽ. Nõ ãt inter oõnes q̃ fiũt ꝓ mẽbris eccliæ quorum ſuffragio eccl'ia eos priuat. ¶ Pro bonis ãt orãdũ ẽ vt ꝓficiãt & ꝓſeuerẽt, & hoc. ſ. orãdo ꝓ iuſtis fit triplici rõne. ¶ Primo qa multorũ ꝑces citius exaudiunt q̃ rõ tãgit in glo. ſuper illud ad Ro. 15. Iuuetis me in oõnib. veſtris. ¶ Secũdo qa ex iuſtis grę agunt Deo de beneficiis collatis iuſtis. ¶ Tertio vt nõ ſupbiãt dũ videt minorib. ſuffragiis in digere b. Tho. 2. 2. ¶ Pro malis non pciſis vt cõuertãt ad pnĩã. Fiũt ãt oratiões ꝓ malis ſed nõ exaudiunt niſi prędeſtinatis, ſed qa hoc diſcernere nõ poſſunt, iõ ꝓ oĩbus orandũ, dũ ne ſciẽtes q̃s ptineat ad pdeſtinatorũ numerum, & q̃s non ptineat ſic ad oẽs affici debemus vt velimus oẽs hoies ſaluos fieri. 24. q. 3. Corripiãt. ¶ Etiã ꝓ inimicis orãdũ ẽ ſicut Chriſtus docuit dicẽs. Matthe. 5. Orate pro perſequentibus vos. Et etiam in cruce dixit. Pater ignoſce illis Luca. 23. & pro inimicis orare eis mala in vindictam mortale ẽ. Orate pro eis in generali vt ſcilicet ab oratione quam facit in generali pro omnibus fidelibus non intendat excludere inimicũ tenetur ex præcepto, alioquin contrarium faciendo pertineret ad liuo-

De vtilitate orationis.

De his ꝓ q̃bus non eſt orandũ.

Pro morientẽ ex comunicato nõ eſt orandum.

Quo ꝓ excoicatis & hæreticis ſit orandum.

rem

rem vindicte. In speciali orare pro eo nō tenetur quis nisi ſm præparationem animi in aliquo caſu neceſſitatis qñ hoc indigeret ad ſalutem conſequendā cū videret alios pro eo orare perfectionis eſt cū magis mereatur. Vnde dicit Auguſt. in ſermo. ¶ Niſi Stephanus pro Saulo oraſſet eccleſia Dei Paulum non habuiſſet.

§ 6. Quo tēpore eſt orandū.

¶ De tpibus orandi. Vbi ſciendū cum Chriſtus dixerit Luc. 18. Oportet ſemper orare & nunq̄ deficere. Et Apoſt. 1. ad Theſſ. 5. Sine intermiſſione orate. Nō ſunt hæc intelligenda ſuperficialiter quantū ad ipſum actum orationis pro cōtinuo tpe, qa illud eſſet impoſſibile cū oporteat dormire comedere & in aliis occupari, ſed ſm q̄ exponit de B. Th. 2. 2. tripliciter. ¶ Primo quātum ad deſideriū charitatis qđ eſt cauſa & motiuū ad orationē. Hoc dēt eſſe in nobis cōtinuè in actu vel virtute, virtus aūt hmōi deſiderii manet in nobis, in his q̄ facimus ex charitate & in gloriā Dei. Oia. n. debemus facere in gloriā Dei, & ſic ſemper oramus. ¶ Secundo quantū ad effectū vel in ipſo orante Nā ex ipſa oratione facta ſępe, & ſi non continuè remanet magis deuotus, & pro tunc ēt dr̄ orare reſpectu illius orationis effectus vel in aliis puta cū ſuis beneficiis prouocat aliquē ad orandū pro ſe ēt cū ab oratione quieſcit. ¶ Tertio dr̄ qs ſemper orare qa nō omittit quin tpibus debitis oret, & tunc eſt ibi diſtributio accōmoda. Et q̄uis nec ex præcepto naturali nec diuino ſit nobis determinatū tps orandi, ſed ex impoſitione eccleſiæ quantū ad oēs diebus dñicis & feſtis. ſ. audire miſſam de cōſe. di. 1. Miſſas. & extra de parroch. vt diebus. q̄tū ad beneficiatos & ordinatos in ſacris oī die, ſ. dicere horas canonicas. extra de cele. miſſ. dolentes. tñ ſacra ſcriptura admonēdo deſignat alia tpa orationis. Dicit. n. pſal. 54. Veſpere mane & meridie narra, &c. Et alibi. Media nocte ſurgebā ad confitendū tibi. Et de Dan. dr̄ 6. c. q̄ tribus tpibus in die flectebat genua ſua adorādo pp̄ tres rōnes ſm Guil. ¶ Primo ob excitationē & reminiſcentiam ex determinatione, vt ſi aliquo tpe detenti fuerimus ipſum tps determinatū in ſcriptura, & ſi non præceptoriè tñ admonitoriè ad orandū inuitet. determinata. n. magis ducūt ad memoriam & excitant q̄ gñalia, particularia. n. magis mouēt. ¶ Secundo ob congruentiā ex hois diſpoſitiue in illis tpibus dictis. Ipſa. n. tpa magis cōgruūt ad orationē media quidē nocte, vt ſm Hilariū cū maximè corporis viciis oportunitas datur tūc præcepit vt eadem vitia legis meditatione frangantur. Item ſm B. Amb. qa media nocte ſolet ſponſus venire. ſ. ad viſitandū aīam conſolationibus, ex eo q̄ tunc ex ſolitudine & tenebris noctis ſenſibus clauſis mēs minus diſtrahitur. Veſpere aūt. i. ſero ſm Amb. qa peccata & negligentias totius diei abſtergere debemus lachrymis cōpunctionis & deuotionis. Mane vero ſm eundē per plenā digeſtionē ſolutis ſenſibus a ligamine ſoporis quo vigor mētis laxatur, & reſoluitur ſpiritu mētis noſtræ reuocari debemus & implere illud pſal. Dixi nūc cœpi. Meridie vero ne actibus ſeculi q̄bus nos accōmodamus pp̄ neceſſitatē vitæ nimis immergamur. Et pp̄ affectū in Deū attendere conſtruit in oratione dicere cum pſal. 68. Eripe me de luto ne infingar. ¶ Tertio ob inſinuandam indigentiam ex morali ſignificatione. Illis. n. quatuor tpibus ſignificat initiū perfectionis finis & cōſumatio boni operis & toleratia aduerſorū. Mane. n. qđ eſt principiū diei artificialis ſignificat initiū boni operis. Meridie progreſſum. Veſpere aūt eſt finis diei finē. Nox ſignificat aduerſitatē. Hæc. n. oia nobis ſunt ex gratia Dei q̄ ptibus obtinemus, quia eā indigemus. De horis canonicis qūo quis teneatur ad eas habes in 2. par. ti. 9. c. 12. Et par. 3. tit. 13. c. 4.

Quibus tpibus melius, & vtilius fit orōni vocandum, & quare pp̄ter tres cauſas.

§ 7. De cōditionibus orōnis, vt exaudiatur.

¶ De conditionibus cōcurrentibus ad orationem quarum aliquæ ſunt de neceſſitate, aliquæ de cōgruitate, aliquæ de maiori vtilitate. ¶ Nota ergo ſm Rayn. & Hoſt. q̄ oratio debet fieri cum fiducia & ſecuritate, ſ. obtinendi qđ petitur. Iac. 1. Poſtulet in fide nihil heſitās &c. Et Marci 11. Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis & fiet vobis. ¶ Cum humilitate. Eccleſiaſt. 35. Oratio humiliantis ſe penetrat nubes. Gen. 18. Loquar ad dominū meum cum ſim pulvis & cinis. ¶ Cum diſtinctione petens. Iac. 4. Petitis & non accipitis eo q̄ male petatis 3. Reg. 8. Exemplū in Salomone qui petēs nō diuitias nec potētias & hmōi, ſed rationabilia fuit exauditus. ¶ Cum deuotione ſeu attentione ſaltē virtuali vel in principio 1. ad Cor. 14. Orabo ſpiritu, i. uoce orabo & mente. i. attentione. Cypria. de conſe. diſt. 1. Quando ſtatis fratres ad orationem vigilare & incumbere ad preces toto corde debetis. Cogitatio tunc carnalis & ſecularis hominis abſcedat Eccleſiaſt. 10. Muſce morientes perdunt ſuauitatem vnguenti ideſt orationis. Exemplū Anne 1. Regum 1. ¶ Cum pietate quod tamen eſt ad bene eſſe & meritum ſcilicet ſine morta li, pſal. 65. Si iniquitatem aſpexi in corde meo non exaudiet dominus ſcilicet ex iuſtitia Eſa. 1. Cum multiplicaueritis orationes veſtras non exaudiam uos, manus enim veſtre plenæ ſunt ſanguine, ideſt opera ueſtra plena peccatis. Opus Dei dicitur oratio cum affectu & feruore. Hierem. 48. Maledictus omnis qui facit

opus

opus Dei negligenter psal. Clamabit ad me & ego exaudiam eum. Greg. Multum clamat qui multũ amat. Exẽplum in Moyse dicente dño. Aut dimitte eis hãc noxã, aut dele me de libro vitæ Exo. 32. ¶ Cum lachrymositate seu compunctione. Esa. 36. Audiui orationẽ tuam vidi lachrymas tuas. Exẽplum in Sarra vxore Thobiæ, quæ orans cum lachrymis fuit exaudita, & in Christo in cruce qui ſm Apost. Hebrę. 5. orans cum lachrymis & clamore valido exauditus est. Glo. Oratio Deum linit, lachryma cogit, hæc vngit illa perungit. ¶ Cum verecundia & honestate. Luc. 18. Publicanus nec oculos ad cęlum leuabat &c. Figura in Hester quę in multo ornatu & apparentia iuit ad loquendum Assuero, vidit. n. eum turbatũ & coram eo cecidit. ¶ Cum assiduitate & perseuerantia. Act. 1. Hi oés erant perseuerantes in oratione, scilicet Apostoli cum receperunt spiritum sanctum Hiero. de pę. dist. 1. Importuna. In Euang. mulier meruit audiri. s. Chananea. Et parabo. Lucæ 12. de amico postulante tres panes &c. ¶ Cum operositate. i. cum ieiunio & eleemosyna. Matt. 17. Hoc genus dęmoniorũ non eijcitur nisi in ieiunio & oratione. Thob. 12. Bona est oratio cũ ieiunio & elemosyna. Ieiuniũ. n. facit mentẽ sobriã, vnde magis aptam orationi, Faciebãt etenim sancti solemnes orationes cum ieiuniis. Exemplum Dan. ¶ Cum cõitate citius exauditur oratio cõis quã particularis. Matth. 18. Vbi fuerint duo vel tres congregati in noĩe meo, s. ad petendum ego sum in medio eorum ad exaudiendũ sine tedio & anxietate, psal. Voluntariè sacrificabo tibi &c. Oratio est quoddam sacrificiũ cordis, iuxta illud. Immola Deo sacrificiũ laudis. Hiero. de consec. dist. 5. Non mediocriter dicit melior est 7. psal. decantatio cum cordis puritate ac serenitate & spirituali hilaritate q̃ totius psalterij modulatio cũ anxietate atq; tristitia. ¶ Cum præparatione. Eccl. 18. Ante orationem prępara mentẽ tuam.

§. 8. ¶ De mutliplici effectu seu vtilitate orationis ꝓpꝙ meritо dr̃ Iac. 5. Multũ valet deprecatio iusti, & ideo Xps nos inuitat ad orandũ dicẽs. Petite & accipietis. Io. 16. Valet. n. ad quatuor.

De vtilitate siue effectu multiplici orationis.

¶ Primo ad meriti acquisitionem.

¶ Secundo ad peccati satisfactionem.

¶ Tertio ad animi consolationẽ & refectionẽ.

¶ Quarto ad petiti impetrationem.

¶ Tria ex his ponit B. Tho. 2. 2. q. 83. Quod est satisfactoria ponit in 4. sent. ¶ Quantũ ad primum sciendũ est ꝙ positi sumus in hoc mundo ad acquirendũ merita quibus cõsequamur gloriã. Vnde Xps Io. 15. Posui vos vt eatis. s. per bona opa & fructũ afferatis meritoriũ, & fructꝰ vr maneat in vitã ęternã. Radix aũt merẽdi est charitas ſm B. Th. in 4. Qñ ergo q̃s facit bonũ opus ex charitate tunc meret, & quãto facit cũ maiori charitate tãto plus meret. Cũ ergo oratio de se sit bonũ opus, qui facit eã in charitate, & ex charitate vtiq; meret regnũ Dei. Exemplũ de latrone in cruce, ꝙ ꝓpea Xps multũ orabat. Dr̃. n. Luc. 6. Erat pernoctans in oratione, vt. s. exẽplo suo doceret nos frequenter orare vt merita acquiramus. Iste fructus tolli nõ pt. Nã & si qs orat pro alio viuo vel defuncto, meritũ q̃dẽ oronis est suũ nõ alterius ꝓ quo facit oronẽ ps. Oratio mea in sinu &c. Qui aũt nõ ẽ in charitate nõ dẽt ꝓpea dimittere orationẽ, qa non acquirit sibi meritũ vitæ ęternæ. Nã valet sibi ad multa alia ꝑcipuè ad molificandũ cor & ad inducẽdũ ad gratiã per q̃ qs meret. de pę. di. 5. fiẽs. ¶ Quantũ ad ſm valet oro ad satisfaciendum. Si quidẽ in multis offendimus oẽs, vt dr̃. Iac. 3. Et si ẽt post cõtritionẽ nõ satisfacimus in vita pñti postea oportebit satisfacere per pęnã intẽsissimã purgatorij. Satisfactio fit per opera bona facta in charitate in quantũ sunt pęnalia seu laboriosa, oratio est opus bonũ seu laboriosum si deuotè fiat. Nã mens laborat meditãdo spũalia, vt dic. Sal. Frequẽs meditatio carnis est afflictio. Laborat ẽt corpus loquendo si vocalis fit oratio vt cõiter fit ore vel genuflexione, prostratione, inclinatione, & hmõi, immo in vitis patrũ dixit quidã ꝙ oratio est opus laboriosum sup oĩa alia. Et hoc qa oportet esse vigilãtẽ ad reprimẽdũ cor a distractionibus ad quas est multũ inclinatũ. Est ergo oro satisfactoria & nõ solũ pro ꝑctis suis, sed aliis viuorũ & defunctorũ si fiat pro eis ab his qui sunt in charitate. Vñ dr̃ 2. Macha. 12. Sancta ergo & salubris est cogitatio orare ꝓ mortuis vt soluant quo. s. ad pęnã p viã satisfactionis, & iõ cõiter pęnitentibus iniũgunt orones in satisfactionẽ. Et sicut superbia Deũ offendit q̃ reperit aliquo mõ in oi pcõ, ita humilitas placat vt satisfaciat Deo, per orationẽ aũt humiliat se creatura cognoscẽs sę Dei auxilio indigere & oi se subiicit. ¶ Quantũ ad tertiũ valet oro ad cõsolationẽ mentalẽ. Quęrit q̃libet cõsolari, sed nulla maior cõsolatio q̃ in oronе deuota reperit. psal. Memor fui Dei & cõsolatus sum. s. in oronе & tm̃ abũdat. s. cõsolatio mẽtis ꝙ aliqñ redundat ad corpus. Tantã consolationẽ sentiebat Moyses loquens cum dño in monte Synai ꝙ non comedit neq; bibit aliquid 40. diebus & 40. noctibus. Nõ est aliud orare quã loqui cũ Deo B. Tho. de Aquino orans ante Crucifixum fuit visum eleuatum corpus a terra multum ex magna dulcedine orationis. Et communiter omnis gustus di-

Oro ꝓdest ad satisfaciẽdum.

Valet ad consolationem mẽtalẽ.

ſtus diuinorũ haurit in oꝛone, ſed iſtũ fructũ non conſequit qui nõ adhibet intentionẽ vitando euagationem, & hoc eſt qđ dr Eccl. 10. Muſcæ morientes perdiderunt ſuauitatẽ vnguenti. Vnguentũ eſt oratio qua ſanant peſtes & vlcera aiæ quę in ſe ſuauis eſt, muſcæ ſunt importunæ cogitationes volatiles quæ menti occurrunt quæ tunc moriuntur cũ permanent & odoꝛẽ perdunt. i. deſtruunt ſuauitatẽ & con

Valet ad vincendum. Oꝛo oĩa vincit. ſolationẽ orationis. ¶Quantum ad quartũ dr Luc. 11. Oĩs qui petit accipit. Et valet quidem oratio multũ. Eſt. n. fortis & efficax vt oĩa vincat & oĩbus dñetur ẽt Deo. Et quantũ ad elementa clarũ eſt, q a ad orationẽ Moyſi, vt dr in pſal. Aperta terra & deglutiuit Dathan & operuit &c. Aqua quæ ſgmper fluit ad mare oran te Moyſe firma ſtetit vt murus in mari rubro donec trãſiret populus Iſrael Exo. 14. Aer vbi generat pluuia & hmõi ad orationem Helyæ retinuit pluuiam vt voluit Helyas Iac. 5. & 3. Reg. 17. Ignis quę oĩa conſumit Ananiæ cum ſocĩs in fornace orantibus nihil nocuit. Dan. 3. Etiã valet contra oẽs infirmitates corporis. Nam leprã incurabilem tollit, patet in leproſis orantibus vt mundarentur Luc. 17. & Matt. 8. Item viſum reſtituit, & exẽplum de cœco clamante illuminato Luc. 17. Febres expellit, vt in ſocro Petri Luc. 4. Paralyſim curat ut patet in ſeruo centurionis. Matth. 8. Et alia innumerabilia, vt patet in legendis ſanctorũ. Ipſi morti quæ eſt terribiliſſimum oĩum terribiliũ dominatur, & vt veniens non interimat, vt Ezechiæ cui dictum fuit. Morieris tu & non viues Eſa. 38. Et in mortuis iam reſuſcitatis per orationes Exẽplum in B. Dñico de tribus reſuſcitatis per eum Romæ & alibi. Hæc. ſ. oratio valet & imperat cœlo, terræ, mari, & inferno, & obediunt ei. Nam orante Ioſue ſol firmauit ſe qui erat in occaſu per plures horas obedienti voci hois, vt dr Ioſue 10. Terra bellis & peſtibus deſtruitur & mũdus, & hæc tolluntur per orationẽ vt in Iuda Machabeo cũ fratribus, & in Dauid orante tpe peſtis 2. Reg. Tempeſtas maris orantibus Apoſtolis Chriſtũ ſe data eſt Matth. 8. Infernus quoq; ad orationes Grego. Traianum reddidit. Infirmitates mentis per eã remouentur. i. peccata, vt in publicano & tentationes vincuntur. Figura in Moyſe tenente brachia eleuata & vincebat populus Iſrael Amalechitas, alias vincebatur Exo. & ſignificat

Valet iterum oꝛo ad tria. bellũ tentationis. Oratio valet ad reprimendum dęmones. Vnde Mat. 17. Hoc genus dęmoniorũ &c. & clamabat diabolus per obſeſſum Bartholomeę incẽdunt me orationes tue. Valet ad vocandũ Angelos bonos. Exẽplum in Heliſęo qñ orationẽ fecit videre diſcipulum ſuũ mentem plenũ hoibus cũ equis igneis qui erãt Angeli 3. Reg. Valet ad perficiendũ hoies in gratia Act. 8. Orauerunt pro ipſis vt acciperent ſpiritum ſanctũ & ſic acceperũt & Apoſt. orantibus aſcẽdit ſuper eos ſpũſſanctus Act. 1. ¶Demũ valet vt ita dicã contra Deum Hiero. Ipſe Deus qui nullis viribus ſuperari pt publicani in pcibus ſuperat de pę. diſt. 1. importuna Bern. O humilis lachryma. i. oꝛo lachrymoſa, tua eſt potẽtia, tuũ eſt regnũ tu ſola tribunal iudicis aſcẽdere nõ vereris vincis inuincibilẽ & ligas oĩpotentẽ. Exemplum in Moyſe cui oranti pro populo dixit Deus. Dimitte me vt iraſcar quaſi teneret ipſum ligatũ oratio Exo. 32. §.9. ¶De vocali oratione quęrit ſi fieri cõgruit cũ voce & rñdetur q ſic. ¶Primo ob hoĩs humiliorem exercitationẽ, ob deuotionis interioris redundationẽ, ob pleniorẽ Dei oblationẽ. ſ. cũ mente ex attentione & corpore ex voce. ¶De triplici attentione quę ibi põt haberi. ſ. ad verba, ad ſenſum verborũ, & ad finẽ orationis, habes in 3. part. tit. 13. c. 3. §. 8. De loco orationis quęrit & ſi vbiq; cõgruentius tñ in eccleſia, & de oratione dñicali & ſeptẽ petitionibus eius habes in 3. par. ti. 13. c. 5. §. 4. ¶Et nota q ſicut oratio quæ eſt actus religionis primordialiter eſt in mente ſecundario verbis exprimitur, & adoratio quæ eſt actus quo fit alĩs reuerentia, primo & principaliter conſiſtit in interiori reuerentia Dei, ſecũdario in quibuſdã corporalibus ſignis humilitatis ſicut genuflexionibus proſtrationibus, inclinationibus & hmõi. Et quãuis iſta fiant non ſolũm Deo, ſed ẽt ſanctis & Angelis & viatoribus tñ alia & alia ratione. Nam Deo fiunt recognoſcendo in hoc eſſe noſtrum principiũ & oĩum gubernatorẽ, & ſimilia, & ſic adoratio eſt actus religionis ſeu latriæ. Creaturis aũt fit adoratio pp quandã participationẽ diuinæ eccellentiæ alicuius in eius ſanctis, quia participant gloriã & Angelis & prælatis, q a participant poteſtatẽ & gubernationem & hmõi, & ſic legitur angelos & hoĩes aliquos adoratos, ſed tũc eſt actus alterius virtutis quæ dr dulia vel obſeruantia. Et nota q tria prima præcepta decalogi pertinent ad virtutem religionis & ſunt de actibus eius. Huic aũt virtuti religionis opponũtur ſm Tho. 2. 2. iſta vitia idolatria, diuinatio quæ habet multas ſpecies. ſ. per apertam inuocationẽ dęmonum per aſtra, per ſomnia, per auguria, per ſortes, per obſeruantiam in arte notoria, vel incantationibus, vel in breuibus, tentatio Dei, periuriũ, ſacrilegium, ſymonia de q bus oĩbus habes in 2. parte in diuerſis titulis & capitulis.

Vocalr orãdum eſt pp tres cas.

¶De virtute pietatis. Cap. 9.

Pietas quid sit.

SEquitur de virtute pietatis q̃ sic diffiniuit Tull. in sua rhe. q̃ pietas est per q̃ sanguine iunctis patrię q; benuolis, officiũ & diligẽs tribuit cultus. Sciendũ q̃ pietas sumit tripliciter. Vno mõ propriè pro cultu & honore q̃ exhibet Deo, ex eo. s. qa est principalis parẽs oĩm & principiũ essendi, & sic pietas dr̃ Dei cultus ab Aug. in 10. de ci. Dei, & sumit ab Apostolo sic ad Thim. Sobriè & piè & iustè viuamus in hoc seculo. Scdo mõ dr̃ pietas impropriè ipsa misericordia. Vnde Aug. in 10. de ci. Dei dicit. More vulgi nomẽ pietatis in operibus misericordiæ frequentat, qd ideò arbitror euenisse, qa hoc præcipuè mandauit fieri Deus ea quæ sibi pro sacrificijs placere testat, ex qua cõsuetudine factũ est, vt Deus ipse pius dicat, & Grego. dicit in 1. mor. q̃ pietas in die suo conuiuium exhibet, qa cordis viscera misericordiæ operibus replet. Tertio mõ pietas sumit propriè pro cultu & honore q̃ exhibet parẽtibus & patriæ, & sic hic diffinit a Tullio, put est virtus spãlis.

Hõ est debitor tribus.

¶Pro cuius declaratione ẽm B. Th. 2. 2. q. 101. Notandũ q̃ hõ efficit debitor aliis diuersimodè ẽm diuersam excellentiã eorũ & diuersa beneficia ab eis suscepta a quibus præcipuè beneficia sunt vt ipsum esse & gubernatio. In vtroque aũt Deus summum obtinet locũ q̃ excellentissimus est vt cã nobis essendi & gubernationis primũ principiũ. Secũdario nr̃i esse & gubernationis principiũ sunt parentes & patria a qbus & in qua nati & nutriti sumus, & ideò de primo maximè est hõ debitor, scd̃o parentibus, & patriæ, tertio est cã gubernationis, & disciplinæ nr̃æ pſonæ in dignitate cõstitutæ, quę. s. hẽt regere. Vnde eis & rectoribus, & magistris debitores sumus. Vnde sicut primo gradu ad religionẽ pertinet Deo cultũ exhibere, ita scd̃o pertinet ad pietatẽ exhibere cultũ parentibus, & patriæ, & in tertio gradu pertinet ad virtutẽ obseruantie exhibere cultũ & honorẽ in dignitate & regimine cõstitutis. In cultu aũt parentũ qd̃ pertinet ad pietatẽ includitur cultus oĩm' cõsanguineorũ, qa cõsanguinei ex hoc dr̃ q̃ ex eisdẽ parentibus processerũt, ẽm phũm 8. ethi. In cultu aũt patrię intelligitur ẽt cultus concriuũ, & oĩum patriæ amicorũ, & iõ ad hoc propriè & principaliter pietas se extendit & cultus quidẽ q̃ ponit in dicta diffinitione ptinet ad reuerentiã, & honorẽ obsequium aũt ad curam & subuentionem cum indigent.

§. 1. Parentes tripliciter sunt honorãdi.

¶De honoratione parentũ qd̃ ptinet ad pietatẽ, & principaliter in quarto pcepto Exod. 22. Honera patrẽ tuum, & matrẽ tuã. Nota q̃ ille honor intelligit tripliciter. s. primo eis reuerẽtiã exhibẽdo, scd̃o obedientiã faciendo, tertio in necessitatibus subueniendo. ¶Primo ergo debemus parẽtes reuereri. Eccl. 7. Honora patrem tuũ & gemitũ matris tuę ne obliuiscaris. Memento &c. & hoc assurgendo humiliter loquẽdo, defectus senectutis supportando, vitia nõ detegendo, aut deridendo, & hmõi. Eccl. 3. Fili suscipe senectã patris tui, & nõ cõtristeris eũ in oĩ sua vita, & si defecerit veniã da & nõ spernas eũ. Cham. n. spreuit patrẽ denudatũ, inde maledictus fuit in filijs. Gen. 9. Scd̃o honorãdi sunt eis obediẽdo. Colos. 3. Filii obedite parentibus vr̃is. Et in lege mandat q̃ q̃ contumaciter nõ obediat parẽtibus in bonis monitis, accusatus ab eis, lapidaret a populo. Sciẽdũ tñ q̃ obedire nõ debẽt in his q̃ sunt contra Deũ, nec ẽt ad cõmittẽdũ veniale pctñ Hiero. Hoc de seruis apud dños, de filiis apud parentes, de vxoribus apud viros, q̃ in illis tñ obediãt q̃ cõtra Dei mãdata nõ sunt 11. q. 3. si dñs. Nec ẽt in his q̃ impediũt perfectum salutis. vt ingrediendo religionẽ, in seruãdo castitatẽ. & hmõi, & nõ cõtrahendo matrimoniũ, & hinc Hieron. ad Heliodorũ. Sũmũ genus pietatis est in hac re esse crudelẽ. s. parẽtibus nõ acquiescẽdo eis in remanẽdo in seculo. Tertio honorandi sunt in necessitate subueniendo. Paulus ad Heb. Filij reddite vicẽ parẽtibus, hoc. n. acceptũ est corã Deo. Vicẽ reddimus cũ nutrimus eos, sicut ipsi paruulos nos nutrierunt. Vnde Xps reprehendit phariseos q̃ inducebãt filios ad vouendũ oblationes in tẽplo, nõ subueniẽtes ex his in necessitatibus parentũ. Mat. 15. di cẽs. Irritũ feciſtis mãdatũ Dei pp traditiones vr̃as ẽm illud. Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã.

§. 2. Inducẽtia ad honorãdũ parẽtes.

¶Ad hoc aũt inducunt primo naturæ incitamentũ. Nã & bruta aialia curã gerũt de parentibus senibus. Sicut dr̃ de gruibus, qa cũ patres & matres fiunt depilati, filii curã gerũt eorũ & necessaria prouidẽt, donec recuperẽt pẽnas vel morianr̃. ¶Scd̃o Christi documentũ non solũ verbo, sed exẽplo. Nam tpe passionis inter tot dolores non est oblitus matris, cõmendans eã Ioanni. Prius. n. mortuo Ioseph sponso, ipse cu tã habebat. Ipse ẽt cũ curia sua cœlesti de cẽlo venit ad matrẽ honorandã in morte, & collocandam honorificè in throno. Et ipsam voluit ab oibus honorari, sic & nos debemus de facto. ¶Tertio multiplex inde emolumentum.

Emolumẽtum triplex.

¶Et primo est prolongitas vitæ. Eccle. 3. Qui honorat patrẽ suũ vita viuet longiori. Honora patrem tuum & matrẽ tuam vt sis longeuus super terram. Exod. 20. Iustum est. n. vt qui est gratus beneficio sibi illato multiplicetur, &

ingrato

ingrato auferat. Cū aūt vitā & esse post Deum habuerimus a parentibus q̄ est gratus eos honorādo mereī ꝓlongari in vita, & inhonorans eos abbreuiari, hoc tn̄ euenit in ordine ad salutē aīmę b. Tho. ¶ Secūdum emolumētum est exauditio orationis, & consolationis in filiis. Eccl. 2. Qui honorat pr̄m iocundabit in filiis & in die rōnis exaudiet. Econtra, q̄ male tractabit parentes postea ex Dei iudicio, & ipse male tractabit a suis, sicut patet ꝑ multa exempla. ¶ Tertiū est multiplicatio bonitatis. i. tēporaliū & spūaliū rerū. Eccl. 3. Honora pr̄em tuū & mr̄em tuā, & supueniet tibi bn̄dictio. Vtrū aūt filius possit deserere parētes indigentes vt ingrediat religionē. Et an ingressus teneat exire ad subueniendū necessitatibus parentū hēs diffuse in 3 par. tit. 16. de religiosis ibi vide. Et nota ſm b. Tho. 2. 2. q̄ sub isto ꝓcepto cōprehenditur oē subsidium quod tenemur ꝓximo exhibere occasiōe pietatis ſm opportunitatē.

¶ De virtute obseruantiæ. Cap. 10.

Obseruantia quid, ſit.

DEinde de obseruantia videndū est, sic aūt diffinit a Tull. Obseruantia est per quam hoies aliqua dignitate p̄cellētes, cultu & honore designantur. ¶ Pro cuius delaratione dicit bea. Tho. 2. 2. q 102. Necesse est q̄d eo mō per quendā ordinatū descensum distinguātur virtutes, sicut & excellentia psonarū q̄bus est aliquod reddēdum. Sicut aūt pr̄ carnalis participat rōne principii q̄d vīr inuenitur i Deo. Ita ēt psona q̄ aliquā ꝓuidētiā circa nos gerit participat ꝓprietatē patris, qa pr̄ est principiū & gubernationis, & educationis, & disciplinę omnium q̄ ptinent ad pfectionē humanæ vitæ. Persona aūtē in dignitate constituta est sicut principiū gubernationis aliquarum rerū. Sicut principes, dignitates in rebus ciuilibus, dux exercitus in rebus bellicis, magister in disciplinis, sīr & in aliis. Et inde est q̄ tales oēs pr̄es appellant ꝓp similitudinem curæ, vnde & 4. Reg. 5. dixerunt serui ad Naaman. Pr̄ & si rem grandē dixisset tibi ꝓpheta, &c. Ideò sicut sub religione p quā cultus tribuit deo quodam ordine inuenit pietas p quā colunt parentes, ita sub pietate inuenitur obseruantia p quam cultus & honor exhibetur psonis in dignitate constitutis. Et nota q̄ quamuis ex hoc q̄ aliqs hēt pfectionē virtutis, vel scientiæ hēat quandam excellētiā in seipso, non tn̄ hēt rōnē principii sicut ille q̄ in dignitate constituitur, qa ex hoc q̄ hēt ptātem gubernādi subditos hēt rōnem principii, put est aliorum gubernator. Et ideò spāliter q̄dā virtus determinatur ad exhibēdū cultū & honorē in dignitate constitutis. Verū q̄a p scientiā, & virtutē, & oīa alia hmōi quibus idoneus redditur ad dignitatis statū, ideò reuerentia q̄ exhibet aliquibus ꝓp quācunq; excellentiā ptinet ad eandē virtutē. ſ. obseruātiæ ſm Tho. ¶ Itē nota q̄ cū sit duplex debitū ſ. legale & morale. Ex debito legali ad q̄d red dendū a lege cōpellimur dēt hō cultū & honorē in dignitate constituti q̄ hñt ꝓlationē super eum. Ex debito verò morali q̄d ex quadā honestate debere dr̄ hō cultū & honorē aliis etiā ꝓlatis q̄ non hñt ptātem super eū b. Tho. Item nota q̄ in cultu q̄ ponitur in diffinitione intelligitur obsequium, dū. ſ. qs obedit eorū Imperio q̄ sunt ꝓlati, & vicem rependit suo mō eorum beneficii. ¶ Tria ergo debētur ꝓlatis in dignitate cōstitutis. Primo honor ꝓ rōne sublimioris gradus, oē. n. mouens hēt quādā excellētiā sup illud quod mouetur. Prelatus aūt cū hēat gubernare subditos. ſ. per consequens hēt eos mouere in debitum finē, q̄a hoc est gubernare sicut gubernat nauim nauta. Dulia dupl̄r sumitur ſm b. Tho. Vno mō strictè & sic importat honore solū a seruis debitū dñis. Et tūc est spēs obseruātiæ. Alio mō largè ꝓut importat honorē & reuerentiā q̄ exhibetur alicui rōne cuiuscunque excellentiæ, & sic continet sub se pietatē & obseruantiā. Itē nota ſm b. Tho. quia obseruantia exhibet honorē dñis a seruis ducēdo ad portū, & sic ei exhibetur honor. Scdo rōne potentiæ quā hēt ad coercedū, dētur ei timor. Tertio rōne gubernationis eorū dētur obediētia p quā mouent ad impium ꝓsidentiū, & tributa q̄ sunt stipendia laborū eorū. Vñ apls ad Heb. 13. Obedite ꝓpositis vestris, &c.

De debito legali & morali.

Prælatis tria debenē.

¶ De honore q̄ exhibetur ꝓlatis per obseruantiā. ¶ Nota q̄ obseruantia hēt sub se duas virtutes vt partes suas. Vna q̄ dr̄ Dulia. Dulia. n. græce, latine dr̄ seruitus per quā exhibet honor & reuerentia superioribus ꝓcipuè a seruis erga dños. Alia q̄ dr̄ obedientia per quam obeditur eorū imperio de qua postea dicetur. Ad declarādum ergo q̄d sit honor, ſm b. Tho. 2. 2. q. 103. Sciendū q̄ honor testificationē quandā importat de excellentia alicuius. Vnde hoies q̄ volunt honorari testimoniū suę excellentiæ q̄runt. Testimonium aūt redditur coram Deo, vel corā hoibus. Corā Deo q̄dem q̄ est inspector cordis testimoniū conscientiæ sufficit. Et ideò honor quoad deū pōt consistere in solo interiori motu cordis dum. ſ. aliqs recogitat, vel Dei excellentiā vel alicuius hois corā Deo. Sed quoad hoies aliquis nō pōt ferre testimoniū nisi per aliqua signa exteriora vel verborū putat cū aliqs ꝓnunciatore excellentiā alicu-

§.

Obseruantia hēt sub se duas virtutes

Honoris diffinitio.

ius vel factorum, sicut inclinationibus, obuiationibus, & aliis hmõi. Vel ẽt rerum exteriorũ, puta in exhibitione enceniorũ, munerũ oblatione, aut imaginũ institutione. Et fm hæc honor in signis exterioribus cõsistit. ¶ Et nota q̃ reuerentia nõ est idem q̃ honor, sed ex vna parte est principium motiuum ad honorandũ inquantum. s. aliquis ex reuerentia quam hẽt ad aliquem cum honorat. Ex alia verò parte é finis honoris, inquantum. s. quis ad hoc honoratur vt in reuerẽtia ab aliis habeatur. Honor ergo est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis fm philosophum in 2. ethic. Reuereri est actus timoris. ¶ Item nota q̃ laus distingui tur ab honore dupliciter. Primo q̃ laus consistit in solis signis verborum, honor aũt in quibuscunq; signis. Et fm hoc laus includitur in honore. Secundo mõ quia per exhibitionem honoris reddimus testimoniũ bonitatis de excellentia alicuius absolutè, sed p laudẽ testificamur de bonitate alicuius in ordine ad finẽ, sicut laudamus benè operantem pp finẽ, Honor aũt est ẽt optimorum q̃ non ordinãtur ad finẽ, sed iam sunt in fine bea. Tho. ¶ Gloria ãt est effectus honoris, & laudis, q̃a ex hoc q̃d te stificamur de bonitate alicuius clarescit bonitas eius in noticia plurimorũ, & hoc importat nomẽ gl'iæ. Dr. n gloria quasi clara. Vnde bea. Amb. Gloria é clara cũ laude noticia, b. Tho. ¶ Cui exhibendus sit honor. Nota fm be. Tho. vbi supra q̃ cũ honor non sit aliquid aliud nisi quædam protestatio de excellentia alicuius. Potest excellentia alicuius considerari non solum p comparationem ad honorantem, vt. s. sit excelsior eo q̃ honorat, sed ẽt fm se, vel per cõparationem ad aliquos alios. Et fm hoc honor semper debetur alicui pp aliquam excellentiã vel superioritatẽ, non tñ oportet q̃ ille qui honoratur sit excellentior honorante. Sed fortè q̃bus dã aliis, vel ab ipso honorante quãtum ad aliquid & non simp'r. Prælati mali iustè honorantur nõ pp excellentiã virtutis, sed pp excellentiã dignatis, fm qđ sunt ministri Dei. Nota fm magistrum Vbertum in exposi. regulæ Aug. ca. li q̃ diuersa genera psonarum in scriptura sacra mandantur honorari. ¶ Et primo rectores. Eccl. 10 In medio fratrum rector eorum in honore. Et multo magis prælati eccleſiæ q̃ seculares personæ. 1. ad Thim. 5. Qui bene præsunt presbyteri duplici honore sunt digni Ar. ad hoc di. 96 Duo sunt ¶ Secundo sunt honorandi deuoti viri sancti, hoc fit pp inhabitantem sp̃m sanctum, sicut capsella pp reliquias. Et propter hoc Thobias fuit honoratus a rege Salmanas'ar. ¶ Tertio honorandi sunt sacerdotes. Eccl. 7. Honorifica sacerdotes. 6. q. 1. Sacerdotes. Exemplo beati Martini præferentis sacerdotem imperatori in porrigẽdo. Reliqui ẽt ministri fm gradum ordinis sunt honorandi, vt hĩ dist. 93. Iuxta. ¶ Quarto honorãdi sunt cõfessores. Eccl. 30. Honora medicũ &c. Et si corporum multo magis aiarum. Confessores dicũtur medici animarum, extra de pe. & re. Cum infirmitas. ¶ Quinto honorãdi sunt dono sapiẽtiæ predi. Sap. 8. Propter hanc. s. sapientiã habebo honorẽ apud seniores, pp hoc Ioseph a Pharaone, & Daniel a Nabuchodonosor, honorati sunt. ¶ Sexto missi a superioribus ad aliqua officia exercenda, vt vibratores, oratores, & hmõi. Ad Phil. 2. Eũ cum omni honore habetote, & loquitur de Epaphrodito misso ab eo ad eos. Vnde q̃a missi a Nabuchodonosor reuersi sunt sine honore, turbatus est contra illos. ¶ Septimo honorãdi sunt religiosi Aug. in reg. Honorate Deum in vobis inuicem cuius templa facti estis. Tẽplũ materiale honoratur quasi Deo dicatũ, quanto magis rõnale dicatũ Deo per votũ religionis. ¶ Octauo seniores honorandi sunt. Eccles. 14. Honora psonam senis. Similiter & priores in ordine sicut antiquitus primogeniti, sicut Iacob a Pharaone. ¶ Nouo vniuersaliter oẽs, inuicẽ. Ro. 12. Honore invnem puenientes. Credendum est. n. q̃ quilibet hẽat aliquid quod laudeat quo nos pcellit sed præcipit pp imaginem dei quod est in quocunque. ¶ Nota de diuersis modis honorãdi fm Vbertum in expositione regulæ. ¶ Primus est diligenter præstare auditum loquentibus, vnde Sap. 8. dr Loquentem mereſpicient. ¶ Secundus est alioqui reuerenter. Eccl. 5. Honori sermone sensati. ¶ Tertius est assurgere venienti. Leui. 19. Corã cano capite surge. ¶ Quartus est decenter assurgere sedenti more angelico. Esa. 6. Vidi dominum sedentem, & postea Seraphin stabãt &c. ¶ Quintus comitari incedẽtem 2. Regum 15. Vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum. s. Dauid imitantes eum cum fugeret de Hierusalem a facie Absalonis. ¶ Sextus in signis humiliationis, vt inclinationibus, & huiusmodi. Eccle. 3. Ab humilibus honoratur. s. Deus. ¶ Septimus est in exhibitione seruitiorum vt lotio pedum & manuum, & huiusmodi. Eccl. 3. Qui timet Deum honorat parentes. ¶ Octauus in rerum honorabilium collatione, vt honorabilius, ferculum, & huiusmodi, vnde Nume. 23. dixit Balach Balaam decreueram te honorare, scilicet muneribus. Sed Deus priuauit in honore. ¶ Nonus in propriæ magnificentiæ depositione, vt depositio capucii, & huiusmodi.

Reuerẽtia & honor differunt.

Laus in quibus. cõsistit

Gloria.

§. 2.

Rõ quare alicui debetur honor.

Quibus psonis ẽ honor exhibendus.

Quibus modis qs honorandus sit.

Apoc.4. Cū darent illa quatuor aīalia honorē ſedēti ſuper thronū & 24. ſeniores deponebāt coronas ſuas,&c. ¶Decimus eſt in alterius ꝓpoſitione,in via,in deſcendendo,in ſedēdo,in loquēdo, & hmōi. Eccl.3. Loquere maior natu &c. ſūt & alii quos vnctio docet cū expedit.

¶*De obedientia.* *Cap.* 11.

Obediē tia ē duplex.

OBedientia eſt virtus, & gñalis, & ſpecialis ſm B.Tho.2.2.q.c.4.Si.n.ſumat largè pro executione cuiuſcunq; ꝙ ꝑt cadere ſub ꝓcepto,& inobedientia pro omiſſione eius ex qua licunq; intentione ſit. Sic obedientia eſt generalis virtus, & inobedientia eſt gñale peccatū. Et ſic ſumit B.Amb.qñ dicit ꝙ pctm̄ eſt inobe diētia mandatorū Dei. Si aūt accipiat obedientia propriè ſm ꝙ reſpicit ꝑ intentionē formalē rōnem ꝑcepti ſicerit virtus ſpecialis, & ſm hoc ad obedientiā requirit ꝙ impleat qs actū iuſtitiæ vel alterius virtutis intēdens implere ꝓceptū, & ad inobedientiā ſp̄ale pctm̄ ei contrariū requireret ꝙ actualiter contēnat ꝓceptū, nihil.n.prohibet duas ſpeciales rōnes ad quas duæ ſpāles virtutes reſpiciunt in vno, & eodē materiali obiecto.i.actu cōcurrere. Sicut miles defendens caſtrū regis implet opus fortitudinis,non refugiēs mortis pericula ꝑp bonū & opus iuſtitiæ debitū ſeruitium dño ſuo reddēs. Sic & rō ꝑcepti q̄ attendit obedientia concurrit cū actibus duarū virtutū. Non eſt tñ de oībus virtutū actibus,qa non oēs actus virtutū ſunt in præcepto, & quędā alia cadūt ſub ꝑcepto q̄ ad nullā aliā virtutū pertinent vt patet in his quę non ſunt mala niſi qa prohibita.

Obediē tia ē virtus ſpecialis.

Quia aūt ſit virtus ſpāls probat̄ ſic ſm B.Tho. vbi ſupra. Oīa opa bona q̄ habēt ſpecialē rōnē laudis habēt ſpālem rōnem virtutis.Hoc.n.cō petit virtuti vt opus eius reddat bonū vt patet per diffinitionē eius. Obedire āt ſuperioribus debitū eſt ſm ordinē datū diuinitus q ſtatuit inferiora ſubiici,& regi per ſuperiora, vnde & pers conſequens eſt bonū,cū bonū conſiſtat in ſpe mō & ordine, ſecundū Aug.in ſi.de natu. boni. Cū āt inferiores ſuperioribus multa debeāt exhibere inter cætera hoc eſt vnū ſpāle ꝙ tenent eius ꝑceptis obedire,& ſic patet ꝙ obedientia eſt ſpālis virtus, & eius ſpāle obiectū, eſt præceptū tacitū vel expreſſum. Voluntas.n. ſuperioris quocunq; mō innoteſcat,eſt qđdā ꝑceptū tacitū & tanto vr̄ obedientia prōptior, quāto ꝑceptū expreſſum obedīēdo ꝓuenit voluntate ſuperioris intellecta.Eſt aūt mediū inter ſuperfluū,& diminutū,ita vt accipiat̄ diminutū cū non obediat, ſuperfluū cū obediat cui nō dēt vel in q̄bus non dēt,vnde Greg.11.q.3. qđ ergo mirū, dicit ꝙ ꝑ obedientiā nunq̄ dēt malū fieri,& verè bonū qđ agit̄ per obedientiā qñq; intermitti qđ intelligitur ſcđm B.Th.de bono ad qđ quis non tenet ex neceſſitate facere.Nā illud bonū ad qđ tenetur facere, ex neceſſitate, nullo mō dēt per obedientiā omitti, vt diligere Deū,ſeruare mādata eius,& hmōi.

¶De excellētia obediētiæ,& diffinitione eius. §.1.

Sic aūt diffinit ſcđm Guil.Obediētia eſt obtēperātia ſcđm regulā ſacrę ſcripturę maioribus q̄buſcunq; debita,vel ſic. Obediētia eſt ſpōtanea & rōnalis propriè volūtatis abnegatio. De excellentia dicit Greg.8.q.1. Sciendū ꝙ obediētia ſola fidei meritū poſſidet ſine qua q̄ſq; infideliſeſſe conuincit,ēt ſi fidē vr̄ tenere. Et in vlt.moral. dicit ꝙ cūctas virtutes mēti inſerit, inſertaſq; cuſtodit, ꝙ intelligit inq̄tum actus virtutū operatur obedientia cauſaliter vel diſpoſitiue ad ipſarū gñationem & cōſeruationē quia ad obedientiā pertinent oēs actus virtutū ꝓut ſunt in ꝑcepto. ¶Notandū tñ ſm B. Tho. vbi ſupra,ꝙ obediētia eſt excellentiſſima virtutū moraliū, ſed theologicę ea excellentiores ſunt. Et rō eſt,qa ſicut pctm̄ conſiſtit in hoc ꝙ hō contēpto Deo bonis mutabilibus inhæret, ita meritū virtuoſi actus cōſiſtit in cōtrariō in hoc ꝙ contēptis bonis creaturis Deo inhæret. Finis aūt potior eſt his q̄ ad finē ſunt,ſicut ſanitas potior eſt medicina. Si ergo bona creata contēnantur ꝑp hoc vt Deo inhęreat maior eſt virtutis laus ex hoc ꝙ Deo inhęret q̄ ex hoc ꝙ bona terrena contēnit. Et ideò illæ virtutes q̄bus Deo ſm ſe inhæret.ſ.theologicæ ſunt potiores virtutibus moralibus,q̄bus aliq̄d terrenū contēnitur vt inhæreat virtuti morali. Aut tāto aliqua excellētior quāto magis per illam contēnitur vt Deo inhereat. Quia ergo inter bona tpalia, & bona aīæ præcipuū eſt volūtas inquantū voluntarius hō aliis bonis vtit̄, ideò obedientia qua ꝑp Deū contēnitur propria voluntas eſt excellētior moralibus aliis q̄bus cōtemnunt̄ alia bona creata vt tpalia, voluptates,& hmōi.Et quāuis dicat Greg.8.q.1. Sciendū ꝙ obedientia aliq̄n ſi de ſuo aliq̄d hēt nulla eſt,aliq̄n ſi de ſuo aliq̄d non habeat minima eſt. Et exēplificat in primo de ꝓſperis quæ appetunt̄. In ſcđo de aduerſis q̄ horrent̄, verū eſt ſm B.Tho. quantū ad id qđ appareat exterius, qa ſi in proſperis cū per ſe appetant̄ vr̄ in hmōi qs agere nō ꝑp ꝓceptū, ſed ſolūm ꝑp adimplendum velle ſuū, & ſi ſic eſſet non eſſet vera obedientia,ſed ſm iudiciū Dei,qui corda rimatur,non ſemper eſt ſicut apparet.Nam poteſt contingere,ꝙ illud qđ erat deſideratum

Obediē tiæ diffinitio.

Obediē tia inter virtutes morales eſt excellentiſſima.

hat cū bona dispositione rone p̄cepti. Et ecōtra q̄d erat fm se molestū assumat, rone obedientiæ voluntariæ, & sic non minuit meritū eius.

§.2. ¶De conditionibus seu gradibus obedientiæ fm Guil. in summa virtu. Ber. tangit 7. gradus obedientiæ. ¶Primus est libenter obedire sine contradictione. Io. 4. ait Xps. Meus cibus est vt faciā voluntatē eius qui misit me, & ait Saulus Act. 9. Dñe quid me vis facere? Ber. Qui occultè satagit vt quod vult ipse, hæc prælatus velit ipse se seducit si forte sibi quasi de obedientia blandiat. ¶Secūdus est sine discussione obedire. ps. In auditu auris obediuit mihi. Deu. 13. Quod præcipio tibi hoc tm̄ facito nec addas quicquam nec minuas. Ber. Post præcipientis imperium videmus facere multas quæstiones quas sępius ingeminant, vnde hoc venit quis hoc inuenit consiliū, murmuratio, excusatio, simulatio, impossibilitas, aduocatio amicorū. Idē. Perfecta obedientia maximè in incipiente est indiscreta. i. nō discernit quid vel quare p̄cipiatur. Sancti patres multū excitabant discipulos in hac simplicitate, vt patet in vitis patrum. ¶Tertius gradus obedire Hylariter sine contristatione. Eccle. 35. In oī dato Hilarē fac vultū tuum. Bern. Serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus multū colorant obedientiā obsequentis. Obedientes cū rristitia similes sunt Simoni Cyreneo portanti crucē inuitè. Eccle. 33. Præcordia fatui quasi rota currus. Talis rota non solū murmurat per defectū vnctionis, sed etiā vna ante aliam non vult moueri. Sic tales nolunt obedire nisi & alij faciant. ¶Quartus est velociter sine tardatione. Can. 5. dī. Manus tornatiles quæ velociter mouentur. Exemplo Iacobi & Ioannis qui vocati a Christo statim relictis retibus, & patre secuti sunt eū. Matt. 4. Et Zachæus festinans descendit. Luc. 19. Exēplū de eo qui dimisit litterā imperfectā, vt iret vocatus ab Abbate. Prouer. 22. Vidisti hoīem velocem in opere suo coram regibus stabit. ¶Quintus est viriliter sine defectione. Exēplo Christi qui factus est obediens vsq; ad mortē crucis, & Ber. Misisti manū tuā ad fortia agendum est instanter & constanter obediendū est integraliter sine diminutione. Tob. 5. Oīa quę præcepisti mihi pater faciā. Iac. 2. Qui offendit in vno factus est oīum reus. ¶Sextus est humiliter sine elatione. Luc. 17. Cū feceritis oīa quæ præcepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus. Vel sextus est rōnabiliter obedire sine offensione. Act. 5. Obedire oportet Deo magis q̄ hoībus. Aug. Sicut in potestatibus humanæ societatis maior ptās minori ad obediendum præponit, ita Deus oībus, di. 8. q̄ cōtra mores, & 11. q. 3. si dns, & c. Iulianus. ¶Septimus est obedire perseueranter sine cessatione 1. Cor. 9. Sic currite vt cōprehendatis. Greg. In cassum bonū agit si ante vitæ terminū deserat, de pe. dist. 3. Hi septē gradus sunt illius scalę q̄ vidit Iacob. Ge. 28. Scala obedientia est cuius latera abrenunciatio proprij sensus, & propriè voluntatis. Tria de ea dnr. Primū est q̄ erat erecta a terra vsq; ad cœlum, & significatur rectitudo intentionis. Secundū q̄ Angeli ascendebāt, & descendebant per eā, fm q̄ Angelicus status est conuersationis. Tertiū q̄ dns erat innixus scalæ, & signat q̄ per eam tanq̄ viam perfectā subito ascēditur ad gloriam visionis supernæ.

Conditiones obediētiæ.

§.3. ¶De incitamentis seu inductiuis ad obedientiā q̄ sunt. Rō naturalis. Creatura vniuersalis. Scriptura diuinalis. Et vtilitas plurimalis.

Inductiones ad prōpte obediendū.

¶Quantū ad primū nota q̄ sicut actiones naturales rerū naturaliū procedunt ex potentiis naturalibus, ita ēt operationes humanæ ꝓcedunt ex volūtate humana. Oportuit aūt in rebus naturalibus vt superiora mouerēt inferiora ad suas actiones per excellentiā virtutis naturalis collatę diuinitus. Sic ēt oportet in rebus humanis q̄ superiores moueant inferiores per suā voluntatē ex mandatis diuinitus ordinatis, mouere aūt per imperiū, & voluntatem est præcipere. Et iō sicut ex ipso ordine naturali diuinitus instituto inferiora necesse hnt in rebus naturalibus subiici motioni superiorum. Ita ēt in rebus humanis ex p̄cepto naturali, & diuino tenentur inferiores suis superioribus subiici fm Tho. ¶Quantū ad fm oīs creatura obedit leni sibi. s. datæ a Deo, iuxta illud psal. Præceptū posuit, & nō ꝓteribit. Præcepit. n. soli vt peragat cursum suum dietim de oriente in orientē, & nunq̄ hoc omisit nisi qñ tpe Iosue stetit firmus in cœlo, & hoc ibi p̄cipiente Deo. Præcepit mari vt nō egrediat terminos suos. Terræ vt producat fructus & faciat. Matth. 8. Venti & mare obediunt ei. Dixerant quidā de Xpo qñ imperans fecit tranquillitatem. Amb. Non mediocris pudor est imperio Dei insensibilia elementa parere, & homines nō obedire.

Exēpla obediētiæ.

Oratio creatura obedit p̄ cepto sibi dato.

¶Quantū ad tertiū. Heb. vl. Obedite ꝓpositis vris, & subii cite eis, ipsi. n. peruigilāt quasi rōnē ꝓ aīabus vris reddituri. &c. Eccle. 4. Melior est obediētia q̄ victimę ad Ro. 13. Oīs aīa ptātibus sublimioribus subdita sit, &c. Exemplo Abrahæ q̄ obediuit exeūdo de terra sua, & circuncidēdo seipsū, & immolādo filiū, & ex hoc summè laudat. Exēplo Xpi de quo Lu. 2. Erat subditus illis. Gre. Quid ergo mirū si pctōr hō obediētiæ se in pntis breuitate vitæ subiiciat, qñ hāc qui obediētes remunerat nō reliquit.

11.q.quid ergo. Exẽplo multa hẽs in vitis patrũ. ¶ Quãtũ ad quartũ multiplex est fructus eius multi sũt fructus obediẽtiæ ſm Guil. i sũ. nir. ¶ Primus, qa facit hoiem dei amicũ Io. 15. Vos amici mei estis si feceritis q̃ ꝓcipio vobis. ¶ Secꝰs, qa facit Christi amicũ & cõsanguineũ Matth. 12. Qui fecerit voluntatẽ par. mei q in cęlis ẽ ipse meus frater so. &.m. est. ¶ Tertius qa facit mẽtẽ deo hospitiũ. Maria. n. obediẽte voci angeli dei filius vterũ eius intrauit Aug. O humilis obediẽtia q̃ dũ fidẽ dedit cœli opificem incorporauit. Vnde & Christus hospitat bat̃ sæpe in Bethania q̃ interpretatur domus obediẽtiæ & in domo Simonis q interpretatur obediẽs. ¶ Quartus, qa hoiem exaltat in excel lẽtissimũ statũ in ꝑsenti & i futuro. Deute. 28. Si audieris vocem dñi dei tui faciet te excelsio rem cũctis gentibus In ꝑsenti p famã & miracula Simon q interpretat obediẽs Christo iubẽti obediẽs ambulabat sup aquas Matth. 14. Et Maurus ad capiẽdũ Placitũ vt narrat. Gre. & cõprehendit Simon obediendo Christo piscĩũ multitudinẽ copiosam Lucæ. 5. In futura exaltat ad Phili. 2. de Christo dr̃. Factus obediens &c. pp qd̃ & deus exaltauit illũ &c. Et in vitispa. Vidit qdã. 4. ordines in cœlo. s. infirmorum in patientia, seruiẽtium in charitate, solitariorũ in deuotione, & obediẽtiũ patri spũali, & istũ vltimũ supiorem vidit. ¶ Quintus facit oões exaudiri Greg. Si obedierimus ꝓpositis nr̃is obediet deus oõnibus nr̃is. ¶ Sextus sacit a piculis liberari Sapi. 14. Exigui ligno. s. naui obedientię credũt hoies aĩas suas & trãseuntes mare p ratẽ suæ liberati. ¶ Septimus facit de hostibus triũphare Prouer. 21. Vir obediens loquetur victorias. Postq̃ Adam dimisit obediẽtiã suã inferius. 1. subdita rebellionis signa ostendit superiori suo, vt patet Gene. 3. ¶ Octauus facit hoiem ornare. In huius figurã legit q amici Iob obtulerũt eis inaurẽ vnã ex mãdato dei Iob vlt. & significat obedientiam ſm Greg. quæ ornat animam sicut inauris corpus. ¶ Nonus ponit se in aliis cũ quib. uiuit in pace. Esa. 48. Vtinã attẽdisses ad madata mea, fuisset vti q; quasi flumen pax tua. In huius figurã legit. 2. Macha. 14. q̃ siluerit terra oĩbus diebus Simonis qui interpretat obediẽs. ¶ Decimus dat dñium oĩum. Nã obediẽti obediũt creaturę. De creatura legitur Iosue. 10. Nõ fuit postea tã lõga dies obediente deo voci hoĩs. 1. Iosue qui hoc postulauerat. De creaturis in vitispa. & sanctorũ habes multa exẽpla. ¶ Vnde cimus bñdictionem dei inducit Deute. 2. Propono tibi bñdictiones si obedieris mandatis, dei, & ita bñdictus eris in agro &c. ¶ Duodecimus facit hoiem dignũ prælatione. Vnde & dñs Simonẽ cæteris præfecit. 1. Macha. 2. Simõ scio q̃ vir cõsilii est ipsum audite semp & ipse erit vobis pater q̃sq; pesse non audeat q subes se nõ didicit. ¶ Decimus tertius ad gr̃iam pduc it Matth. 19. Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata dei, vnde & primis parẽtibus datũ est p̃ceptũ vt p exercitiũ obediẽtię magis q̃ alterius virtutis acq̃rerent regnũ. Gre. Neq; enim mala arbor in paradiso extitit &c. 11.q.3. q̃d ergo. ¶ In quibus ergo debeat qs obedire suis superioribus, & in quib. nõ teneat, & de vitio inobedientiæ sibi contrario, habes in 2. par. ti. 4. c. 2. & in 3. par. ti. 16. c. 1. §. 9. ¶ Et nota q̃ in omnibus simpl̃r semp obediendũ est deo & i his q̃ sunt cõtra ꝓceta, qa in ipsis põt disp̃ẽsare ipse solus, sed non hõ Exo. 24. Omnia quę locutus est dñs faciemus et imusq; obediẽtes Deo regnatori vniuersæ terræ suæ. Ad omnia quæ iusserit sine dubio obtẽperãdum est di. 8. quæ cõtra mores. Nec tũc. i. cõtra virtutem, qa ſm b. Tho. 2.2. vbi supra. Sicut deus nihil operatur contra naturã ſm hoc est natura vniuscuiusq, rei q̃ in ea dominus operatur. Tñ aliquãdo cõtra solitũ cursum naturæ vt in opibus miraculosis, ita deus nihil põt ꝓcipere contra virtutem, quia in hoc principal̃r cõsistit virtus & rectitudo volũtatis humanæ q̃ dei uoluntati conformet & eius sequatur impium, q̃uis sit cõtra cõsuetũ virtutis modũ. Et sic nõ fuit contra iustitiam preceptum Abrahę factum, q̃ filium innocentem occideret, quia deus est auctor virtutæ & mortis Nec. contra castitatem ꝓceptum factum Oseæ, vt adulteram acciperet quia deus est ordinator gubernationis humanæ, & ille est debitus modus vtendi mulieribꝰ quẽ deus instituit & in hmõi obediendo non peccauerũt, sed hõ hoĩ cõtra mãdata dei obedire nõ debet. 11.q.3. si dñs. Huic virtuti opponit i obediẽtia, de qua supra i secũda parte. T.14.c.2

¶ *De gratia prout est iustitiæ pars. Cap.* 12.

GRatia multipl̃r accipit, vt notat Archid. 1.4.1. gratia. Nũc ergo accipitur prout ẽ virtus specialis pars iustitiæ scilicet potentialis quam Tullius sic deffinit. Gratia est in qua amiciciarum & officiorum alterius memoria & remunerandi voluntas continetur. Ad hanc inuitat Apostolus dicẽs, grati estote. Quod autẽ sit virtus specialis distincta a cæteris sic declarat bea. Tho. 2.2.q.106.ar.1. secundum diuersas causas ex quibus aliquid debetur necesse est diuersificari rationem debiti reddendi, ita tamẽ q̃ semper in maiori id qd̃ est minus cõtineat, In deo ãt primo & pricipaliter inuenit cã, debiti, eo q̃ ipse primũ principiũ est

Quid sit gra, seu gratitudo.

De multiplici fructu obedientiæ.

Per obedientiã oratiões exaudiũtur.

Deo in oĩbus est obediendum.

oīum bonorū nrorū. ¶ Secūdario āt in patre vt
est ꝓximū nræ generatiōis & disciplinæ prin-
cipiū. ¶ Tertio aūt in ꝑsona q dignitate ꝑcellit
ex qua coīa bñficia ꝓcedūt. ¶ Quarto aūt ī ali
quo bñfactore a quo aliqua particularia & pri
uata bñficia ꝓcepimus ꝓ qbus particulariter
ei obligamur. Quia ergo non quicquid debe-
mus deo vel patri vel ꝑsonæ in dignitate ꝑcel-
lenti, debemus bñfactori a quo aliquod parti
culare bñficiū recepimus. Inde est q ꝓ post reli-
gionē qua debitū cultūdeo ꝑedimus & pieta
tē qua colimus parētes, & obseruātiam qua co
limus ꝑsonas in dignitate excellentes qui in-
cludit obedientiā, est alia virtus ꝑcialis quæ
dicitur gratia seu gratitudo quæ bñfactoribus
gr̄am recōpensat, & per hoc distinguit a p̄mis-
sis virtutib. sicut q̄libet posteriorū distinguit
a priori quasi ab eo deficiens. Quamuis autem
retributio ꝓtineat ad iustitiā commutatiuam,
hoc tn̄ est qñ attēdit retributio ꝓportionalis
ꝑm debitū legale, puta si pacto firmet, vt tantū
pro tanto retribuatur, vt in mutuo & in aliis
contractibus. Sed ad virtutem gratiæ seu gra-
titudinis pertinet retributio quę fit non ex de
bito legali, sed ex solo debito honestatis, quā
scilicet aliquis sponte facit, vnde gratitudo est
minus grata si sit, coacta, vt dicit Seneca in li-
bro de benefic. Et Augustinus dicit, q ea sunt
in nostris officiis gratiora, quæ cum non de-
beantur, humanitatis tamen gratia impendi-
mus. Et quia vera amicicia supra virtutē fun-
datur. Hinc est q quicquid ē virtuti cōtrariū
in amico, est amiciciæ impeditiuū, & q̄ q d est
virtuosum est amiciciæ ꝓuocatiuum, ideò ꝑm
hoc per recōpensationē bñficiorū amicicia cō
seruat, & tn̄ ex hoc non tollit quin recōpensa-
tio beneficiorū ꝑcialiter ad virtutem gratitu-
dinis ꝓtineat. ¶ Quia vero deus est ꝑsumus bñ-
factor noster, imo oīa bona quæ habemus siue
naturalia siue gratuita siue fortunæ sunt eius
bñficia, vñ ap̄s. j Cor. 4. Quid habes qđ ñ ac-
cepisti. ſ. a deo. q. d. nihil. Ideò ꝓmaxīe debem⁹
eē grati deo & gr̄as agere de bñficiis suis no-
bis collatis. Si āt querat. Quis magis teneat ad
gratias reddēdas deo innocēs an penitēs? Ref
pōdet b. Tho. 2. 2. q. 106. ar. 2. q. aliquo mō te-
nef magis innocēs & aliquo modo magis peni
tēs. Pro cuius declaratiōe dicit idē, q actio gra
tiarū in accipiēte respicit gr̄am dātis, vñ vbi
est maior ex parte gr̄a ex parte dātis ibi req-
ritur maior gratiarū actio ex parte recipientis.
Gr̄a āt est id q gratis datur. Vñ dupliciter pōt
esse ex parte dātis maior gratia. Vno modo ex
quantitate dati, & hoc modo innocēs tenet ad
maiores gratiarū actiones, q̄a maius donū ei
dare a deo. i. magis cōtinnatū cęteris parib. ab
solutè loquēdo. Et ꝑm hoc dicit Aug. in lib. de
confes. Quis hoīum suā cogitans infirmitatē.
audet viribus suis tribuere castitatē aut inno
cētiā suā vt minus amet te quasi minus fuerit
ei necessaria misericordia tua donans peccata
cōuersis ad te? Et subdit postea, & iō tātūdē im
mo amplius te diligat, q̄a ꝓ quē me videt tan
tis meorū languoribꝫ. exui ꝓ eū se videt tantis
peccatorū languoribus nō ꝑplicari. Itē q̄a q̄to
gratuitū bñficiū est magis continuatum tanto
maior ꝓ eo debet gratiarum actio, sed in inno
cēte magis cōtinuat bñficiū diuinæ gratię q̄ ī
pænitēte, vñ Aug. in eodē Grę tuæ deputo &
misericordiæ tuæ q ꝓtā mea tanq̄ glaciem so
luisti, gratię tuæ deputo & quecūq; nō feci ma
la, q. d. n. qđ facere ñ potuit? Et oīa mihi dimis
sa eē fateor & q̄ mea ſpōce feci mala, & q̄ te du
ce nō feci. Alio mō pōt dici maior gr̄a q̄a magis
dat gratis, & ꝑm hoc magis tenēt ac gr̄arū
actiones pænitētes q̄ innocētes, q̄a eis magis
dat gratis illud qd sibi dat a deo. Cū. n. eēt di-
gnus pœna dat gratia, & sic licèt illud donū q
dat innocēti absolutæ cōsideratū fit maius q̄
donū qd dat pænitēti. Est tn̄ maius datū pęni-
tenti in comparatione ad ipsum. Sicut ēt parum
donū datū paupi, est maius q̄ diuiti magnū. Et
q̄a actus circa singularia sunt, & in his q̄ agen-
da sunt magis consideratur quod est hic, vel nūc
tale q̄ qđ est simpl̄r tale, ergo &c vt dicit phi-
losophus. 3. ethi. de volūtario & inuoluntario.
Vnde & Christus Lu. 7. dicit. Cui plus dimit-
tit plus diligit, & eadē rōne plus tenet ad gr̄a-
rū actionē. Et nota q̄ ait Amb. Facilius inueni
tur q conseruauerit innocētiam q̄ qui dignè
egerit pn̄iam. de pe. dist. j. Sunt qui arbitrātur.

De gratitudine quoad Deum.

§. 1.

¶ Inuitāt aūt nos ad gratiarum actiones erga
deū (ꝑm illud qđ dicit phariseus orās in tem-
plo, licèt non recto animo. Deus gr̄as ago tibi
Lu. 18.) tria. ¶ Primo multitudo sacrarū scrip
turarum. Secundo plenitudo cunctarū creatu-
rarū. Tertio tēporis aptitudo pleni gr̄arum.
Quātum ad primum frequenter in scripturis
admonemur ad agendū gr̄as vt illud. 1. Thess.
5. in omnibus gr̄as agite, & ad Col. 3. Omne
quodcunq; facitis aut in verbo aut in opere
oīa in noīe dn̄i nr̄i Iesu Chr̄i facite gr̄as agen
tes deo & p̄ri. Et Thob. 4. Oī tpe bñdic Deū.
Ad Eph. 5. Gratias agentes semper ꝓ oībus. Et
ps. Benedicam dominum in omni tēpore sem
per laus eius in ore meo. In domino laudā-
bitur anima mea. Debemus enim Deo re-
gratiari, opere, ore, & corde. Et quantum ad
primum dicit Benedicam dominum in om-
ni tempore. Si. n. Deus maledicit malis factis

Tria nos inuitat ad gratitudinē.

homi-

hoīum & legat, sic bonis factis benedicit & confitetur vñ Hiero. dicit quotiens vincimur vitiis atq; peccatis totiens deum negamus. Et quotiens aliqd boni agimus totiēs deū confitemur. 11. q. 3. nolite. Omni igitur tēpore dñm benedicimus & gratitudine ad eū vtimur, cū omni tēpore benè operamur. In omni. s. tēpore pueritiæ, adolescentiæ, iuuentutis, senectutis. In omni tēpore. s. die ac nocte. In omni tēpore. s. aduersitatis & ꝓsperitatis ne sit de numero illorū q solū laudant tēpore ꝓsperitatis, de qbus dr̄ in psal. Confitebit tibi cum benefeceris ei. ¶ Secundo ore debemus Deo regratiari benedicere & laudare scd̄m illud psal. Séperlaus eius in ore meo. Propterea. n. dedit Deus homini inter cætera animalia loquelā vt non solum corde sed & ore ipsum laudet, s̄m illud Eccle. Dominus dedit mihi linguā eruditam & in ipsa laudabo Deū. Hinc & Aug. ad Aurelium. Quid melius animo geramus & ore pro manus & calamo exprimam⁹ q̄ deo gr̄as? Hoc nec dici breuius, nec audiri leuius, nec intelligi grādius, nec agi fructuosius potest. Sed & de uirgine gl̄iosa legitur q̄ vocata a quoq; semp deo gr̄as respondebat ne vel illa paruula hora rēspōdēdi a laude Dei cessaret. Corde ꝓmaximè laudādus & bñdicēdus est deus. Et hoc est qd̄ dicit psal. In dño laudabitur aīa mea. Laudabitur 1. occupat, qd̄ non est aliud q̄ ipsa Dei bñficia cogitare & recognoscendo ipsum bñfactorem amare qūo angeli & sācti corpe exuti deū laudāt, s̄m illud psal. Laudem dicite Deo nr̄o oēs sancti eius et q timetis deū pusilli & magnī. ¶ Scd̄m q̄ inuitat ad regratiādū deo ē vniuersalitas creaturarum, & hoc tripl̄r. ¶ Primo qdē q̄a cum oīa facerit deus pp hoīem, vt dicit Aug. q̄libet creatura est quoddam beneficiū hoī collatū vt inuitet eū ad regratiādū ipsi de tali bñficio. ¶ Scd̄o pulchritudo & virtus ipsarū creaturarum & ordo eis datus a Deo in opibus suis quē seruāt sine defectu quasi per hoc cognoscentes bñficiū & deū suo mō laudātes, s̄m illud. Benedicite oīa opa dñi dño laudate & sup exal. eum ī se. Dan. 3. & laudate dominum de cęlis &c. psal. 148. Laudāt aūt & bñdicunt irrōnabilia deū eodē mō quo dr̄ in prouer. vulgari lopa loda el maestro, qa pulchritudo alicuius picturæ scripturæ vel sculpturæ manifestat sapientiā artificis vñ laudat. ¶ Tertio inuitāt creaturæ ad regratiādum deo quia oēs exceptis angelis sunt inferiores nobis, & cū deus potuerit nos facere viliſſimas creaturas nobiliſſimas fecit, & ad hoc facit qd̄ legit in vitis patrū, qa cōgregatis quadam vice multis patribus ad colloquēdū de Deo, dixit vnus magnæ vitæ. Benedictus Deus q fecit tot innumeras & mirabiles creaturas & qbus nulla est q̄ me nō doceat Deū laudare & regratiari. Quo dicto surrexit qdā minus expertus interrogās eū & dicēs. Qūo te docet laudare Deū bufo? Et rñdit ille. Multum qdē & multipliciter. Nam cū intueor illud animal ithorribile in aspectu veneno plenū corpe turgidum sup pectus gradiēs sup terrā oculis transuersis &c. considero Deū me potuisse talē cū eo facere, fecit aūt rōnabilē creaturā me & fui capacē, præstat mihi occasionē multā Deo regratiādi. ¶ Tertium qd̄ inuitat ad gr̄arū actionē est æqualitas tpis, dr̄ enim tps noui testi tps gr̄æ, qa supabundauit multiplex gr̄a hūano generi collata post Xp̄i aduentū. Et iō multiplicatis bñficiis multiplicādæ sunt & gr̄arū actiones, vñ ap̄ls. 2. Corin. 6. Hortamur vos ne in vacuū gram Dei recipiatis. In vacuum recipit & frustra gr̄am. i. sua bñficia q ea nō recognoscit, non laudat, nō ea exercet in multiplicādo. Et sic nō solū demeretur alia sibi dari, sed & collata sibi auferri s̄m illud Greg. priuilegium mereī amittere q cōcessa abutit ptāte. 11. q. 3. ecōtra dr̄ Eccle. 1. Ad locū vñ exeūt flumina reuertunt vt iterū fluāt. Flumina. s. gr̄arū de mari oīa exeunt, s. diuinæ largitatis, etsi nō reuertant ad ipsum mare vñ exeunt. s. per recognitionem beneficiorū gr̄arum actionē, exiccantur & aqua gr̄æ priuātur sed si redeūt ad mare. i. ad ad Deū regratiando vel recognoscendo ab ipso ab eo recipiunt influxum aliarum gr̄arum seu beneficiorum. Et cum opus istud. s. ad gr̄arū actiones sit exercitium supnæ p̄riæ s̄m illud Esa. 51. Gaudiū & letitia inuenietur ea gr̄arū actio & vox laudis, quanto qs copiosius & p̄fectius se exercet in gr̄arū actione, tāto magis appropinquat statui beatorum psal. 49. Sacrificium laudis honorificauit me, vnde & de superna Hierusalem dr̄ Thob. 13. q̄ p vicos eius cātabit alleluya, qd̄ interpretat laudate dñm. Oēs hoīes in tribulationibus vel tentationibus positi euadūt ille si aīa & corpe laudādo Deū, sicut in figura hr̄ de Anania, Azaria, & Misahele missis in fornacē ignis ardētis laudātibus Deū & bñdicentibus illos oīno nō tetigit ignis, nec cōtristauit, nec q̄q̄ molestiæ intulit. Sed angelus dñi descendēs in fornacē confortauit eos. Dan. 3. ¶ De qbus bñficijs sit Deo regratiādū, dicit de cre. Cū creatura nō habeat qd̄ ꝓ meritis rñdeat creatori celebrationē missarū continuet aut ꝓcuret, ideo inquit ps. 115. Quid retribuā dño ꝓ oī. quæ. re. mi. q. d. Tot & tantæ sunt quę recipi q̄ retribuere vel recompensare non valeo, sed nec ipse exigit æquialens, sed quod est nobis

Qualitas temporis inducit nos ad gratiarū actiōes.

est nobis possibile. Signāter aūt dicit ꝓpheta. Retribuit nō cōcessit, q̄si ꝓsupponēdo nos aliquid prius fecisse dño vl dedisse vñ retribuit. Sed qd dño deo nos tribuimus vel fecim⁹ vñ sua beneficia largiret? certè nihil nisi mala & peccata, cū q̄bus ēt nascimur. In hoc apparet magna Dei bonitas & benignitas erga nos, qa cū ei tribuerimus & fecerimus mala ipse pro malis retribuit bona. s. beneficia sua. Et vt no. Guil. in sum. virtu. Tria genera beneficiorum retribuit nobis dñs. Primo generalia. Secundo specialia. Tertio singularia. De primis scilicet generalibus dicit Ber. Agamus fratres gratias factori nr̄o, redemptori nr̄o, & remuneratori nr̄o. Primū q̄ nobis p̄stitit, q̄ nosipsi sumus. Adiecit ēt vñ subsisteremus qui iam eramus. Faciamus inquit hominē ad imaginem &c. Et paulopost. Vt p̄sit piscibus maris & volatilib. cæli & bestiis terræ. Geñ. j. Iā tertiū opus tuæ redemptiōis attēde. Idē fecit te de⁹ tu⁹, fecit tā multa p̄ te, factus est ipse tecum caro, vna, te quoq; faciet secū spiritum vnū. Beneficia vero specialia sunt tria. s. expectatiōis, iustificatiōis, & cōseruatiōis. Primū est bñficiū expectationis quo deus patienter peccatores expectat ad penitentiā. Vnde Esa. 30. c. Expectat uos dñs vt misereat vestri, & ideò exaltabitur parcens vobis & Hiero. Moderatio dei ac pietas solū nostrum reditum querit ac nos cupit sua longa bonitate saluari di. 93. dyaconi. Et nota q̄ circa vnumquodq; horum beneficiorum aliqua sunt attēdēda vt cognoscatur magnitudo Dei. ¶ Circa primū debet homo cogitare quotiens meruerit vt tempus pœnitentiæ sibi auferatur quotiens mortaliter peccauit hoc meruit, qa peccator indign⁹ est vita cum ingrat⁹ sit auctorivitę. Iob. 30. Qui vita ipsa putabant indigni. ¶ Secundo debet cogitare quā proximus fuerit q̄q; amissioni vitę seu damnationi. Tanto. n. misericordia est gratior quāto pœna ꝓximior est ad q̄ paratur. Si. n. suspendendus iā laqueū haberet in collo maius beneficium reputaret si tūc liberaretur. Vnde debet cogitare si q̄n fuit in periculo mortis dum in statu erat damnationis. Et quo iuisset si in illo statu decessisset & q̄ ꝓmeruerit apud deū vt deus ei pepercerit pro uerb. 5. Funibus peccatorum suorū cōstringit impius quibus. s. suspendatur in inferno, vnde Ezechias. Tu autem eruisti aīam meam vt non periret. Esa. 38. ¶ Tertio debet cogitare quam præciosam rem deus ei cōmisit quādo tēpus pœnitentię ei dedit. Pręciositas tēporis ex hoc perpēdit, qa in momēto tēporis pōt homo lucrari regnū æternū. Et illis qui sunt in inferno plus valeret momētū tēporis, in quo agerent pœnitētiā q̄ tota massa auri q̄ ē in mundo, vñ Seneca. Nulla maior iactura q̄ tēporis, pcōr āt re tā ꝑciosa abusus est, vñ Iob. 24. dedit ei de⁹ locū pœnitentiæ & ille abusus est in superbia. ¶ Quarto debet cogitare q̄ malè meruisset vt res tā ꝑciosa ei cōferretur, qui magnū tēpus sibi prius datū i cōtumeliā ipsius dei cōcedētis expēderat. Aug. Nō est dignus dādis qui nō ē gratus datis. ¶ Quinto debet cogitare qualiter sciebat eum deus esse vsurum tanto beneficio. In hoc. n. est cumulus diuinæ misericordiæ, q̄ licēt deus sciuerit eum vsurum tāto beneficio. pro magna parte in cōtumeliā dei non dimisit ꝓpter hoc dare illi, ad Ro. 2. An ignoras quia benignitas dei ad pniam te adducit? ¶ Circa secundum beneficiū scilicet iustificationis debet homo cogitare. ¶ Primo a quib. vinculis deus liberauit eū. Tot. n. vinculis est pcōr liga tus quot peccatis est irretitus, & sunt adeò fortia ista vincula q̄ nec ēt ꝑ morte quādoq; soluunt, & solus deus pōt ea dirūpere seu soluere nō aliqua creatura, vñ nō parū debet eē gratus deo is quē dñs ab hmōi vinculis q̄bus captiu⁹ ducebat ad ifernū liberauit, q̄ in se recognoscens ps. 115. ait ad dominum. Dirupisti vincula mea &c. ¶ Secūdo debet cogitare quot & q̄ta ei deus dimisit. Pro quolibet. n. mortali reus erat mortis ętternæ. Si quis. n. eēt reus temporalis mortis quæ momētanea est, nōne pro dimissione illius paratus esset illi seruire toto tē pore vitę suę? Quid ergo benefaciēdū est erga deum pro dimissione mortis æternæ quę etiā vni mortali debet? Aug. Cui dictum est, nauiga ne submergaris & distulit. Cui dictū ē. Labora ne moriatis, & piger fuit. Leuia iubet Deus vt in æternum viuamus, & ut obediamus negligimus. ¶ Tertio debemus cogitare ad quātā dignitatē deus eum elegit q̄n eū iustificauit. Elegit. n. eū deus ad regnū ætenum, vñ apls ad Ro. 3. Vt iustificati gratis gratia ipsius heredes simus, in spē vitæ æternæ. ¶ Quarto debet cogitare in quali statu deus eum elegit, hostis. n. tunc erat Dei & indignus ēt pane exercens inimicitias peccatis suis, vñ Deute. 32: inqt Moyses inuenit eū in terra deserta. i. in statu a gra dereliēto. In loco horroris. s. meriti æternæ dā natiōis & vastæ solitudinis. i. magnæ obscuritatis mētis in qua habitabāt variæ feræ peccatorū. ¶ Quinto debet cogitare quot dñs reliquit quib. tale beneficiū iustificationis non p̄stitit, imo in peccatis suis perire pmisit ps. 147. Nō fecit taliter omni nationi & iudicia sua nō manifestauit eis. Iudicia. s. ad iudicandū se & discernendum peccata sua & puniendū quibus iudiciis homo iustificatur. ¶ Circa beneficium

verò

De tribus bñficiorū generibus ꝑ q̄bus grati esse debemus.

De gratitudine circa bñficiū expectationis.

De gratitudine circa bñficiū iustificationis.

Gratitudo circa bñficiū cōseruationis.

verò tertiū conseruationis ēt attendenda sunt quinq;. Et primo cōsiderandū difficultas stan di, q̄ apparet specialiter in tribus in Lucifero parēte primo & Iuda Xp̄i discipulo. Lucifer. n. cū esset maxima arbor in paradiso Dei ad modicum ventū superbiæ in terrā corruit. Adam cū esset absq; corruptione naturaliū pp cohabitationem vnius mulieris paradisum amisit. Hier. Si potuit mulier eiicere eū qui iam erat in paradiso, non est mirū si eos impediat qui nondū in paradisum peruenerunt. Iudas Scarioth cū esset sub tanto pastore & magistro & inter tales fratres, occasione tñ modicæ administrationis cecidit & nō adiecit vt resurgeret. ¶ Scdo est intuenda pugnæ cōtinuitas in qua sumus Iob. 7. Militia est vita hois super terrā, vbi alia translatio dicit. Tentatio est vita hois Greg. Dyabolus assiduè tentat vt saltem tedio vincat. Mirari solēt hoīes cū audiunt aliquem bonū cadere in peccato, cum tñ continuè sit in pugna. Sed potius mirandum est si aliq̄n non cadat. Legitur in vitis patrum, q̄ quidā veniēs ad Abbatē Theodorū dixit ei. Ecce talis frater reuersus est ad seculū, quasi de hoc admirans. Cui ille rñdit. In hoc non mireris. Sed si audieris q̄ prævaluit q̄s effugere de ore inimici, hoc admirare. ¶ Tertio est aduertēda propria infirmitas. Tanta est. n. humana fragilitas vt ad sibilū vniusverbi deiiciatur, ad aspectū seu erectionem oculi prosternatur, vt patet in Dauid erga Bersabee 2. Reg. 12. vnde psal. 34. Viæ illorū tenebræ & lubricū, non dicit vias, p̄ quas imus esse lubricas sed ipsum lubricū. ¶ Quarto est aspicienda impugnantis astutia & ptās. Iob 41. Non est ptās super terrā quæ ei comparetur. Habet. n. potestatē Dyabolus ordine naturæ sup oēm materiā elementarē imutandi & super corpus humanū & potētias sensitiuas. Sed Dei virtute coercet ne noceat q̄tum cuperet. De astutia eius dr. Ge. 3. Serpens erat callidior cūctis aīantibus terræ & Leo Papa in sermone. Peruigil ille hostis acrioribus pulsat insidiis quo maximè nouit abstinere a peccatis. ¶ Quinto est cōsideranda periculorū varietas. Tot. n. sunt pericula q̄ cū q̄s vult vnū effugere in aliud incidit. Sicut aliq̄n uolēs vitare accidiā incidit in leuitatē & vanā lętitiā. Et ecōtra. Cupiens vitare vanā læticiā incidit in accidiā. Et querens q̄s vitare gulā & voluptatem, incidit in indiscretionē & insensibilitatem. Et sub specie discretionis labit in vitium gulæ & dissolutionis. Vnde Esa. 24. dr. Et erit qui fugiet a facie formidinis cadet in foueā. Et qui se explicauerit de fouea tenebitur laqueo, fugit quis a facie formidinis, cū desiderās diuinū iudiciū attenuat conscientiā & nimis aggrauans pctā sua ex formidine futuri iudicii incidit in foueā desperationis. Aliq̄n aūt egrediēs de fouea desperationis capit laqueo psumptionis. Benè ergo dicere hēt qui se uidet a Deo cōseruari. Quid retribuā dño &c. ¶ Dēt terio q̄libet considerare bñficia sibi collata singularia & de singulis gras agere Ber. Disce ad singula dona gras agere, diligēter cōsidera q̄ tibi apponūtur vt nulla Dei dona debita gratiarū actione frustrent. Et primo cōsidera q̄ tot sunt Dei bñficia erga te, quot vitæ momēta. Per cōtinuū. n. dei fluxū hō cōsistit & viuit. Vnde & Paul. alle gās dictū cuiusdā philosophi in Act. Apostō. c. 17. inqt. Genus. n. cū sumus Dei in ipso viuimus mouemur & sumus. ¶ Scdo est attēdēdū ad opa singula naturalia interiora & exteriora, vt intelligere, velle, memorare, videre, ambulare, & hmōi, q̄ oīa a Deo hēmus, vñ Plato. Deū dico auctorē oīum naturarū, lumē oīum rōnum, finē oīum actionū, siue quo nulla natura subsistit, nulla rō discernit, nulla actio expedit. De singulis igit̄ horū, vt magis bñficiis debemus gras agere. ¶ Tertio est inspiciendū ad opa bona seu meritoria quorū oīum principalis est ipse auctor. Vñ Esa. c. 26. ad eū ait. Oīa opa nra operatus es in nobis & Aug. Cum coronat merita nra remunerat opa sua, qa. s. ipse dedit virtutē bene operandi. ¶ Quarto ēt de bonis tpalibus siue substātiæ, siue famæ, siue potētiæ, siue dignitatis, gratias agere oportet, cū Dei beneficia sint, & vt ait saluator. Cui multū collatū est, plus exigēt ab eo. Multo magis agēdæ sunt gratiæ Deo de sacris, de doctrinarū documētis, & sanctorū exēplis & miraculis quæ sunt magna occasio nobis proficiendi. ¶ Quinto ēt in flagellis Deo est regratiādum, qd Iob fecit dicens. Sicut dño placuit ita factū est, sit nomē dñi benedictū Iob 1. Sūt. n. & ipsa Dei bñficia in salutē ordinata. vnde dr. 2. Macha. 6. Etenim multo tpe nō sinere peccatoribus exsnīa agere, sed statim vltionē adhibere magni beneficii indiciū est. Quilibet igit̄ cum psal. dicere pt. Quid retribuam domino, &c. ¶ Exigit virtus gratitudinis, vt nō solùm Deo simus grati, & gras referamus de suis beneficiis, corde, ore, & ope. s. recognoscēdo laudando, & obsequēdo, sed ēt creaturis rōnabilibus, a quibus recipimus uaria beneficia. Et primo sanctis & angelis bonis, a q̄bus recipimus continuè multa obsequia sm illud ps. 90. Angelis suis mandauit de te vt cu. &c. Et ecclesia canit. Hic est Michael Archāgelus qui p̄stat beneficia populo. Grati autē ad eos sumus si afficiamur ad eos & assentiamus bonis incitamētis,

Debemus de singulis bñficiis grati eē.

Tria dēt hō cōsiderare circa bñficia singularia.

eorum

eorũ laudãdo & honorãdo eos, & aliq̃d boni, vr ieiunia, & hmõi faciẽdo in honorẽ eorum. ¶Scdo grati esse debemus parẽtibus a qb. post Deũ p̃cipua bñficia accepimus. ſ. essendi nutrimẽti & documẽti, vñ phũs ait. Dijs magistris & parẽtibus nõ p̃t reddi ẽquiualẽs. Recõpensandũ tñ est eis affectu & effectu in eo qđ fieri p̃t, salua tñ ꝓpria salute hoc tñ magis spectat ad virtutẽ pietatis de qua dictũ ẽ supra. ¶Demũ vtendũ est gratitudine erga quoscunq; nobis aliqua bñficia cõferẽtes. Et hoc siue sint in sẽli citate cõstituti & nõ indigentes, siue serui, siue suã vtilitatẽ in bñficijs intendẽtes, siue ẽt malè eis vtẽtes, mó tñ quo declarabit. Vñ Apost. 1. ad Cor. vl. in oĩb. gras agẽres. ſ. de bñficijs bñfactoribus huius rõ est ſm Tho. 2. 2. q. 106. art. 3. qa effectus naturaliter ad suã cãm cõuertit, vñ Dio. dicit 1. c. de di. no. ꝙ Deus cõuertit oĩa ad seipsũ tanq̃ cã oĩm. Sẽper. n. oportet ꝙ effectus ordinẽt ad finẽ agẽtis. Manifestũ est aũt ꝙ bñfactor inq̃tũ hmõi est cã bñficiati, & iõ naturalis ordo requirit vt ille q̃ suscipit bñficiũ p gratarũ recõpensationẽ cõuertat ad bñfactorẽ ſm modũ vtriusq; & sicut dictũ ẽ de patre bñfactore cui inq̃tum hmõi debẽt honor & reuerentia a filio, eo ꝙ hẽt rõnẽ principii, sed ꝓ accidẽs debẽt ei subuẽtio vel sustentatio. ſ. si indigeat. Sic bñficiatus dẽt bñfactori honorẽ & reuerentiã, & cũ indigeret ſm ꝙ põt dẽt ei subuenire. Vñ pauper ingratus nõ est si faciat ꝙ põt. Sicut. n. bñficiũ cõstitit magis in affectu q̃ in effectu, ita recõpẽsatio ẽt bñficii magis in affectu cõsistit. Vñ pauper si ope recõpensare nõ p̃t bñfactori, põt tñ recõpensare per gratiarũ actionẽ & laudẽ & veneratiõnẽ bñfactori, hinc & Sen. in 2. de benefi. ait. Qui gratẽ beneficiũ accipit primã eius pensionẽ soluit q̃ gratẽ aũt ad nos beneficia peruenerũt iudicemus affectibus, ꝙ nõ ipso tñ audiente. ſ. benefactore, sed vbiq; testemur. Et ſm hoc in sẽlicitate quantũcunq; cõstitutis põt recõpensari beneficiũ saltẽ eos honorãdo, & laudãdo ſm phũm 8. ethi. & ẽt aliis modis, vnde Sen. in 5. de bñfi. Multa sunt per q̃ quicquid debemus reddere & sẽlicibus possimus fidele cõsiliũ assidua cõuersatione, sermo cõis & sine adulatione iocũdus. Indigẽtibus aũt recõpensandum est beneficiis collatis ab eis per subuẽtionẽ si fieri p̃t, qa ẽt a seruo p̃t dñs bñficiũ susc̃ipere debet tũc ei gratus esse. Nã ut ait Sen. in 3. de benefi. Quandiu seruus p̃stat qđ a seruo exigi solet, ministeriũ est, vbi aũt plusq̃ a seruo, necesse beneficium est, vbi. n. in affectu amici transit, incipit vocari beneficiũ. Vnde & de quibusdã seruis legit suis dñis cõtulisse magna beneficia exponendo se periculis mortis.

Tria tenet bñficiatus benefactori & quæ.

Et ſm hoc seruis vltra debitũ facientibus gr̃a sunt agendę. Ad eũ ẽt q̃ beneficiũ cõtulit extra suã vtilitatẽ intẽdens gratũ seruo diuersimodè tñ, qa vt dicit Sen. in 6. de benefi. Multũ interest, vtrũ aliqs beneficiũ nobis det sua cã an sua & nr̃a. Ille q̃ totus ad se expectat ex nobis ꝓdest, qaaliter sibi ꝓdesse nõ p̃t. Et inde loco habendus vr̃ quo q̃ pecori suo pabulũ spargit. Si me in consortiũ admisit, si duos cogitauit, ingratus sum ẽt & iniustus, vbi nõ gaudeo hoc illi ꝓfuisse qđ ꝓderat mihi. Sũmæ malignitatis est nõ vocare beneficiũ nisi qđ dantẽ aliquo incõmodo afficit. Ad dantes insuper beneficia non eodẽ mõ quo debẽt, sed cũ cõtumelia vel tristitia dẽt haberi gratitudo, & si minus q̃ si debito mõ p̃stitissent. Nã boni iaĩ est, vt magis attẽdat qs ad bonũ qđ cõsideret cũ collatione bñficij, q̃ ad malũ ꝙ reperit in mõ dãdi. Si verò ille q̃ bñficiũ dedit malus est effectus, dẽt tñ sibi fieri recompensatio, vt dicit Sen. ſm statũ eius, vt. ſ. ad virtutẽ reducaĩ si possibile est. Si aũt sit insanabilis ꝓp malitiã, tũc alter est effectus q̃ prius erat, & iõ nõ dẽt fieri recõpẽsatio bñficii sicut prius. Et tñ q̃tũ fieri p̃t salua honestate, memoria dẽt haberi p̃stiti bñficii, ſm phũm 9. eth. Cũ aũt recõpẽsatio bñficii pcipuè pendet ex affectu, eo mõ dẽt fieri recõpensatio quo magis sit vtilis. Si tñ p eius incuriã postea in dãnũ ipsius vertaĩ, nõ imputaĩ recõpensanti. Debet aũt beneficii recõpensatio attẽdi, seu fieri magis sẽd m affectũ beneficiantis q̃ sẽd m affectum. Vnde Sen. in li. de benefi. dicit. Nonnunq̃ magis nos obligat q̃ dedit parua magni ficè q̃ qui exiguũ tribuit sed nõ libẽter. ¶Pro cuius declaratione dicit B. Tho. 2. 2. q. 106. art. 5. ꝙ recõpensatio beneficii p̃t ad tres virtutes pertinere, ſ. ad iustitiã, gratiã & amicitiã. Ad iustitiã quidẽ pertinet qñ recõpensatio habet rationem debiti legalis sicut in mutuo & aliis hmõi. Et in tali recõpensatione debet attendi recõpensatio secundũ quãtitatẽ dati. Ad amicitiã aũt pertinet recõpensatio beneficii, & similiter ad virtutẽ gr̃æ, secundũ ꝙ hẽt rõnem debiti moralis aliter tñ & aliter. Nã in recompensatione amicitiæ oportet habere respectũ ad amicitiæ cãm. Vnde in amicitia vtili debet fieri recõpensatio secundã vtilitatẽ q̃ quis est consecutus ex beneficio. In amicitia aũt honesti dẽt in recõpensatione haberi respectus ad dilectionẽ seu effectũ dantis, qa hoc præcipuè requiritur ad virtutẽ. vt dr̃ in 8. ethi. Et similiter qa gratia respicit beneficiũ secũdum ꝙ est gratis impensum, ꝙ quidẽ pertinet ad effectũ. Ideò gratiæ recompensatio magis respicit affectũ dantis q̃ effectũ. Beneficiũ ergo secũdum

Recõpẽsatio bñficii põt ad tres vírtutes ptinere.

ꝙ lau-

q̄ laudabile est, & ei debetur gratię recōpensatio, materialiter quidē cōsistit in effectu, sed formaliter & principaliter in volūtate, quæ etsi videri per se ab homine nō possit, tamē p̄ signa aliqua manifestatur affectus beneficiātis, & cognosci potest, puta, quia gaudenter & prōpte aliqs beneficiū impendit, vnde Seneca. Beneficiū nō in eo quod fit aut datur cōsistit, sed in ipso dantis aut facientis animo. ¶ Itē ſm̄ bea. Tho. se. secū. q. 106. arti. 6. In recōpensatione beneficij oportet aliquid plus exhibere q̄ quis accepit si potest. Ratio huius est secundū b. Tho. quia recōpensatio gratiæ respicit beneficiū ſm̄ voluntatē beneficiātis. In quo quidē, hoc commendabile videtur q̄ gratis beneficiū cōrulit bñfactor ad qđ nō tenebat. Et iō q. beneficium accepit ad hoc obligatur ex debito honestatis vt similiter aliqd gratis impendat. Non autē videtur aliquid gratis impendere nisi excedat quātitatē accepti bñficij, quia q̄diu recōpēsat minus vel æquale nō videtur facere gratis sed reddere qđ accepit. Et ideò gratiæ recōpensatio semper tendit ad hoc vt pro suo posse reddat aliqd maius. Filius aūt etsi non possit parētibus recōpensare in bñficio æquale vel maius ad id q̄ accepit ab eis. ſ. esse & viuere quātum ad q̄titatem dati poterit tñ reddere parentibus aliqd maius quantū ad effectū. Et q̄a debitum gratitudinis ex charitate deriuatur quę quāto plus soluitur, tāto magis debetur ſm̄ illud ad Rom. 13. Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicē diligatis. Ideò nō est incōueniens si obligatio gratitudinis sit interminabilis.

Filius parētes æqualiter recō pensare nō possunt.

§. 4.

Detriplici acceptione fructus supra ti. 4. c 6.

Supra ti. 4. c. vlt.

§. 1.

¶ Fructus ãt spiritussancti enumerãs apostolus ad Gal. 5. ponit. 12. di. Fructus spiritus sũt charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia, longanimitas, bonitas, benignitas, mãsuetudo, fides, modestia, cõtinẽtia, castitas. Hi sunt fructus de q̃bus Matthe. 15. arbor bona bonos fructus facit, & figurantur per 12. fructus ligni vitæ, q̃d vidit. Ioã. Apoc. vlt. ex vtraq; parte fluij ex his dirigitur a spiritussancto tota cõuersatio hoĩs vt sit virtuosa. Et per prima tria dirigit quoad eũ q̃ est supra se. Per scda tria dirigit quoad aĩum suũ qui est intra se. Per tertia tria dirigitur quoad proximũ qui est iuxta se. Per vltima tria quoad corpus suũ q̃d est ĩfra se. ¶ Est ergo primus fructus charitatis in quo datur ipse. ſſ. quasi in sua similitudine cũ & ipse sit amor. Ad Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris ꝓ spiritũ sanctũ. Dicitur aũt charitas quasi charitas seu chara vnitas, q̃a facit vnionẽ aĩæ cum Deo & trãsformari in ipsum p affectũ, & tenere ipsum charũ super oĩa. Vbi est Thesaurus tuus ibi & cor tuũ, ait Xps Matth. 6. Et ideo q̃a charitas facit hoĩem Deũ reputare vt suum & summũ Thesaurũ charissimũ, tota cogitatio & affectio cordis est ad ipsum. Ipsa charitas figuratur per ignẽ in v̊ veteri lege, quẽ Deus præcepit semper in altari cordis nr̃i ardere & in spẽ ignis plenissime fuit data a. ſſ. apostolis. Ignis aũt semper flãmã dirigit sursum, & cor nr̃um est ad modũ flãmę ignis, vt ipsa forma eius doceat te ad ipsum affectũ tuũ dirigere. Ignis semper est ĩ motu & est maxime actiu⁹, nunq̃ satiatur lignis & cũ hoc incinerat. Sic amor Dei inquit Greg. ĩ home. nũq̃ est ociosus. Operatur. n. magna si est. Mouet enim amor Dei ad cogitãdum de deo, & quomodo possit ei placere magis ad cogitandum miserias proximi ad orandum pro eo. Quandoq; mouet ad monẽdum eum ad corrigendum. Quandoque mouet ad seruiendum sibi & operandum pro deo. Et cũ multa bõa faciat mihi sibi videtur facere, sed semp appetit maiora facere, ipsa facit hoĩem humiliare, recognoscendo defectus suos & se esse cinerem. Vnde Abraham cum ex plenitudine. ſſ. meruisset locutionẽ familiarẽ cum deo dicebat. Loquar ad dñm meũ cum sim puluis & cinis. ¶ Secundus fructus. ſ. procedens a primo est gaudiũ, ad Ro. 12. Gaudiũ in ſſ. Vñ generaĩ gaudiũ q̃d idẽ est q̃d delectatio cũ Deo ex pñtia vel habitatiõe rei amatæ. Et q̃to magis illud amatur, tãto maius est gaudiũ. Auarus qui summè amat pecuniã q̃n gaudet. Vtique q̃n adipiscit̃ magnã pecuniã, mulier quę multũ amat filiũ sicut tristat̃ ex absentia filii, ita multum gaudet ex ꝑsentia filii. Qui habet charitatẽ vtique habet deũ presentem & eum possidet, q̃a q̃ manet in charitate in deo manet, & deus in eo. j. Io. 4. Habẽdo ergo eum quę summè amat nõ pọt non gaudere, & sic bonũ q̃d amat est summum excedẽs oẽ bonum, ita & gaudiũ eius excedit oẽ mundanũ gaudium. O q̃ vanũ est gaudium & oĩs delectatio mundi. Gaudium hypocritę instar puncti, q̃ est q̃d indiuisibile. Hypocrita mundus est, qui bonus videt & est malus, & communiter terminat in tristitiã, puer. 14. Extrema gaudii luctus occupata, q̃a cõscientia remordens & pęna sequitur. Sed vt dicit Ber. Illud est verum gaudium q̃d nõ de creatura sed de creatore concipit̃ cuius cõparatione omne pulchrũ fedum, omne dulce amarũ, omne q̃d delectari potest molestũ.

De fructib. spiritussancti qui sunt no. 12.

Fructus Spiritus figurantur per lignum vitæ.

Vnde dicitur charitas.

¶ Et istud gaudium de deo facit hominẽ fortiter faciliter & pfectè opari, q̃a ut dicit Sap. Delectatio pficit opus. Et aliq̃n tãtũ est ut occultari nõ possit, vt patet in Elisabeth quæ repleta spũsancto, ex gaudio ĩ mense quod sensit, exclamauit voce magna laudando Virginem. Et ipsa virgo canticum gaudio expressit dicens. Exultauit spiritus meus &c. ¶ Tertius fructus est pax. Vnde in figuram columba in cuius specie apparuit spiritussanctus sup Christum baptizatum, attulit ramum oliuæ quod est signum pacis ad Noe in archam Genesis. 8. sine pace nõ potest haberi verum gaudium. Pax ait Augustinus. 19. de ciuitate dei. Dulce nomen sed dulcior res. Omnia enim clamant pacem, & per maximè eam desiderat creatura rationalis. Sed pax temporalis quantũ exulauerit a mundo, tu vides, vndique bella fremunt. Et rõ est, quia tu non vis habere pacem cum

Gaudiũ de Deo facit tria in hoĩe

De pace prouenit fructus spiritus.

De effectibus charitatis.

deo, ſed guerrã pp peccata tua. Peccata veſtra inqt Eſaias, diuiſerũt inter vos & deũ veſtrũ. Et iõ tibi aufert pacẽ tẽporalẽ, Dimitte pcã, reuertere ad pniam, quære hĩe purã cõſciẽtiã ut mens ſit libera paſſionibus, & oẽs ſenſus tui ſint vniti in vnũ. ſ. ad cõformãdũ te voluntati diuinę, & habebis veram & magnam pacem. Quãuis. n. p totũ mundũ eſſet pax & haberes qcq uel les de rebus tẽpalibus, ſi nõ haberes deũ p gram adhuc nõ haberes pacẽ & qetem b. Aug. Omnia ſunt aſpera & tu ſolus es reqes & inqetũ eſt cor noſtrũ donec reqeſcat in te. ¶ Cõſequẽter ſpũſanctus ordinat cor & aium tuum in ſe p alios tres fructus. Eſt ergo quartus patientia p q̃ aius dirigit in aduerſis de conſe. di. 4. oẽs cũ ſpũſſanctus cordi infundit, cor fidele ad prudentiã & conſtantiã dilatat. In patientia veſtra poſſidebitis aĩas veſtras ait Xps Luc. 21. Nã ſine patientia aĩam non habes in tua libertate ſed ſeruam triſtitię. Princeps apſtorũ tpe paſſionis fuit ita debilis & inc̃ſtans q ad vocẽ ancillæ negauit, & ſocii ſui relicto magiſtro fugerũt, ſed poſt aduẽtũ ſpiritusſanctus ita firmati ſunt in patiẽtia q flagellati, incarcerati, cõminati, de morte pp p̃dicationẽ, nõ dimittebant illã, & nõ ſolũ non contriſtabant de illis aduerſis, ſed ibant apſt gaudentes a cõſpectu cõcilii &c. Actu. 5. Oq̃ neceſſaria q̃ utilis eſt iſta patientia Greg. in lib. dyalo. dicit q eſt maius patientia q̃ facere miracula & expellere demones. Et rõ eſt qa in faciẽdis miraculis hõ nil ponit de ſuo, ſed deus operat vtẽs hoie ut inſtro, ſed in patiẽtia oportet q ponas de tuo q diſponas cor tuũ ad patiẽdũ & non cõtriſtãdũ in aduerſis, ita q rõ abſorbeat. Per miracula ſolũ facta nullus igredi tur paradiſum, qa cõe eſt illud bonis & malis, ſed patiẽtia te ducit ad patriã, p miracula mouent hoies ad admirationẽ, p patiẽtiam ẽt ad ĩmitationẽ. Qũo cognoſcis tu ſi veges eſt plena vel vacua vino, p hoc videlicet qa ſi pcutiẽdo digitis reſonat vacuũ cognoſcis, ſi rumorẽ nõ facit plenã intelligis. Si qñ ex cõtactu tribulationũ tu ſonas murmurãdo, cõquerendo, blaſphemando, contriſtando, oſtẽdis te vacuũ vino ſpiritus diuini, ſed qñ patiens es plenus es. ¶ Quintus fructus per quem firmatur animus in diuina perpeſſione tribulationis, & dilatione præmiorum. Dicitur longanimitas. 2. ad Corin. 6. Exhibeamus. noſmetipſos ſicut dei miniſtros in lõganimitate, & poſtea in ſſ. Sicut experiẽtia docet quando quis videt ſibi paratam aliquam magnam tribulationem ſi modicum eſt duratura diſponit ſe ad ſuſtinendum ex breuitate temporis ſeipſum confortans. Sed ſi diu haberet tolerare animus incipit deficere ex conſideratione diuturnitatis. Similiter quando quis ex magno labore ſibi propoſito alicuius artis attendit ſubito ſibi cõ ferri magnum lucrum, vigoreſcit animus ad laborem propter ſubitum prẽmium. Sed ſi ꝓmitteretur inde ad multos annos prẽmium, cum multo tedio ſeponeret ad illum & vix cõpleret, ſic ad propoſitum. Cum conſiderat animus fidelis q oportet eum multa aduerſa pati, non ſemel vel per annum ſed per totum vitę ſuæ tempus, & deficiente vna ſuccedit alia. Ac etiam quia labor eſt magnus ad iciunandum, orandũ, eleemoſynas dandum alia mandata ſeruandum, nec poſt redditur merces ſubito, ſe in fine vitę, ex iſta dilatione aĩus quaſi deficit & vix ponit ſe ad iſta. Sed ſpiritusſanctus per longanimitatem facit eum firmũ ne deficiat, & hoc cõſiderãdo breuitatẽ totius vitę humanæ, quæ ſi ſit centum annorum, eſt vt vnus dies reſpectu alterius vitæ. Attendendo etiam q interea ſemper poteſt lucrari, & multum ſpiritualiter, & quia ſic beneplacitum eſt deo, cui ratio naturalis dictat vt ſit ſubditus q̃ plures etiam conſolationes adminiſtrat hic inter labores Pſal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo &c. Quam lõganimis fuit Symeon plenus ſpiritusãcto ad Xpm expectãdũ & tãdẽ obtinuit qd Noluit obtinere. ¶ Sextus fructꝰ dr bonitas Pſ. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã. Dr bonus ſpiritus, nõ ſolũ qa bonus eſt ĩ ſe peſſentiã, ſed qa bonitatẽ pſtat. Hæc bonitas ſm glo. eſt q̃dã dulcedo animi qua qs delectat in bono. Et qa primũ bonũ hois ẽ veritas, bonũ intellectus ſine cuius cognitiõe nõ põt amari bonũ, iõ pmaximè delectat verè bonus in ſermonibus ſcripturarũ q̃ a ſpũſancto ſunt inſpiratę iuxta illã Pe. ſpũsãcto iſpirati locutis ſũt ſancti dei hoies, vñ de primis fidelib. verè bonis poſt receptionẽ ſpirituſſãcti dr q erãt quotidie pſeuerãtes ĩ doctrina apſtorum, & coĩcatione fractione panis Actu. 2. Per iſtã ergo bonitatẽ amat qs oẽs virtutes & laborat pro eis hñdis affici ad oẽs diligẽs bonũ ſpũale & bonũ tpale oium. Neſcit malũ de alio cogitare vel inuidere. Sed ſicut bonũ eſt ſui diffuſiuũ vt dicit Diony. ita talis affectat oibus pdeſſe, per alios tres ordinat qs ad pximũ. Eſt ergo ſeptimus benignitas Sapi. 1. Benignus ẽ ſpiritus ſapientiæ, quia ſcilicet benignos facit. Dicitur autem benignitas, quaſi bona igneitas, & pertinet ſm be. Tho. ad executionem, ut. ſ. nõ ſolũ velit bonũ pximo, ſed ut faciat p poſſe. Bonus ignis dr quia longè caleſacit, ita benignus nõ ſolum

De patientia, put fructus ſpiritus.

Maius ẽ patiẽtia quam facere miracula.

De longanimitate pro ut fructus ſpiritus.

De bonitate p ut fructus ſpiritus.

De benignitate & vnde dicitur.

solū ꝑpinquis, sed ēt extraneis subuenit. 1. Pe. 3. Vnusq; sic ꝑput accepit grām. s. a spūsctō in alterutrū illā administrantes. Si hēs noticiam de eo & ꝑceptis suis, instrue ꝑximū. Si hēs bona tēporalia panem & vinū & hmōi, subueni pau pibus, si es medicus, si aduocatus & hmōi, subueni de tua arte indigentibus, & hoc cū benignitate locutionis & hmōi. Sic Paulus plenus spūsctō oībus benigne subueniebat discurrēs ꝑ arborē docens indoctos manibus laborās ꝑ sui & sociorū sustentatione eleemosynas ꝑcurās & portās in Hierusalē infirmos sanans &c.

De mānsuetudine ꝑput fructus spūs.

¶ Octauus est mansuetudo quo in hoc differt a patientia supra cta, qa illa refrenat passiones tristitiæ, ne tō sustocetur, ista passiones ire ne vindicet se de iniurijs ꝓximi ſm b. Tho. Facit ergo hæc supportare defectus proximi vt non turbetur. Et cū qlibet indigeat supportari debet & ipse alios supportare. Sapi. 8. dr̄ q̄ spūs

2. Thim. 2. sapientię est humanus, qa. s. facit humanum. i. mansuetū. Aplūs, Seruū Dei oportet māsuetum esse ad oēs ꝑcipue hoc debēt hīe plati, non qn corrigant vitia, sed mansuetudine. Vñ Moyses de cuius spū fuit datū 70. senioribus adiunctis sibi ad regendū, scribit q̄ erat mitissimus ꝑ oia. ¶ Nonus est fides, & sumit pro fidelitate ſm Tho. ſm illud qđ dr̄. 23. q. 1. Fides etiā qñ hosti ꝓmittit seruanda est. s. si ipse seruat. Debet qs esse fidelis ꝓximo, vt. s. non decipiat ꝑ mendacia fraudes frangendo ꝓmissa & hmōi. Potest ēt sumi ꝑ certitudine quadā credendo tū ſm glo. sed non est ad ꝓpositū. Per alia tria abbreuiando ordinat qs quo ad corpus. Est ergo decimus modestia q̄ habet refrenar̄ corpus q̄tum ad sensus exteriores, vt vestitū Iob. Spūs eius ornauit cœlos. i. sanctos qđ facit ꝑ modestiā, de conse. di. 5. fucare. Hic applica de ornatu superfluo & hmōi. Vndecimus est cōtinētia sumendo largē cōtinentiā ſm b. Tho. 2. 2. Sic cōprehendit abstinentiā. Sūsanctus in Sanson irruens tenendo mādibulā asini vicit Philisteos multos occidēdo, sic spūsanctus tenendo freno seu manu cōtinentiæ gulā signatæ in maxilla asini vincit hostes spūales. Exēplū ēt de Iohanne bap. q repletus spūsancto ex vtero fecit magnā abstinentiā vt patet Matth. 3. ¶ Duodecimus est castitas. s. se abstinere ab oī delectatione venerea illicita Lucia dixit. Castè viuentes tēplū sunt spūsancti, &c. Vnde & Dauid cognoscens se amisisse spūmsanctū per adulteriū cōmissum petens sibi restitui ꝑ verā pœnitentiā & ꝓpositū castitatis dicebat: Ps. 50. Cor mundum crea in me Deus & spiritum rectum &c. Potest etiam dici ſm bea. Thom. q castitas importet ab omni delectatione venerea illicita abstinentiam. Continentia etiam a licita, vt a matrimonio per viduitatem & virginitatem &c.

De fide & fidelitate ꝑput fructus spūs de modestia, vt ftuctus spūs.

De cōtinētia ꝑ ut fructꝰ spiritus.

De castitate ꝑut fructus spiritus.

TITVLVS SEXTVS.

De charitate.

¶ *De eadem virtute theologica.*

Cap. 1.

Quare fides, spes & charitas virtutes theologicæ.

NVnc manēt fides, spes, & charitas tria hæc, maior autem horum est charitas ait Aplūs. 1. ad Corint. 13. Hæ quidem virtutes dicunt theologicę, qa hñt Deum pro obiecto, & ideò nobiliores & perfectiores oībus alijs, & moralibus & intellectualibus, ac etiam donis spūsancti, quarū noticiam non habuerūt philosophi infideles, & iō de ipsis non tractauerunt. Nā etsi aliqñ nominent, fidem, spem, & charitatē non summunt eodem modo eas sicut sancti theologi sed charitatem appellāt amicitiā virtutem moralem. Spem passionem vel ꝑfiduciam partem fortitudinis. Fidem vel fidelitatem vel habitum intellectualem quo qs assentit, & firmiter inheret his quæ nō videt, sicut quilibet ēt infidelis credens patrem suum esse talē & ſm hoc habet fidē. Omnium autē excellentissima etiā theologicarū est charitas, & ideò ab ea incboetur tractatus. ¶ Est aut dr̄ia inter amorē beniuolentiam, amicitia, charitatem, & dilectionem. Nā amor est quid generale ad oēm amorem licitum & illicitū, & prout est passio est cōmunis nobis & brutis. Et qñ sic aliquid amamus, vt rei amatæ nō velimus bonū, sed ip sum bonum rei velimus nobis sicut dicimus amare vinū, equum, & hmōi, & nō dicit amor amicitiæ, sed amor cōcupiscētiæ. Sed qñ aliqd amamus vt ei bonū velimus dicit amor beniuolentiæ ſm phūm. 8. Ethic. Vnde beniuolentia importat amorē procedentē ex voluntate rōnali. Non sufficit autem beniuolētia ad rōnē amicitiæ, sed requirit quædā mutua amatio, qa amicus est amico amicus. Beniuolentia autem importat solam amationē vnius ad alterum, etiam si ille non reamet qui amatur. Talis mutua beniuolentia amicitiæ fundatur ſuper aliqua cōicatione. Charitas aūt est amor fundatus ſuper cōicatione ſupernæ beatitudinis. Cum enim ſit aliqua cōicatio hominis ad Deum ſm quam nobis ſuam beatitudinē communicat, de qua cōicatione dicit. 1. Cor. 1. Fidelis Deus ꝑ quē vocati estis in ſocietatē filij eius. Oportet aliq̄ amicitiā ſup hac cōicatione fundari. Et hæc amicitia dr̄ charitas. Dilectio

De differētia inter amorē charitatem & dilectionē, &c.

aũt dr actus, ipsius charitatis q ẽ habitus qdã, & sic charitas est q̃dã amicitia nõ q̃cũq;, sed hominis ad Deũ. ¶ Est ergo dria inter amicitiã & charitatẽ qa amicitia fundat sup honestatem virtutũ. Charitas sup bonitate diuina. Et cũ sit qdã habitus actus eius primus & principal est dilectio. Hæc tñ oĩa qñ sumunt vnũ p altero largè. Et nota q̃ q̃uis amicitia honesti habeatur ad virtuosum, & charitas sit maximè amicitia fundata sup re honesta. Non obstat q̃ ex charitate diligamus ẽt peccatores. Nã amicitia honesti hr ad virtuosum sicut ad principale p sonã. Sed tñ respectu eius diligunt ẽt attinẽtes & si sint pctores, & ẽt q̃ nos offenderẽt si attinerẽt ad amicũ, & hoc nõ respectu ipsorũ, sed respectu amici nostri ad quẽ illi ptinẽt vt res suæ. Sic pctores & inimicos debemus ex charitate diligere inquãtũ sunt creaturæ ipsius Dei ad quem principaliter est amicitia charitatis.

Quod ẽ triplex charitas.

¶ Itẽ no. q̃ est triplex charitas essentialis, psonalis, & virtualis. Prima est Deus trinitas Hie re. 31. In charitate perpetua dilexi te ait dñs in hymno trinitatis. Tu charitas tu puritas &c. Charitas ãt Dei non est accidens sicut in nobis sed est ipsa essentia Dei. Nã fm Boe. Accidens tranſlatũ in Deũ, transit in substantiã, nihil. n. est ĩ Deo accidẽtale. Charitas psonalis ẽ spũs sanctus, de quo dr. 1. Io. 2. Deus charitas ẽ &c. qđ exponit b. Aug. de spũsancto. Dr ãt spũs sanctus charitas pp appropriationẽ, qa ꝓcedit p modũ amoris. Vñ Greg. dicit. Ipse spũsanctus amor est, & Hiero. Spũsanctus est amor pris in filiũ & filii in prem, non tñ accidẽs sicut amor noster. Sed de hoc dicet. infra. Charitas virtualis est amor creaturæ ĩ creatorẽ gra formatus, de qua ad Ro. 5. dr. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris p spm̃sanctum, non q̃ magis detur nobis a spũsancto q̃ a pre & filio. cũ inse parabilia sunt opera trinitatis. s. psonarũ diuinarũ ab extra, vt cõse. dis. 4. oẽs. Sed qa gratis dat & ex amore iõ magis attribuit spũi sancto qui dr amor. Et dr dilectio quasi Dei electio. Charitas quasi careitas vel chara vnitas.

§. 1.

De charitate vtrũ quid sit creatum vel ĩcreatũ.

¶ De charitate q̃ est in creatura qd sit, vtrum aliqd creatũ vel increatũ. Pro huius declaratione dicit b. Tho. 22. q. 23. ar. 2. q̃ magr sent. in 1. li. di. 17. p totũ scrutat hanc materiam. Et ponit q̃ charitas nõ est aliqd creatũ in aia, sed est ipse spũsanctus mentẽ inhabitãs, nec ẽ sua intentio q̃ iste motus dilectionis quo Deũ diligimus sit ipse spũsanctus, sed q̃ iste motus dilectionis est a spũsancto immediatè & nõ mediãte aliquo habitu sicut spũsancto sunt alij actus virtuosi mediãtibus habitibus aliarũ virtutũ puta spei, fidei, & hmõi. Hoc autẽ dicebat propter excellentiam charitatis. Sed si quis rectè consideret hoc magis redundat in detrimẽtum charitatis. Non enim ita procedit a spiritu sancto mouente humanam mentem q̃ humana mens sit mota tantum, & non sit principium huiusmodi motus aliquo modo, sicut cũ aliquod corpus mouetur ab exteriori mouente. Hoc enim esset cõtra rationem voluntarii, cuius oportet principiũ in ipso esse, vnde sequeretur q̃ diligere non esset voluntarium qđ implicat cõtradictionẽ cum amor de sui ratione importet q̃ sit actus voluntatis. Similiter etiam non põt dici q̃ sic moueat spũsanctus ad actum diligendi voluntatem, sicut mouetur instrm, q̃ & si sit instrumentum principium actus tamẽ non est in ipso agere vel non agere. Sic etiam tolleretur rõ voluntarii & excluderetur ratio meriti cum ramen charitas sit radix merendi. Sed oportet q̃ sic voluntas moueatur ad actum diligendi q̃ etiam sit efficiens hunc actum. ¶ Nullus autẽ actus perfectè producit ab aliqua potentia actiua, nisi sit ei cõnaturalis per aliquã formã, quæ est principiũ illius actionis, vnde Deus qui omnia mouet ad debitos fines singulis rebus indidit formas per quas inclinantur ad fines sibi præstitutos. Et ideò fm hoc disponit omnia suauiter vt dicitur Sapi. 8. Manifestum est autẽ q̃ actus charitatis sequitur aĩs excedit naturam potentiæ voluntatis nisi ergo aliqua forma superadderetur naturali potentiæ per quam inclinaretur ad dilectionis actum fm hoc esset actus iste imperfectior actibus naturalibus, & actibus aliarum virtutum, nec esset facilis & delectabilis, qđ patet esse falsum, qa nulla virtus habet tantã inclinationem ad suum actum sicut charitas, nec aliqua ita delectabiliter operatur, vñ maximè necesse est q̃ ad actum charitatis existat in nobis aliqua supnaturalis forma superaddita potentiæ naturali, inclinans ipsam ad charitatis actum & faciens eam promptè & delectabiliter operari. Et sic opi. magri sen. in hoc cõmuniter reprobatur. Nec obstat si dicat nil creatũ est infinitæ virtutis, sed charitas est infinitæ virtutis, qa animam hominis perducit ad bonum infinitum, ergo est quid creatum, nam charitas operatur formaliter perducendo ad Deum, efficacia autẽ formę est fm virtutem agentis quæ inducit formam, & ideò charitas in hoc q̃ facit effectum infinitum dũ cõiungit Deo animã iustificando, ex hoc demõstrat infinitatem diuinæ virtutis quæ est charitatis actor. Idem ponit glo. in decreta. de pen. di. 2. charitas est, dicẽs q̃ charitas est bitus mẽtis, & per cõsequẽs aliquid creatum in anima.

¶ De

§.2. De excellētia charitatis, & q̄ sit virtus spālis.

¶De charitate, q̄ est virtus specialis & vna & excellentissima oīum. Primū sic probat Tho. vbi supra ar.3. Humani actus bonitatē hñt ꝑm q̄ regulantur debita regula & mensura. Et iō virtus quæ est principiū omniū bonorū actuū hominis consistit in attingendo regulam bonorum actuum humanorum. Duplex est autē hæc regula. Prima Deus. Secunda ratio humana. Sicut ergo virtus moralis diffinitur ꝑ hoc q̄ est ꝑm rationem rectam ꝑm philosophū.2. Ethi. Ita etiā attingere Deū constituit rationē virtutis, sicut est de fide & spe, quæ habēt Deū pro obiecto. Cum ergo charitas attingit Deū, quia non coniungit Deo patet q̄ sit virtus, vnde Bea. Aug. de moribus ecclesiæ. Charitas est virtus quæ cum rectissima nostra affectione coniungit nos Deo. Nec obstat q̄ virtus dicitur esse qualitas seu accidens, & accidens est inferius & indignius subiecto, sed charitas est nobilior anima in qua est, quia hoc est verum de accidente quod causatur ex principijs sui subiecti. Secus autem est de accidente causato ex participatione alicuius naturæ superioris, quia illud est dignius subiecto inquantum est similitudo quædam naturæ superioris, & hoc modo charitas est dignior anima inquantum est quædam participatio spiritussancti. ¶Secūdum. ſ. q̄ sit virtus specialis patet ex hoc q̄ a connumeratur aliis virtutibus specialibus ab Apostolo ibi. Nunc manent fides spes & charitas, quod etiam sic probat Bea. Tho. vbi supra ar. 4. Quia actus & habitus ſpecificantur per obiecta. Obiectum autem proprium amoris est bonum. Et ideò vbi est spālis ratio boni oportet q̄ sit spālis habitus virtutis. Bonū autē diuinū inquātum est obiectū beatitudinis habet spālem rationem boni, & ideo amor charitatis qui est charitas est spālis amor & charitas cōsequēter spālis virtus. Nec obstat q̄ charitas ponatur a Hiero. i diffinitione virtutis in generali dicēte, q̄ virtus est charitas qua diligitur Deus & ꝓximus, nam dr̄ charitas omnis virtus, nō q̄ essentialiter sit omnis virtus, sed q̄a aliqualiter ab ea depēdēt oēs virtutes. ſ. cū sine ea nulla sit vera virtus. ¶Tertium. ſ. q̄ vna sit tm̄ virtus charitatis, sic probat Tho. vbi supra ar.5. Charitas est quędam amicitia hominis ad Deum. Diuersæ autem amicitiarū spēs accipiuntur, vel ſcdm diuersitatem finis. Et ſecundū hoc ponunt tres spēs. ſ. amicitia delectabilis, & amicitia vtilis, & amicitia honesti. Vel ꝑm diuersitatē cōmunicationū in quibus amicitiæ fundātur, sicut alia est species cōsanguineorum, alia conciuium, alia peregrinātiū, quarū prima fundatur super cōmunicatione naturali, alię super communicatione ciuili vt peregrinationis, vt patet p phūm. 8. Ethi. Neutro autem istorum modorum charitas potest diuidi in pa, nam charitatis finis est vnus. ſ. diuina bonitas, & etiā est vna cōmunicatio eternę beatitudinis super q̄ hæc amicitia fundatur. Vnde sequit q̄ charitas sitisimpl'r vna virtus nō distincta in plures. Nec obstat q̄ habitus vt dictum est distinguntr ꝑm obiecta, ſed obiecta charitas sunt duo. ſ. deus & proximus. Nā hoc est verū qñ obiecta ꝑ æquo distinguūtur, sed deꝰ & ꝓximus non ex æquo sunt obiecta charitatis, nā ꝓpriū & principale obiectū charitatis ē deus. ꝓximus ât pp deū ex charitate dei diligitur, deus autē ꝓpter seipsum, vnde vna sola rō diligendi attendit in charitate prī cipaliter. ſ. diuina bonitas quæ est eius substantia. Alię autem rationes ad diligendum inducentes, vel debitum dilectionis facientes sunt ſecundariæ & consequentes exprima.

§.3. De diffinitiōe charitatis.

¶De diffinitiōe seu discreptiōe charitatis magisterin 3. ſen. di. 27. ſic diffinit charitas est dilectio. 1. amor ꝑm rationē qua diligit deus pp seipsum, & proximus propter deū vel in Deo. Prosper in lib. de vita contemplatiua sic eam pulcherrime describit. Charitas vt mihi videt est recta uolūtas ab omnibus terrenis prorsus auersa, iuncta deo inse parabiliter, & igne quo dā spiritussancti a quo est & ad qué referē incensa, inquinaméti omnis extranea corruptionis ꝓscia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia super oīa q̄ carnaſr diligunt excelsa, affectionum oīum potētissima, diuinæ cōtēplatiōis auida, i oīb. ſemp ꝓuicta, sūma actionū bonatū, salus morū, finis cęlestiū ꝑceptorū, mors criminum, vita virtutū, uirtus pugnantiū. palma victorū, arma sanctarū mentiū, cā meritorū bonorū, ꝑmiū ꝑfectorū, sine qua nullus unq̄ Deo placuit cū qua aliqs peccare non pōt, fructuosa in pœnitentibus, læta in ꝓficiētibus, gl'iosa in ꝑfectis, rantibus, victoriosa in martyribus, operosa in oībus, oīno fidelis ex qua q̄q̄d est boni opis viuet, hęc oīa de pe. di. 2. Charitas est, vbi dicit glo. & bñ q̄ hæc est ꝑdicatio ꝑ cām, sicut cū dr̄. Deus fortitudo nr̄a & patientia & spes nr̄a, q̄a. ſ. ex cā fortitudinis & patientiæ & spei nostræ, sic dicitur Charitas esse omnia ista, quia causat ista. Causat enim rectam voluntatem. Eloquitur de Charitate perfecta quæ terrena contemnit. Dicitur autem iuncta deo inseparabiliter, quia non de facili separatur. Inquinaméti extranea, scilicet mortalis peccati. Salus morum ideſt salutiferos faciēs mores, finis ꝑceptorum, ideſt consumatio, summa actionū bonarum, ideſt perfectissima &c.

¶De excellẽtia charitatis. No. quod ait Apl'us j. Cor. 12. post dona pl'a spũalia enumerata. Ad huc excellentiorem viã vobis demonstro, vbi totũ sequẽs capitulũ. 13. ponit in, cõmendatione charitatis, sic ipsum terminat maior horũ est charitas. ¶Circa qđ sciendũ q̃ charitas est maior omnibus donis spũalib. in quatuor vt ostendit. ¶Primo in necessitate. ¶Secundo in oppositate. ¶Tertio in durabilitate. ¶ Quarto in dignitate vel nobilitate. ¶Primo igitur charitas est magis necessaria ad salutem. Nã alia dona spũalia sine ipsa nihil valẽt ad salutẽ, & ipsa sufficit ad salutem sine pluribus ex eis. Vnde ponit Apl'us gratiã prædicationis eminẽtem de diuinis. & hæc est lingua angelica, vel de naturalibus & moralibus, & hęc est lingua humana, aut delectãtẽ, & hęc est humana, aut intrinsecus mouentẽ ad bonum, & hæc est angelica ibi sit linguis &c. Ponit prophetiã idest præcognitionẽ futurorum contingentiũ vel occultarũ rerũ pñtium vel p̃teritarum. Et si nouerim oĩa mysteria. i. occulta secreta scripturarũ sactarũ, & omnẽ sciam vt naturalẽ rõnalẽ & moralẽ. Itẽ ponit operationẽ miraculorũ, ibi, si habuero oẽm fidẽ &c. Eleemosynarũ largitionẽ, ibi, si distribuero. Martyriũ, si tradidero corpus &c. Omnia ista magna dona dei dicit, & tamen sine charitate nil prodesse. s. ad vitã æternã. Quod aũt sine charitate nõ possit esse aliqua vera virtus, sic probat Btũs Tho. 2. 2. q. 23. ar. 7. Virtus ordinatur ad bonũ, bonũ autẽ principal'r est finis. Nam ea quæ sunt ad finẽ nõ dicunt̃ bona, nisi in ordine ad finem. Sicut aũt duplex ẽ finis, vnus vltimus, alius p̃xim'. Ita duplex est bonũ, vnũ qđ est principale bonum hois. s. deo frui, s̃m illud. Ps. 72. Mihi adherere deo bonũ est. Et ad hoc ordinat̃ homo per charitatem. Bonũ aũt secũdarium & quasi particulare hois põt eẽ duplex, vnũ qdem qđ est vere bonum, utpotè ordinabile q̃tũ est in se ad principale bonũ quod est vltimus finis. Aliud aũt est bonũ apparẽs & nõ verũ, qa abducit a finali bono. Sic igit patet q̃ virtus vera est simpl'r illa q̃ ordinat ad principale bonũ hois, sicut etiam philosophus dicit. 8. Ethi. q̃ virtus est dispositio perfecti ad optimum, & sic nulla vera virtus põt eẽ sine charitate. Sed si accipiatur virtus s̃m q̃ est in ordine ad aliquem finem particulare, sic potest esse aliqua virtus sine charitate, in q̃tum ordinatur ad aliquod particulare bonum. Illud autem bonum particulare si sit verum bonum, puta conseruatio ciuitatis vel aliquid hmõi, erit quidem vera virtus, sed imperfecta, si non referatur ad finale, & perfectum bonũ s. deum, & sic sumitur cum dicitur q̃ virtutibus Romani mensuerunt Imperium. 27. q. 2. sic quippe. §. ex his. Cum tamẽ eẽnt infideles & sine charitate. Si autẽ illud particulare bonũ ñ sit verũ bonũ sed apparẽs, virtus q̃ ordinat ad illud, nõ eẽt vera virt' sed falsa, habẽs similitudinẽ virtutis sicut non est vera virtus tpantia auarorũ qua se cohibẽt ab esu sumptuosarũ rerũ ne expẽdãt. Et falsa fortitudo qua multi mortis pericula subeunt pp lucrũ. Itẽ s̃m. b. Tho. vbi supra. Actus alicui' carentis charitate põt eẽ duplex. Vno mõ s̃m hoc qđ charitate caret. i. s̃m pct̃m aliquod in quo est, vt infidelitate & hmõi. Sic semp est actus malus & pct̃m. Alio mõ non s̃m id quod charitate caret, sed s̃m aliquod bonũ dei, vt fidẽ, spẽ, vel ẽt bonũ naturæ, sicut infidelis, vel etiam fidelis, sed malus cum dat eleemosynã ex compassione ad pauperẽ, & huiusmodi, & talis actus non est malus, sed bonus ex genere vnde etsi non est meritorius, quia extra charitatẽ non tamẽ dignus pœna, sed aliquo bono temporali. Sic ergo simpliciter nulla est vera virtus, nec aliquis actus verè virtuosus sine charitate. Et propter hoc dicit Prosper de pe. di. 2. q̃ charitas dicitur via ab Apl'o, quia sicut sine via non possunt homines ambulare, sic sine charitate possunt homines errare non ad patriam ire. ¶Secundo charitas est maior in operiositate. Omnia enim bona opera a charitate procedunt. Vnde b. Grego Non potest ramus proferre fructum boni operis nisi manserit in radice charitatis. Vnde ipsa comparatur igni qui maximè est actiuus Luc. 12. ait Christus. Ignem veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt ardeat. Et spiritussanctus apparuit super Apostolos in linguis igneis Actuum. 2. Hæc est figura per ignem quem Deus mandauit in altari semper ardere, qa in corde sem per debet esse charitatis feruor, sed & cor nostrum ad modum flammæ ignis formatum est Augu. de pæni. distin. 2. Si sermo meus inuenerit in vobis aliquam scintillã gratuiti amoris ipsam inflate, ad augendam ipsam vos prouocate, vt cum creuerit & dignissima flammam fecerit omnium cupiditatum ligna consumat. Quod autem ab ipsa procedant omnia bona opera & caueant mala, ostendit Apostolus per exempla in quibusdam dicẽs. Charitas patiens est, benigna est &c. Vbi ponuntur. 15. gradus operum. Et idem potest dici de aliis operibus. Pro cuius declaratione dicit beThomas. vbi supra, quod virtus vel ars ad quam pertinet finis vltimus, imperat virtutibus vel artibus ad quas pertinent alii fines secundarii. Sicut ars militaris imperat equestri

De charitate qđ sine ea nulla põt esse vera virtus.

De charitate q̃ ẽ maior omnib. virtutibus.

De charitate q̃ ab ipsa oĩa bõa p̃cedũt et mala vitantur

equestri, qa equestris ordinat ad militarē. Cū igit charitas ordinet hoiem ad vltimū finē humanę vitæ. s. ad beatitudinē pfectā, ideò extendit se ad actus totius humanæ vitæ p modum iperii, nō aūt quasi eliciens actus oēs virtutū. Itē fm. b. Amb. dr charitas forma & mater virtutū, qđ fm. b. Tho. nō est intelligēdū q sit forma exēplariter, nec ēt essentialiter, sed magis, effectiuę, inq tū. s. inducit ad opa seu imperat aliis actibus virtutū, sicut forma est principiū opādi. Cōparat ēt radici ex fundamēto inq tū virtutes oēs ex ea sustentant & nutriunt & nō fm rōnē causę materialis. Apls ad Ephe. 3. in charitate radicati & fundati de pe. 2. qa radix oīum bonorum est charitas, & radix oīum malorū ē cupiditas nisi fuerit vna euulsa nō potest alia plantari. Et cū dr q oīa credit intelligit credēda, & sperat sperāda & nō als. ¶ Tertio charitas est maior duratiōe qđ notat Apls. j. Cor. 13. Dicēs Charitas nunq excidit. Qđ pōt exponi tripl'r. Primo quia nunq cadit in pctm mortale, qđ est verū coniunctim dum. s. quis pmanet in charitate, & pōt intelligi dcm Gre. de pe. di. 2. Fortis est vt mors dilectio quia mētē q semel cæperit a dilectiōe mūdi fundit⁹ extinguit. Scdo mō de pfecta charitate confirmata, sicut habuerūt apli p aduētū spiritus sācti, & sanctificati in vtero q tm pauciſſimis cōfertur. Tertio & propriè quantū ad actū suum qui ēt post mortem nō deficit sed perficit, non sic de aliis donis Dei & virtutibus. Nam vtibi scribit Apls, donum linguarū ibi cessabit, quia animæ nō loquuntur voc'r. Corpora autē glorificata vtiq; loquent laudes diuinas, sed non sicut nūc, scilicet ex aspiratione & respiratiōe eu re pcussiōe aeris qa aer ibi ñ erit, sed alio modo ex vno idiomate. Prophetię oīno cessabunt. Scientia acq̄sita destruetur, non quantū ad habitum, sed quātum ad modū sciendi qui nō erit per discursum rōnis, vt nunc. Fides & spes ex toto cessabunt, virtutes morales ibi remanebunt quantum ad habitū, sed nō quantū ad eundē actum, qa nō sunt ibi pericula mortis, & delectabilia ciborū & venereorū q̄ sunt materia ipsarū virtutū. Charitas verò nunq excidit, qa cū incipit hic, nō deficit in alia vita vt fides, sed pficitur in patria. ¶ Quarto charitas est maior in nobilitate & perfectiōe, mensuratur enim humanum meritū fm charitatē. Nam fm q homo facit opus bonū cū maiori charitate, sic magis meretur, & cōsequēter exi de recipit maius præmiū essentiale. Vnde figuratur per aurū qđ est præciosus omni metallo & mensura præciositatis aliorum. Nam tanto vnumquodq; est pręciosus quanto plus auri valet Apoc. 3. Suadeo tibi emere aurū ignitū, i. feruentē charitatē vt locuples fias. In huius figurā nil erat in tēplo qđ auro non tegeret. i. in ecclesia. 3. Regū 6. Quod autem charitas sit nobilior aliis virtutibus, sic ꝓbat. b. Tho. vbi supra. ar. 6. Cū bonū in humanis actibus attendat fm q regulat debita regula, necesse est qđ virt⁹ humana q̄ est principiū bonorū actuū cōsistat in attingendo regulam humanorū actuū. Duplex autem est regula humanorū actuum, scilicet ratio humana & deus. Sed deus est prima regula a qua etiam humana ratio est regulanda. Et ideo virtutes Theologicæ quæ consistunt in attingendo illam primā regulam, eo qđ earum obiectum est Deus sunt excellentiores virtutibus moralibus & intellectualib. quæ consistunt in attingendo rationem humanam, & propter hoc etiā oportet qđ inter omnes Theologicas illa sit potior quæ magis Deū attingit. Semper autem id quod est per se, est magis q̄ id quod est per aliud. Fides autem & spes attingunt Deum fm q ex ipso nobis prouenit, vel cognitio veri, vel adeptio boni. Sed charitas attingit ipsum deum vt in ipso sistat, non vt ex eo nobis proueniat, & ideo charitas, excellētior ē fide & spe & cōsequēter aliis. Sicut & prudētia quæ attingit rōnē fm se excellētior ē q̄ aliæ virtutes morales q̄ attingūt rōnē fm q mediū ex ea cōstituit i opibus vł passionibus humanis. Nō ob. q fides p dilectionem opat, vt dr ad Gal. 5. Et maius solet cē id qđ opat q̄ id p qđ opat, qa hoc est verū qn̄ quis opat vt instrumētū, vt dns p seruū. Nō aūt sic opat fides p charitatē, sed sicut opat res p formā suā. Dicit charitas mater virtutū, qa sicut mater ex alio ente cōcipit ita charitas ex appetitu vltimi finis cōcipit actus aliarū virtutū in perādo ipsis. Dr ēt finis virtutū, qa oēs virtutes ordinat ad finē suū. Vñ Apls comparādo ipsas Theologicas adinuicē dicit. Nūc manet &c. j. Cor. 13. Charitas ēt in omni natura intellectua, diuina videlicet angelica & humana. Item oī locorū genere. i. in cælo, in mūdo, in inferno & in purgatorio, nō sic de aliis. In huius cōmēdatiōne dicit Prosper. de pe. di. 2. Si dilectionē deo exhibeamus & ꝓximo corde puro, cōsciētia bona, fide non ficta, facilè peccato resistam⁹? bonis omnibus abundamus, seculi blandimēta cōtemnimus & quæ difficilia sunt & aspera humanæ fragilitati cum dilectione superam⁹. ¶ Ad commendationem charitatis. b. Gre. in 10. lib. mora. tractans illud Iob. 11. c. Multiplex sit lex eius, ideſt dei sic ait. Lex dei q̄ charitas est multiplex dicitur, quia cum vna eadēque sit charitas, si mentem benè cęperit hanc ad

De charitate q cōparatur radici & quare.

Charitas maior ē omnib. virtutib. nobilitate.

Charitas assimilatur auro & quare.

De charitate q ipsa inter alias virtutes theologicas, ē excellētior.

Quia charitas dr mater virtutum, & quare.

De commendatione super laude charitatis.

ad innumera opera multiformiter accēdit, cuius diuersitatē breuiter exprimimus si in electis singulis bona illius perstringendo numeremus. Hæc nāq; per Abel & electa Dei munera obtulit & fratris gladium nō reluctando tolerauit. Hæc Enoch inter homines viuere spiritualiter docuit in sublimen vitā etiā corporaliter abstraxit. Hæc Noe despectis omnibus solū deo placabilē ostendit atq; in arce fabricā studio longi laboris exercuit, & mūdo sū perstitē pro opere exercendo seruauit. Hæc in Sem & Iaphet humiliter verenda patris erubuit & supiecto dorsis pallio quæ nō videbat abscondit. Hæc Abrahæ dextrā q̄ ad mortem filii sui extraxit hinc prolē innumerē gētis patrem fecit. Hæc Isaac mentē, quia semp mūdi cia tenuit, & caligantibus ætate oculis, ad vidēda longè post ventura dilatauit. Hęc Iacob cōpulit & amissum bonū filiū medullitus gemere, & prauorū filiorū prę̄sentia æquanimiter tolerare. Hæc Ioseph docuit a fratribus venundatum, & libertate animi minime fracta seruitiū perpeti, & eisdem fratribus post mēte non elata dominari seu principari. Hęc Moysen delinquente populo, & vsq; ad petitionē mortis in p̄cibus statuit, & vsq; ad interfectionem populi studio erexit. Hinc Phinees brachium in vltione peccantium erexit ut arrepto gladio coeuntes transfigeret, & irā dñi iratī placaret. Hęc Iosue exploratorē docuit vt prius cōtra falsiloquos ciues veritatē verbo defenderet, & hāc primo & gladio hostes alligaret. Hæc Samuel in principatū humilē p̄buit & integrū i deiectione seruauit. Qui cū p̄sequentem se plebē diligeret ipse ipsi testimoniū extitit, q̄a culmen ex quo deiectus est non amauit. Hæc Dauid apud iniquū regē ex humilitate cōmouit ad fugā, & pietate repleuit ad veniam ne. s. occideret Saul cū potuit. Hæc Natham & contra peccantem regem in auctoritatem libere increpationis sustulit, & cum regis culpa deesset i petitiōe humiliter strauit. Hæc per Esaiam nuditatem carnis non erubuit. Et subducto carnali velamine mysteria superna penetrauit. Hęc Helyā, quia feruoris zelo uiuere spiritualiter docuit, ad vitā quoq; & corporaliter abstraxit. Hæc Heliseum, q̄a magistrū diligere suppliciter instituit, magistri spiritu dupliciter impleuit. Per hanc Hieremias. ne in Egyptum populus descenderet restitit. Sed tamen inobedientes diligēs con descendi populus & ipse descendit. Hæc Ezechielem, quia prius a terrenis desideriis, sustulit, quia post in ei⁹ anno cāpitis in aere liberauit. Hæc in Daniele, quia a regiis dapibus gulam cōpescuit ei esurientium ora. Leonum clausit, Hęc tribus pueris, quia in tranquillitate positis incēdia vitiorum subdidit & tribulationis tēpore flammas in fornace temperauit. Hæc in Petro, qui minis terrentium principum fortiter restitit, & in circūcisione submouenda minarum verba humiliter audiuit. Hæc in Paulo & & anus persequentium humiliter pertulit. Et tñ in circūsiōis negocio lōge se impiis prioris sensū audēter increpauit. Hæc oīa b. Gre. ibi.

¶ *De charitate quātum ad eius subiectum. Cap. 2.*

VIsso de charitate ſm se nunc agēdū est de ea. Primo q̄tum ad eius subiectū. Secundo quoad eius obiectū. Tertio q̄tū ad eius præceptū. Quarto quātū ad eius actū. Et quælibet cōsideratio harum habebit suum capitulum. Primo de eius subiecto, q̄ est illud. Et si ex infusione causetur in eo vel actibus nostris, & si infundatur ſm q̄titatē naturalē. ¶ Quantum ad primū dicit b. Tho. 2. 2. q. 24. q̄ charitas est potētia volūtatis sicut in subiecto. Et ratio est, q̄a cum duplex sit appetitus. s. sensitiuus & intellectiuus qui dr̄ volūtas vtriusq; obiectum ē bonum, sed diuersimodē, nā obiectum appetitus sensitiui est bonum sensibile seu per sensum apprehensum. Obiectum aūt voluntatis est bonum sub cōmuni rōne boni prout est apprehensibile ab intellectu. Charitatis aūt obiectum non est aliq̄d bonum sensibile, sed bonum diuinum, q̄d solum intellectu cognoscit & ideo charitatis subiectum nō est appetitus, sensitiuus, sed intellectualis. Nō est aūt in rōne sicut in subiecto, q̄a ratio non ē regula charitatis, sicut humanarū virtutū, sed regulat̄ a Dei sapientia, & excedit regulā rōnis humanę. ſm illud. Ep̄ad. 3. Supminētē scię charitatem Xp̄i. Causat aūt charitas in nobis nō per actus nostros sed per infusionē, q̄d innuit ap̄s ad Ro. 5. dicēs, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū &c. Quod sic probat b. Tho. vbi supra arti. 2. Charitas est quædā amicitia hoīs ad deū fundata super cōmunicatione ęternæ beatitudinis. Hæc aūtē cōmunicatio nō est ſm bona naturalia, sed ſm dona gratuita, quia vt dicitur ad Ro. 6. Gratia Dei vita æterna. Vnde & ipsa charitas facultatem naturæ excedit Quod autem excedit naturę facultatem non potest esse naturale, neq; per potentias naturales acquisitum. Vnde charitas non potest nobis naturaliter inesse, neq; de iure naturali esse acquisita, sed per infusionem. ſſ. qui ē amor patris & filii cuius participatio in nobis est ipsa charitas creata. Quāuis aūtē Deus

Quia charitas est in potētia voluntatis sicut in subiecto

Vñ causatur in nobis caritas.

ſm

De charitate & qũo est diligibilis.

ſm ſe maxime ſit diligibilis quia ſummè bonus & inquãtũ eſt obiectũ beatitudinis, tñ nõ hoc modo eſt maximè diligibilis a nobis per inclinationẽ effectus noſtri ad ſenſibilia bona. Sicut & Deus de ſe eſt maxime cognoſcibilis, nõ tñ a nobis ꝓp defectũ noſtræ cognitionis q̃ dependet a rebus ſenſibilibus. Requirit igit ad Deũ diligendũ maximè ꝙ infundat charitas. Nõ obſtat ẽt ꝙ dicit charitas ꝓcedere de corde puro & cõſciẽtia bona, & fide nõ ficta, vel ſm Aug. ꝙ timor introducit charitatẽ. Hęc. n. intelliguñ, ꝙa huiuſmodi actus diſponũt hominẽ ad recipiendũ charitatis infuſionẽ nõ ꝙ cauſant vel ꝙa excitãt charitatis actũ. Itẽ nota

De charitate ꝙ nõ ĩfundit ſm q̃titatẽ naturalium.

ꝙ charitas nõ infundit ſm quãtitatẽ naturaliũ, vt. ſ. qui habet meliora naturalia ille plus recipiat, ſed ſm Dei beneplacitum ſm illud. 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idẽ ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Quod ꝓbat. b. Tho. ſe. ſe. vbi ſupra ſic, vniuſcuiuſque quantitas depẽdet ꝓpria cauſa. Cauſa autem nõ ꝓducit effectũ maiorẽ ſe. Charitas autem cũ ſuperexcedat proportionẽ humanę naturę, nõ depẽdet ex aliqua cauſa naturali ſed ex ſola gratia. ſ. eã iufundentis. Et ideò quantitas charitatis nõ depẽdet ex cõditione naturę vel ex capacitate naturalis virtutis, ſed ſolum ex voluntate ſpirituſſancti, diſtribuentis ſua dona prout vult. Vnde ad Ephe. 4. dicit. Vnicuique noſtrũ data eſt gratia ſm menſurã donationis Chriſti. Nec obſtat quod dicit Matt. 25. Dedit vnicuiq̃ne ſm propriã virtutem. Nam illa virtus ſm quam dat Deus dona ſua eſt diſpoſitio vel præparatio præcedens ſiue conatus gratiã accipientis, & hanc etiam diſpoſitionẽ vel conatum præuenit ſpirituſſanctus mouens mentem hois plus vel minus ſm ſuã voluntatem.

§. 1.

De charitate q̃tum ad eius augmentũ.

¶ De augmento charitatis ſi augeat & qũo. Si per quẽlibet actũ bonũ, ſi in infinitum auget. ¶ Quãtũ ad primũ ſciẽdum ſm Tho. ſe. ſe. qõ. 23. ꝙ charitas augeri poteſt. Vnde Aug. ſuper Io. Charitas meretur augeri vt aucta mereatur perfici, quod eſt verum de charitate viæ. Cuius ratio eſt. Ex hoc dicimur viatores ꝙ in Deum tendimus. In hac autem via tanto magis procedimus quãto magis Deo appropinquamus cui nõ appropinquatur paſſibus corporis, ſed affectibus mentis. Hunc autem appropinquationem facit charitas ꝙa per ipſam mens Deo vnitur, & ideò de ratione charitatis viæ eſt, vt poſſit augeri. Si. n. nõ poſſit augeri, iã ceſſaret viæ proceſſus. Et iõ Apls. 1. Cor. 12. charitatem viam nobis demõſtro. Et nota ꝙ cum duplex ſit q̃titas, diměſiua. ſcilicet & virtualis. Charitati nõ conuenit diměſiua, ſed virtualis. Sed hæc q̃titas virtualis attendit nõ ſolum ſecũdũ numerum obiectorum, vt. ſ. plura vel pauciora diligãtur. Nam minima charitas diligit oĩa quæ ſunt ex charitate diligẽda, ſed etiam ſecundũ intẽſionem actus, vt magis vel minus aliquid diligatur, & ſecundũ hoc dr̃ augeri. Item quãuis charitas ſit in ſummo, inquantum obiectũ eius eſt ſummum bonum. i. Deus, non tamen omnis charitas eſt in ſummo, quãtum ad actũ eius hæc Tho. Sed idẽ ꝓbat̃ de pe. di. 2. per plura capitula. Et præcipue illud Hierony. Charitas ĩ quibuſdã ꝓfecta eſt in quibuſdã imꝓfecta. Perfectiſſima ãt in hac vita haberi nõ põt. Et iterũ. Nemo repente fit ſummus, ſed a minimis quiſq; incohat ad maiora pueniat. Augetur autem eſſentialiter charitas in ſubiecto, non ꝙ eſſe incipiat, vel ꝙ eſſe deſinat in ſubiecto, ſeu per additionem charitatis ad charitatem, ſicut quidam dixerũt. Sed ſolum per hoc ꝙ ſubiectũ magis ac magis ꝓticipat charitatẽ. i. ſm magis reducit in actũ eius & ſubdit illi. hic. n. eſt modus ꝓprius augmenti cuiuslibet formæ quæ intenditur, eo ꝙ eẽ huius formę totaliter cõſiſtit ĩ eo ꝙ iheret ſuſceptibili, & iõ cũ magnitudo rei cõſequat eẽ ipſius, formam eſſe maiorẽ, hoc eſt cauſa magis ineſſe ſuſceptibili, nõ aũt aliã formã aduenire. Sic igit charitas auget ꝓ hoc ꝙ intẽdit in ſubiecto. Et hoc eſt ipſam augeri ſm eſſentiã, & hoc eſt ꝓfectius participare ſiſitudinẽ ſpirituſſancti animam.

De charitate qũo qs ꝓ actus diſponit ad augmẽtum charitatis.

¶ Quantum ad ſecundum dicit. b. Tho. vbi ſupra, ꝙ non per quẽlibet actũ bonũ auget charitas, ſed diſponit ad augmentum. Augmẽtum n. ſpũale charitatis eſt ſimile quodãmodo augmento corpali. Augmẽtũ aũt corpale in aĩalibus & plantis non eſt motus cõtinuus, ita ſcilicet ꝙ ſi tantum augetur in tanto tpe neceſſe ſit ꝙ proportionaliter in qualibet ꝑte illius tpis aliquid ad augeatur, ſicut contingit in motu locali, ſed per aliquod tps natura operatur diſponens ad augmentum etiam nil agens actu, ꝙ poſtmodum producit ad effectum id quod diſpoſuerat augẽdo plãtam in actu, ita etiam in quolibet acto charitatis, charitas augetur, ſed quilibet actus charitatis diſponit ad charitatis augmentum, ita ꝙ ex vno actu charitatis hõ reddit promptior ad agẽdũ ſm charitatẽ, habilitare creſcente homo prorũpit in feruentiorem dilectiõis habitũ quouſq; tenet ad charitatis ꝓfectũ, & tũc charitas auget in actu. Et nota ꝙ ſicut qlibet actus charitatis meret vitã æternã, nõ quidẽ ſtatim ſed ꝑ tpe ſuo accipiẽdã ita & qlibet actus charitatis meret augmentũ charitatis nõ ſtatim, ſed ꝑ tpe ſuo fiẽdã. Itẽ cum dicit:

dicit beatus Greg. In via Dei stare est retrocedere. Sciendum q̃ in via Dei ꝓceditur non solum dum actu charitas augetur, sed etiã dum disponitur ad augmentum. Sic etiam põt dici retrocedi in via Dei dum per venialia disponi tur quis ad amissionẽ eius quod sit per mortale. ¶ Quantum ad tertium sciendũ q̃ semper in via potest magis ac magis augeri charitas. Pro cuius declaratione dicit beat. Tho. vbi supra q̃ terminus augmenti alicuius formæ põt ꝑfigi tripliciter. Vno mõ ex rõne ipsius formæ quæ habet terminatã mensuram ad quã cũ ꝑuentũ fuerit non põt vltra & si vltra ꝓcessum fuerit, peruenit ad aliam formã, sicut patet in pallore cuius terminos per cõtinuã alterationẽ aliquis transit, vel ad albedinẽ vel ad nigredinẽ ꝑueniens. Secundo mõ ex parte agentis cuius virtus non se extendit ad alterius augendum formam in subiecto. Tertio mõ ex parte subiecti, qa̅ non est capax maioris ꝑfectionis. Nullo autem horũ modorum imponitur terminus augmento charitatis in via. Ipsa enim charitas sm rationem propriã speciei terminũ augmenti non habet. Est enim participatio quædam infinitæ charitatis quæ est spũssanctus. Similiter etiam causa augens charitatem est infinitæ virtutis. s. Deus. Similiter ex parte subiecti terminus huic augmẽto prẽfigi non potest qa̅ semper charitate excrescente semp crescit habilitas ad alterius augmentum. Vnde relinq̃tur q̃ charitatis augmento nullus terminus præfigi possit in via. Quãuis enim augmentũ charitatis sit ad aliquem finem, ille tamen finis non est in hac vita, sed futura. Hic autem semper capacitas creaturæ spiritualis augetur per charitatem, quia per ipsam cor dilatatur, & ideò adhuc vlterius manet habilitas ad maius augmentum.

Quo illud intelligit dictum b. Grego. charitas põt magis acmagis augeri.

§. 2.

¶ De gradibus charitatis q̃ tres assignãtur. s. incipiẽs, proficiens, & perficiẽs seu perfectus. ¶ Hos ponit bea. Aug. super epistolam canonicam. Ioan. di. Charitas cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roborat, cũ fuerit roborata perficit, de pœni. dist. 2. Si quis habuerit. Primum enim pertinet ad incipientes, secũdũ ad proficientes, tertiũ ad perfectos. Pro cuius declaratione dicit b. Th. ſcda ſcdæ q. 24. q̃ spirituale augmentum charitatis considerari potest quãtum ad aliquid simile secũdum corporale augmentum, quod quidẽ quãuis in plurimas partes distingui possit, habet tamen aliquas determinatas distinctiones, sm determinatas actiones vel studia ad quæ homo perducitur per augmentũ sicut infantilis ætas dicit antequã habeat vsum rationis. Postea distinguitur alius status hominis, quando iam incipit loqui & ratione vti. Tertius status ẽ pubertatis qñ incipit generare posse, & sic vlterius quousq; perueniatur ad perfectum. Ita etiam diuersi gradus charitatis distinguuntur sm diuersa studia per quæ homo perducitur ad charitatis augmẽtum. Nam primo qdem incũbit homini studium principale ad recedẽdũ a peccato & resistendũ cõcupiscentiis eius quę in cõtratium charitatis mouẽt. Et hoc ptinet ad incipientes in qbus charitas est nutriẽda vel souenda ne corrũpatur. Scdm studium succedit vt homo principaliter intẽdat, ad hoc q̃ in bono proficiat. Et hoc studiũ pertinet ad ꝓficientes, q̃ ad hoc principaliter intẽdũt vt in eis charitas p augmẽtum roboret. Tertiũ studiũ est, vt hõ ad hoc principaliter intẽdat, vt Deo inhereat, & eo fruatur. Et hoc ptinet ad pfectos q̃ cupiũt dissolui & esse cũ Xpo. Sicut ẽt videmus motu corpali q̃ primũ ẽ recessus a termino a quo. Scdm ẽ appropinquatio ad aliũ terminũ. Tertiũ est quies in termino. de primo auctoritas. Regnũ celorũ vim patitur & violenti rapiunt illud Mattheæ. 11. Hæc violẽtia est resistẽdo passionibus & cõcupiscẽtiis & tentationibus. Iacob. 4 Resistere diabolo & fugiet a vobis. Figura Exo. Qñ filiis israel gressis de Egypto, & dura seruitute Pharaonis post transitũ maris rubri, occurrerũt Amalechitæ pugnãtes cõtra eos. Sic recedẽtibus de mundo a seruitute Dyaboli post mare cõtritionis occurrũt tẽtationes q̃ vincũtur pugnãdo & aliorũ oronibus adiuti. Exẽplum de btõ Bñdicto tẽtato, in vrticis se ponẽdo. De scdo auctoritas cãti corũ. 2. Fulcite me floribus, idest sanctis desideriis, stipate me malis, idest virtutibus, quia amore lãgueo. Psal. 83. Ibunt de virtute in virtutem. Figũra in lib. Esdre quando reuersi israelite de Babylonia reedificabant muros Hierusalem tenentes vna manu gladium ad defendendũ se cõtra aduersarios alia ædificabãt. Exẽplum de btõ Antonio, q̃ discurrebat in visitando pres sicut apis a singulis eligẽdo flores virtutũ. De tertio auctoritas Ro. 7. Infælix ego hõ qs me liberabit de corpe mortis huius? Ps. 40. Quẽadmodũ desiderat cervus ad fontes aquarum &c. Figura Gen. 10. Abrahæ stãti in cõualle mãbre in feruore diei in ostio tabernaculi apparuerunt ei tres viri qbus fecit cõuiuiũ. Sic in humilitatis vallẽ moranti, in magno feruore charitatis, in ostio i. desyderio mẽtis apparẽt diuina mysteria p cõtemplationem in qua mẽs cõuiuatur. Exẽplum b. Dñici qui p noctabat in oronibus desiderio celestis patriæ accensus, abũdãter flebat habens multas Dei reuelationes &c.

De tribus gradib⁹ charitatis.

¶ De

§.3. ¶De perfectiõe charitatis. Nota ꝙ triplex eſt ꝓfectio charitatis ſm b. Tho. 2.2.q.24. Prima eſt diuinæ eſſentiæ, ſecũda eſt ſupnæ ꝑriæ ſeu triũphãtis eccleſię, tertia eſt viæ ſeu militãtis eccleſię. Prima perfectio in hoc conſiſtit vt diligatur aliquid quãtum diligibile eſt. Deus ãt tm eſt diligibilis quantum eſt bonus, bonum n. eſt obiectum amoris. Bonitas autem Dei eſt infinita, vnde ſequitur quod deus infinitæ diligibilis é. Nulla autem creatura põt diligere deũ infinitæ cũ quęlibet virtus creatura ſit vnita. Qđ aut eſt finitæ virtutis nõ põt infinitæ operari. Et ſm hoc nullius creaturę põt eſſe charitas ꝓfecta, ſed ſolũ charitas dei qua ſeipſum diligit. Matth. 5. Pr veſter cœleſtis ꝓfectus eſt. ſ. in dilectione de qua ibi loquebat. ¶ Scđa perfectio cõſiſtit in hoc ꝙ totum cor hoĩs ſeu affectus creaturę ſup actualiter ferat in deũ ut nil actu cogitet & amet niſi deũ vel relatiũ in deũ & nunq̃ ceſſet ab hoc actu, & iſta eſt perfectio charitatis ſupnæ ꝑriæ ſeu ſanctorũ, nec eſt poſſibilis inſici propter diuerſas neceſſitates corporales & occupationes vitæ præſentis, in quibus nõ põt tunc actu cogitari de deo ut in dormiẽdo & plura alia faciẽdo. De hac ꝓfectione charitatis ꝑriæ intelligit illud apl̃i Phił 3. Nõ ꝙ iam apphẽderim aut ꝓfectus ſim & 1. Cor. 13. Cũ venerit ꝙ perfectũ eſt, euacuabit quod ex parte eſt, & illud b. Aug. Perfectio charitatis nulla cupiditas. Eſt enim cupiditas affectus quicũq; inordinatus ſine quo in vita præſenti nullus iuuenit niſi Chriſtus & mater eius niſi per aliquam morulam. ¶ Tertia perfectio. ſ. charitatis viæ põt eſſe triplex. Prima conſiſtit in hoc vt hõ ſtudiũ ſuum deputet ad vacãdum deo & rebus diuinis ꝓtermiſſis aliis niſi inq̃tũ neceſſitas ꝓſentis vitę requirit, & iſta eſt perfectio charitatis poſſibilis in via de qua b. Aug. Charitas cũ ad ꝓfectũ uenit dicit, cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Eſt alia ꝓfectio charitatis uiatorũ q̃ coĩs oĩbus hũribus charitatẽ q̃ conſtiſtit in hoc ꝙ aliqs cor ſuũ totum habituaľ ponit in deo, ita. ſ. ꝙ nihil cogiter vel velit qđ ſit diuinæ dilectioni cõtrariũ, hæc b. Tho. de hac põt intelligi illud. 1. Ioã. 4. Perfecta charitas foras mittit timorẽ. ſ. ſeruilẽ q nõ ſtat cũ charitate q̃tũcũq; minima. Talis. n. dolet de cõmiſſis & ꝓponit i futurũ ab oĩbus abſtinere mortaliḃ ꝓp deũ. Ad hoc ẽt facit dictũ Hiero. de pe. di. 2. Charitas i qbuſdã ꝓfecta eſt in qbuſdã i ꝓfecta ꝓfectiſſima aũt in hac vita hãi nõ põt. Tertia ꝓfectio. ſ. charitatis viæ eſt media inter vtrũq; quę. ſ. tẽdit ad primã, nõ ſolũ ſeruan do mãdata dei ꝙ ptinet ad ſecũdã, ſed ẽt obligãdo ſe adcõſilia paupertatis, chaſtitatis, & hmõi de qua dr̃. Matth. 19. Si uis ꝓfectus eẽ ua. & vẽ. o. quæ habes, & da paupibus, & ſequere me. Vñ religio q̃ ordinat ad primã perfectionẽ dr̃ ſtat' ꝓfectionis. In decre. de pe. di. 2. §. hæc q̃ de charitate in glo. ponit alia diſtinctio de ꝓfectione charitatis viæ, videlicet ꝓfectio quoad ſufficiẽtiã neceſſariã ad vitã æternã de qua de pe. di. 3. talibus. Scđa ꝓfectio quoad efficiẽtiã qua. ſ. ꝓducit actus ꝓfectiõis, ſ. ꝓpoſitũ efficax ſuſtinẽdi martyriũ de qua b. Aug. Si qs habuerit tãtã charitatẽ ut paratus ſit ꝓ fratribus mori, ꝑfecta ẽ in eo charitas. Tertia ꝓfectio quo id per ſeuerãtiã actualẽ i bono, de qua dicit Gra. in d. §. ꝙ intelligũt auctoritates illæ q̃ videnť dicere ꝙ charitatẽ habẽs nõ poſſit peccare, ut dicit b. Aug. Radicata ẽ charitas ſecurus eſto, nil mali ꝓcedere poteſt, de pe. di. 2. & multa alia. ¶ De amiſſione charitatis videndũ eſt ſi amitti poſſit. Si perfectus ſubito amittit. ¶ Quantũ ad primum, quæſtionem iſtam formatmagiſter ſen. in 3. di. 11. Et Gratianus de pe. di. 2. ꝓ totum valde prolixè eã proſequens. Vterq; inducit plures auctoritates quæ videntur dicere ꝙ non poſſit amitti quas quidam malè intelligentes hoc aſſeruerunt. Sed in hoc concordant omnes magiſtri ſen. cum theologis oĩbus & Gratias, eum canoniſtis cunctis, ꝙ charitas viæ poſſit amitti ſimpliciter loquendo, quod ꝓbat Gratianus per plura exempla eorum qui habuerunt charitatem valdè perfectã, & tñ qñ quæ amiſerunt, licet poſtea recuperauerunt ꝓ pœnitentiã. Exemplum Ađæ q̃ habuit pfectã charitatem, & Moyſes qui eam amiſit ꝓpter diffidentiam ad aquas contradictionis, & ſic Aron ſm Gratianum. Exemplum ẽt de Dauid qui commiſit adulterium & homicidium de pe. di. 2. §. Inducit &c. Hieronymi. Si enim inquit &c. Gregorii, vbi oſtẽdit luciferum cum ſociis in cœlo amiſiſſe charitatem. Auctoritates ãt quæ videntur cõtrarium dicere. ſ. ꝙ non poſſit amitti, ſunt hę. 1. Cor. 13. charitas nunquam excidit b. Aug. charitas quæ deſeri potuit nunq̃ vera fuit. Idem charitas eſt fons ꝓprius & ſingularis bonorũ cui nõ coĩcat alienus, alieni ſunt q audituri ſunt, non noui vos. Proſper. Cum charitate nemo, peccare potuit & plura alia. Eſt autem triplex modus reſpondendi ad dictas auctoritates & materiam quæ ſtionis. Primus eſt magiſtri & Gratiani videlicet ꝙ poſſunt intelligi dictæ auctoritates de ꝑfecta charitate, et tunc oportet ꝙ intelligaťper fecta charitas q̃ ꝑſeueratſem ꝑ vſq; in finẽ vel de ꝑfecta cõfirmata ꝑ gr̃am eo mõ quo Apl̃i ꝑ aduẽrũ ſpirituſanctũ & ſanctificari i vtero. Secũdus modus rñdẽdi eſt glo. Io. quem ſequitur

§. 4. De charitate vtrũ poſſit amitti, & quo intelligitur.

De triplici ꝓfectione charitatis viæ in quib. cõſiſtit.

Charitas ꝓfectiſſima i hac vita haberi nõ põt.

De triplici mõ reſpondẽdi, quod charitas nũq̃ excidit & trib. authoritatibus.

Ray.

Ray. cū quibusdā aliis. ſ. dictę auctoritates intelliguntur coniunctim. i. q̄ hns charitatē dū pmanet in charitate non peccat. ſ. mortaliter, & ſic exponit Hiero. illud. 1. Io. 2. Ois q̄ natus eſt ex deo non peccat dum. ſ. pmanet in tali natiuitate ſeu filiatione quæ eſt per grām de pe. di. 2. ſi. n. inquit. Illud tñ aplī Charitas nunquam excidit, intelligitur q̄ non deficit ſicut fides et ſpes in patria, ſed ablata imperfectione eius, q̄ non eſt eſſentialiter remanebit et actus eius. Tertius modus rñdendi eſt ſm Tho. 2. 2. q. 24. qui ait q̄ tripl̄r poſſumus conſiderare charitatē. Vno mō ex parte ſpūſancti mouētis aīam ad diligēdū deū. Nā p charitatē. ſſ. habitat in nobis, et ex hac parte charitas hēt impeccabilitatē ex virtute. ſſ. q̄ infallabil̄r operat quodcunq; voluerit vñ impoſſibile eſt hæc duo eſſe uera q̄ ſſ. velit aliquē mouere ad actū charitatis, et q̄ ipſe peccando charitatē amittat. Secundo mō pōt cōſiderari charitas ſm ꝓpriā rōne, et ſic charitas non pōt niſi illud qđ pertinet ad rōnem charitatis, vñ charitas nullo modo pt peccare, ſicut nec calor pt infrigidare, nec iniuſtitia bñfacere. Tertio mō pt cōſiderari charitas exparte ſubiecti q̄ eſt vertibile ſm arbitrii libertatē, et quia in via liberū arbitriū eſt vertibile ad malū ſicut ad bonū charitas pt amitti, et hns charitatē pt peccare, in pria quia liberū arbitriū non eſt vertibile ad malū amitti non pōt. Aſſignat āt b. Tho. pulchrā et ſubtilē rōnē, ibi, quare hic peccare pōt hns charitatē et liberū arbitriū verti et malū et non in patria. Dicit. n. q̄ cōparatio charitatis ad hoc ſubiectū pōt attendi, et ſm uniuerſalē rōnē qua cōparat materia ad formā, et ſm ſpālem rōnem qua cōparat habitus ad potentiā. Eſt aūt de rōne formæ q̄ ſit in ſubiecto amiſſibiliter, qñ nō replet totā potētialitatem materiæ, ſicut patet in formis gñabiliū et corruptibiliū, quia materia horū ſic recipit vnā formā q̄ remanet i ea potētia ad aliam formā quaſi non repleta tota potentialitate materiæ p vnā formā, et iō forma vna pōt amitti per acceptionē alterius, ſicut mortuo aīali deſtructa forma aīalis. ſ. aīa ſenſitiua, introducit in illa materia forma cadaueris, et ſic de aliis. Sed forma corporis cœleſtis, quia replet totā potentialitatē materiæ, ita q̄ nō remanet in ea potētia ad aliā formam inamiſſibiliter ineſt, ut in ſole, luna, et ſtellis. Sic ergo charitas patriæ, quia replet totā potētialitatē rōnalis mētis inq tū. ſ. ois actualis motꝰ ſp ferꝰ in deū inamiſſibiliter hr̄. Charitates āt vię nō ſic replet potētialitatē ſubiecti ſui, quia nō ſp actu fert in deū, uñ qñ actu in Deū nō fertur pt aliq̄d mēti occurrere vñ charitas amittat, aliā cōparationē. ſ. habitus ad potētiā ob breuitatē omitto. Ad auctoritatē Aug. inductā. ſ. q̄ charitas non eſt vera q̄ deſeri pōt, dicit q̄ hoc eſt de rōne charitatis q̄ nō amittat q̄tū ex ipſa, ſed tñ ex mutabilitate ſubiecti amittit cōtra ꝓpoſitū charitatis ad dictū Greg. q̄ amor dei nūq̄ ē ociosus &c. dicit q̄ operat ſp magna in proposito ſed non ſemper actu.

¶ Per vnū actū peccati mortalis quodcunq; fit illud charitas amittit. Nā pro quolibet mortali ſit hō dignus morte ęterna. Iuxta illud Ro. 6. Stipendia pecī mors & diſt. 25. §. alias ea demum Sed hns charitatem habet meritū vitæ æternę. Dicit. n. Chriſtus Io. 14. Siquis diligit me diligetur a patre meo, & ego diligā illū & ego manifeſtabo ei me ipſum. In qua manifeſtatione conſiſtit vita æterna & hr̄ Io. 17. Nullus aūt poteſt eſſe dignus ſimul vita æterna & morte æterna. Vnde ſequit q̄ pro quocunque mortali amittatur charitas. Vnde Hiero. in li. cōtra Iouinianum. Quæ cōmunicatio lucis & tenebrę, Chriſti & Belial. qñ ſicut dies & nox miſceri nequeunt, ſic iuſtitia & iniquitas, peccatum & bona opatio, Chriſtus Antichriſtus. Si ſuſcepimus Chriſtum in hoſpitio pectoris, noſtri, ilico fugamus Diabolū. Si peccauimus & peccati ianuam ingreſſus fuerit Diabolus ꝓtinus recedit Chriſtus, de pe. di. 2. Si enim inquit. Chriſtus autem hr̄ in pectore mentis p charitatem, & Dyabolus per mortale peccatum pro cuius declaratione dicit. Tho. 2. 2. q. 24. vnumquodq; per aliud ſuperueniēs cōtrarium tollatur, quilibet aūt actus peccati mortalis cōtrariat charitati ſm propriam rationē, quę conſiſtit in hoc q̄ deus diligat ſuper oīa & q̄ hō ſe totaliter ſubiiciat ei, oīa ſua referendo in ipſum. Eſt igit de rōne charitatis, vt ſic deum diligat q̄ in oībus ſe velit ſubiicere & præceptorū eius in oībus regulā ſeq̄, q̄cq̄d āt cōtrariat præceptis eius manifeſtē cōtrariatur charitati, vñ illud tale de ſe habet q̄ charitatē excludere poſſit, & ſi qđ charitas eſſet habitus acqſitus ex virtute ſubiecti dependens non oporteret q̄ ſtatim per vnū actū cōtrariū tolleret, actus. n. nō directē cōtrariat habitui, cōſeruatio āt habitus i ſubiecto nō requirit cōtinuitatē actus vñ ſupueniēte cōtrario actu nō ſtatim habitꝰ acqſitus excludit, ſed actus cū ſit habitꝰ infuſus dependet ex actione dei infundētis q̄ ſic ſe habet in infuſiōe & cōſeruatiōe charitatis, ſicut ſol in illuminatiōe aeris, & iō ſicut lumē ſtatim ceſſaret eē in aere cū aliq̄d obſtaculū poneret illuminationis ſolis ita & charitas ſtati deficit eē i aīa cū aliq̄d obſtaculū ponit̄ īfluētiæ charitatis a deo i aīam. Manifeſtū ē aūt

§. 5.

De amiſſione charitatis qđ per vnū actū peccati amittitur

q̄ per

Quia charitas amittit p quod cunque peccatū.

q̄ p quodlibet mortale, q̄a cōtrariatur diuinis præceptis ponitur prædictæ infusioni obstaculum, quia ex ipso q̄ hō eligendo p̄fert peccatū diuinæ amicitiæ quæ requirit vt Dei volūtatē sequamur, cōsequēs est vt statim p vnū actum peccati mortalis, habitus charitatis perdatur. Vñ Aug. sup Gen. ad lr̄am dicit, q̄ hō Deo. s. p̄nte illuminat, absente aūt cōtinuo tenebrat a quo nō locorū interuallis sed volūtatis auersione discedit, qđ aūt Orige. dicit q̄ perfectus nō statim euacuat & decidit, sed paulatim & p partes intelligit nō q̄ p̄fectio charitatis non tollat p vnū mortale, sed q̄ perfectus nō subito cōiter cadit in mortale, sed prius in aliquā negligentiam & aliqua venialia quæ sunt dispositio ad mortale, vel etiam intelligi pōt q̄ nō subito decidit, ita q̄ ex malitia peccet. Qđ etiam Bern. dicit. In Petro negante charitatē sopitam non extinctam, intelligitur q̄ eā non amiserit per contemptum peccās, sed p passionem & timorem, vel quia non irrecuperabiliter & finaliter amisit, vt Iudas, sed statim recuperauit. Ité nota q̄ fides & spes non tollūtur per quodcunq; mortale quoad habitum sicut charitas. Et ratio huius est, quia charitas importat quādam vnionem ad Deum, nō aūt fides & spes. Omne autem peccatum mortale consistit in auersione a Deo, & ideò oē mortale contrariatur charitati, non autem oē mortale cōtrariatur fidei & spei, sed quędā determinata peccata per quæ habitus fidei & spei tollitur. Per alia peccata nō tollitur habitus ipsarum, sed remanet informis, charitas aūt informis remanere nō pōt cū sit vltima forma virtutū, ex hoc q̄ respicit Deū i rōne vltimi finis.

§. 6. An charitas pōssit diminui & qūo intelligit.

¶ De diminutione charitatis vtrum possit diminui. Ad quod dicit Tho. 2. 2. q. q̄ diminutio possit dicit tripliciter. Vno modo indirectè & impropriè, vt dicatur diminutio dispositio ad corruptionem ipsius quæ sit vel per peccata venialia vel per cessationē ab exercitio actuū charitatis, & potest diminui. Et si potest intelligi illud Aug. q̄ augmentum cupiditatis est diminutio charitatis accipiendo largè cupiditatem pro quodlibet affectu inordinato & venia li. Alio modo dr̄ diminutio propria & directa, & sic diminui non potest. Assimilatur. n. charitas igni Cant. 8. Lampades eius. i. charitatis lāpades ignis. Sed ignis quādiu manet semp ascendit & non destendit, sic charitas crescere pōt, sed non minui, quod sic p̄batur. Charitas per comparationem quam habet ad obiectū sicut augeri non pōt, hinc nec minui. Augetur aūt p cōparationem quā habet ad subiectum vt dictum est supra. Sed ex hac parte & considerationē diminui non potest. Nam si diminueretur per comparationem ad subiectum, hoc esset vel ex cessatione sola actus charitatis, vel ex Dei operatione vel ex prava actione peccati ex prima causa. s. ex cessatione ab actu procedere non potest diminutio charitatis. Rō huius est, quia per cessationē ab actu diminuunt solum ille virtutes quæ ex actibus acquiruntur, & quandoque etiam corrumpuntur. Vnde de amicitia phūs. 8. Ethi. dicit. q̄ multus amicitias in appellatiuo soluit. i. nō appellare amicum & nō colloqui ei, sed hoc ideò est, q̄a conseruatio vniusquiusq; rei depēdet a cā sua. Cā enim virtutis acquisitę est actus humanus. Vñ cessantibus actibus humanis diminuitur virtus acquisita, tandē totaliter corrūpit sed hoc in charitate locū non habet, q̄a non causat ab actu humano sed solū a Deo infundit vt dictū est supra. Vñ sequitur q̄ cessante actu charitatis charitas pp hoc non diminuitur nec corrumpitur si desit peccatum mortale. Ex fetū da cā. i. a Deo causari non potest talis diminutio. Rō huius est, q̄a a Deo non causatur in nobis aliquis defectus nisi per modum pœnæ, sm scilicet q̄ subtrahit gratiam in pœnam peccati. Vnde nec ei competit diminuere charitatem, nisi per modum pœnæ. Pœna autem debetur peccato. Vnde relinquitur q̄ si charitas minuatur hoc procedit ex tertia causa. s. ex peccato. Sed etiam ex actu peccati diminui non potest. Rō huius est, quia si ex peccato esset ista diminutio, aut hoc eēt effectiuè aut meritoriè. Neutro autem modo mortalē diminuit charitatē sed totaliter corrumpit ipsam & effectiuè, q̄a omne mortale contrariatur charitati, vt dictū est, & sic expellit eam, & etiam meritoriè, quia q̄ peccādo mortaliter cōtra charitatē aliquid agit, dignum est vt ei Deus subtrahat charitatē. Similiter nec per venialia peccata charitas diminui potest effectiuè nec meritoriè. Nō effectiuè, quia ad ipsam charitatem non attingit veniale. Charitas enim est circa vltimum finem, veniale verò est quædā inordinato circa ea quæ sunt ad finē. Non autē diminuitur amor finis ex hoc q̄ quis committat aliquā inordinationem circa ea quæ sunt ad finē, sicut aliquando contingit q̄ aliqui infirmi multum amātes sanitatē, inordinatè tū se hūt ad dietæ obseruationē. Similiter per veniale non meretur diminui charitas. Cum enim aliquis delinquit in minori nō meretur detrimētū pati in maiori. Deus. n. non plus se auertit ab homine q̄ homo se auertat ab eo. Et sic cū inordinatè se habeat in his quæ sunt ad finem meretur pati detrimentum in charitate per quam ordinat ad finem.

Dria inter cessationē virtutū acquisitarū & infusarum.

ad finem. Sic igitur patet ꝙ directè loquendo charitas minui non potest. Vñ illa glo. quæ hr de peni. dist. 2. cum sanctum quæ incipit. Sunt itaque gradus vbi dicitur ꝙ charitas intéditur & remittitur. i. diminuitur, vel non est vera vel in directa locutio, vt dicatur diminutio dispositio ad corruptionem.

§. 7. De signis charitatis. Nullus pōt esse certus ī vita pſenti si hēt charitatē nisi fuerit ei spāliter reuelatum. Vñ dr Eccle. 9. Nemo scit vtrū odio vel amore sit dignus. s. Dei. tñ ſm quasdā cōiecturas & signa pōt quis æstimare se hre cū in seipso signo viderit. Et sunt hæc signa decē. ¶ Primum signum est cū aliquis libēter & affectuose cogitat de Deo. Sap. 6. Cogitare de illa s. sapientia increata quæ Deus est sensus est cō summationis. i. perfectionis per dilectionem Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus. i. qđ maximè amas, ibi est cor tuū cogitando. prouerbiū est. Vbi amor ibi oculus. Vnde Magdalena dixit Io. 20. de Iesu. Dne si sustulisti eum &c. Glo. non dicit quem, quia hoc gerere solet in aio vis amoris vt quē semp cogitat nullum alium ignorare credat. Sed ſm signum est cū quis libenter de Deo audit & audita retinet memoriæ. Io. 8. Qui est ex Deo verba Dei audit. Et Ioan. 14. Qui habet mandata mea & seruet ea ille est q diligit me. Lu. 10. Maria Magdalena stans secus pedes dñi audiebat verbū illius. ¶ Tertiū est cum quis libenter cum Deo loquit qđ fit in oratione Isido. Cum oramus cū Deo loquimur, & cum de Deo libenter loquimur. Chry. sup illud. Quis nos separabit a charitate Xpi? Hic mos amantiū est vt amorē suū silētio tegere nequeant, sed necessarijs & charis suis eſferāt & ꝓdunt flāmas suas. Sic facit hic beatissimus Pau. ¶ Quartū cū qs libēter dat ꝓ Deo. Canti. 8. Si dederit hō oēm substantiam suā ꝓ charitate sua, quasi nihil despiciet eam. Ecōtra dr. 1. Io. 3. Si quis habuerit substantiam huius mundi & viderit fratrem suū ægere &c. Exemplum in Tobia. ¶ Quintum est cum quis libēter pro Deo patitur. Eccle. 2. In igne ꝓbatur aurum homines receptibiles in camino humiliationis. Btūs Grego. in moral pœna quippe interrogat quantū quis quietus veraciter amat. Exemplum in Paulo. ¶ Sextum est cū quis mā data dei obseruat. 1. Io. 5. In hoc est charitas Dei vt mandata eius custodiamus. Christus ēt ait Io. 14. Si quis diligit me sermonum meū seruabit. Et si diligitis me mandata mea seruate. ¶ Septimum est cū quis amat quæ Deo placent, vt bonos & opera virtutum, & odit quæ Deo displicent vt opera praua & mala inquantum mala sunt. Ad primum mouemur exemplo Christi qui ait Matth. 12. qui fecerit voluntatē patris mei ipse meus frater & soror & mr est. Ad ſm exēplo Dauid q ait. Iniquos odio habui & iniquitatē odio habui. ¶ Octauum cū quis frigescit a sollicitudine & amore mundi. Grego. Tanto frigescit quis a curis seculi quāto surgit ardentius in amorem Dei. Figura in Iacob qui post luctā cū angelo vno pede claudicauit. Gen. 28. i. ab amore seculi. Exēplum in aplis qui noluerunt curā habere tpaliū dispensandorū. ¶ Nonū cū quis magnū honorē exhibet ministris Dei. sicut econuerso. Qui eos spernit, Deū spernit Lu. 10. Vnde dr Ecc. 7. In oi virtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros eius non derelinquas. Exemplū Cōstātini imperatoris, cui cū deferrentur accusationes eporū in cōcilio noluit audire di. Quia dij estis appellati: & ideò Dei iudicio reseruamini &c. vt hr di. 96. duo sunt. ¶ Decimum est cum quis videt se promptū & facilē ad bene operandū ꝓ Deū. nam ſm phūm. Signū est habitus generati delectabiliter & prōptè opari. Amb. Nescit tarda molimina spiritussancti gratia.

De signis charitatis q̄ sunt.

¶ *Quid sit diligendum, & quo ordine. Cap. 3.*

DE charitate quantum ad obiectum eius. Circa quod dicit Aug. de doctrina christiana. Quatuor sunt ex ordine diligēda. Vnū est supra nos. s. Deus. Aliud qd sumus nos. i. aīa nostra. Tertiū est quod est iuxta nos. s. proximus. Quātū est qđ est infra nos. s. corpus. Et de singulis videndū est hoc ordine. Nā non solū præceptum est ista diligere, sed etiam ordinem prædictum seruare. Ratio autem quare ista diligenda sint ex charitate, & non plura & quare ſm prædictum ordinem, est ista secundum Tho. 2. 2. q. 25. ar. 12. Amicitia charitatis super communicatione beatitudinis fundatur. In hac autem coīcatione vnum quidē est quod consideratur vt principium influens beatitudinem. s. Deus. Aliud est directè beatitudinem participans. s. homo & Angelus. Tertium est id ad quod ꝓ quandam redundantiam beatitudo deriuatur. s. corpus humanum. Id autē quod est beatitudinem influens, est ea ratione diligibile, quia est beatitudinis causa. Id autē qđ est beatitudinē participans, pōt esse dupliciter diligibile, vel quia est vnum nobiscū, vel qa est nobis cōsociatū in beatitudinis participatione, & ſm hoc diligibilia ex charitate assumunt duo, prout. s. quis diligit & seipsum & proximum. De ipso ordine charitatis dicit Can. 2. Introduxit me rex in cellā vinariam. i. in ecclesiā seu gratiā & ordinauit in me charitatem. i.

Quatuor sunt ex ordine diligenda.

De ordine charitatis.

ritatē.i. dedit mihi charitatē ordinatam. Vbi Amb. Scire qd facias, & nescire ordinē faciēdi non perfecta scientia est. Peccat. n. qui præposterè.i. inordinatè agit. Ordo aūt ſm philosophum importat modum aliquē prioris & posterioris. Vñ Prosper de vita contēplatiua inquit. Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiunt qui aut mundū q contemnendus est diligunt, aut corpora sua minus diligenda plus diligunt, aut proximos suos non sicut seipsos, aut Deū plus q̄ seipsos fortasse non diligunt, de pæ. di. 2. Ergo si charitatē. Iré b. Amb. Multorū charitas est inordinata, qđ in primo est, ponunt tertiū vel quartū. Primo diligendus est Deus. Secundo parentes. Tertio filij, postea domestici, &c. & intelligit p̄ suppositā dilectione sui in ordine ꝓximi.

§. 1. ¶ De dilectione Dei qui ante oīa & super oīa dēt diligi. De qua dicit Greg. in Homel. De dilectione conditoris non cor, sed solum lingua & manus requirat. Vnde dī 1. Io. 3. Filioli diligamus nō solum lingua, sed opere, & veritate. 1. veraci corde. Et corde q̄dem ostendit dilectio Dei dum quis de Deo frequenter cogitat, ipsum desiderat, ad eum orat. Ps. 40. Quēadmodū desyderat ceruus ad fontes aquarū, &c. Hinc & Prosper. Diligere Deum est illum aīo occupare, concipere fruendæ visionis eius affectum peccati odium, mundi fastidium, de pē. di. 2. ergo si charitatē. Ore ostenditur dilectio dum quis libēter de dilecto loquitur & audit. Sicut. n. ignis non potest celari in sinu, ita nec amor in mente. Matth. 12. Ex abūdantia cordis os loquitur. Vñ spūsanctus q̄ est charitas apparuit in linguis igneis sup apostolos, quia ſm Greg. quos replet, protinus de se loquētes facit. Vnde aīa q̄dam desiderans inuenire deū p̄ gustum affectualem dicebat. In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea. Can. 3. Cū non inuenisset in lectulo quietis corporalis, nec in noctibus ignorantiæ sui internalis, nec ēt in plateis cupiditatis mundialis, vel tumultus secularis vbi est locutio de mundo, nec per vicos timoris infernalis, postquam vigiles inuenit. i. prædicatores & doctores, quærens ab eis de dilecto, post ipsos inuenit eum. Opere. Greg. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Idem in homel. Amor Dei nūquā est otiosus, operatur. n. magna si est, vnde Sap. 7. dī q̄ spiritus intelligentiæ est multiplex & mobilis & amans bonum actum, quia. s. facit hominē promptum ad operandum, & bonos actus, & multipliciter. Ipsa. n. bona opera figurata sunt p̄ sacrificia quæ dns mandauit in lege offerri, & præcipuè agnum quotidie in holocaustum agnus. i. opera immaculata, quæ igni diuini amoris perficiendi sunt iuxta illud Apostoli. Omnia opera vestra in charitate fiant.

§. 2. ¶ Ad dilectionem Dei inuitat. Primo sacra scriptura. Secundo incitat natura. Tertio excitat gr̄a nobis exhibita. Quarto sollicitat gloria p̄missa. Quinto ad hoc clamat vniuersa creatura, vt dicit Guil. in summa virtu. ¶ Quantum ad primum in pluribus locis scriptura ad hoc inuitat. Deuter. 6. Diliges do. d. t. ext. c. t. &c. eiusdem 11. Ama dñm Deum tuum Eccl. 13. Omni vita tua diliges Deum. Matth. 22. Diliges do. d. t. &c. 1. Io. 4. Diligamus Deū qñ ipse prior dilexit nos. ¶ Quantū ad ſm īcitat immo pēnè cogit natura. i. rō naturalis. Bernar. in lib. de diligēdo Deum. Inexcusabilis est omnis ēt infidelis si non diligit Deum ex toto corde. Clamat nempè innata & nota rōne iustitia, qa ex toto se illum diligere debet cui se totū debere non ignorat. Si naturaliter amat filius patrem a quo hēt partem corporis, quanto magis amare dēt Deum qui corpus et & animam ex nihilo fecit? Ecc. 7. In tota anima tua dilige eum qui te fecit. Ber. Parum ne tibi videtur hoc cogita qualē te fecit. Nempe ſm corpus egregiam creaturam, ſm animam magis imaginem creatoris insignem rationis participem beatitudinis æternæ capacem. Porro ambo cohærere fecit incōprehensibili artificio, sapientia inuestigabili, nec ante promeruit qui ante non fuit, nec spes retributionis fuit quia bonorum nostrorū non eget. Itē quo videt in corpore sua mēbra, tot inueniet magna beneficia quātū quis amaret eum q̄ restituere oculū amissum aut cōseruaret cū meruisset p̄dere. Non minus amandus est qui ab initio oculos dedit, & conseruat cum multotiēs pp peccata meruisset p̄dere. Si multum amares q̄ te resuscitaret, non minus amandus qui vitā dedit & conseruat. Ber. Valde mihi amandus est per quē sum, viuo, & sapio. Figura ēt quā hēt corpus incitat ad amandū Deū. Vñ Aug. de doc. christiana. Beluas Deus in terrā prostratas facit q̄rentes pastū de terra, te in duos pedes erexit faciē tuā sursum attendere voluit. Non discordet cor tuum a facie tua, non habeas faciē tuā sursum cor deorsum, q̄d est sursum hre, nisi qđ dictum est. Diliges do. d. t. ext. c. t. &c. ¶ Quantū ad tertiū. s. de gr̄a præcipue redemptionis multū excitat ad amādū Deū, ad Gal. 2. Dilexit me & tradidit semetipsum ꝓme, nō sum ingratus gratiæ Dei, & Eccle. 29. Gratiā fideiussoris. i. Christi ne obliuiscaris. Dedit. n. ꝓ te aīam suam. Ber. in li. de dili. de. Infidelis se totum ei debere non ignorat, quē sui totius

Deus ē sup oīa & ante oīa diligendū.

Quinq; sunt q̄ ad diligendum deū nos sollicitant.

Quia multū dēt sollicitare ad diligēdū passio Xpi.

non ignorat actorem, quid ergo ego qui Deū meum teneo non ſolum vitæ meæ gratuitum largitorem, largiſſimum adminiſtratorē, pium conſolatorem, ſollicitum gubernatorem, ſed inſuper copioſiſſimum redemptorem, æternū conſeruatorem, ditatorem, glorificatorē. Idē. Si totum debeo me ꝓ me facto, quid debeo ꝓ me refecto, & refecto hoc mō, nec ēt tam facile refectus q̄ factus. Siquidem de me ſicut & de alijs dixit, & facta ſunt. At vero qui tm̄ & ſemel dicendo fecit in reficiendo & dixit multa & geſſi mira, & pertulit dura, nec tm̄ dura? ſed indigna, quid ergo retribuā dño pro omnibus quę retribuit mihi? Idē. Quid in te adhuc dormitat affectio tua, immo nō dormitat, ſed mortua eſt, ſi huic nō rñdet beneficio. Idē in ſermone pēthe. O duri & indurati filij Adā quos non emollit tanta benignitas, tanta flāma, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator q ꝓ vilibus ſarcinulis, tam præcioſas merces expendit. ¶ Quantum ad quartū ſollicitare debet gloria promiſſa. 1. Cor. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, q̄ præparauit Deus diligentib. ſe. Mirum eſt quō amor noſter euadere pōt Deū, qa ſi venalis eſt nullus deo charius emet. Dabit. n. pro illo regnum æternum. Si. n. ad dandū nullus eo dignior eſt q̄ Deus cū ipſe ſit ſummè bonus. Vnde nulli potius q̄ ei dari dēt. Si violentiā requirit nullus maiorem violentiam ꝓ eo faciet q̄ ipſe. Petit. n. quaſi gladio euaginato di. Aut tu mihi eam dabis, aut tu morte peribis. Pſal. 7. niſi conuerſi fueritis. ſ. ab amore mundi, ad amorem Dei gladium ſuū vibrauit, & parauit illum, vrget & tribulatio nos. Greg. Mala q̄ nos hæc præmunt, ad Deum nos ire cōpellunt. Hinc & Aug. Quis nos pt amplius amare q̄ Deus fomētis leuioribus, quibus nos conſolat fœpiſſimè ēt mordaciſſimū medicamentum tribulationis adiungit, exercet famæ patriarchas, pios, & religioſos, populum cōtumacem diris verberibus agitat, non auſert ab Apoſtolo ſtimulū carnis tertio rogatus vt virtutem in infirmitate perficiat &c. 5. q. 5. Nos omnis. ¶ Quinto ois creatura inuitat nos ad Dei amorem. Aug. in 10. confeſ. Cœlū & terra & oīa q̄ in eis ſunt vndiq; mihi dicunt, vt amē te dñe, nec ceſſant dicere oibus ita vt inexcuſabiles ſint. Dupl'r aūt creaturæ clamant ſeu dicunt, vt amē Deum. Vno mō oſtendendo eum dignißimum amore noſtro. Bonitas. n. creaturarum oſtendit creatorē eſſe optimum, & ideò amore dignißimum. Secundo quia creaturæ ſunt dona Dei & beneficia nobis a Deo collata, quia omnia feci' ꝓpter nos. Omnia inferiora noſtra ſunt ad ſeruiendum æqualia autē vt angeli ad cōiuuendum, ſuperiora vt Deus ad fruendum. Ad inducendum. n. aliquē ad amā dū efficacior eſt donatio q̄ locutio. Canes inquit. Sene. amant benefactores ſuos. Itē Aug. in lib. cōfeſſ. ad Deum loquēs. Quid aūt amo, cum te amo, non decus in creaturis, non cādorem lucis, & dulces melodias cantilenarū, non florum vel vnguentorū aromatum ſuaue olentium, non manna & mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus. Non hæc amo dū amo Deum meum, & tm̄ amo quandā lucem, quandā vocem, quandā odorē, quandā cibū, quandā amplexū interioris hois mei, vbi fulget animo meo quod nō capit locus, & vbi ſonat qd̄ non capit tēpus, & vbi olet qd̄ nō ſpargit flatus, & vbi ſapit qd̄ non minuit edacitas, vbi hæret qd̄ non diuellit ſocietas, hæc amo cū Deū meū amo. Hugo d' Arra animę. Magno debito obligata es o anima, multum accepiſti & nihil a te habuiſti, & ꝓ his omnibus nil hēs quod retribuas niſi tm̄ vt diligas. Et quod per dilectionem datum eſt, nec melius, nec decentius q̄ per dilectionem rependi poteſt.

Quō hoc verbum Aug. intelligit q̄ omnis creatura clamat vel dicit vt Deū amem?

¶ Deus magis dēt diligi q̄ proximus, quod ſic pōt ꝓbari. Illud eſt magis diligēdum propter qd̄ alia ſunt odio habenda, ſed proximi ſunt odio habēdi propter Deum. i. ſi nos a Deo abducunt, ſm illud Lu. 14. Siquis venit ad me, & non odit patrem & matrem, & vxorē, & filios non poteſt meus eſſe diſcipulus. Ergo Deus eſt magis ex charitate diligēdus. Pro cuius declaratione dicit Tho. 2. 2. q. 26. art. 2. q̄ vnaqueq; amicitia reſpicit, illud in quo principaliter inuenit illud bonum ſuper cuius cōicatione fundatur, ſicut amicitia politica principalius reſpicit principem ciuitatis a quo totum bonū commune ciuitatis dependet, vnde & ei maximè debēt fides & obedientia a ciuibus. Amicitia aūt charitatis fundatur ſuper cōicatione beatitudinis q̄ conſiſtit eſſentialiter in Deo, ſicut in primo principio a quo deriuatur in oēs qui ſunt beatitudinis capaces & ideò principaliter & maximè Deus eſt ex charitate diligendus. Ipſe. n. diligitur vt beatitudinis cā, proximus aūt ſicut beatitudinem ſimul nobiſcum ab eo participans. Si dicatur contra, quia viſio eſt principium amoris vt dicitur. 9. ethic. Sed ꝓximus eſt magis viſibilis q̄ Deus a nobis, ergo magis videtur proximus diligendus. Vnde etiam. 1. Ioan. 4. dicitur. Qui non diligit fratrē ſuum quē videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? Reſpōdet Tho. q̄ dupliciter eſt aliquid cā dilectionis. Vno modo ſicut id qd̄ eſt ratio diligendi. Et hoc modo bonum

§. 3. Deº magis dēt itelligi q̄ cū proximus.

num est causa diligendi, qa vnumqd q; diligit inquātum habet rōnem boni. Alio modo, quia est via ad acquirendum dilectionē. Et hoc mō visio est cā dilectionis, nō quidem qa ea rōne sit aliquid diligibile, qua est visibile, sed qa p visionem perducimur ad dilectionem. Nō ergo oportet q illud qd est magis visibile sit magis diligibile, sed qd prius occurrat nobis ad diligendum. Et hoc mō argumētatur Apostolus Io. Proximus enim qa est nobis magis visibilis, prius occurrit nobis diligēdus. Ex his. n. q nouit animus didicit incognita amare, vnde q aliquis proximum diligit, argui potest quia nec deum diligit, non quod propter hoc proximus sit magis diligibilis, sed prius diligendus occurrit, deus autem est magis diligibilis propter maiorem bonitatem.

§.4. Homo plus dēt diligere deum q̄ seipsum

¶ Debet etiam quilibet magis diligere Deum quā seipsum, quod sic probat Tho. 2.2.q.26.arti.3. A Deo accipere possumus duplex bonum scilicet bonum naturę & bonum gratię. In cō municatione autem bonorum naturalium, nobis a deo facta, fundatur amor naturalis, quo non solum homo in sua integritate naturę diligit deum sup oīa & plus quam seipsum, sed etiam quęlibet alia creatura suo modo. i. vel intellectuali vel rōnali vel aīali, vel ēt naturali saltem amore, sicut lapides & alia quæ cognitione carent, qa vnaqueq; pars plus naturaliter amat cōmune bonum totius q̄ particulare bonum proprium, q manifestat ex opere. Quælibet. n. pars habet inclinationē principaliter ad actionē cōmunem totius vtilitatis. Apparet etiā hoc in virtutibus politicis ſm quas ciues pro bono communi & dispēdia ppriarū rerum & personarū interdū sustinēt, vn magis hoc verificatur in amicitia charitatis quæ fundatur super cōmunicatione bonorū grę, & iō ex charitate magis debet hō diligere deū, qui est bonum cōmune oīum q̄ seipsum, qa beatitudo est in deo sicut in cōmuni & fontali omniū principio q̄ beatitudinē participare pnt. Et nota q quantū quis diligit frui deo, tanto magis diligit seipsum, qa hoc est ei summum bonū tñ hoc q aliqs velit frui deo pertinet ad amorē, quo deus amat amore cōcupiscētię Magis aute amamus deū amore amicitię q̄ amore cōcupiscentiæ qa maius est in se bonū dei q̄ bonum qd participare possumus ipso fruendo, & ideò simplr homo magis diligit Deū ex charitate q̄ seipsum. Et iō debet potius qs omnia mala sustinere q̄ peccato assentire, ſm Aug. vt dicit. 32.q.5.ita ne. Et ratio est, quia mala pęnæ sunt contra seipsum, etiam pęnę inferni sed peccatum est contra Deum.

Amore amicitię nō cōcupiscētia deus est amādus

¶ Ad diligēdū Deum super oīa quasi cogit triplex ratio quæ mouere potest ad amandū aliquid, quæ notari pnt in eo quod dr. Diliges dñm Deū tuū Deut. 6. & Matth. 22. ¶ Et prima est rō prouidentiæ & largitatis, ibi, dñm. ¶ Secūda est rō varię bonitatis, ibi. Deū. ¶ Tertia est rō attinentiæ & propinquitatis, ibi, tuū. ¶ Ista mouent ad amandū quicunque aliquid amat. ¶ Et q̄tum ad primū clarū est q seruus amat dominum suum cū eum diligit & ei prouidet & tuetur & beneficia largitur. Ex hoc ergo diliges dominum. Seruus. n. sumus oēs. Quantū aūt diligat oñdit, qa ppriofilio nō pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quomodo cum illo nō nobis omnia donauit? Ro. 8 Ber. Dñe quid est hō q memor es eius, aut filius hoīs, qm̄ visitas eū, tot. s. & tātis beneficiis? Mittis filium tuum vnigenitū. Mittis spiritū sanctū paraclytum, teipsum reseruas adoptatis in præmiū. (Si dici phas est) nimis p digus es tuis. 1. Pet. 5. Oēm sollicitudinem vestram proiicientes in eum, qm̄ ipsi est cura de vobis. Matth. 5. Solē suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & materialiter & spiritualiter. Insuper & angelis suis Deus mādauit de te vt custo. &c. Ps. 90. immo ſm Apost. ad Hebr. 1. Omnes administratorii spiritus sunt missi in ministeriū eorū qui hæreditatem capiunt salutis. Ecce quanta ꝓuidentia dñi erga nos quoad corpus & quoad aīam, ergo diligamus ipsum super omnia.

§.5. Triplex rō nos mouet ad diligēdum Deum.

¶ Quantum ad tertiū postea magis immorando in secundo diligitur aliquis, qa est attinēs, & consanguineus, & ſm hoc maximè diligitur pr a quo quis habet esse & frater qui descendit ab eodē stipite, qd natura docet & instigat. Sed nunquid ait Moyses. Nōne ipse est pr tuus qui possedit & fecit, quantum ad corpus, & creauit te quantū. s. ad animam? Deut. 32. Vnus est pr vester qui in cęlis est Matth. 23. Sed qualis pater. 2. Corinth. 1. Pater dñi nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis. Et sic tuus est pater. Sed vt magis esset tuus, effectus est per incarnationem frater. Vade ait ipse ad Magdalenam, ad fratres meos &c. Ioan. 20. Et quia caro nostra & frater noster est, vt dr in figura. Gen 37. Decuit per oīa fratribus assimilari, vt ait Apost. ad Hebr. In pœnalitatibus. s. corporis non vitiis mētis. Diliges ergo tuum fratrem & pr̄em tuum. Et quia qui diligit filiū assiduat ei flagella, vt dicitur in Prouerb. Ideò ex dilectione multipliciter flagellat nos. Ambr. Non semper osculatur pater filium, sed aliquando flagellat, ergo cum castigatur qui diligitur tunc erga eū pietas exercetur. Habet enim amor plagas suas

quę dulciores ſunt cum amarè inferuntur. 5. q. 5. Non oſculatur, vt enim dr̃ Sap. 13. cum nobis diſciplinam das inimicos multipliciter flagellas. Et ne ita videantur nobis graues labores noſtri, ipſe nobiſcū portat, ergo diligamus dn̄m deum noſtrum, qui totus eſt noſter nil ſui reſeruans ſibi. Nam corpus in cibum, ſanguinem in præcium & poculum, vitā in redemptionem dedit ſuis. ¶ Quantum ad ſcām notandum q̄ bonitas eſt quæ trahit ad ſe amorem noſtrum. Bonum enim eſt quod oīa appetunt dicit phūs. Bonitas autem eſſentialiter ē in deo, & ſm hoc dr̃. Nemo bōus niſi ſolus deꝰ ſcilicet eſſentialiter & ex ſe, nā creaturæ ſunt, bonæ ex deo nō ex ſe & accidētaliter. Bonitas, n. vniuerſaliter eſt i deo qa eſt fons bonitatis, & cauſaliter, quia ab eo cuncta bona procedūt & bonitas ſua vt dicit magiſter in 2. ſentēt. di. 1. fuit cauſa creationis rerum. Vnde & Moyſi dixit q̄ aſcenderet in montem ad eū, & oſtendam tibi an omne bonū. i. me ipſum. ¶ Cum autē omne bonum ſit honeſtum, vel delectabile, vel vtile. Omnia hæc genera bonorum reperiūtur in deo. Vnde dicitur Sapiē. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum ea. ſ. ſapientia quæ eſt deus. Deus autem ſm beatū Anſel. eſt quo melius cogitari non poteſt. ¶ Et de bono honeſto dicitur ibi. Innumerabilis honeſtas per manus illius. Bonum honeſtum eſt, ſcientia & virtus, ſed omnis ſapientia a domino deo eſt. Eccl. 1. Et ſpū oris eius oīs virtus eorū. In Pſ. 32. Virtus iuſtitię, prudētiæ, fortitudinis, temperantiæ. Et alias Amb. Omnis ratio ſupernę ſcientiæ, & terrenę creaturę in eo, q̄ eſt caput eorum & auctor, ut q̄ hūc inuenerit nil vltra querat, quicquid alicubi queritur, hic pefectè inuenitur, quia hæc eſt perfecta Dei virtus & ſapientia. ¶ De bono delectabili ibi dicitur ibi. Lætatus ſum in omnibus quoniam antecedebat me iſta ſapientia. Lætitia eſt delectatio in homine, ea quæ delectāt trahunt hominem ad ſui amorem. Delectant autem pulchra viſum, fragantia odoratum, ſuauia guſtū conſonantia & melos ſonorum auditū & huiuſmodi. Sed cum omnia iſta ſint a Deo cauſa omnium, & omnis virtutis effectus præexiſtat in cauſa ſua, indè ſequit̄ q̄ omnia hæc bona pfectius ſunt in deo, qa ſine mixtura d̄fectus. Vnde Bern̄. Illud eſt verum gaudium quod non de creatura ſed le creatore concipit, quod cum acceperis nemo tollet a te. Cuius cōparatione omne fædum pulchrum, omne dulce amarum, oēq̄ delectare poteſt moleſtū, gaudium (vt dictum eſt) in homine idem eſt qđ delectatio. ¶ De bono utili ibi dicitur. Prępoſui illā regnis & ſedibus & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius &c. Sap. 7. Bonum vtile dr̃ diuitiæ, aurum, argentū, lapides precioſi, dn̄ia terrarū, & hmōi. Quæ ēt bona a Deo pcedūt, & oīs vera vtilitas, ergo diliges dn̄m deum tuum. Vbi ēt eſt notanda multiplex vtilitas ipſius dilectionis noſtræ ad deum, & inimicitiæ dānoſitas, & tertio amicitiæ fidelitas, & vtilitas, quia nihil pōt diligi fructuoſius q̄ Deus. Nam ipſe diligentibus ſe primo quidē pcā dimittit Lucæ. 8. Dimiſſa ſunt ei pcā multa, qm̄ dilexit multum. Secundo ipſe eos erudit. Eccl. 2. Diligite Deū & illuminabūt corda ueſtra b. Greg. Interdum compunctionis ardo re tantæ ſubtilitatis eſt vis amoris vt hanc nec ipſe aīus poſſit comprehendere qui hanc illuminationem meruit habere. Tertio ipſe eos cuſtodit Pſal. 144. Cuſtodit dn̄s diligentes ſe. Quarto ipſe eos ad ſuauitatem contemplationis admittit etiam in prę ſenti. Greg. in mor. Siquis ad contemplationis ſtudium præparat ſemetipſum prius interroget quantum amar. Quinto in neceſſitate adiuuat, vñ Eſaiæ 43. dicitur a Deo de diligente ſe. Cum pertranſieris per aquas ſ. tribulationis tecū ero & flumina non operient te. Sexto in morte non deſerit, ſed tunc magis aſſociat. Pſal. 72. In voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me. Septimo quia ut ait Apl̄s ad Rom. 8. Diligentibus deum oīa cooperantur in bonum. Et bona & mala pœnalia & facta criminalia. Vnde Aug. de pe. di. 2. talibus dicituſque a deo omnia vt ſi qui eorum exorbitauerunt a fide, hoc eis, faciat proficere ad ſalutem, quia cautiores humilioreſq; & feruentiores ſurgunt. ¶ Econtra ad diligendum Deum inducere debet inimicitiæ damnoſitas. Nam peccatoribus qui non diligunt deum oīa inimicantur. Sap. 5. Pugnabit orbis terrarum pro eo contra inſenſatos. ¶ Tertio ad hoc debet inducere amicitiæ fidelitas Eccl. 6. Amico fideli nulla eſt cō paratio, vbi nota differentiam inter ipſos & alios. Alii enim non ſemper amant, etiam cum amantur. Iſte ſemper amat. Prouerbior. 8. Ego diligentes me diligo. Alii tempore aduerſitatis aliquando deſerunt, iſte nunquam. Frater in anguſtiis comprobatur, ideſt Chriſtus. Aliis eſi ſint amici patris aliq̄n̄ ſunt inimici filiorum. Sed iſte propter patrem filios amat vſq; in multas generationes Exo. 20. Ego ſum dominus deus tuus &c. faciens miſericordiā in miliahis qui diligunt me.

De multiplici utilitate dilectionis nr̄æ ad Deū.

¶ Secundo debet homo ex charitate diligere ſeipſum, quod patet ex eo quod dicitur Leuitic. decimonono. Diligens ami- §. 6.

cum

eum tuum. i. proximum tuum ſicut teipſum. Vbi datur pro regula & exemplari dilectionis ꝓximi dilectio ſuilpſius. Pro cuius declaratione dicit b. Tho. 2. 2. q. 25. art. 4. Quod cū charitas ſit amicitia quædam dupliciter loqui poſſumus de charitate. Vno mō ſub cōi ratione amicitiæ, & ſm hæc dicendū eſt ꝙ amicitia nō habet propriè ad ſeipſum, ſed aliquid maius amicitia, quia amicitia vnionem quādam importat. Dicit. n. Dyon. ꝙ amor eſt virtus vniti

Amor q̄d ſit. ua, vnicuiq; aūt ad ſeipſum eſt vnitas quæ eſt potior vnione, vnde ſicut vnitas eſt principiū vnionis, ita amor quo quis diligit ſeipſum eſt forma & radix amicitiæ. ¶ In hoc. n. amicitiā habemus ad alios ꝙ ad eos nos habemus ſicut ad noſmetipſos. Dicitur. n. 9. eth. & ꝙ amicabilia quæ ſunt ad alterum, veniunt ex his quæ ſunt ad ſeipſum. Sicut ēt de principiis non hī ſcientia, ſed aliquid maius. ſ. intellectus. Alio mō poſſumus loqui de charitate ſm propriam rōnem ipſius prout. ſ. eſt amicitia hominis ad Deū principaliter & ex conſequenti ad ea quæ ſunt Dei: inter quæ eſt ipſe homo qui charitatem hēt. Et ſic inter cætera quæ ex charitate diligit ad Deū pertinentia etiam ſeipſum ex charitate diligit. Non autē obſtat his ꝙ Apoſtolus vituperat amantes ſeipſos, diſt. 2. Ti. 3. In nouiſſimis diebus inſtabūt tempora periculoſa. Erunt. n. homines ſeipſos amantes, &c. Qui loquitur de amore quo quis amat ſe ſm naturam ſenſibilem, ita vt ei ſubiiciat rationem, quod vtique eſt vituperoſum & pernicioſum. Et non de amore quo quis amat ſm naturam rōnalem quærens eius ꝓfectionem quod pertinet ad charitatem, & ꝙa hō reſultat ex anima & corpore, ideò debet ſe diligere ex charitate, non ſolum quantū ad animam ſed ēt quoad corpus, ſm b. Aug. Pro cuius declaratione dicit b. Tho. vbi ſupra. art. 5. ꝙ corpus noſtrū ſm duo pōt conſiderari. Vno mō ſm naturā ſuā. Alio modo ſm corruptionem culpæ & pœnæ. Natura autē corporis noſtri cū non ſit a malo principio creata, vt Manichæi fabulantur, ſed a Deo ſit, poſſumus ea vti ad ſeruitiū Dei ſm illud Ro. 6. Exhibere membra veſtra arma iuſtitiæ Deo, & ideò ex charitatis dilectione qua Diligimus Deum, debemus ēt corpus noſtrū diligere. Quamuis. n. corpus noſtrum Deo frui non poſſit, cognoſcendo & amando, qua fruitione fundatur amicitia charitatis, cum ꝓ opera quæ ꝓ corpus facimus ad fruitionem venire poſſumus. Et ex fruitione diuina animæ redundat quædam beatitudo ad corpus. i. ſanitatis & corruptionis vigorem, & ſic eſt corpus capax beatitudinis. Secundum aūt quod conſiderat in corpore. i. in fectionē culpæ, & corruptionem pœnæ in corpore noſtro nō debemus deligere ſed potius ad eius remotionē anhelare deſiderio charitatis. Et ſm hanc infectionē dicebat Apls Ro 7. Infœlix ego hō quis me liberabit de corpore mortis huius? Q̄ debemus corpus diligere ꝓpriū & qūo oſtendit ēt Proſper ſic di. de pē. di 2. Corpus nr̄m qa pars noſtri eſt, ad hoc diligēdū nobis eſt vt ſaluti eius & fragilitati naturaliter cōſulamus, & agamus quaten⁹ ſpūi ordinate ſubiectū ad ꝑernā ſalutē accepta imortalitate, & icorrupōe ꝓueniat. ¶ Diligit aūt qs verè ſeipſum ex charitate qñ in ſe ſm partē principalē. i. rōnem hēt ſeu operat quinq; q̄ ſunt ꝓpria amicitiæ ſm philoſophū. 9. ethic. Vniſquiſq; amicus primo q̄dem vult amicū ſuū eſſe & viuere. Secundo vult ei bona. Tertio operatur bona ad ipſum. Quarto cōuiuit ei delectabiliter. Quinto cōcordat cū eo quaſi eiſdē delectationib. & contriſtationibus. ¶ Pro horū maiori declaratione ſciendū ſm b. Th. vbi ſupra. ꝙ hō dr̄ eſſe aliquid dupl'r. Vno mō ſm principalitatē, alio mō ſm ſubſtātiā & naturā ſuā. Et primo q̄dem mō dr̄ hō id qd̄ principale æſtimat in eo, ſunt princeps ciuitatis dr̄ ciuitas, & qd̄ facit princeps dr̄ facer̄ ciuitas. Boni aūt æſtimāt principale eſſe in eis mētē rōnē ſicut reuera eſt, & ſecundariū partē ſenſitiuā & corpalē, quorū primū, Apls noīat hoīem interiorē, ſecūdariū hoīem exteriorē. 2. Cor. 5. Et ſic verè ſeipſos diligūt qa diligūt ſe ſm principale qd̄ eſt in eis. i. partē rōnalē q̄ dr̄ hō iterior. Vñ & volūt ipſum primo cōſeruari in ſua integritate. Et optāt ei bona eius q̄ ſunt bona ſpūalia quoad ſm ꝓpriū amicitiæ. Tertio ad aſſequēda bona ſpūalia opam impēdūt. Quarto delectabiliter ad cor ꝓpriū redeunt, qa ibi inueniūt & bonas cogitationes in pūti, & memoriā ꝓteritorū bonorū & ſpē bonorum futurorū, ex qbus delectatio cauſat. Quinto ſi patiunt in ſeipſis volūtatis diſſentionē, qa aīa eorū tēdit in vnū. Mali aūt æſtimāt in ſe partē principalē ſenſitiuam q̄ dr̄ hō exterior, & ſm hāc ſeipſos diligūt, vnde nō vere diligūt ſicut nec verā æſtimationē hñt. Et ſm hāc partē ſenſitiuā obſeruāt in ſe illa q̄nq; ꝓpria amicitiæ. Nā q̄tūt cōſeruationē ſui corporis & ſanitatē ēt cōtra Dei volūtatē. i ꝓcepta: Sc̄do ꝓuidēt ei bona cōformia. ſ. delectabilia ſenſibus. Tertio ad hoc multū opant̄ & laborant. Quarto delectant̄ cogitare de hm̄oi ſenſibus. Quinto quia cōcordāt cū ipſa ſenſualitate ei aſſentiēdo i cū ctis. Ecōtra de cōſeruatione ſpūs nō curāt nec bona ſpūalia optāt, nec ad hoc laborāt, horrēt reuerti ad ſeipſos, qa ibi nō inueniūt niſi mala

§. 7.

Q̄d vere ſeipſum diligens ex charitate facit q̄nq; q̄ ſunt propria amicitiæ.

Quid ſit vere ſeipſum diligere.

quæ remordent & discordant secũ. Alio mõ dicitur homo aliquid ſm naturã & ſubſtantiã ſuã, & ſic cum hõ ſit quid reſultans ex anima & corpore oẽs ſe æſtimant eſſe vere qđ ſunt. i. cõpoſitos ex anima & corpore, & ſm hoc oẽs diligunt ſeipſos, etiam mali, inquantũ ſcilicet diligunt conſeruationem ſui eſſe, ſed hoc non eſt ſe diligere ex charitate.

§. 8. Quare hõ magis dẽt ſeipſum diligere q̃ proximum.

¶Debet homo magis diligere ſeipſum q̃ proximum, ita videlicet vt magis aĩam ſuã q̃ cuiuſcũq; animã, & magis aĩam ꝓximi q̃ corpus ꝓprium, ſed magis corpus ꝓprium quam corpus ꝓximi cẽteris paribus. ¶ Primum ſic ꝓbatur. Exẽplar eſt potius exemplato, ſed dilectio hominis ad ſeipſum ponitur vt exẽplar dilectionis ad alterum, cum dr̃ Matth. 22. diliges ꝓximum tuum ſicut teipſum, ergo magis ex charitate debet qs diligere ſeipſum quã ꝓximũ ſm animam. Qđ b. Tho. ſic declarat. 2.2. q.25. in homine ſunt duo. ſ. natura corporalis & natura ſpũalis. Per hoc aũt dicit hõ diligere ſeipſum ꝙ diligit ſe ſm naturã ſpirituale. Et ſcđm hoc debet hõ magis ſeipſũ diligere poſt Deũ quã quẽcunq; alium, & hoc patet ex ipſa rõne diligendi. Nam vt ſupra dictum eſt Deus diligit vt principiũ boni ſup quo fundat dilectio charitatis, hõ aũt ſeipſum diligit ex charitate ſcđm rõnẽ ſocietatis in iſto bono. Conſociatio aũt eſt ratio dilectionis ſcđm quãdam vnionẽ ad Deũ. Vñ ſicut vnitas eſt potior quã vnio ita ꝙ hõ participat bonũ diuinũ eſt potior rõ diligendi quã ꝙ alius aſſocieť ſibi ĩ hac participatione. Et ideo homo ex charitate magis debet ſeipſum diligere quã ꝓximũ. Et huius ſignũ eſt, qa hõ non debet ſubire aliqđ malũ peccati, qđ cõtrariať participatiõi beatitudinis vt liberet ꝓximum a pẽtõ. Vñ b. Aug. 22. q.2. Faciat hõ ẽt pro tpali ſalute hoĩum qđ poteſt. ſ. licitè, cũ aũt ad hoc venerit vt tali ſaluti niſi peccãdo conſulere nõ poſſit, iam ſe exiſtimet nõ hr̃e qđ facit, & Leo Papa. Indecẽs eſt crimẽ ſuũ alienis cõmodis impẽdere di. 46. ſicut non ſuo. ¶Et no. ꝙ licet ꝓximus q eſt melior nobis ſit Deo ꝓpinquior, qa tñ nõ eſt ita ꝓpinquus charitatẽ habenti ſicut & ipſemet ſibi, iõ non ſequiť ꝙ aliqs nõ debeat magis diligere ꝓximũ ẽt meliorẽ quã ſeipſum. Nã dilectio charitatis habet quãtitatẽ non ſolũ ex parte obiecti qđ eſt Deus, ſed ẽt ex parte diligẽtis qui eſt ipſe hõ habẽs charitatẽ. Scđm. ſ. ꝙ qs debet magis diligere aĩam ꝓximi quam corpus ꝓprium probat. 1. Ioã. 3. di. Nos debemus pro fratribus aĩam ponere. i. vitã qđ eſt p̃cipuũ in corporalibus, qđ ſic declarat Thom. vbi ſupra. Illudeſt magis ex charitate diligendum qđ habet maiorẽ rõnẽ diligibilis ex charitate. Conſociatio aũt in plena participatione beatitudinis q̃ eſt ratio diligendi ꝓximum eſt maior ratio diligẽdi q̃ participatio beatitudinis per redundantiã quæ eſt rõ diligendi proprium corpus. Et iõ ꝓximum quantu ad ſalutẽ debemus magis diligere quã corpus ꝓpriũ, Nota tñ ꝙ non eſt de neceſſitate charitatis ꝙ hõ ꝓpriũ corpus exponat ꝓſalute ꝓximi, niſi in caſu quo teneť eius ſaluti ꝓuidere, ſicut fecit Vitalis Vrſino heſitanti in martyrio. Sed ꝙ aliqs ſe ad hoc ſponte offerat pertinet ad ꝓfectionem charitatis, de qua b. Aug. Siqs habuerit tatã charitatem vt paratus ſit etiam pro fratribus mori, perfecta eſt in eo charitas, de pe. di. 2. ſiquis la. 2. ¶ Tertiũ. ſ. ꝙ magis debet qs diligere corpus ꝓprium quã alterius cẽteris paribus probať ſic. Sicut ſe habet aĩa propria alicuius ad aĩam proximi, ita ꝓportionabiliter ſe habet corpus propriũ ad corpus ꝓximi, ſed anima ꝓpria ſic ſe habet ad aĩam alterius, vt magis debeat ſuam diligere quã alterius, ergo & corpus ſuũ magis debet diligere quam alterius, & ſic ei potius ſubuenire cæteris paribus, quod pro tanto dr̃, qa ſiquis eſſet multũ vtilis cõmunitati vel eccleſiæ ipſe parũ laudabiliter & ex perfectione exponeret corpus ſuum morti pro illo conſeruando, quamuis de neceſſitate non teneretur.

Corpus ꝓprium dẽt quis magis diligere q̃ alterius.

§.9. ¶ Vtrum charitas qua quis diligit Deum ſeipſum & ꝓximum, ſit ex charitate diligẽda? Rñdet be. Tho. 2.2. q.25. art. 2. ꝙ charitas non eſt ſimpliciter amor, ſed habet rõnem amicitiæ, vt dictum eſt ſupra. Per amicitiã aũt amať qđ dupl'r. Vno modo ſicut ipſe amicus ad quẽ habemus amicitiam, & cuius bona volumus, & & ſic nõ amať charitas. Alio modo ſicut bonũ quod volumus amico, & ſic amatur charitas per charitatẽ, qa charitas eſt illud bonum qđ optamus oĩbus quos ex charitate diligimus. Et eadem rõ eſt de beatitudine & de virtutibus aliis. Et ſic intelligiť dictum. Aug. 8. de tri ni. ꝙ q diligit ꝓximũ cõſequẽs eſt vt ipſam dilectionẽ diligat. Sed & charitas hoc habet inquantũ eſt qdam amor. Amor. n. ex natura potentiæ cuius eſt actus habet ꝙ poſſit ſibi ſeipſum reflectere. Quia. n. voluntatis obiectũ eſt bonũ naturale quicqd ratione boni continet põt cadere ſub actu voluntatis. Et qa ipſũ velle quoddã bonũ põt velle ſe velle. Itẽ amor ex rõne ꝓpriæ ſpẽi habet ꝙ ſupra ſe reflectať. qa eſt ſpontaneus motus amantis in amatũ. Vñ ex hoc ipſo ꝙ amat aliquis amat ſe amare. Et ſi dicatur ꝙ nõ p̃cipitur diligi, niſi Deus & proximus. Rñdetur qđ in dilectione illorum

includitur

includitur dilectio charitatis. Diligimus enī deum & proximum inquantum amamus, vt nos & proximus deum diligamns.

§. 10. De his quæ valent ad hoc qđ qs amet a đo & sūt septem.

¶Mula sunt quæ valent ad hoc qđ quis amet a deo, & ad hoc debet quilibet laborare, nam amor dei ad nos est causa oīs boni nr̄i. Tanto vnusquisq; hēt plus de bonitate quanto magis a Deo diligitur. Et sic quis tūc vere seipsū diligit cum talē se exhibet ut diligatur a Deo. Præcipue aūt sunt septē quæ ad hoc valēt. Primum est sapientia. Sap. 7. Infinitus thesaurus, est hominib. sapientia quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ dei. & ibidē. Neminē diligit deus nisi qui cum sapientia graditur. Scđm est mentis munditia, prouer. 22. Qui diligit cordis mūditiam pp gratiam labiorum, suorū habebit amicū regem. Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia. i. puritate delectatur. Sap. 6. Incorruptio facit ꝓximum deo. Et Ioannes euangelista pp munditiam dr̄ discipulus quem diligebat. Xps. Ioā. vlti. Tertiū est mansuetudo quæ multū assimilatur deo cuius bonitatē malitia alicuius non perturbat. Eccle. 45. dr̄. Dilectus deo & hominibus Moyses, de quo dr̄ Nume. 12. ꝙ erat mitissimus hominum super terram. Quartū est liberalitas quę ēt multum assimilat deo qui ex liberalitate fecit quicquid fecit. 2. Cor. 9. Hilarem datorem diligit. deus. Sene. Qui bñficium dat imitat deum. Exemplum in Zacheo. Quintū est humilitas ꝓp quā Dauid fuit virsecūdū cor dei. 1. Regū. 16. Et in signum amoris dñs Iesus quē habet ad humilē amplexat⁹ est paruulū. Marci. 9. Et Beniamin qui fuit minimus filius vocatur amantissimus dñi. Deut. 33. Sextum est temporalium contemptus. Sene. Nemo dignus est deo nisi qui opes cōtempserit. Esa. 28. Coangustatum est stratum. s. cordis. ita vt alter decidat. s. amor dei & pallium breue vtrunq; tegere non potest, s. amor mundi. Beatus Greg. Bonorum auctori aliter inhærere non valemus nisi cupiditatē quæ omniū malorum radix est abscindamus di. 47. Bonorū. Septimū est dilectio. Prouer. 8. Ego diligētes me diligo. Ber. Nemo se amari diffidat q iā amat. Et quamuis ipse prior dilexit nos, tamē exercendo nos in actu dilectionis augetur.

¶De dilectione proximi, & quis nomine proximi intellsgatur. Cap. 4.

DE dilectione ꝓximi subqua intelligīt angelus bonus, & quilibet habens beatitudinem, vel qui potest eam consequi. Vnde nō Demones vel damnati. De hac dicitur. 1. Ioan. 4. Hoc mandatum habemus a deo vt qui diligit deum diligat & fratrem suum. Vbi sciendum ꝙ habitus charitatis vnus est qui extenditur ad dilectionem non solum Dei, sed & ꝓximi, habitus enim non diuersificantur nisi ex hoc ꝙ variant speciē actus secūdū Tho. 2. 2. q. 25. Omnis enim actus vnius speciei pertinet ad eūdem habitum. Cum āt species eius sumatur ex obiecto scđm formalem rōnem ipsius, necesse est qđ idem sit spē actus qui fertur in rationem obiecti, & qui fertur in obiectū subratione tali, sicut est eadem spē visio qua vr̄ lumen & qua videtur color scđm rōnem luminis. Ratio autem diligendi proximū Deus est hoc enim debemus in proximo diligere vt in deo sit, vnde manifestum est ꝙ idem spē actus est quo diligitur deus, & quo diligitur ꝓxim⁹ etsi sit diuersus numero. Et qđ nomine ꝓximi intelligitur omnis, qui exhibet nobis aliquā misericordiam seu beneficium. Ac etiam omnis qui potest exhibere aliquod misericordiæ opus, scđm Bea. Aug. tractantem illud Lucæ. 10. Quis tibi videtur ꝓximus fuisse illi qui incidit in latrones? Vnde omnes angeli boni diligendi sunt ex charitate a quibus multa beneficia recepimus, & comprehenduntur nomine proximi. Nam charitas est amicitia fundata super cōicatione nō specie sed beatitudinis seu beneficiorum pertinentium ad vitam ęternā. Et in hac beatitudine angeli cōmunicant cum hominibus. Vnde dicitur Matth. 22. Equales sunt angeli dei. Et ideo angeli boni ex charitate sunt diligendi scđm beatum Thomam secunda secū. q. 25. Et eadem ratio est de beatis animabus, quia enim participant beatitudinē super qua fundatur charitas, ideo diligendæ sunt ex charitate & ab eis etiam multa suffragia recipimus meritorum suorum & præcium Demones autem important naturam peccato deformatam, & ideo eos non debemus diligere ex charitate inquantum Demones. i. quātum ad malitiam eorum, sed odire. Sed accipiendo prout Demon quandam naturam importat, sic aliquo modo debemus diligere & aliquo modo non. Nam diligere debemus sicut diligimus aliquod bonum amici, quod volumus permanere ob amorē illius, & isto modo possumus ex charitate diligere Demones, inquantum scilicet volumus eos in suis naturalibus conseruari ad gloriam Dei. Sed non diligere debemus eos ita ꝙ ad eos amicitiam habeamus. Nam de ratione amicitiæ est velle bonum amico & præcipuum bonum, hoc autem beatitudo & vita æterna est, quod bonum nullo mō debemus eis velle, quia hoc repugnaret

Quæ sit rō diligēdi proximi.

Quis nomine ꝓximi intelligit.

An demones sint ex charitate diligendi.

pugnaret charitati dei per quam iustitiã eius approbamus. Et eadẽ rõ ẽ de dãnatis, quia non sunt amplius capaces beatitudinis. Creaturas aũt irrationales non debemus diligere ex charitatẽ, ita uidelicet sicut diligitur is ad quem hr̃ amicitia. Et rõ est ſm b. Thom. vbi supra qa charitas est amicitia quædam. Omnis autem amicitia fundatur super cõicatione vitę, sed irrationales creaturæ non possunt cõicare in vita humana, quia illa est ſm rationem quam ipse non habent. Item talis amicitia charitatis fundatur super cõicatione beatitudinis cuius non sunt capaces, sed diligi possunt sicut bona quæ aliis volumus inquantũ volumus ea conseruari ad gloriam dei & vtilitatem hominũ qui sunt in purgatorio propriè ex charitate diligendi sunt & oẽs in mundo viuentes. Vnde Prosper: Non illi tm̃ proximi nostri credendi sunt quos nobis gradus sanguinis iungit, sed ꝓximi nostri credendi sunt oẽs homines nostræ naturæ, sicut dixi participes, de pe. dist. nõ illi.

In quo fundat amicitia

An peccatores sint ex charitate diligendi.

¶ Quod peccatores sunt diligẽdi ex charitate, & quo ſm b. Thom. 2. 2. q. 25. In peccatoribus sunt duo considerãda. s. natura & culpa. Secundum naturam quidem quã hñt a deo sunt capaces beatitudinis super cuius cõicatione fundatur amicitia charitatis, & ideò ſm naturam diligendi sunt ex charitate, ſm culpam aũt deo contrariãtur, & est in eis beatitudinis demeritũ. Vnde ſm culpam qua Deo aduersantur sunt peccatores odiendi, ẽt pater & mater, & quicunque propinqui ſm quod dicit Luc. 14. Debemus. n. in peccatoribus odire culpam & ꝓ peccatores sunt, & diligere ꝓ hoies sunt beatitudinis capaces, & ad hoc facit quod dicit Leo. Papa dist. 86. Odio habeantur peccata non homines, corrigantur tumidi, tollerentur infirmi. Et quod castigare seuerius necesse est non seuientis animo fiat, sed medẽtis. Et ſm hoc intelligendum est illud ps. 118. Inimicos odio habui inquantum. s. sunt iniqui, ꝓ est habere odio iniquitatem eorum, & hoc est perfectum odium. De quo idem ait Psal. 138. ¶ Perfecto odio oderam illos. Hoc. n. est odire malum quod nocet eis quod pertinet ad amorem eorum. Nam eiusdem rationis est odire malum alicuius & diligere bonum eius, vtrũque enim procedit a charitate. ¶ Et nota ſm beatum Tho. ꝓ amicis peccãtibus, sicut dicit philosophus. 9. ethi. Non sunt subtrahenda amicitiæ beneficia quoſq; habeẽt spes saluationis eorum, sed magis est eos adiuuandum ad recuperationem virtutis, q̃ ad recuperatione pecunię si eam amisissent quanto virtus amicitiæ est magis affinis q̃ pecunia. Sed quando in maximam malitiam incidunt, & insanabiles fiunt, tunc non est eis amicitiæ familiaritas exhibenda. Et ideò huiusmodi peccantes de quibus magis præsumitur nocumentum aliorum q̃ eorum emendatio secundum legẽ diuinam & humanam præcipiũtur occidi quod facit iudex non ex odio eorum, sed amore charitatis quæ præfert bonum cõmune particulari. Nec obstat quod dicit philosophus qđ amicorum est conuiuere, sed cũ peccatoribus admonet scriptura non conuersari ſm illud 2. ad Cor. 6. Recedite de medio illorum. Nã secũdũ bea. Tho. vbi supra duplex potest esse conuict9 cũ peccatorib. Vnus est ſm cõsortium peccati assentiendo eis, & hoc prohibetur omnibus. Non. n. sic debemus diligere peccatores, vt velimus quod ipsi volunt, & de eis gaudeamus, de quibus gaudent. s. malis quia hoc esset malis assentire, sed vt faciamus eos velle quod nos iustè volumus & gaudere de quibus. nos, rectè gaudemus. Vnde bea. Aug. de vitatione conuictus talium. s. per cõsensum malı̃ sic ait, 23. q. 4. Recedite & exite inde pollutum & immundum ne tetigeritis. s. in contactu cordis non corporis. Quid est. n. tangere immundum nisi consentire peccatis? Et quid est exire inde nisi facere quod pertinet ad correctionem eorum quantum ad secundum gradum vniuscu iusque salua pace fieri potest? Est alius conuictus conuersationis familiaris, & hic vitãdus est ab infirmis ne subuertantur, vnde dicitur 28. q. 1. Sæpe malorum consortia bonos corrumpunt quanto magis eos qui ad vitia proni sunt. Sed perfectis de quorum corruptione non timetur laudabile est, sicut Christus cum publicanis commedebat Matth. 9.

Vtrũ Amicitiæ bñficia sint subtrahẽda ab amicitiæ peccãtibus.

¶ De dilectione inimicorum. Nota ſm b. Tho. 2. 2. q. 25. Dilectio inimicorum potest tripliciter considerari. Vno quidem modo vt inimici diligantur inquantum inimici. i. ſm vitiũ eorum quo exercent inimicitiam, & hoc est peruersum & charitati repugnat, quia hoc est diligere malũ alterius. ¶ Secundo modo potest accipi dilectio inimicorum quantum ad naturam, sed in vniuersali. Et sic dilectio inimicorum est de necessitate charitatis, vt. s. aliquis diligens proximum ab illa generalitate dilectionis proximum inimicum non excludat, & ſm hoc est intelligendum illud dñi præceptũ Matth. 5. Diligite inimicos vestros, quia vt dicitur 14. q. 1. Quod precipitur imperatur, qđ imperatur necesse est fieri. ¶ Tertio modo põt considerari dilectio inimicorum in speciali, vt. s. aliquis in speciali moueatur motu dilectionis ad inimicum, & istud nõ est de necessi-

§. 1.

Vtrum inimic9 sit ex charitate diligendus.

tate

tate charitatis absolutè, quia nec etiam moueri motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines singulariter est de necessitate charitatis, quia hoc est ipossibile, est tamen de necessitate charitatis ſm preparationem animi, vt scilicet aliquis habeat animum p præparatū ad hoc q̄ in singulari diligat, inimicum suū si necessitas occurreret, sed q̄ absq; articulo necessitatis hoc etiam actu impleatur diligat inimicum propter deum hoc pertinet ad perfectionem charitatis. Cum enim ex charitate diligatur proximus propter deum q̄to magis aliqs diligit Deum, tanto etiam magis ad proximū dilectionem ostendit nulla inimicitia impedi ente. Sicut si aliquis multum diligeret aliquē amore ipsius eius filios amaret etiam sibi inimicos, & ſm hoc intelligēdum est verbū Aug. in encheridion dicentis q̄ hoc tam magnū bonum scilicet diligere inimicos non est tāte multitudinis quantum credimus exaudiri in oratione cū dicitur. Dimitte nobis debita nostra. Intelligitur enim de dilectione quantum ad perfectionem non necessitatem.

§.2. ¶ De signis autem & effectibus dilectionis. Sciendum ſm beatum Tho. quod cum signa & effectus charitatis ex interiori dilectione procedant, & ei proportionentur. Sicut dilectio ad inimicum in communi quidem est de necessitate p̄cepti absolutè. in spāli autem non absolute, sed ſm pparationē animi. Sic dicendū de effectu & signo dilectionis exteriori exhibēdo nam beneficia vel signa dilectionis quę exhibentur proximis in communi, puta cum quis orat pro omnibus fidelibus, vel cum habet impēdere aliquod beneficiū toti communitati, tenetur quis & inimicis hoc exhibere, seu ipsos non ab illis excludere ex necessitate præcepti & contrarium faciēdo pertineret ad liuorē vindictę, sed beneficium vel signa dilectionis quę quis exhibet particularibus personis, exhibere inimicis non est de necessitate salutis, nisi secūdum præparationē animi, ut scilicet quis præueniat in articulo necessitatis. Extra talem articulum hoc facere pertinet ad perfectionem charitatis.

§.3. ¶ Ad dilectionem proximorum multa inducunt. ¶ Primū est scriptura diuinalis quæ hoc frequenter mandat. Vnde Leui. 19. dicitur. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Et ideo rememoratur Lucæ. 10. & Matth. 22. sed loco amici ponitur nomen ꝓximi. j. Io. 4. Diligamus nos inuicem. Et Christus. Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem Ioan. 15. Hieronymus. O miram dei clemētiā O ineſabilem pietatem dei, præmium nobis pollicetur, ſi nos mutuo diligamus etſi nobis ea præstamus inuicem quibus inuicem indigemus. Et nos superbo insuper & ingrato animo ei renitimur cuius imperium beneficium est. ¶ Secundum est ratio conditionalis. Naturaliter enim omne animal diligit sibi ſimile, ut dicitur Eccl. 13. Et ſi hoc seruant irrationabilia etiam silueſtria, quia Leo nō nocet Leoni nec Vrſus Vrſo, & multo magis debet homo homini seruare. ¶ Tertium est fraternitas naturalis. Malachiæ. 2. Nunquid nō pater est vn⁹ omnium nostrum, scilicet Adam quare ergo, despicit vnusquisq; fratrem suum Aug. 10. de ciui. dei dicit. Nihil tam discordiosum vitio, nihil tām sociale natura, sicut genus humanū propterea voluit Deus creare parentem vnum scilicet Adam de quo multitudo propagaret, vt hac ammonitione in multis cōcors vnitas seruaretur. ¶ Quartum est germanitas spiritualis Matth. 23. Patrem nolite vobis vocare, super terram, vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Omnis autem vos fratres estis, Beatus Augustinus. Omnes quidem summus fratres ſm quod homines sumus quāto magis ſm q̄ Christiani sumus, pr̄ deus, mater ecclesia, hereditas padisus. ¶ Quintum est Christi & angelorum exemplum. Ita enim Christus charum habuit proximum quod pro eius redemptione mori voluit. Apoc. j. c. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris i sanguine suo. Angeli etiam cum magna diligentia custodiunt homines psal. 90. Angelis suis mādauit de te vt custodiant te in omnibus &c. Matth. 18. c. Videte ne contemnatis vnū de pusillis his qui in me credunt. Angeli. n. eo. um &c. ¶ Sextum, quia multum est Deo grata & bñplacita. Eccle. 25. In tribus beneplacitum est spirituimeo quæ sunt ꝓbata corā deo & hominibus. Cōcordia fratrum, amor proximorum, & uir & mulier bene sibi cōsentientes, & merito. Si enim placet homini qui diligit & reueretur ſimilitudinem & imaginem suam sculptam q̄to magis debet diligi qui hominem, vbi est viua dei imago amat & honorat? Insuper & ꝓxim⁹ est membrū corporis Christi mystici, vtiq; placere debet Deo qui diligit membra filii. Paulus ad Ro. Multi sumus vnum corpus ī Christo &c. ¶ Septimum est multiplex emolumentum quod sequitur ex huiusmodi dilectione. Et primum est, uictoria contra inimicum, prouerb. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma Goliath inuitat ad singulare certamen. 1. Regum. 17. E contra Moyses dicit. Siquis est domini iungatur mihi Exodo. 32. Secundum est honorum abundantia. Quod enim

De his quæ nos ad dilectionem proximi inducūt & sunt septem

De emolumētis. eruditatibus dilectionē proximi. & sun Sex.

enim deest homini in se habet in amico suo. Tertium est impetratio orationum Matth. 18. Vbi fuerunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum &c. ad exaudiendum. Quartũ mutua exhoratio Eccles. 4. c. Si fuerint duo mutuo fouebuntur vnus quomodo calefiet? Quintum consolatio. Prouerb. 27. Bonis consiliis amici dulcoratur anima. Sextum est damnum quod facit eius contrarium scilicet odiũ & discordia. b. Aug. de pe. di. 4. Qui diuini beneficii oblitus suas vult vindicare iniuria, non solum de peccatis futuris veniam non merebitur, sed quæ dimissa fuisse sibi gaudebat, imputabuntur ad pœnam.

§. 4. ¶ De ordine dilectionis proximorum. Vtrum scilicet sit magis diligendus vnus quam alter.

An oẽs hoĩes si æqualiter diligendi.

Ad quod respõdet. b. Tho. 2. 2. q. 26. qd̃ opinio fuit quorũdã quod omnes proximi sunt æqualiter ex charitate diligendi quãtum ad affectũ, sed non quantum ad effectum exteriorem ponentes ordinem dilectionis esse seruandum quantum ad exteriora beneficia, vt scilicet magis ea debeamus impendere proximis quam alienis non secũdũ interiorem affectum quẽ debemus habere æqualem, etiam omnibus inimicis. Sed hanc opinionem dicit esse irrationabilem, & ratio est, quia non minus est ordinatus affectus charitatis qui est inclinatio gratiæ quam affectus naturalis qui est inclinatio naturæ, vtraq; enim inclinatio ex diuina sapientia procedit. Videmus enim in naturalibus qd̃ inclinatio naturalis proportionatur actui, vt̃ motui qui cõuenit naturæ vniuscuiusque, sicut terra habet maiorem inclinationem grauitatis quam aqua, quia competit ei esse sub aqua. Oportet ergo qd̃ inclinatio gratiæ quæ est affectus charitatis proportionetur his quæ exterius sunt agenda, vt scilicet ad eos interiorem affectum charitatis habeamus quibus oportet vel conuenit nos beneficos esse & ideo dicendum ꝙ etiam secũdũ affectum oportet magis diligere vnũ proximorum quã aliũ & ratio est, quia cum principium dilectionis sit deus, & ipse diligens necesse est ꝙ secũdũ ꝑ pinquitatem maiorẽ ad alterum istorum principiorum maior sit dilectionis affectus. In oĩbus enim in quibus inuenitur aliquod principium, ordo attenditur per comparationem ad illud principium. Quod autem dicit. b. Augu. in lib. de doctrina christiana qd̃ omnes hoĩes æque diligendi sunt, ita æqualitas intelligenda est quantum ad bonũ quod optamus amico & in genere, qa omnibus hominibus optare debemus ex charitate idem bonũ in genere, id est vitam æternam. Sed ad intentionem actus non refertur qd̃ intẽsius possumus & debemus diligere vnum q̃ alium. Vel etiam potest intelligi ꝙ omnes sunt æque diligẽdi, ita scilicet qd̃ nullus excludatur quantum ad beniuolentiam, sed non sic quoad beneficẽtiam quia cum nõ possit vnus omnibus subuenire, ite aliquibus ꝑuidet ꝙ non aliis, qa non põt.

Quõ verbũ Aug. ĩtelligit qd̃ oẽs q̃ sunt diligẽdi

§. 5. ¶ Quem debemus magis diligere meliorem vel coniunctiorem. Rñ b. Tho. 2. 2. q. 26. quod meliori debemus diligere maius bonũ. Coniunctiori debemus diligere illud bonum qd̃ ei amamus intensius. Ratio huius est, quia dilectio habet spẽm ex parte obiecti, sed intensionum ex parte diligentis. Obiectum autem, est deus. Vnde per compati onẽ ad obiectum. id est deum quanto quis est propinquior Deo tanto ei debemus velle maius bonum ex charitate, quia licèt vnum bonum sit quod vult charitas omnibus scilicet vita æterna secũdũ se, habet tamen diuersos gradus ſm diuersas beatitudinis participationes & hoc pertinet ad charitatem vt velit iustitiam dei seruari ſm quam meliores perfectius beatitudinem participant, & hoc pertinet, ad spẽm dilectionis. Sunt enim diuersę species dilectionis secundũ diuersa bona quę optamus his quos diligimus ex charitate. Intensio autem dilectionis est, attendenda per comparationem ad ipsum hominẽ qui diligit, & ſm hoc illos qui sunt sibi propinquiores intensiori affectu diligit ad illud bonum ad quos eos diligit quam meliores ad maius bonũ. Est etiam ibi alia differentia attendenda, nã aliqui proximi sunt propinqui nobis secũdũ naturalẽ originem a qua discedere nõ possunt, qa secũdũ ea sũt id qd̃ sunt sed bonitas virtutis secũdũ q̃ aliqui ꝑpinquãt deo põt accedere & recedere, augeri & minui, vt patet ex supradictis. Et ideo possumus ex charitate velle ꝙ iste qui est mihi coniunctus sit melior alio, & sic ad maiorem gradũ beatitudinis peruenire possit. Est & alius modus quo plus diligimus ex charitate nobis magi coniunctos, quia scilicet pluribus modis eos diligimus. Ad eos enim qui non sunt nobis, s coniuncti, non habemus ad eos nisi amicitiã charitatis. Ad eos verò qui nobis coniuncti sunt habemus alias amicitias secũdum modũ coniunctionis eorum ad nos. Cum autem bonum super quo fundatur omnis alias amicitia honesta, ordinet sicut ad finem bonum, super quo fundatur amicitia charitatis, consequens est vt charitas imperet actum cuiuslibet amicitię alterius. Et sicut ars quæ est circa finem imꝑat arti q̃ est circa ea quæ sunt ad finẽ, puta ars medici arti aromatarii, sic hoc ipsũ qd̃ est

Quis sit magis diligẽdus an melior aut nobis cõiũctior.

est dilligere aliquẽ, quia consanguineus, vel qa cõiunctus, vel quia conciuis, vel ꝑpter quod cunq; aliud licitũ ordinabile in finẽ charitatis potest a charitate imperari, & ita ex charitate eliciente cum imperante pluribus modis diligimus magis nobis coniunctos.

§.6. De charitate ꝙ illi q sũt nob ma gis coniũcti ma gis dilegẽdi sũt.

¶ Vtrum sit magis diligendus qui est cõiũctus ſm carnalem originem q̃ coniunctus ſm alias cõiunctiones. Respondet ad hoc b. Tho. 2.2.q. 26. ꝙ (vt dictũ est) illi qui sunt nobis magis cõiuncti sunt magis diligendi, tũ quia intensius diligunt, tu quia pluribus diliguntur rationibus. Intensio autẽ dilectionis est ex coniunctione dilecti ad diligentẽ, & ideò diuersorũ dilectio est mensuranda ſm diuersam rationẽ cõiũctionis, vt scilicet vnusquisq; magis diligatur in eo quod pertinet ad illam coniunctionem ſm quam diligeret. Et vlterius cõparãda est dilectio delectioni ſm comparationẽ coniunctionis ad coniunctionem. Sic igitur dicendum est ꝙ amicitia consanguineorum funda tur in coniunctione naturalis originis, amicitia ciuiũ in cõicatione ciuili, & amicitia commilitonũ cõicatione bellica, & iõ in his quæ pertinent ad naturam plus debemus diligere consanguineos. In his quæ pertinent ad ciuilẽ conuersationem plus debemus diligere conciues. In his quæ pertinent ad bellum cõmilitones, vnde & philosophus dicit. 9. Ethi. ꝙ singulis propria & congruentia est attribuendum. Sic autem & facere videntur ad nuptias, quidam vocant cognatos, videtur vtiq; & nutrimẽta parẽtibus oportere sufficere maxime & honorem pr̃iæ, & sic ẽt in aliis. Si autem cõparemus coniunctionẽ ad cõiunctionẽ cõstat ꝙ cõiunctio naturalis originis, est prior & ꝛmobilior q̃a ẽ ſcd̃m id qd̃ ptinet ad substãtiã. Aliæ ãt cõiũctiones sunt supuenientes & remoueri pñt, & iõ amicitia cõsanguineorũ est stabilior, sed aliæ pñt eẽ potiores ſcd̃m id qd̃ est ꝑpriũ vnicuiq; amicitiæ. Et quia amicitia sociorũ ꝑpria electione cõtrahit in his q̃ sub nr̃a electione cadũt, puta i agẽdis, iõ ꝑpõ derat hmõi dilectioni cõsanguineorũ, vt. l. magis illis cõsentiamus i agẽdis, sed amicitia cõsanguineorũ est stabilior, & ꝓualet in his q̃ ptinẽt ad naturam. Itẽ qd̃ b. Amb. dicit. Nõ vos min⁹ diligo quos ꝑ euãgeliũ genui q̃ si cõiugio suscepissẽ. Intelligẽdũ ẽ q̃tũ ad bñficia q̃ ptinẽt ad cõicationẽ græ. s. de Instructione morũ. In hac. n. dẽt hõ magis subenire filiis spiritualib⁹ q̃ filiis carnalib. qb⁹ tenẽt prouidere corporalib. subsidiis.

§.7. An Parẽ tes sint magis dilecti q̃ filii.

¶ De cõparatione dilectionis diuersorũ cõsanguineorũ adinuicẽ. Et primo sit dẽt magis diligi ex charitate pr̃ vel filius ꝑprius. Ad qd̃ respondet b. Th. vbi supra. ꝙ gradus dilectionis ex duobus pensari põt. Vno mõ ex pte obiecti. Et ſcd̃m hoc id qd̃ habet maiorẽ rõnẽ boni magis est diligendũ, & qd̃ est Deo siḿius. Et sic pr̃ magis diligendus est q̃ filius, quia. s. patrẽ diligimus sub rõne principij qd̃ habet rõnẽ eminẽtioris boni, & ideò Deo siḿioris. Alio mõ cõputaꝫ gradus dilectionis ex parte diligentis, & ſcd̃m hoc magis diligit qd̃ est cõiũctius, vñ ex hoc filius magis diligẽdus est q̃ pr̃, quod probat phũs. 8. ethi. quatuor rationibus. Primo qdem, quia parentes diligunt filios vt aliqd sui exñtes. Pater verò non est aliqd filii, & ideo dilectio qua pr̃ diligit filium est siḿior dilectioni qua quis diligit seipsum. Secũdo qa parentes magis sciunt aliquos esse suos filios q̃ ecõuerso. Tertio quia filius est magis propinquus parenti, vt puta pars exñs q̃ pr̃ filio ad quẽ habet habitudinẽ principii. Quarto qa parentes diutius amauerunt. Nã statim pr̃ incipit diligere filiũ. Filius aũt pr̃em procedẽte tpe. Dilectio ãt q̃to est diuturnior tãto fortior, ſcd̃m illud. Ec. 9. Nõ dimittas amicũ antiquũ, nouus. n. non erit siḿis illi. Et qa principio debet subiectio reuerẽtiæ & honor. Effectui aũt ꝑportionabiliter cõpetit recipere influentiã principii & ꝑfectionem ipsius, & ꝓp hoc parentibus a filijs magis debet honor, filius aũt magis debet cura prouisionis, & ſcd̃m rõnẽ eminẽtioris boni naturaliter filius plus diligit pr̃em q̃ filiũ, & ſcd̃m hoc ĩtelligendũ est verbũ b. Amb. di. ꝙ post Deũ plus diligendi sunt parentes, deinde filii. Filiis aũt a parẽtibus magis debet cura ꝑfectionis, & secũdũ hoc dicit apls. 2. Cor. 12. Nõ debet filii thesaurizare parẽtibus, sed parẽtes filliis, & ſcd̃m rõnẽ maioris cõiunctionis ad seipsum plus qs diligit filiũ q̃ patrẽ. In articulo tñ necessitatis filius obligat magis patri ex beneficiis susceptis, vt parentibus maxime prouideat.

Qd̃ parẽtes sint plus diligendi q̃ filii.

§.8. De comparatiõe dilectõis inter patrem, & matrem quis magis diligendus.

¶ Vtrũ ãt debeat magis diligi pr̃ vel mr̃. Rñ. b. Th. ꝙ In istis comparationibus illud quod dr̃ intelligendũ est per se, vt videlicet intelligaꝫ esse quæsitũ de patre inquantũ pr̃ est, an sit pl⁹ diligendus q̃ mr̃ inquãtum est mr̃. Põt enim in omnibus huiusmodi esse tãta distãtia virtutis & malitiæ vt amicitia soluaꝫ vel minuatur, vt dicit phũs. 8. Ethi. & iõ vt Amb. dicit. Boni domestici sunt malis filiis præponẽdi per se ergo loquendo debet magis diligi pater quã mater, quod etiam dicit Hierony. super Ezech. ꝙ post Deum diligendus est pater deinde mater. Ratio huius est, quia vterq; diligitur vt principium naturalis originis. Sed parter habet excellentiorem rationem principii q̃ mater, quia pater est principium per modũ agentis,

mater

mater autem per modū patientis & materiæ. Nec obstat quod phūs dicit in li. de generatione q̄ fœmina dat corpus, sed aīam certū est q̄ dat Deus qa in generatione hois mī materiā ministrat corporis informē tn̄. Formaī aūt per virtutē formatiuā quæ est in semine p̄is. Et q̄uis hæc virtus formatiua nō possit causare animā rōnalem disponit tamen materiā corporalem ad huiusmodi formæ susceptionem.

§.9. ¶ Vtrum autem debeat quis plus diligere vxorem q̄ parentes. R̄n. beat. Tho. q̄ gradus dilectionis, vt dictū est potest attendi, & s̄m rōnē boni, & s̄m rationem coniunctionis ad diligētes. Secundū rationē ergo bonis quod est obiectum dilectionis magis sunt diligendi parentes quā vxores, qa diliguntur sub ratione principii & eminentioris cuiusdā boni. Secundū aūt rōnē coniunctionis magis diliguntur vxores, qa vxor coniungit viro vt vna caro, s̄m illud Matth. 19. Itaq; non sunt duo, sed vna caro. Et ió intensius diligit vxor, sed maior reuerentia est exhibenda parentibus suis. Et cū dr Gene. 2. Propter hoc relinquet hō p̄rem & matrē &c. Non est intelligendū q̄ deserant parentes quoad oīa, sed q̄tum ad cohabitationē & copulā, sed in alijs debet quis magis assistere parētibus q̄ vxori, & quod ait Aplūs ad Ephe. 5. q̄ viri debēt diligere vxores sicut seipsos, nō est intelligendum æqualiter sicut se, sed quia ratio dilectionis vxoris sumitur ex sui dilectione, hoc est per similitudinem.

Vtrū pl⁹ qs dēat diligere vxorē q̄ parētes.

§.50. ¶ Vtrum debeat quis magis diligere benefactorem q̄ beneficiatum. Ad hoc respondet be. Tho. vbi supra, q̄ aliquid diligitur dupliciter, vno mō qa habet rationē excellentioris boni, & s̄m hoc magis debet diligi benefactor quia cū sit principiū in bñficiato habet rationē maioris boni sicut & de p̄e dictū est supra. Alio modo diligit aliquid rōne maioris cōiunctionis, & s̄m hoc magis diligimus bñficiatos, qđ probat phūs. 9. Ethic. per quatuor rōnes. Et prima est, qa bñficiatus est quasi quoddā opus benefactoris. Vñ cōsueuit dici de aliquo. Ille est factura illius. Naturale autē est cuilibet vt diligat opus suum, sicut poetæ diligunt pœmata sua. Et hoc ideò est, quia vnumquodque diligit suum esse & suum viuere, quod manifestatur maxime in suo agere. Secundum est, quia vnumquodque naturaliter diligit id in quo aspicit bonum suum, habet quidem & benefactor in beneficiato aliquod bonum, & econuerso. Sed benefactor inspicit in beneficiato suum bonum honestum. Beneficiatus autem inspicit in benefactore suum bonum vtile. Bonum autē honestū delectabilius cōsiderat q̄ bonum vtile, tū qa est diuturnius. Vtilitas. n. cito transit & delectatio memoriæ non est sicut delectatio rei præsentis tū ēt qa bona honesta magis cū delectatione recolimus q̄ vtilitates quæ nobis ab alijs ꝓuenerunt. Tertia est, qa ad amantē ptinet agere. Vult. n. & operari bonum amato, ad amatū aūt ptinet pati, & ió excellentioris est amare, & pp hoc ad bñfactorem ptinet vt plus amet. Quarta tō est qa difficilius est impendere bñficia q̄ recipere. Ea verò in q̄bus laboramus magis, magis diligimus, q̄ verò nobis de facili proueniunt magis contemnimus. Non tn̄ dr q̄ quoslibet bñficiatos plus debeamus diligere quibuslibet bñfactoribus ¶ Nam bñfactores a q̄bus maxima beneficia recipimus vt Deum & parentes præferimus his quibus aliqua minora beneficia impendimus.

§.11. ¶ Vtrum ordo charitatis maneat in p̄ria, rēspō det b. Th. vbi supra. Necesse est ordinē charitatis manere i⁹ p̄ria, q̄tū ad hoc q̄ Deus diligat supra oīa. Hoc. n. simp̄r erit tunc q̄n̄ hō perfectē eo fruet. Sed de ordine sui ad alios distinguendū vī (qa sicut supra, dictū est) Dilectionis gradus distingui p̄t, vel s̄m dr̄iam boni qđ q̄s alteri exoptat, vel s̄m intensionē dilectionis. Primo q̄dem mō plus diligit meliores q̄ seipsum, minus verò minus bonos volet ei q̄libet bt̄us vnumquēq; habere qđ sibi debet s̄m diuinā iustitiā pp conformitatē voluntatis humanæ ad diuinā. Nec tunc erit tps proficiendi p meritū ad maius primū sicut nūc accidit, q̄n̄ potest hō melioris & virtutē & præmiū desiderare. Sed tunc voluntas vniuscuiusq; in hoc sistet qđ est determinatū diuinitus. Secundo verò mō aliquis plus diligit seipsum q̄ proximū. Et meliorē qa intensio actus dilectionis ꝓuenit ex parte subiecti diligentis & ad hoc etiam donū charitatis vnicuiq; confert a Deo vt primo q̄dem mentē suā in Deū ordinet, qđ ptinet ad dilectionē suiipsius, secundario vt ordinē etiā aliarum mentium in Deū velit, vel etiam operetur s̄m modū suum. Sed quantū ad ordinē ꝓximorum adinuicem simpliciter quis magis diligit meliorē s̄m charitatis amorem, tota. n. vita beata consistit in ordinatione mentis ad Deū. Vnde totus ordo dilectionis beatorum conseruabitur per cōparationē ad Deum vt. s. ille magis diligatur & propinquior sibi habeatur ab vnoquoq; qui est propinquior Deo. Cōtingit tn̄ in patria q̄ aliquis sibi cōiūctum pluribus rōnibus diliget, nō. n. tunc cessabūt ab aīo beati honestæ dilectionis causæ, tn̄ oībus istis rōnibus p̄fert incomparabiliter dilectōis q̄ sumit ex ꝓpinqtate ad deū.

¶ De

¶De charitate quod præceptum decalogi. Cap. 5.

CONsequenter est videndū de charitate p respectū ad præceptū. Dicit .n. Christus Mat.22. Diliges dñm deū tuum ex to &c. hoc est maximum & primū mandatum. Secundū aūt simile est huic Diliges proximum tuum sicut te ipsū. In his duobus mādatis vni. lex pē. & prophetæ. Primo igit videndū est quomodo de charitate fuit dandum præceptum. Pro cuius declaratione dicit b. Tho. 2.2.q.44.q̄ præceptum importat rōnem debiti. Est aūt aliqd debitum dupliciter. Vno mō per se. Alio mō pp aliud. Per se quidem debitū est in vnoquoque negocio id quod est finis, quia habet per se rōnem boni. Propter aliud aūt est debitum quod ordinatur ad finem sicut medico per se est debitum vt sanet pp aliud vt det medicinam ad sanandum. Finis spiritualis vitę est vt hō vniatur Deo quod fit per charitatem. Et ad hoc ordinantur sicut ad finem omnia quæ pti nent ad spūalem vitam, vnde & Apls dicit. 1. ad Thimo. 1. finis præcepti est charitas de corde puro conscientia bona, & fide nō ficta. Omnes. n. virtutes de quarum actibus dantur præcepta ordinant, vel ad purificandū cor a turbinibus passionum sicut virtutes quæ sunt circa passiones vel saltem ad habendam bonam cōscientiam sicut virtutes quæ sunt circa operationes, vel ad habendam rectam fidem, sicut alia quæ ptinent ad Dei cultum. Et hæc tria requirūtur ad diligēdum deum. Nam cor impurum a dei dilectiōe abstrahitur pp passiones inclinantiū ad terrena. Conscientia. n. mala facit horrere diuinam iustitiam pp timorē pœnæ. Fides autem ficta trahit affectum in id qd de deo fingitur separans a Dei veritate. Inquolibet aūt genere id quod est per se est potius eo quod est pp aliud, & ideo maximū est præceptum de charitate, vt dicitur. Matt.22.

Quare necesse fuit dare pceptū de dilectione dei & pximi.

Quāuis autem dilectio Dei sit finis ad quē ordinatur dilectio proximi, tamē dari oportuit præceptum nō solum de dilectione Dei, sed ēt aliud de dilectione proximi propter minus capaces qui non de facili considerarent vnū horum præceptorum sub alio contineri. Et q̄uis charitas sit vna virtus, habet tñ duos actus scilicet diligere deum & diligere proximū quorum vnus ordinatur ad alium sicut ad finem. Vnde in dilectione pximi includitur dilectio Dei sicut finis in eo quod est ad finem, & ecōuerso.

§.1. ¶Finis præcepti est charitas de corde puro, cō scientia bona, & fide non ficta. 1. ad Thimo. 1.

Quāta bōa hīc sequāt, habes de pe. di. 2. ergc. Et circa dictā auctoritatē possunt tria notari.

¶Primum est necessitas obseruationis, ibi finis præcepti.

¶Secundum est præciositas ordinationis, ibi, charitas.

¶Tertium est sinceritas dilectionis, ibi, de corde puro &c.

¶Quātum ad primum sm philosophum propter quod vnumquodq; tale & illud magis. Omnia præcepta sunt necessaria cum ordinētur ad charitatem vt finem, ergo ipsa multomagis est necessaria. Est autem hoc pręceptum lucidum, breue, vtile, & leue. Est lucidum quidem psalmus. 18. Præceptum domini lucidū. Et hoc ne quis dicat, non licuit mihi intellige re; Breue ne quis dicat non potui notare vel retinere. Abreuiatum faciet deus verbum super terram. Vtile psalmus. 118. Bonum mihi lex oris tui sup mi. au. & argēti. Leue, Nihil. n. dulcius & leuius charitate Matthe. 11. Onus meum leue. Præciositas patet ex nomine charitatis, vnde charitas quasi chara vnitas, quia vult nos cum omnibus vtiliter, Apostolus ad Ephe. 3. Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum scilicet charitatis. Eius sublimitas est quia vnit nos cum deo absolute, ideſt propter se, profundum eius quia vnit nos cum his qui sunt in purgatorio, Eius latitudo est, quia vnit nos cum omnibus viuentibus bonis & malis, amicis & inimicis. Eius longitudo, quia vnit nos cum præcedentibus præsentibus & futuris, vel vsque, in finem. Sinceritas innuitur de corde puro, ideſt non ficto vel infecto vel mixto cupiditate. Conscientia bona, ideſt non erronea, & fide non ficta, ideſt sine errore vel sine hypocrisi. Sciendum etiam q̄ omnia præcepta decalogi ordinantur ad dilectionem dei & proximi, ideo præcepta charitatis non fuerunt annumerāda inter præcepta decalogi, sed in omnibus includuntur. Et quamuis modus dilectionis non cadat sub illis præceptis quæidant de aliis actibus virtutum, puta, sub hoc pręcepto. Honora patrem tuum & matrem, non ea dit hoc quod ex charitate fiat, cadit tamen actus dilectionis sub speciali pręcepto.

¶De dilectione insufficienter sunt data tantum illa duo præcepta. Vnde Christus dixit Matthe. 22. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetę Ratio huius est secundum bea. Tho. vbi supra articulo. 3. Charitas est amicitia quædam, amicitia autem est ad alterum. Vnde Grego. dicit quod charitas §.2.

rītas ad minus q̄ inter duos haberi non potest Cum aūt dilectio & amor sit boni, bonū autē sit vel finis, vel id quod est ad finem, conueniēter de charitate duo præcepta sufficiūt vnū quo inducimur ad diligendum deum sicut finem. Aliud quo inducimur ad diligendū ꝓximum ꝓpter deum sicut propter finem. De dilectione sui & corporis sui q̄ etiam diligenda sunt dicit. b. Aug. q̄ nulla fuerunt danda p̄cepta. Et ideò est quia quantumlibet quis excidat a veritate remanet tamen semper in eo dilectio sui & corporis sui. Sed modus diligendi p̄cipiēdus erat homini, vt scilicet se ordinatè diligeret & corpus suum quod fit per hoc q̄ homo. diligit deum & proximum. Itē quāuis p̄cepta dentur de actibus virtutum, & charitas habeat plures act⁹, videlicet dilectio, gaudium, pax, beneficentia, tamen quia primus & principalis actus charitatis est dilectio, & ex eo consequūt alii sicut effectus ex cā, ideò i p̄ceptis dilectionis includuntur p̄cepta de aliis actibus ex ea procedentibus, & tamen propter tardiores inueniuntur de singulis explicita p̄cepta. De gaudio quidem ad Phil. 4. Gaudete in domino semper &c. De pace ad Hebre. Pacem sequimini cum omnibus. De beneficentia, ad Gal. vl. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. De singulis etiam partibus beneficentiæ inueniuntur præcepta i sacra scriptura, vt patet intuēti. Item quia plus est operari bonum q̄ uitare malum, ideò in p̄ceptis affirmatiuis per quē precipitur facere bonum vt diligere, gaudere, benefacere, pacē habere, includuntur præcepta negatiua q̄bus prohibetur malum facere vt non odire, nō accidiari, non inuidere nō discordare, non scādalizare. Et tamen inueniuntur explicita præcepta data cōtra huiusmodi vitia oppōsita charitati. Nam contra odium dicitur Leuit. 19. Nō oderis fratrem tuū in cor tuū Cōtra accidiam dicitur Eccl. 6. Nō accidieris in vinculis eius. Contra inuidiam dicitur ad Gal. 6. Non efficiamur inanis glorię cupidi inuicem ꝓuocantes, inuicem inuidentes. Contra discordiam. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis omnes & nō sint in vobis schismata, contra scandalum Ro. 24. Non ponatis scandalum vel offendiculum, & de dictis peccatis habes supra in 2. parte. De actibus verò charitatis i sequētibus capitulis.

Quod non fuerunt dāda precepta de dilectione sui, Rōponitur.

Sanus ē operari bonum q̄ vitare malum.

§. 3.

¶ Declaratio p̄cepti de dilectiōe dei ſm. b. Tho. se. q. 44. ar. 2. Hoc præceptum inuenitur diuersimodè traditū in diuersis locis. Nam Deuter. 6. ponuntur tria. s. Diliges dominum deū tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Mat. 22. Ponunt duo horū. s. ex toto corde, & ex tota anima & omittit, x tota fortitudine, sed addit ex tota mente. Sed Mar. 12. ponunt quatuor scilicet ex toto corde, & ex tota mente, ex tota anima, & ex tota virtute, quæ est idē cū fortitudine, hæc etiam quatuor tanguntur Lu. 10. Nā loco fortitudinis seu virtutis ponitur ex omnibus viribus tuis. Et ideò horum quatuor est ratio assignanda. ¶ Prima expositio est igitur considerāda q̄ dilectio est actus voluntatis quæ significatur per cor. Nam sicut cor corporale est principium omnium corporalium motuum, ita etiam voluntas, & maximè quantum ad intentionem finis vltimi quod est obiectum charitatis, est principium omnium spiritualium motuum. Tria autem sunt principia actuum, quæ mouentur a voluntate scilicet intellectus qui significatur per mentem. Vis appetitiua interior quę significatur per animam. Et vis executiua exterior quę significatur per fortitudinem seu virtutem seu vires. Præcipitur ergo nobis vt tota intentio nostra feratur in deum quod est ex toto corde, & quod intellectus noster subdatur deo quod ē ex tota mente, & q̄ appetitus noster reguletur ſm Deum quod ē ex tota anima, & q̄ exterior actus noster obediat deo, quod est ex tota fortitudine vl virtute vel viribus. Alia expositio, q̄dam dicunt, ex toto corde, ideſt intellectu, anima ideſt voluntate, mente. i. memoria. Tertia expositio, ſm bea. Greg. Nizenum. Per cor significat anima vegetabilis. Per animam, sensitiua anima. i Per mentem memoria. quia hoc q̄ nutrimur sentimus & intelligimus, debemus ī deum referre. ¶ De hoc quod dicitur ex tota voluntate. Pro cuius declaratione nota ſm b. Thom. vbi supra q̄ p̄cepta dantur de actibus virtutum Requiritur autem ad actum virtutis non solum q̄ cadat super debitam materiam. Sed etiam q̄ vestiatur debitis circunstantiis q̄bus sit proportionatus tali materiæ. Deus autē est diligendus sicut finis vltimus, ad quem omnia sunt referenda. Et ideo totalitas quædā fuit designanda circa hoc præceptum de dilectione Dei ad hoc innuendum. Dupliciter autem contingit diligere deum ex toto corde. Vno modo in actu, vt scilicet totum cor hominis semper actualiter ferat in deū, & ista est perfectio patrię. Alio modo vt habitualiter totum cor hominis in deum feratur, ita scilicet q̄ nihil cōtra dei dilectionē cor hominis recipiat, & hæc est perfectio viæ cui non contrariat peccatum veniale quia non tollit habitum charitatis cum non tendit in oppositum obiectum sed solum impedit charitatis vsum. Secūdum primum

Quid sit vel qūo intelligitur diligere deū ex toto corde.

Duplici tercōtin git Deū diligere ex toto corde.

primum modum impletur illud præceptū ꝓfectè, per ſm modum impletꝫ imperfectè. Dr̄ enim tunc perfectè impleri ꝓceptū qñ peruenitur ad finē quē intendit præcipiens. Imꝑfectè aūt qñ etſi nō peruenitur ad finē præcipiētis, nō tñ receditur ab ordine ad finē. Sicut ſi dux præcipiat militibus vt pugnent. Ille perfectè impletid præceptū qui pugnando hoſtem vincit qđ dux intēdit. Imperfectè autē cuius pugna ad victoriā nō attingit, nō tñ cōtra diſciplinā militarē agit. Intēdit āt Deus ꝓ hoc ꝓceptū, vt ꝓfectè hō Deo vniatur qđ erit in patria. Et tō tūc ꝓfectè implebit, hic aūt imperfectè. Tanto aūt ꝓfectius quāto magis accedit ꝓ ſimilitudinē ad ꝓfectionē patriæ, vñ Hiero. Charitas in quibuſdā eſt ꝓfecta, ī qbuſdā imperfecta, ꝓfectiſſima āt in hac vita haberi non pōt de pe. di. 2. charitas. ¶ Qūo Deus diligitur ex toto corde, & ex tota aīa, & ex tota mente vel virtute Bern. Diſce o chriſtiane a Chriſto quēadmodū diligas Chriſtū, diſce amare fortiter dulciter & prudēter. Dulciter ne illecti. Prudenter ne decepti. Fortiter ne depreſſi ab amore dñi auertamur hoc eſt amare ex toto corde, & ex tota aīa, & ex tota fortitudine vel virtute. Dulciter amat ait idē, cū Chriſto paſſo cōpatitur cōpungit & mouet. Sapienter ſeu prudēter q ab eccleſiaſtici ſenſus puritate, nulla deuiat veri ſimilitudine, & qui diſcretionis metā nulla ſuperſtitione vel leuitate vel ſpūs ſeruentioris vehemētia deſerit. Amor fortis, eſt, cū nulla vi laborū vel tormentorū, vel etiā metu mortis iuſtitia deſerit. Itē ex ſumma virtutū. Guili. pñt illa tria ad tres vires animi referri. Cor ad iraſcibilē, qa in corde magnanimitas, anima ad cōcupiſcibilē, qa eius eſt velle. Mens ad rōnalē, qa eius ē meditari. Totis ergo his tribus viribus Deū amat, cū vis rōnalis a Deo ſolo deſiderat illuminari & ab eo ſolo poſſe ſe ſapientē fieri credit; cū vis cōcupiſcibilis reputat Deū gaudiū ſuū, & in illo ſolo gaudere q̄rit, & cū vis iraſcibilis in illo ſolo gloriari deſiderat, aliā gl̄iam cōtemēs. Itē Guili. vbi ſupra. ex toto corde diligit Deū. i. intellectu q intellectū ſuū in obſequiū Chriſti captiuat & qui ſtudiū ſuū Chriſto dat & qui ad viſionē Dei toto deſiderio anhelat. Primū. i. captiuare intellectū ſuum, de quo ait Apl̄s. 2. ad Cor. 10. In captiuitatē reddigētes omnē intellectū in obſequiū Xpi. Fit tripl̄r iſta captiuatio. ¶ Primo vt his q̄ ſunt fidei Deo obediam⁹. Hylarius. Soli Deo de ſe credendū, eſt, q̄ ſe ſolū nouit. ¶ Scđo vt male de nobis & bñ de ꝓximis ſentiamus, & circa noſmetipſos intēdētes ab alijs oculos auertamus Sene. qđ hoīes libē ter faciunt de aliis de te apud te male æxiſtima. ¶ Tertio vt ſenſum ſuperioris nr̄i ſenſui nr̄o ꝓferamus, & per maximè in religione. Vñ Ber. Lignū ſcientiæ boni & mali cenſura diſcretionis eſt in religione pēnès pr̄em ſpiritualē. Scd̄m, ideſt ſtudium ſuum dare Deo ſit ēt hoc tripl̄r. Primo dū ea quibus adiuuamur in Deū ab eis quibus impedimur ſagaciter diſcernunt, qđ ꝓtinet ad prudentiā ſm Augu. Scđo cū doctrinā Chriſtū neſcientē faſtidit Bern. Si diſputas aut conferas, non ſapiat niſi ſonuerit ibi Chriſtus. Tertio qui in creaturis Deū intelligit. Ad Ro. 1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt &c. Tertiū. i. anhelare ad Dei viſionē. Fit ſeu ad hoc iuuat mundi cōtēptus, meditatio Dei & peccati deteſtatio. Ex tota aīa ſeu voluntate amat Deum quis tripl̄r. Qui perfectè obedit. Quem nec timor mali tranſitorij exterret, & quē nec gaudium ſeculi, nec amor boni tranſitorii ab obedientia retrahit. Ex tota mente ſeu memoria amat Deū quis tripl̄r. Qui. ſ. ea quæ Deo diſplicent & ab amore eius retrahunt obliuioni tradit, vt iniuriæ nobis illatæ quæ dū irrogant̄ ſunt quaſi ferrum in vulnere quod vulneribus ſanationē impedit. Secundo quia ea quæ ad Dei timorē pertinēt, & ſalutē aīarum memoriæ cōmendat. Tertio quē magnus Dei amor de alio q̄ de Deo, diu cogitare nō ſinit, ſicut ſolet accidere ſatuæ amantibus, q nō pñt obliuiſci qđ amāt Ber. O amor impetuoſiſſime q ꝓter te aliud cogitare non ſinis prouer. 23. Fili ꝑbe mihi cor tuū ait Deus. ¶ Declaratio ꝓcepti de dilectione ꝓximū cū. ſ. dr̄. Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum Matthe. 22. hoc liquidē ꝓceptū ſm b. Tho. 2. 2. q. 44. cōuenienter tradit. Tangit̄. n. in eo diligēdi rō & modus dilectionis. Rō diligēdi tradit in eo q ꝓximus nominat̄ ꝓp hoc. n. debemus alios ex charitate diligere, quia ſunt nobis ꝓximi, & ſm naturalē dei imaginē, & ſm capacitatem gl̄iæ. Nec refert vtrū dicat ꝓximus vel frater, vt hr̄. 1. Ioan. 4. vel amicus, vt Leuiti. 19. Per oīa hæc eadē affinitas deſignat̄. Modus aūt dilectionis tangit̄ cū dr̄. Sicut teipſum. ¶ Quod nō eſt intelligendū q̄ aliquis carnaliter diligat ſibi ꝓximum, ſed ſimil̄r ſibi. Et hoc tripl̄r Primo quidem ex parte finis, vt. ſ. diligat proximum propter deū, ſicut debet diligere ſeipſum, vt ſit dilectio proximi ſancta. Secundo ex parte regulæ dilectionis vt. ſ. non condeſcendat proximo in aliquo malo, ſed ſolum in bonis ſicut & voluntati ſuæ ſatisfacere debet hō ſolum in bonis, vt ſic ſit dilectio ꝓximi iuſta. Tertio ex parte rationis dilectionis, vt. ſ. nō diligat aliquis proximum propter propriam vtilita-

Qualiter intelligat̄ qđ Deus eſt diligendꝰ ex toto corde tota aīa & tota mente.

§. 4.

De modo dilectiōis ꝓximi, & rō quare ꝓximus eſt diligendus.

Quomodo intelligit verbum ſicut teipſum.

vtilitatem vel delectationē, sed ea rōne q̄ velit proximo bonum sicut vult bonum sibiipsi, vt sic proximi dilectio sit vera. Nam cum quis diligit proximum propter suā vtilitatē vel delectationē non diligit proximū sed seipsum. Beatus Augu. quoq; dicit. 23. q. 4. Debet homo diligere proximū sicut seipsum vt omnē hominē quem potuerit vel beneficiētiæ consolatione, vel coertione disciplinæ vel informationæ doctrinæ, inducat ad colēdū Deū. Prosp in lib. 3. de vita cōtemplatiua. c. 15. dicit. Proinde proximos sicut nosmetipsos diligimus, quādo ad bonos mores & ad vitā æternā consequendam, sicut nobis saluti eorum consulimus quādo nos in eorum peccatis & periculis cogitamus. Et sicut nobis subueniri optaremus, ita eis subueniamus, aut si facultas defuerit voluntatem tamen subueniendi tenemus. de pœniten. distinctio. 2. proinde.

§. 5.

Debemus proximū sicut Xp̄s nos dilexit diligere triplici amore.

¶ Quod debemus ꝓximū diligere sicut Xp̄s dilexit nos. Sic. n. nobis p̄cepit dicēs Io. 15. Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Dilexit autem Xp̄s nos tripliciter, in quo debemus eum imitari. s. amore gratuito, amore discreto, amore vehementi, & fructuoso. ¶ Primo quidem amore gratuito. i. amore nobis gratis dato sine meritis præcedentibus nostris. 1. Io. 4. In hoc est charitas Dei, non quasi nos dilexerimus eum, sed quoniā ipse prior dilexit nos. Sic debemus proximos diligere. Et non sicut faciunt quidā qui nolunt amare nisi eos a quibus primo noscuntur amari Matth. 5. Si diligitis tm̄ eos qui vos diligunt, quid amplius facitis, nonne Ethnici. hoc faciunt? Nec amauit nos Christus propter suā vtilitatē sed propter nostram. Non vt a nobis acciperet sed vt nobis daret Sen. Amicus qui vtilitatis causa assumptus est tādiu placebit quandiu vtilis erit. Scēo amauit nos Christus amore discreto. Amor discretus est quo personas amamus & vitia persequemur, nec sic personis cōdescēdit q̄ vitiis implicet. Bernar. Christus in carnis assumptione condescēdit mihi in culpæ vitatione consuluit mihi. Vnde de eo dicit Esa. 7. Butyrum, q̄ mel comedet vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Sic & nos debemus proximos diligere vt non assentiamus eis in malo, sicut fecit Adam Euæ. Ad Roma. 13. Dilectio proximi malum non operat̄. Tullius in lib. de amicitia. ¶ Nulla est excusatio si amicitiæ causa peccaueris. Amicitia mundi a posteriori, idest in mala ligat homines vt vulpeculas Sanson. Iudi. 15. quia facit eos concordes in malo, sicut facti sunt amici Herodes & Pylatus ad Christum affligēdū. Tertio amauit nos Christus amore fructuoso & vehemēti Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Et sic nos debemus proximum diligere vt cū expedit etiam mortem pro eo sustineamus. 1. Ioann. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei qm̄ ipse animam suam. i. vitam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Et nota q̄ Christus interrogauit ter Petrum si eum diligeret plus cæteris vt habetur Ioā. vlti. Simon Ioānis inquit diligis me plus his? Et Petrus respondit. Domine tu scis quia amo te. Ad innuendum q̄ debet quis ita vehemēter amare proximum vt bona temporalia & obsequia corporalia & exercitia spiritualis cōsolationis & necessaria det pro salute ꝓximi, sicut Apostolus Paulus qui pauperibus fidelibus procurabat eleemosynas, discurrebat per orbem, nocte laborans manibus suis ne alios grauaret. Et anathema esse obtabat a Xp̄o pro fratribus suis. Ad Roma. 11. i. separatus a consolationibus cōtēplationis. Vel melius setiam vltra substantiam & laborem corporis etiam ipsam vitam. Vnde & in huius signum in tertia interrogatione. Petrus contristatus est, q̄a naturaliter quilibet tristat̄ de morte. Et sic p̄se ueranter diligit̄ ꝓximus, q̄a vsq; ad mortē, sicut fecit Xp̄s qui in finē dilexit eos. Ioan. 13.

Supra. c. ti. c. 3. §. 9.

Quod Xp̄s nos amauit amor̄ discreto.

¶ *De principali actu charitatis quæ est dilectio. Cap. 6.*

Quod primus & principalis actus charitatis & amar̄ rō ponitur.

VLtimo vidēdū est de actibus charitatis. Et primo de actu eius principale, q̄ est dilectio. Circa quod sciendum secundū bea. Tho. secunda secundæ. q. 22. q̄ cum charitas (vt dictum est) sit q̄dā amicitia s̄m phūm. 8. Ethi. magis consistat in amare quam in amari, ideò etiam charitati magis cōuenit amare q̄ amari. Huius ratio est, quia amare cōuenit charitati in quantum est charitas ¶ Nam cum charitas sit quædā amicitia s̄m suā essentiam habet inclinationem ad proprium actū. Amari autem non est actus charitatis ipsius q̄ amat, sed actus eius est amare. Amari autem competit ei s̄m communem rationem boni ꝓut. s. ad eius bonum, alius ad actum charitatis mouet. Vñ manifestum est q̄ charitati magis cōuenit amare q̄ amari. Huius ēt duplex est signū. Primū q̄a amici magis laudantur ex hoc q̄ amant q̄ ex hoc q̄ amātur, quinimo si amētur & non amant vituperātur. Scēo q̄a matres quæ maximē amāt plus querūt amare q̄ amari filios. Quāuis autem homines communiter magis velint amari q̄ amare, hoc ꝓpterea est vt dicit

vt dicit phūs. 8. Ethi. quia homines volūt amari inquantum volunt honorati. Sicut honor exhibetur alicui vt quoddam testimonium boni in eo qui honorat, ita p hoc q; aliquis amatur ostenditur in ipso esse aliquod bonum, qa solū bonū amabile est. Sic igitur quærunt hoīes amari sicut honorari pp aliud. sad manifestationem boni in amato exītis. Amare aūt quærunt charitatem hītes ſm se quasi ipsū sit bonum charitatis, sicut & quilibet virtutis actus est bonum virtutis illius. Vnde magis ptinet ad charitatē velle amare q̄ amari, quia magis est qđ est ſm se quàm quod est propter aliud

§. 1. Qđ dilīgēdus ē Deus ꝓpter seipsum & qūo itel ligit̄ ly ꝓpter.

¶ Quod Deus diligendus est pp seipsum, hoc sic probatur. Solo Deo fruendum est. Frui autē est amare & inherere rei pp se ſm b. Augu. vt ponit primo sen. di. 1. ergo diligēdus est Deus pp seipsum & ipse solus hoc mō. Pro cuius declaratione dicit b. Tho. se. se. q. 26. q; ly propter importat habitudinē alicuius causæ. Est autē quadruplex genus causæ, s. finalis, formalis efficiens, & materialis. Ad quam etiam reducit materialis dispō quæ non est causa simp'r, sed ſm qd. Et ſm hęc quatuor genera causarū dī aliquid diligi. Scd̄m quidem genus causæ finalis, sicut diligimus medicinam pp sanitatē. Secundū genus causæ formalis sic diligimus hoiem pp virtutem, qa virtute formaliter est bonus, & p cōsequens diligibilis. Scd̄m causā efficientem sic diligimus aliquos inquantum sunt hlii talis p'ris. Scd̄m aūt dispōnē quæ reducitur ad genus causæ materialis dicimur aliquid diligere pp id qđ nos dispōsuit ad eius dilectionem, puta pp aliqua bñficia suscepta, q̄uis postq̄ iā amare incepimus non pp illa beneficia amemus amicum, sed pp eius virtutē. Primis igitur tribus modis Deum non diligemus propter aliquid: sed propter seipsum. Nō enim ipse ordinat̄ ad aliud sicut ad finem, sed ipse est vltimus finis oīum, nec etiam informatur ab aliquo alio ad hoc vt sit bonus, sed eius substantia est eius bonitas ſm q̄ exemplariter oīa sunt bona. Nec etiam bonitas ab altero ei inest, sed ab ipso oībus aliis. Sed quarto modo pōt diligi pp aliquid, quia. s. ex aliquibus aliis disponimur ad hoc vt in Dei dilectione ꝓficiamus, puta p beneficia ab eo suscepta, vel pp præmia ab eo sperata, vel pœnas quas per ipsum vitare intēdimus. Qđ aūt dicit Greg. in Homel. q; ex his q̄ nouit aīa. i. sensibilibus discit incognita amare. i. intelligibilia diuina. Intelligendum est non q; cognita sint rō diligēdi ipsa cognita per modum causæ formalis efficientis vel finalis, sed per modum causæ disponentis, qa per hoc disponit ada mandum incognita. ¶ Item nota q; vltra amorem naturalē de Deo qui est cōis oībus bonis & malis, ſm illud b. Aug. Dum amat omne quod amare pōt. ¶ Est triplex amor ſm Bern. in lib. de diligendo Deū. ¶ Primus est quo quis amat Deū eo quod cognoscit sibi necessariū, iuxta illud Psal. 17. Diligā te dñe fortitudo mea dominus &c. ¶ Scds est quo q's amat Deū pp delitias q̄ sunt in eo. Sapien. 8. Amator factus sum formæ illius. ¶ Tertius est amor amicitiæ quo q's amat eum propter seipsum, eo q; dignissimus sit amore nr̄o, quia summum bonū. Ber. amat q; ipsū quē amat q̄rit nō q; q̄ aliud eius.

De triplici amor quo mō deus diligit ſm Ber.

§. 2. Quare Deus amatur īmediate.

¶ Quod Deus in hac vita immediate amatur & sine modo & totaliter. Quod sic declarat, b. Tho. vbi. supra. Ordo rerum est talis ſm se q; Deus per seipsum est maxime cognoscibilis & amabilis vt potè essentialiter existens ipsa veritas & bonitas per quam alia cognoscuntur & amantur, sed quoad nos quia nostra cognitio ortum habet a sensu, prius sunt cognoscibilia quæ sunt sensibus ꝓpinquiora, & vltimus terminus cognitionis est in eo quod est maxime remotum a sensu. Et propter hoc dilectio quæ est actus appetitiuę virtutis, etiam in statu vię. primo tendit in Deum & ex ipso deriuatur ad alia. Et ſm hoc charitas immediate Deum diligit, alia vero est mediante Deo. In cognitione vero ecōtra, q a. s. per alia Deū cognoscimus sicut causam per effectum, vel per modū eminentiæ, vel per modum negationis, vt patet p Diony. in 2. de diui. no. ¶ Notandum etiam q; dilectio Dei est aliq̄d maius q̄ eius cognitio, maxime ſm statum viæ, & prę supponit ipsam. Et quia cognitio non quiescit in rebus creatis, sed per eas in aliud tendit, ideò in illo dilectio incipit, & per hoc ad alia deriuatur p modum cuiusdam circulationis dum cognitio a creaturis incipiens tendit in Deum, & dilectio a Deo incipiens, vt ab vltimo fine ad creaturas deriuatur. ¶ Quantum ad modum dilectionis dicit Ber. in lib. de dili. Deum q; causa diligendi Deum est Deus. Modus autem est sine mō. ¶ Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi supra, q; modus importat quandam mensurę determinationem, ſm b. Aug. Hæc autem determinatio inuenitur in mensura & in mensurato. Aliter tamen & aliter. In mensura enim inuenit essentialiter quia mensura sc̄d̄m seipsā est determinatiua, & modificatiua aliorū. In mēsuratis autem inuenitur mēsura ſm aliud. i. inquantū attingunt mensuram. Et ideò ī mēsura nihil potest accipi immodificatū. Sed res mensurata est immodificata, nisi mensuram attingat, siue excedat, siue deficiat. In omnibus

De dilectione Dei q; s. ē aliq̄d maius q̄ agnitio eius. Rō ponitur.

Deus diligēdus ē ꝓpter seipsū.

autem appetibilibus & agibilibus mẽsura est, finis quia eorũ quę appetimus & agimus, oportet rationem accipere ex fine, & ideò finis secũdum seipsum habet modum. Sed ea quæ sunt ad finẽ hñt modũ scđm q̃ sunt fini ꝓportionata. Et ideò sicut phūs dicit in 1. Poli. Appetitus finis in omnibus artibus est absque fine & termino. Sed eorum q̃ sunt ad finem est aliqs terminus. Nō. n. medicus ponit aliquẽ finẽ sanitati, sed facit eã perfectè quãtuncunq; pōt. Sed medicinæ ponit terminũ, qa non dat quãtum pōt, sed quãtũ dẽt secundũ ꝓportionem, alias esset inordinata. Cum igitur hamanarũ actionũ & affectionum finis sit Dei dilectio, q̃ per hanc maximè attingimus vltimum finẽ, iõ in dilectione Dei nō pōt accipi modus sicut in re mẽsurata, vt sit in eaaccipere plus & minus, sed sicut inuenit modus in mensura in qua nō pōt esse excessus, sed quanto plus attingitur regule, tanto melius est: ita etiam quanto quis plus Deum diligit tanto melius est. ¶ Quãtũ ad totalitalẽ dicit. bea. Augu. ꝙ modus diligẽdi Deum est vt diligat ex toto corde, hoc ītelligitur sic vt diligatur quãtũcunq; diligi pōt quod pertinet ad modum qui conuenit mensuræ. Sic igitur interior actus charitatis habet rõnem finis, quia vltimum bonũ hominis cõsistit in hoc ꝙ inhereat Deo. Exteriores aũt actus charitatis vt bñficẽtia, & huiusmodi, sunt ad finẽ, & ideò cõmensurandi sunt scđm charitatẽ & rõnem. Sciendum etiam ꝙ cum dicitur Deum diligi ex toto corde, intelligitur seruari ista totalitas, vt modus totalitatis referatur ad rem dilectam, vt s. totũ quod ptinet ad Deum diligat. Vel etiã ad diligentem, vt scilicet quis diligat scm totũ suum posse, & omnia ordinet ad Dei dilectionẽ, & sicut debet & potest illud seruari. Sed si ista totalitas importet modum diligẽtis adæquatum modo rei dilectæ, sic impleri non potest, quia hoc esset infinite diligere eũ, cum infinitum sic diligibilis, licet creatura sit finita.

Quòd debem⁹ Deũ diligere ex toto corde quõ ītelligit.

§. 3. ¶ Quod sit magis meritorium diligere Deum vel ꝓximum. Ad quod respõdetur scm b. Tho. ꝙ si vtraq; dilectio consideretur seorsum, dilectio Dei est magis meritoria. Debetur enim ei merces propter seipsum quia vltima merces est frui Deo in quod tendit dilectionis motus. Si autem intendatur ista comparatio vt dilectio Dei accipiatur scm ꝙ solus diligitur, dilectio proximi scm ꝙ proximus diligitur propter Deum sic dilectio proximi includit dilectionem Dei. Dilectio autem Dei nõ includit dilectionem proximi. Sic in isto sensu præmi uet dilectio proximi dilectioni Dei. Est enim

Quæ dilectio sit magis meritoria diligẽ Deũ an proximum.

comparatio dilectionis Dei perfectæ, quæ sic licet se extendit vsq; ad proximum ad dilectionem Dei imperfectam & insufficientem.

¶ Quid sit magis meritorium diligere amicũ vel inimicum. R. ñ. b. Tho. vbi supra, ꝙ iste dilectiones pñt considerari dupliciter. Vno mõ ex parte proximi qui diligitur. Alio mõ ex parte rõnis per quam diligitur. Primo modo dilectio amici præeminet dilectioni inimici, qa amicus melior est & magis coniunctus. Vñ & materia est magis conueniens dilectioni. Et ꝓpter hoc actus dilectionis transiẽs sup hanc materiam melior est. Alio modo dilectio inimici præeminet dilectioni amici propter duo. Primo quia dilectionis amici potest esse aliarõ q̃ Deus, sed dilectionis inimici solus Deus est ratio dilectionis. Secundo quia Præsuppositio ꝙ vterq; diligatur propter Deum dilectio inimici fortior esse oñditur quæ ad remotiora extẽdit animũ hominis, scilicet vsq; ad inimicos. Sicut ignis tanto fortior est, quanto calorẽ suum ad remotiora diffundit, tanto etiã ostenditur Dei dilectio fortior quãto ꝓpter ipsum difficiliora implemus sicut virtus ignis tanto est fortior quanto magis potest cõburere materiam minus combustibilem, sed ficut idem ignis in propinquiora fortius agit q̃ in remotiora, ita etiam charitas feruentius diligit coniunctos q̃ remotos. Et quantum ad hoc dilectio amicorum & feruentior & melior est quã inimicorum. Quod autem dicit Christus, Matthei. 5. Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis? Intelligendum est per se, idest quòd cum diligũtur amici solum ex hoc, quia amici, quod videtur quando sic amantur amici quod ipsi soli & nõ inimici diliguntur, tunc non habet mercedem dilectio amicorum, sed si diligantur amici, non solum quia amici, sed etiã propter Deũ, tunc est meritoria.

§. 4. Diligere amicũ vel inimicũ q̃d magis meritoriũ.

¶ De dilectione inimicorum quomodo sit intelligendum illud præceptum. Diligite inimicos vestros, habes supra in cap. de dilectione proximi. Sed hic notanda sunt septem quæ valent ad ostendendum ꝙ non est ita difficile diligere inimicos sicut quidam credunt, nec est dedecus sed honor. ¶ Et primum est statuis inimici eius qui iniuriatus est & non vult satisfacere, est enim spritualiter mortuus. Ipse enim in se quasi manus iniecit cum iniuriam fecit. Sap. 16. Per malitiam occidit homo animam suam. Crudeliores fuisse videntur qui Christo mortuo non pepercerunt, q̃ qui viuum vulneraũerunt, quis est autem adeo cecus qui non intelligat dedecus non esse si quis de ini-

§. 5. De dilectõe inimicorũ ꝙ nõ est ita difficile diligere inimicos. ſtẽdit ꝓ septem.

de inimico mortuo nō vult se vindicare? ¶ Secūdum est vtilitas iniuriæ illatę. Persecutores .n. nostri tribulationibus nos pungunt, sed in futurū sauum nobis æternæ beatitudinis ppārant, iuxta illud Ps. 117. Circundederunt me sicut apes, & Eccl. Vsq; in tempus sustinebit patiēs, & postea redditio iocūditatis. ¶ Tertiū est q̄ dilectio inimicorum est vtilior nobis q̄ amicorū, quia valet ad sanandum peccata b. Aug. Ego ad dilectionem inimicorum vos moneo, quia ad sanādum vulnera peccatorum nullū medicamentum efficacius esse cognosco. Multum .n. facit ad pfectionem bonitatis, vt patet Matth. 5. Post illud diligite inimicos. Estote pfecti sicut pater vester &c. ¶ Quartū, quia est gratior deo. Lu. 6. Post illud dilligite inimicos subditur. Et eritis filii altissimi be. Aug. Quāta gra p nos serui digni non sumus, & inimicorū dilectione filii dei efficimur. Cryso. Nihil sic deo placabile facit sicut malignis & ledentibus esse placabilē, & p consequens Dyabolo ē molestior, quia magis se per hoc homo elongat ab eius similitudine q̄ obstinato odio hominem psequitur. ¶ Quintum est, qa hmōi dilectio id quod destruendū est in inimico, magis destruit q̄ aliq̄d aliud. Ipsa .n. est ignis inimicitiā in inimico annihilās. Ro. 12. Si esurierit inimic⁹ tuus ciba illum, &c. Chrys. Omnis inimicitia beneficiorum assiduitate compescit. ¶ Sextum est, qa nō potes nocere inimico qui tibi noceas. Aug. Quod malitia tua alteri non noceat fieri pōt, sed q̄ tibi non noceat fieri non pōt. Solū ex hoc q̄ odium portat sibiipsi multum nocet qa & peccat & remissionem peccatorum pteritam euacuat quoad fructū. Vnde dicitur de pe. di. 4. dicit tibi deus. Dimitte & dimitē tibi, dimisi prius dimitte vel postea, qa si non dimiseris reuocabo te, & quicquid dimiseram replicabo tibi. Talis est similis illis qui ex hoc q̄ aliquis scindit sibi tunicā ipse gladio seipsum interficit. s. odii. ¶ Septimū est Dei imitatio. Eccl. 23. Magna est gloria sequi dñm qui iniuriatus est tibi magis deum q̄ te offendit, & tñ ipse patiens est. Sed exēplū Xpi in cruce pendentis cōsiderandū. 1. Per. 2. Christus passus est p nobis, &c. vt sequamini vestigia eius, qui cū pateretur &c. sed orabat ī cruce p crucifixoribus dicens. Pater ignosce illis &c. Et tñ oē genus iniuriarum tunc sustinuit. In substantia vi sibi ablata & plus in matre derisa, in fama et honore ablatis per contumelias in persona, in vita, ergo Xpm sequere inimicos diligens. ¶ De amore qui est passio multa habes supra in 1. parte, et de proprietatibus eius quæ possunt conuenire dilectioni.

Quinocet inimico nocet sibi.

¶ De gaudio inquantum est actus interior charitatis. Cap. 7.

POst principalem actum charitas quī est dilectio videdum est de aliis actibus interioribus q̄ sunt gaudium & pax. Et de exterioribus. s. beneficentia et misericordia quæ ēt est actus interior eius dictum est supra in tractatu de iustitia. ¶ De gaudio primo vidē dum est. Et sciendum q̄ gaudium non est virtus quod patet ex hoc, quia nō connumeratur inter virtutes theologicas, nec morales, nec intellectuales, sed est actus virtutis. Vnde cōnumeratur ab Apostolo ad Gal. 5. inter fructus spiritus qui sunt actus virtutum. Hoc aūt sic declarat be. Tho. 2. 2. q. 28. Virtus est habitus quidam operatiuus. Et ideò sm propriam rōnem hēt inclinationem ad aliquem actum. Est aūt contingens ex vno habitu plures actus eiusdē rationis ordinatos prouenire, quorum vnus seq̄tur ex altero. Et quia posteriores actus nō procedunt ab habitu virtutis nisi per actum priorem inde est q̄ virtus non diffinitur nec denominat nisi ab actu priori quamuis ēt alii act⁹ ab ea sequant. Manifestum est autem ex his q̄ dicta sunt supra de passionibus q̄ amor est prima affectio appetitiuæ potentiæ qua sequitur & desiderium & gaudium. Et ideo idem habitus virtutis est qui inclinat ad diligendum et desiderandum bonum dilectum & gaudendū de Deo. Sed quia dilectio inter hos actus est prior, inde est q̄ virtus nō denominatur a gaudio vel desiderio, sed a dilectione, et dr̄ charitas. Sic ergo gaudium non est aliqua virtus a charitate distincta, sed est quidam actus seu effectus eius. ¶ Quod causetur gaudium ex charitate, sic declarat bea. Thom. vbi supra ex amore procedit gaudiū et tristitia, sed cōtrario modo vt dictum est supra. Gaudium enim ex amore causatur, vel propter præsentiam boni amati, vel propter hoc etiā q̄ ipsi bono amato proprium bonum inest et conseruatur. Ecōtrario autem ex amore sequitur tristitia, vel pp absentiam amati, vel propter hoc q̄ is cui bonum volumus suo bono priuat, aut aliquo malo deprimitur. Charitas autē est amor dei cuius bonū immutabile est, quia ipse est summa bonitas. Et ex hoc quod amatur est ī amā te per nobilissimum sui effectum, sm illud 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate in deo manet & deus in eo, quamuis .n. in via non sit pns p speciei visionem, est tñ præsens p gratiæ inhabitationē. Vnde bea. Aug. dicit q̄ sicut corpus non viuit nisi aia præsente, ita nec aia. s. per gram nisi deo pnte, de pe. dist. 1. resuscitatus.

De gaudio. s. q̄ non est virtus nec intellectualis nec moralis, sed act⁹ virtutis.

Quod gaudiū causat ex charitate.

Gaudiũ habere admixtam triſtitiam qũo intelligit.

¶Vtrum gaudium ſpũale qđ eſt ex charitate hẽat admixtã triſtitiã. Rñdet b. Tho. vbi ſup q̃ ex charitate cauſat̃ duplex gaudium de Deo. Vnum quidem principale qđ eſt propriũ charitatis q̃. ſ. gaudemus de bono diuino in ſe cõſiderato. Et tale gaudium permixtionẽ triſtitię non patit, ſicut nec illud bonum de quo gaudemus pot aliquã mali admixtionem habere, ſm illud Sap 8. Non hẽt amaritudinẽ conuerſatio illius. ſ. ſapientiæ diuinæ. Et ideo Apoſt. dicit ad Phil. 4. Gaudete in dño ſemper. Aliud eſt gaudium charitatis quo quis gaudet de bono diuino ſm q̃ participatur a nobis. Hęc aũt participatio pot impediri p aliquod cõtrariũ. Et ideo ex hac parte gaudiũ charitatis p̃t habere pmixtionẽ triſtitię, put aliquis triſtatur de eo quod repugnat participationi diuini boni, vel in bonis, vel in ꝓximis, quos tãquã noſipſos diligimus. Fletus. n. ꝓ proximo vel ꝓ ſeipſo non eſt niſi de aliquo malo. Oẽ aũt malum importat defectũ participationis ſummi boni. Fletus ẽt huius incolatus pro dilectione patrię ꝓcedit ex eo q̃ vita pñs impedit nos a pfecta participatione gloriæ. Et ideo charitatis gaudiũ hmõi p̃t habere admixtionẽ triſtitiæ. Primũ tñ gaudiũ melius eſt & ꝓcedit ex charitate. Scđm pot ꝓcedere etiã ex ſpe ſm illud. Spe gaudentes, ad Rom. 12. ¶De plenitudine gaudij vtrum, ſ. gaudium ſpũale ex charitate cauſatũ poſſit impleri, ad quod rñdet b. Tho. vbi ſupra q̃ ex parte rei de qua gaudetur. i. de Deo vt ſ. tm deo gaudeat quantũ dignũ eſt de ea re gaudere. Sic in creatura non pot eſſe gaudium plenũ, ſed ſolũ gaudiũ Dei eſt plenũ de ſeipſo, qa gaudiũ eius eſt infinitum, & hoc condignũ infinitæ bonitati eius eſt. Cuiuslibet aũt creaturę gaudiũ oportet eſſe finitum. Ex parte autẽ gaudentis ſic pot eſſe gaudiũ plenum in creatura. Gaudium. n. comparatur ad deſideriũ ſicut quies ad motum. Eſt aũt quies plena cũ nil reſtat de motu. Vnde tunc eſt gaudium plenũ cũ nil reſtat deſiderandum. Et quia quãdiu in hac vita ſumus non quieſcit in nobis deſiderij motus, qa adhuc reſtat q̃ magis deo appropinquemus p gloriã. Sed qñ iam ad beatitudinẽ

Quia hoc in via non poſſumus habere plenũ gaudium.

puentũ fuerit perfectam, nil deſiderandũ reſtabit, qa erit Dei plena fruitio, in qua hõ obtinebit q̃cq̃d ẽt circa alia bona deſiderauit ſm illud Pſ. 102. Qui replet in bo. deſijt. ideo quieſcet deſideriũ nõ ſolũ quo deſideramus Deũ, ſed ẽt erit oium deſideriorum quies, ideo hic non eſt plenum deſiderium noſtrũ ſed ſolum gaudium beatorum eſt plenũ & ſuper plenũ, quia plus obtinebũt qua deſiderare ſufficerẽt. Non. n. in cor hoĩs aſcendit quæ præparauit deus diligẽtibus ſe, vt dicitur 1. Cor. 2. & hoc eſt quod dicitur Luc. 6. Menſuram bonam & confertam & ſuperefflluẽtem dabũt in ſinum veſtrum, q̃a tñ nulla creatura eſt capax gaudij de Deo ei condigni, inde eſt q̃ illud gaudium omnimodo plenum non cadit in homine, ſed potius homo intrat in ipſum ſm illud Matth. 25. Intra in gaudium domini tui. Itẽ cũ ꝓ uentum fuerit ad beatitudinem vnuſquique attingit terminum ſibi pfixum ex prædeſtinatione diuina, nec reſtabit vlterius quo tendat quamuis in illa terminatione vnus perueniat ad maiorem gradum q̃ alius. Et ideo vniuſcuiuſq; gaudium plenum erit ex parte gaudentis, quia vniuſcuiuſq; deſiderium plene quietabitur. Tamen gaudium vnius erit maius gaudio alterius propter pleniorem participationẽ beatitudinis. Iſtud tamen gaudium beatorum non eſt gaudium paſſionis quod eſt cum tranſmutatione corporali, vt in aliis paſſionibus, nec pertinet ad ſenſitiuam partem, ſed intellectiuam ideſt voluntatem.

¶Gaudium veſtrũ nemo tollet a vobis dixit Chriſtus loquens de gaudio ſupernæ fruitionis quo beati vndiq; circundantur, vnde Matthęi. 25. Euge ſerue bonæ & fidelis &c. intra in gaudium dñi tui. Iſtud verum gaudiũ prouenit a ſex partibus ſm Guil. in ſumma. ¶Primo a ſuperna maieſtate. Io. 16. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Hoc aũt gaudiũ erit tripliciter. Primo ex viſa diuinitate. Ber. Iſtud eſt verum gaudium quod nõ eſt de creatura, ſed de creatore concipit. Secũdo ex aſſeꝛta humanitate. Eccleſiaſtes 11. Delectabile ẽ oculis tuis videre Solem, ideſt Chriſtum. Tertio ex intellectu naturę diuinæ vnitẽ cum humana, vnde natura noſtra exaltatur, ſicut gaudent homines de exaltatione ſuorum fratrũ. ¶Secundo procedit illud gaudium a loci amenitate, & hoc tripliciter, videlicet ex eius claritate, ex eius puritate, ex eius latitudine, & vaſtitate. Apocal. vlt. Ciuitas illa non eget Sole, &c. Baruch. 3. O Iſrael q̃ magna ẽ domus dei &c. Apocal. 14. Sine macula ſunt ante thronum Dei. ¶Tertio procedit illud gaudium ex ſocietate, & hoc tripliciter. Ex eius multitudine. Apocalyp. 7. Vidi turbam magnam quam nemo dinumerare poterat. Ex eius nobilitate, quia omnes erunt reges & reginæ. Apocal. 1. Feciſti nos deo noſtro regnum &c. & de qualibet anima ſancta. Pſ. 44. Aſtitit regina a dextris tuis. Ex eius charitate itima. Eſa. 21. dicit dñs. Cuius ignis eſt in ſyõ, & caminus eius in Hieruſalem. ¶Quarto procedit tandẽ a corporis perfectionalitate, & hoc qua

§. 1. De gaudio pfecto. ſ. ſupernæ fruitionis, q̃a ſex partib. prouenit.

druſpliciter

drupliciter. Et ſpecioſitate vel claritate, ſubtilitate, agilitate, & impaſſibilitate, quæ oĩa notat Apoſtolus. 1. Cor. 15. ibi. Seminatur aiale, ſurget ſpirituale &c. ¶ Quinto, procedet ab inferni vaſtitate, & hoc tripliciter, tũ ex euaſione eius cũ meruiſſent, tũ ex diuinę iuſtitię in illis executione. pſal. 68. Lætabit iuſtus cũ viderit vindictam &c. tum de demonũ alligatione ne ibi noceant. ¶ Sexto procedet a mundi qualitate, & hoc tripliciter. Primo ex remotione. Apoc. 21. Vidi cęlũ nouũ & terrã nouã &c. Secundo qa oĩa erũt eis ſubiecta ad nutũ. Tertio qa ex oibus ſpeculabunt̃ gloriã dei in illis &c. Et qa gaudiũ eſt vna ex paſſionibus, de plurib. aliis ptinentibus ad gaudiũ q̃tũ gaudium eſt paſſio vide ſupra in tractatu de paſſionibus.

¶ De pace inquantum eſt actus interior charitatis & quomodo differt a concordia. Cap. 8.

PAx eſt alius actus interior ꝓcedens ex charitate includit cõcordiã, & vltra hoc addit vnionẽ appetitiuã vnius appetẽtis. Pro cuius declaratione dicit B. Th. ſe. ſe. q. 29. ar. j. q̃ vbi eſt pax ibi eſt concordia, non tñ vbicũq; eſt cõcordia eſt pax ſi nomẽ pacis proprie ſumat. Cõcordia. n. proprie eſt ad alterũ inquãtũ. ſ. diuerſorũ cordiũ voluntates ſimul in vnũ cõſenſum conueniunt. Cõtingit ẽt vnius hoĩs cor tẽdere in diuerſa dupliciter. Vno quidẽ mõ ſm diuerſas potentias appetitiuas. Sicut appetitus ſenſitiuus plerũq; tẽdit in contrariũ appetitus rõnalis, ſm illud Gal. 5. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpm̃. Alio mõ inquantũ eadẽ vis appetitiua in diuerſa appetibilia tẽdit quæ ſimul aſſequi nõ põt, vnde neceſſe eſt eſſe repugnantiã motuũ appetitus. Vnio aũt horũ motuũ eſt de rõne pacis. Non. n. habet cor pacatũ quandiu vult, etſi habeat aliquid qđ vult, adhuc tñ reſtat ei aliquid volendũ quod ſimul hr̃e nõ poteſt. Hæc aũt vnio nõ eſt de rõne cõcordiæ, vn de concordia importat vnionẽ appetituũ diuerſorũ appetentiũ. Pax aũt ſupra hãc vnionẽ importat ẽt vnionẽ appetituũ vnius appetẽtis, & ſic paci opponitur duplex diſſenſio. ſ. diſſenſio hoĩs ad ſeipſum, & diſſenſio hominis ad alterũ. Concordiæ aũt opponitur hęc ſola ſecunda diſſenſio. Vnde concordia põt eſſe peccatorũ in malo. Sed pax propriè non niſi bonorũ. Eſa. 57. & 48. vbi eſt eadẽ auctoritas non eſt pax impijs. ¶ Eſt aũt triplex genus pacis. ſ. tẽporalis ſpũalis, & æternalis. Hæc pñt notari ibi Io. 14. Pacem relinquo vobis. ſ. æternalem. Pacem meam do vobis. ſ. ſpiritualẽ. Non quomodo mundus dat ego do vobis. ſ. temporalem.

Quõpax & cõcordia differunt.

De triplici genere pacis vel q̃ triplex pax eſt.

Nam mundus dat tpalem pacẽ per guerras oꝓpreſſam & multa mala, non ſic Chriſtus, ſed ꝓ orõnes & bona opera. Vnde apoſtolus. j. ad Ti. 2. vult in eccleſia orõnes fieri ꝓ pace. Pñt ẽt prædictæ paces notari in Pſal. 84. Lequet dominus pacem in plebem ſuam, quoad temporalem quam dat qũ populus eſt ſuus per mandatorum obſeruationẽ, & ſuper ſanctos ſuos, quoad pacem æternalem quã habent ſoli ſancti in patria, & in eos qui conuertuntur ad cor, quoad ſpiritualem. Pax temporalis de qua dr̃. 2. Mach. 1. Adaperiat deus cor noſtrum in lege ſua & in præceptis ſuis & faciat pacem, perturbatur per rixam quæ eſt inter vnum & alterum, & per ſeditionem quæ eſt inter vnã partem ciuitatis & alteram, & bellum quod eſt inter ciuitatem & ciuitatem. ¶ Pax ſpiritualis debet eſſe cum deo. Iob. Habete pacem cũ eo ſubijciendo voluntatem tuam ei & pẽnitendo de peccatis cũ proximo. Apoſtolus. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt cũ omnibus hominibus pacem habentes. Cum ſeipſo, ad Phil. 4. Pax dei quę exuperat omnem ſenſuũ cuſtodiat corda veſtra. ¶ De æterna dr̃ in pſal. 147. Poſuit fines tuos pacẽ &c. Hęc excludit triplex bellum quod eſt in mundo, etiam in ſanctis. Primum eſt in corpore vbi bellant ad inuicem calidum contra frigidum, & ſiccum contra humidum, & econuerſo ex quo tãdem corpus deſtruitur. Secundum eſt quo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Tertium eſt diuerſarum opinionum. Beatus Aug. Quot homines tot opiniones in vna & eadẽ re diuerſorũ morũ, poeta. Pectoribus mores tot ſunt quot in orbe figuræ. Velle ſuũ cuiq; eſt nec voto viuitur vno. Perſius. Sed in Paradiſo nulla infirmitas vel corruptio, nulla tẽtatio, nulla diuerſitas opĩonũ vl volũtatũ. ¶ De pace qũo eſt effectus ſeu actus charitatis, & nõ virtus ſpecialis. Primũ patet ex quo Pſal. 128. Pax multa diligentibus legẽ tuã &c. Pro cuius declaratione dicit. B. Th. vbi ſupra, q̃ de rõne pacis eſt duplex vnio quarum vna eſt ſecũdũ ordinationẽ propriorũ appetituũ in vnũ. Alia eſt ſm vnionem appetitus proprij cum appetitu alterius. Et vtranq; vnionem efficit charitas. Prima quidem ſm q̃ deus diligitur ex toto corde, vt. ſ. omnia referamus in ipſum. Et ſic omnes appetitus noſtri in vnum feruntur. Aliam prout diligamus proximos noſtros ſicut noſmetipſos. Ex quo contingit q̃ homo vult impleri proximi voluntatẽ ſicut ſuiipſius. Et propter hoc inter amicabilia vnũ ponitur idẽtitas electionis, vt patet. 9. Ethi. & Tullius de amicitia dicit q̃ amicorum eſt idẽ velle & nolle. ¶ Secundũ. ſ. q̃ non ſit virtus ſic probat

Quia in mũdo ñ ẽ pax vera, ſed bellũ, & hoc triplex.

§. 1.

De pace q̃. ſ. non ẽ virtus vel actus charitas

beat. Tho. cū oēs actus ſeinuicē conſequuntur ſm eandē rōnē ab agente ꝓcedens, oēs hmōi actus ab vna virtute ꝓcedunt, nec hñt ſinguli ſingulas virtutes a qbus procedant, vt patet in rebus corporalibus, q. n. ignis calefaciendo liquefacit & rarefacit non eſt in igne alia virtus liquefactiua & alia rarefactiua, ſed oēs actus hos operatur ignis ꝑ vnam ſuam virtutem calefactiuā. Cum igit pax cauſet ex charitate ſm ipſam rōnē dilectionis Dei & ꝓximi, vt oſtenſum eſt ſupra, nō eſt alia virtus cuius pax ſit ꝓ priusactus, niſi charitas. Et qa eſt actus virtutis datur ꝓceptū de ea. Mar. 9. Habete pacē inter vos. Et qa etiam eſt actus meritorius, ponit inter beatitudines q̄ ſunt actus virtutis pfectę. Matth. 5. Et inter fructus numerat, ad Gal. 5. Inquantū eſt quoddā finale bonum hns ſpūalem dilectionē. ¶ Itē ſciēdum q̄ ſalua pace ꝑt eſſe diſſenſio in opinionibus inter habētes charitatē, ſicut inter Paulum, & Barnabam: Act. 15. & inter beatum Aug. & bea. Hiero. Nā ſm philoſophum 9. ethic. Ad amicitiā non ptinet cōcordia in opinionibus ſed cōcordia i bonis cōferentibus ad vitā, & ꝓcipue in magnis. Nā in paruis diſſentire non vr diſſenſus, & ꝓꝓ hoc nihil ꝓhibet aliquos charitatē habētes in opinionibus diſſentire, nec hoc repugnat paci. Opiniones. n. ptinent ad intellectum q̄ ꝓcedit appetitum q̄ per pacem vnitur. Diſſenſio ergo in opinionibus, & in minimis repugnat quidē paci pfectæ patriæ in qua plene veritas cognoſcetur, & oīs appetitus quietabit, ſed non paci imperfectæ viæ. Pax ſm catholicon dr a pacto, quia poſt pactū ſit pax. Et ſm etymologiam dr quaſi prælium arcens, quia expellit prælīū vt ſuum cōtrarium quod ſumme eſt odioſum & merito. Nam innumera mala oriunt ex eo. Vñ Dauid prælegit peſtē potius q̄ prelīū. 2. Reg. vlt. Pax hēt tres litteras q̄ repræſentat. p. p. patrem, p. a. repræſentatur amor ſpiritusſancti, per x. Xps Dei filius. Nā ſumma & prima pax vnde omnis alia originat eſt trinitas, vnde canit eccleſia, tu charitas, tu puritas, tu pax, &c.

Quòd iter diſſentientes ī opinionib⁹ manet pax etiā in charitate exiſtentes.

§. 2.

¶ Pacem oīa appetunt ſm bea. Aug. 19. de ciu. Dei, & Dionyſiū de diui. no. quam cōcluſionē ſic declarat b. Th. vbi ſupra. arti. 2. Ex hoc ipſo q̄ hō aliquid appetit conſequens eſt ipſum appetere aſſecutionē eius, & p cōſequēs remotio nē eorum q̄ cōſecutionē impedire pnt. Poteſt ät impediri bonū ſeu boni deſiderati aſſecutio, ꝓ cōtrariū appetitū ſui vel alterius, & vtrū que tollitur ꝓpacē vt ſupra, dictū eſt. Et ió neceſſe eſt q̄ oē appetens appetat pacē inquātū ſ. oē appetens appetat tranquille, & ſine impedimento peruenire ad id qđ appetit, in quo conſiſtit rō pacis, quā bea. Aug. diffinit eſſe trā quillitatē ordinis. ¶ Nec obſtat qđ Dionyſius dicit, q̄ pax eſt vnitiua conſenſus. Nā pax importat non ſolum vnionem appetitus intellectualis, aut rōnalis, aut ſenſualis ad quod pōt ptinere conſenſus, ſed ēt cōnaturalitatis vt in conſenſu importet vnio appetiuū ex cognitione ꝓcedentiū, ꝓ connaturalitatē verò vniò appetitiuum naturalium. Nec ei obſtat q̄ aliqui bella faciunt. Nā tales non deſiderāt niſi pacē quam ſe habere nō æſtimant. Vnde bea. Aug. 23. q. 1. noli. Non. n. pax quæritur vt bellum exerceat, ſed bellū geritur vt pax conſequatur bellando, ergo eſto pacificus, &c. Itē pax q̄ eſt malorum eſt apparens, & non vera. Vnde dicit Sap. 14. In magno viuentes inſciētiæ bello, tot & tanta magna pacem arbitrati ſunt. ¶ Et eſt triplex pax mala. ſ. inordinata, vt cū ſuperior obedit inferiori, vt rō ſenſualitati, vel prælatus ſubito. Hanc pacē ſeruauit Adam potius obediens vxori q̄ voci dñi. Gen. 3. Nō decet ſeruū dominari principibus. Prouer. 19. Secunda eſt pax ſimulata, qualis fuit Iudę ꝓditoris in oſculando Xp̄m. Et Ioab ad Amaſan. 2. Reg. 20. Pſ. 27. Loquūtur pacem cum proximo ſuo mala aūt in cordibus eorū. Tertia eſt pax inquinata ſ. qui ſunt in malo concordes, vt Herodes & Pilatus facti amici in paſſione Chriſti Matth. 10. Nolite arbitrari q̄ venerim mittere pacem in terram. ¶ Item b. Aug. 19. de ciui. dei, ponit multas ſpecies pacis eas diffiniens. Dicit. n. q̄ pax corporis eſt ordinata tēperatura partium. Pax animæ irrationalis ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis ordinata cognitionis actioniſq; conſenſio. Pax corporis & animæ ordinata vita & ſalus animantis. Pax hominis mortalis, & Dei ordinata in fide ſub æterna lege obedientia. Pax hominum ordinata concordia. Pax domus ordinata imperandi obediendi concordia inhabitantium. Pax ciuitatis ordinata imperandi obediendi ciuiū concordia. Pax cœlestis ciuitatis ordinatiſſima & concordiſſima ſocietas fruendi Deo & inuicē in Deo. Pax omnium rerum tranquillitas ordinis. Ordo autem eſt parium, diſpariumq; rerū ſua cuiq; loca tribuens diſpoſitio.

De triplici pace mala.

De ſpecieb⁹ pacis ſm Augu.

Quilibet pacē appetit.

¶ Beneficentia non eſt virtus ſpecialis. Et ratio eſt quia actus interior & exterior non requirunt diuerſas virtutes. Sed beneficentia & beniuolentia nō differūt niſi ſicut actus interior & exterior, quia beneficentia eſt executio beniuolentiæ. Vnde ſicut beniuolentia non eſt alia virtus a charitate, ita nec beneficentia. Eſt aūt actus charitatis exterior. Quod ſic declarat bea. Tho. 2. 2. q. 31. Beneficētia nil aliud importat

§. 3.

importat q̃ facere bonum alicui, põt autẽ hoc bonum cõsiderari dupliciter. Vno modo fm cõem rõnem boni, & hoc pertinet ad cõem rationem beneficẽtiæ, & hic est actus amicitiæ, & p consequens charitatis. Nam in actu dilectionis includitur beniuolentia per quã quis vult bonum amico, vt supra dictũ est. Volũtas autem est effectiua eorum quæ vult si adsit facultas & ideò ex consequenti benefacere amico ex actu dilectionis consequitur. Et propter hoc beneficentia secundum cõem rõnẽ est amicitiæ vel charitatis actus. Si aũt bonum quod quis facit alteri accipiatur sub aliqua speciali ratione boni, sic beneficẽtia accipiet specialem rationem, & pertinebit ad aliquam specialem virtutem, sicut si faciat bonum proximo sub ratione subleuantis miseriam eius pertinebit ad misericordiam. Si sub ratione debiti vt parentibus pertinebit ad iustitiam, & hmõi dist. 87. Non satis est bene velle nisi studeas etiam benefacere. ¶ Est autem beneficentia exercenda ad omnes si fieri potest, cum dilectio charitatis se extendat ad omnes, pro loco tamen & pro tempore secundũ debitas circunstantias. Peccatoribus autem in necessitate etiam est subueniendum ad sustentationem naturę, nõ ad fomentum culpæ. Vnde dicit bea. August. 5. q. 5. Non omnis q̃ vtilius esurienti panis subtrahit q̃ frangitur, si de cibo securus iniustitiæ acquiscat. Et sic ẽt excõmunicatis, & infidelibus in necessitate est benefaciendum, & subueniendum, magis autem coniunctis cæteris paribus potius subueniendũ est. Dicit. n. bea. Thom. vbi supra q̃ virtus & gratia imitantur ordinem naturæ, qui est ex diuina sapientia institutus. Est autem talis ordo naturæ vt vnũquodq; agens naturale prius magis diffundat suã actionẽ ad ea qui sunt sibi propinquiora, sicut magis calefacit ignis rem sibi magis propinquam. Exhibitio autẽ beneficiorum est quædã actio charitatis in alio, & ideò oportet q̃ in propinquos magis fiat beneficẽtia, sed propinquitas vnius hominis ad alium potest attendi fm diuersa in quibus homines sibi communicant vt consanguinei in naturali communicatione, ciues in ciuili, fideles in spirituali, & sic de alijs. Et sic fm diuersas coniunctiones sunt diuersis diuersa beneficia dispensanda. Nam vnicuiq; est magis exhibendum beneficium pertinens ad illam rem fm quam est nobis magis coniũctus simpliciter loquendo, tamen hæc potest variari fm diuersitatem temporum locorum, & negociorum. Nam in aliquo casu est magis subueniendum extraneo necessitatem extremam patienti q̃ patri non sustinenti tantam. De bonis autem debitis alteri quia eius sunt plus tenetur ei benefacere reddendo q̃ coniũctis nisi coniuncti essent in tanta necessitate q̃ liceret ei furari ad subueniendum eis nisi & ille cuius est res esset in simili necessitate. In quo casu pensanda est conditio vtriusque & alias conditiones prudentis iudicio, quia in talibus non potest dari vniuersalis regula.

De bñficentia q̃ exercẽda est in oẽs.

TITVLVS SEPTIMVS
De Spe.

¶ *De triplici spe, & eius quidditate, & fructibus. Cap.* 1.

SEQVITVR de spe quæ est secunda virtus theologica, ad quã hortatur scriptura dicẽs Psal. 36. Spera in domino &c. triplex autem est spes, videlicet naturalis, virtualis, & criminalis. Spes naturalis est quædam passio, vnde & philosophus dicit quod iuuenes sunt magnæ spei. Hoc est commune nobis & brutis per experientiam enim videmus quod canis mouetur ad insequendum leporem, & accipiter auem, & hoc quidem non faceret nisi quia sperat assequi, est aũt hæc passio in ut irascibili q̃ est ẽt i brutis fm beatum Thom. in 2. sent. dist. 27. Cum. n. omnis passio fit in concupiscibili vel irascibili omnis illa passio de cuius intellectu est appetitus in bonũ vel conueniens simpliciter est in cõcupiscibili, sicut amor delectatio, & hmõi, & opposita horũ. Omnis autem illa passio de cuius intellectu est motus in bonum cũ, circunstantia difficultatis est in irascibili, & hmõi sunt omnia illa quæ important bonum vel malum cum duratione alicuius quantitatis, sicut ira quę exurgit ex magna læsione quam quis põt vindicare, sed non in promptu. Timor non est de quolibet malo, sed de magno cui non põt resisti, vel difficulter. Spes importat modũ appetitus in aliquod bonum commensuratum appetẽti. Non. n. est de bono, & tanto ad quod nullo modo põt perueniri. Nec tamẽ de tam paruo quod pro nullo habeatur, sed de eo quod est difficile haberi, & tamen potest haberi propter quod dicit arduum. Et sic arduum addit quandam specialẽ rationem bonitatis. s. precioſitatem quandam ex hoc ipso quod non de facili potest haberi, sicut dicitur. Omne rarum carũ. Differt autem in hoc ab audacia, quia audacia importat extensionem appetitus in aliquod arduum malum vt repellatur. Spes aũt extensionem appetitus in arduum bonũ vt acquiratur. Sed qa de

Quod est triplex spes.

ſpe prout eſt paſſio dictum eſt ſupra in prima parte, ideo hic non aliud de ea dicitur. Naturalia tantū non ſunt vitia nec virtutes. ¶ Spes virtualis eſt virtus theologica, de qua pſal. 72. Tu es domine ſpes mea, & eſt ibi prædicatio per cauſam. i. tu es cauſa ſpei meæ. Vbi etiam ſciendum ſecundum beatum Tho. in 3. ſent. diſt. 2. q. ſpes vltra acceptionem prædictam. ſ. pro paſſione ſecundum q. ſumitur in bonum accipitur quadrupliciter. Vno modo prout nominat habitum inclinantem ad actum voluntatis ſimilem actui ſpei quæ eſt paſſio partis ſenſitiuæ, vt ibi. 1. Cor. 13. Nūc manent fides, ſpes, charitas. Secundo modo prout nominat actum procedentē a tali habitu, & ſic eſt actus virtutis, vt ibi in Pſal. 59. Moab olla ſpei meæ. Moab ſignificat malos qui ſunt olla facientes ſua pſecutione ferueſcere, & coquere. i. pficere ſpē noſtrā. Tertio mō prout nominat rem perfectam & ſperatam, & ſic eſt obiectum virtutis, vt ad Titum 2. Expectantes beatam ſpem. i. viſionem beatam ſperatam. Quarto modo prout nominat certitudinē quæ ſequitur ſpē, vt ibi ad Rom. 5. probatio verò ſpei. i. ſpei certitudinem, & ſic nominat ſtatum perfectionis in virtute quantum ad certitudinis intentionem. Eſt enim ſciendum q. ſpes quæ eſt virtus non opponitur timori qui eſt donum, quāuis illa ſit de bono futuro, iſte de malo futuro. Et ratio huius eſt, quia ſpes ſe extendit in deum ex conſideratione diuinæ largitatis, timor verò dicit reſilitionem ex cōſideratione propriæ paruitatis, & ita nō eſt ſecundū idē reſilitio timoris, & extenſio ſpei. Vnde non ſunt contraria, cum contraria ſint ſecundum idem. ¶ Spes criminalis ſolo nomine & impropriè dicitur ſpes propter aliquam apparentem ſimilitudinem quam habet cum ipſa, de qua dicitur in pſal. 61. Nolite ſperare in iniquitate. Et in Euā gelio. Luc. 6. Mutuum date nihil inde ſperātes. ¶ Nam talis ſpes quæ tamen impropriè & largè dicitur ſpes, in mutuo inducit vſurā, extra de vſur. conſuluit. Quod intelligitur quando talis ſpes eſt cauſa principalis mutui. De iſta tamen materia plene habes ſupra in ſecunda parte tit. 1. Et dicitur ſpes ſecundum ethymologiam, quia eſt pes progrediendi ad ardua, quaſi pes dicta, vt dicitur in catholicon.

Quod ſpes accipitur quadrupliciter.

Spes nō opponere timori.

§. 1. Quòd ſpes in malo accipienda eſt triplex.

¶ Nota ſecundū iſtā largā acceptionē ſpei. ſ. in malū, ſecundū Guil. in ſum. virtu. q. ipſa eſt triplex. Prima eſt confidentia de ſeipſo. Secunda eſt confidentia de alio. Tertia eſt cōfidentia de aliquo vano. De prima dicitur Prouer. 28. Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt. Verè autem ſtultus eſt confidens de ſe quæ proprius loquendo præſumptio eſt. Nam homo non eſt ſufficiens ex ſe, nec ad ſuſtinendū, nec ad defendendum ſe, nec ad merendum. Quod homo nec aliqua creatura ſit ſufficiens ad ſuſtinendū ex ſe, oſtendit Greg. di. Eſſe oium q̄ de nihilo ſunt, in nihilum tenderet, niſi ea omnium actor manu regiminis retineret. Secundo nō eſt ſufficiens defendere ſe ab hoſtibus ſuis, immo a Demonibus cito perimeretur niſi a Deo protegeretur. Thren. 3. Miſericordiæ eius q. non ſumus cōſumpti. Tertio eſt inſufficiens ad merendum, quia nec ex ſe ſufficit bonū vnū inchoare ſeu bonā vitam accipere. 2. Cor. 3. Non q. ſufficientes ſimus aliquid cogitare a nobis quaſi ex nobis, &c. Cogitatio autem primum opus eſſe videtur. Poteſt homo ſe perimere, ſed non ſe reſuſcitare. Oſeæ 13. Perditio tua ex te Iſrael, tantum in me auxilium tuum. Secundo eſt inſufficiens in bono inchoato perſeuerare. Greg. Cito bonū amittitur niſi a largiente cuſtodiatur. Tertio in bono inſufficiens eſt proficere. pſal. 80. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, &c. ¶ Confidentia ſeu ſpes in alio homine eſt fallax & confundens hominem. Eſa. 20. Confundent ab Ethiopia ſpe ſua, & confidunt in homines in altero aliquando rōne poteſtatis, ſed dicitur his Eſa. 31. Veh qui deſcendunt in Egyptum ad auxilium ſperandum, & non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael, &c. Aliquando ratione conſanguinitatis. Sed dicitur Hiere. 17. Maledictus vir qui confidit in homine, & ponit carnem, ideſt parentelam brachium ſuum, ideſt robur ſuū. Aliquādo ratione malitiæ & iniquitatis, pſal. 61. Nolite ſperare in iniquitate per aſtutias hominum putantes obtinere q̄ volunt. ¶ Confidentia in re vana eſt confidentia vel in vita temporali quæ breuis & momentanea eſt. Sap. 5. Spes impij quaſi lanugo quę a vento tollitur. Vel confidere in diuitiis. 1. ad Ti 6. Diuitibus huius ſeculi precipe non ſperare in incerto diuitiarum ſed in deo viuo. Vel confidere in fama & opinione hominū. Iob 8. Spes hypocritæ peribit, quid enim hypocrita in cunctis ſuis operibus ſperat niſi honorem, reuerentiam, gloriam laudis, a melioribus metui, ſanctus ab omnibus vocari, ſed peribit iſta ſpes, quia æternitatem non quærens fugit quod tenet, quia eius intentio in illa gloria non figitur quæ ſine fine poſſidetur. Iob, ſicut tele aranearum fiducia eius, ſcilicet hypocritæ. Omnis ergo iſta mala ſpes impropriè dicte ſpes abijcienda eſt.

¶ Spes quæ eſt virtus theologica ſic diffinitur a Magiſtro ſententiarum in tertio. Spes eſt

certa

De ſpe vt ē virtus theologica, quid ſit.

certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis & gra proueniēs. Vbi tangunt tria de ipſa.
¶Primo eius actus, ibi. Certa expectatio.
¶Secundo eius obiectum cum ſubditur, futuræ beatitudinis.
¶Tertio meritum, cum dicitur, ex meritis & gratia proueniens.
¶Quantum ad primum. ſ. cum dr̄ certa expectatio eſt ſciendum, q̄ ſicut oēs aliæ virtutes participant aliquid a charitate. ſ. deſiderium ſummi boni pp quod operantur, ita iſte actus qui eſt expectare principalius conuenit ſpei, & ille virtutes quibus conuenit ille actus expectationis, vt patientia, longanimitas & magnanimitas, participant ipſum actum a ſpe. Nam expectatio patientiæ eſt expectatio diuini auxilij in periculis, per lōganimitatem expectat quis diuinum auxiliū in laboribus tendens diu in aliquod bonum arduum obtinendum. Per magnanimitatem expectat quis diuinū auxiliū vt tendens in aliquod bonum arduum tpale. Sed expectatio ſpei eſt expectatio boni ardui æternalis poſſibilis adipiſci quale eſt æterna beatitudo obiectum ſpei B. Tho. Eſt aūt actus proprius ſpei expectare non ſperare futuram. ſ. beatitudinem. Huius ratio eſt, quia cum ſpes tendat in bonum poſſibile nobis adipiſci, ſi ſpes tendat in bonum obtinendum ſecundum propriam virtutē ſic dicitur ſpes ſperare tantū. Sed ſi tendat in aliquod bonum obtinēdum per virtutem alienā, ſic proprie ſpes dicitur expectare. Et hoc duo tāgit Apoſtolus ad Rom. 8 Si quod videmus ſperamus per patientiā expectamus B. Tho. 1. 2. Iſta autem expectatio dicitur certa, vt patet in diffinitione ad oſtendendum q̄ ſpes præſupponit facultatem, & facit certitudinem perueniēdi in beatitudinem futuram. Vnde Apoſtolus qui habebat certitudinē illius beatitudinis, & hoc non niſi p ſpem dicebat. 2. ad Thi. 1 Scio cui credidi & certus ſum, quia potens eſt depoſitū meū ſeruare &c. Si autem arguatur ſic in contrariū. Certitudo eſſe non poteſt, de eo quod poteſt deficere. Sed multi viatores habentes ſpem deficiunt a conſecutione beatitudinis, ergo ſpes viatorum non habet certitudinem. Reſpōdeo q̄ aliqui habentes ſpē futuræ beatitudinis, habēt certitudinē conſequendi eam ex quinque. Primo ex auxilio diuinæ omnipotentię. Secundo ex auxilio diuinæ miſericordiæ immenſæ. Tertio ex infinita dei liberalitate. Quarto ex ęterna dei ordinatione. Quinto ex liberi arbitrij ad peccati inflexibilitate, quia. ſ. non ponunt obſtaculū ſupradictis alicuius peccati. Et hanc certitudinē habent vel habuerunt oēs in gratia confirmati. Aliqui verò habētes ſpē futurę beatitudinis deficiūt a conſecutione eius non quidē ex defectu diuini auxilij, qđ in prædictis quatuor cōſiſtit, ſed ex defectu liberi arbitrij ponētis obſtaculū peccati, ita q̄ certitudo ſpei quam. ſ. ſpes habet de obtinendo vitam ęternam, cauſatur, ex quatuor ſupradictis. ſ. ex dei omnipotētia, miſericoidia, liberalitate, & æterna ordinatione, certitudinaliter & infallibiliter quantū eſt de ſe ordinantibus nos in vitam æternā & dirigentibus. Sed q̄ quandiu ſumus in hac vita pōt eſſe accidentale impedimentū peccati mortalis ne ſpes quæ de ſe certitudinē habet finē ſuū conſequat, tō in hac vita cū ſpe habendi vitā ęternā adiūgitur timor ſeparationis a Deo B. Th. in 3. ſen. di. 26. ¶Additur tertio in diffinitione futuræ btūdinis. Nā propriū & primū obiectū ſpei eſt beatitudo futura, q̄ in Dei viſione conſiſtit. Vñ Apoſtolus ad Heb. 6. Habemus ſpē ſicut anchoram tutā & firmā incedentē vſq; ad interiora velaminis. Expoſitio Habemus. i. hr̄ edebemus. ſ. anchorā tutā. ſ. ab omni malo tuentē & firmā. i. in omni bono nos confirmantē, incedentem. i. incedere facientē vſq; ad interiora velaminis. i. cœleſtē beatitudinē nobis velatā in via In cuius figura. Exo. 26. dr̄, q̄ velum ponebatur inter ſancta & ſanctaſanctorū, qđ ſignificat beatitudinē nobis velatā hic. 1. ad Corin. 2. Oculus nō vidit &c. Ratio ad hoc eſt, quia ſpes innititur virtuti infinitæ Dei, ſed proprium eſt infinitæ virtutis ad bonum infinitū perducere qđ eſt vita æterna, quæ in Dei perfecta fruitione conſiſtit. Ergo ſpes eſt expectatio futuræ beatitudinis B. Tho. 2. 2. Et nota q̄ ſicut fides reſpicit principaliter Deū ſecundario reſpicit ēt alta quę ordinantur in Deū vt myſteria incarnationis, ſacramenta, & quæ continētur in ſacra ſcriptura, ita ſpes principaliter reſpicit beatitudinē ſupernā, ſecundario aliqua alia inquātum ordinant nos ad conſecutionē beatitudinis. Nō. n. licet ſperare aliqđ bonū præter beatitudinem ſicut vltimū finē, ſed ſicut id quod eſt ordinatū ad conſequendū beatitudinem ſicut remiſſio peccatorū, augmentum gratiæ, ſubleuationē in periculis ne deficiat, & huiuſmodi. Et ſignanter dicitur in diffinitione futurę, quia ſpes eſt de inuiſibilibus non habitis ſed habendis. Et nota q̄ prædeſtinatus per ſpē expectat vitam æternam vt futuram quam eſt habiturus & quantum ad ſuam æſtimationem & ſm rei veritatem. Præſcitur autē quāuis nō ſit habiturus vitā æternam, & ita non ſit ei futura in rei veritate, tamē eſt ei futura ſm ſuam æſtimationem alias. n. non expectaret Tho. in tertio

Quōd certitudo futuræ beatitudis in ſperantibus ē ex quinq;.

Quis ſit actus p̄prius ſpei.

De obiectio ſpei. ſ. futura beatitudine.

De medio quo btitudinem cõsequtur.

tertio sententiarum. Demum ponit medium seu modum attingendi præmium & cõsequẽdi ipsum, cum dicit in diffinitione Magister sententiarum, ex meritis, & gratia proueniẽs. Non autẽ dicitur spes ex meritis & gratia eo ꝙ ipse habitus spei per quam aliquis expectat futurã beatitudinem causetur ex meritis, sed purè ex gratia, vnde est habitus infusus vt fides & charitas. Sed dicitur spes prouenire ex gratia & meritis precedentibus quantum adduo. ¶ Primo quantum ad actum spei formatæ inquãtum dei gratia & merita præcedẽtia ꝓducunt actum spei. Vbi nota ꝙ spes nõ præsupponit merita in actu, sed in proposito. Nõ enim aliquis sperat propter merita quasi merita existentia producant actum spei, sed quiaꝓ merita quæ proponit ad beatitudinem se peruenire sperat. ¶ Secndo modo spes dicitur ex meritis prouenire quantum ad obiectum, scilicet quantum ad ipsam rem expectatam, prout scilicet aliquis sperat se beatitudinem adepturam ex dei gratia & meritis præcedẽtibus & propter hoc dicit Magister, sentẽtiarum, in 3. distin. quæstio. 26. sic. Sine meritis aliq̃d sperare, nõ spes sed præsumptio dici potest. Tho. in 3. dist. 26. & Ray. in summa.

§. 3.

De quatuor modis cause efficiẽtis.

¶ Pro maiori declaratione vltimę partis diffinitionis spei. Sciendum ꝙ modi causæ efficiẽtis sunt quatuor, vt dicit Auic. in Metha. sua. Prima causa efficiens est quæ inducendo formam substantialem vel accidentalem vltimã perfectionem causat. ¶ Secunda causa efficiẽs est disponens quæ ad receptionem formæ materiam præparat vel disponit. ¶ Tertia causa efficiens est coadiuuans, quæ ad primę causæ effectum operam præstat. ¶ Quarta causa efficiens est consilians quæ alteri finem & formã agendi ostendit. ¶ Istis quatuor modis potest aliquis esse causa alterius ad beatitudinem cõsequendam. ¶ Prima est causa efficiens ut per ficiens, scilicet diuina gratia vel misericordia Ps. 83. Gratiã & gloriam dabit dominus. ¶ Secunda causa efficiens vt disponens sunt opera meritoria. Vnde primo ad Corinthios 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborẽ. Vbi etiam notãdum ꝙ opera nostra si cõsiderantur sm ꝙ procedunt a propria voluntate seu sm propriam eorum virtutem, sic non possunt mereri vitam eternam de condigno propter maximam distantiam nostri meriti ad vitam æternam, propter quod Apostolus ad Romanos. 8. ait. Non sunt condignæ passiones huius te. &c. Meretur tamen ipsa opera nostra de congruo. Nam & congruum est vt homini operanti bene sm

De quatuor modis quibus quis põt esse cã alterius ad btitudinem.

suam virtutem, deus sm suę virtutis intelligẽtiam recompenset. Si autem considerantur opera nostra prout procedunt ex gratia spiritu sancti inhabitantis animam, sic de condigno merentur vitam æternam, eo quod opus nostrũ habet efficaciam ex parte Dei mouentis Tho. 1. 2. q. 114. Et Bernar. dicit sup Cañ. hoc totum hominis meritum si totam spem suam ponat in eo qđ totum saluũ fecit. ¶ Tertia causa efficiens, vt coadiuuans ad beatitudinẽ est alterius oratio deuota. Nulla enim licet sperare de aliquo homine vel de aliqua creatura sicut de agente principali, sed sicut de agente secũdario & instrumentali, per quod aliquis adiuuatur ad quecũq; bona consequenda in beatitudinẽ ordinata. Et hoc mõ ad sanctos nos cõuertimus & aliqua ab hominibus petimus Tho. se. q. 17. Et sic virgo Maria dicitur spes nostra, scilicet suffragii a qua debemus præcipue sperare adiuuari, vt tamẽ secũdario agente, & de hac cã coadiuuante ait Apostolus primo ad Corin. 9 Cooperatores sumus Dei. Ad iuuamus enim Deum ad ordinãdum alios in futurãm beatitudinem nõ propter defectum virtutis eius, cum sit virtutis infinitæ. Sed inquantum deus suam per nos exequitur actionem, sicut dñs per seruum & agens principale per instrumẽtale. ¶ Est autem differẽtia inter agens creatum & increatum, quia agens creatum sine medio agere non potest, quia est finitæ virtutis. Sed agens increatum. s. deus cum sit infinitę virtutis põt agere sine aliquo medio per seipsum. Agit tamẽ multa per medias causas. Et hoc specialiter propter tres rationes. ¶ Prima propter mundi decorem. Nam mũdi decor & pulchritudo in hoc cõsistit ꝙ quedam sunt aliorum causę, & quidã eorum effectus. ¶ Secunda est propter Dei perfectionem. Nam cum deus sit bonitatis infinitæ suam bonitatem voluit rebus creatis cõmunicare, non solum quãtum ad hoc ꝙ sint, sed etiam ꝙ sint aliorũ causæ. ¶ Tertia est propter nostri instructionem, sicut enim apparet in naturalibus ꝙ Sol nõ solum in se est lucidus, sed etiã est aliis causa luminis, sic nos debemus esse causa beatitudinis non solũ nobis sed etiam aliis Iaco. 5. Qui conuerti fecerit peccatorẽ &c. ¶ Quarta causa vt cõsiliãs est exhortatio vel instructo vel eruditio fraterna ad beatitudinẽ cõsequendam ad Ro. 12. Qui docet in docendo, qui exhortatur in exhortando &c. Ray. in summa.

Qđ oro nib. scõrũ spera mus saluari.

Saluat nos Deꝰ mediantibus causas, scilicet oronem seu merita sanctorũ quadruplici de causa.

§ 4.

¶ Deinde videndum est de spe quantũ ad eius fructum quem producit. Secundo quãtum ad eius subiectum in quo agit. Tertio quantum ad eius actũ quẽ producit. Quarto quantum

ad eius

ad eius obiectum quod respicit. Et quantum ad primum sciēdum q̄ spes operatur quatuor magna bona. Est enim primo dilectionis effectiua. Secundo delectationis ꝓductiua. Tertio operationis perfectiua. Quarto præmiationis collatiua. Quod autem spes sit dilectionis effectiua probatur ratione & authoritate. Ratione quidem, quia ille qui sperat bonum aliquod obtinere si sua virtute vel a seipso nō possit illud bonū obtinere, illud diligit cuius virtute & auxilio sibi possit illud prouenire. Cū ergo spes sit expectatio futuræ beatitudinis quam non possumus cōsequi nisi Dei virtute, ex hoc incipimus Deum diligere. Authoritate quidē idem ostendit, dicit enim Apostolus ad Col. j. Dilectionē q̄ habetis in sanctos pp spem quæ reposita est vobis in cœlis. Ex quo sequit̄ q̄ si spes cœlestis præmii est causa qua diligimus sanctos, multo magis ipsa spes facit nos diligere Deum tanq̄ principale obiectum beatitudinis futuræ & causa. Super illo ēt verbo Mat. 1. Abrahā genuit ysahac, ysahac āt genuit Iacob. dicit gl. sic fides genuit spem, spes vero dilectionem, & sic dilectio ex spe causat. ¶ Scēdo spes est delectationis ꝓductiua. Ratio est bonum apprehensum cōueniēs delectat, si. n. bonū vt cōueniens apprehendatur vt p̄sens sic sensus qui est boni p̄ntis cōuenientis est cā delectationis. Delectatur enim sensualitas in videndo pulchra, in audiēdo harmoniā sonorū, in gustādo dulcia, & hmōi. Si āt bonū vt cōueniēs apprehendatur vt p̄teritum sic memoria causat delectationem. Cum. n. quis actualiter recordatur aliquorū gestorū in qbus afficitur siue bona opera quantum ad bonos, siue mala quantum ad prauos sic delectatur. Si verò apprehēdat bonum cōueniens vt futurū sic spes causat delectationem. Cum enim q̄s sperat adipisci magnam dignitatē, vtilitatē, præmium, & hmōi inde delectat̄ p maxime cum sperat ꝑmiū ꝑternum, inde habet cām delectationis & gaudii. Aps ad Ro. 12. spe gaudētes, ibi gl. Amb. non nisi æterna speretis, & inde gaudebitis, gaudiū āt importat delectationē creaturæ rōnalis. Itē ad Roma. 12. Deus aūt spei repleat vos omni gau. & Ps. 30. Ego āt in dño speraui, exultabo & lætabor in misericordia tua. Nec est cōtra qd̄ dr̄ Prouer. 12. Spes que differtur affligit animā. Vbi Beda. spes æterni præmij affligit animā, q̄a nimirū q̄ differt spes æternorū affligūtur aīæ fideliū. Nam spes alia rōne est cā afflictionis, alia rōne causa est delectationis. Causa enim afflictionis est rōne dilationis p̄mij æterni de quo est spes. Cū. n. spes sit de æterna btitudine, q̄a tale bonum nō est p̄sens, sed differrī ad cōsequendū vsq; in finē rōne sue dilationis cōtristat. Sicut & mr̄ de suo filio absente & gaudet & tristat̄, gaudet inq̄tū sperat ipsum quē amat reuersum cū gaudio honore & fui vtilitate. Tristat̄ ex dilatione cōsideras p̄cipue pericula q̄ ei possunt accidere ne reuertat. Vñ Ps. 61. Fuerūt mihi lachry. meæ panes die ac noc. dum dr̄ mi. p singulos dies vbi est Deus tuus. ¶ Tertio spes est opationis perfectiua & auxiliatiua. Vñ Ps. 36. Spera in domino, & statim subdit. Et fac bonitatē. Spes. n. adiuuat & fortificat ad opandum tripl̄r. Primo rōne eius qd̄ aspicit. Scēdo rōne eius quod efficit. Tertio rōne eius qd̄ p̄spicit. Et q̄tum ad primū ratione eius qd̄ respicit. Respicit q̄dē spes ad beatitudinē futurā, quæ cū sit difficilis ad habendum conatū & opationem intendit. Vñ Apostolus prima Corinth. 9. Qui arat debet arare in spe fructus percipiendi. Vñ Augu. Qui arat adest p̄dicator qui corda hominū ad fidē aperit, vel quicunque alius minister Christi & coopator debet arare. i. prædicare vel alia bona facere in spe stipendiorū spūaliū, nō pp spē t̄palū, hoc est vt necessaria vitæ, q̄ tū non pp illa principaliter p̄dicet. Hiero. & Sen. Omne opus leue heri solet cū p̄cium eius cogitat̄. Et spes p̄mij solatiū sit laboris. Scēdo spes adiuuat ad opandū rōne eius qd̄ efficit. Nā spes delectationem causat, vt dictū est in §. p̄cedēti. Delectatio aūt p̄ficit opus fm phūm. Tertio spes adiuuat ad opandum rōne eius qd̄ p̄ficit. Nā spes perficit volūtatē inq̄tum facit diligere vt dictū est, supra. in 1. §. huius cap̄li. Sed diligens facilius & fortius opat̄, ita dicit Aug. 1. li. cōfessi. Qui amat non laborat. Omnis labor amantibus non est grauis. Solū amor est qd̄ nomē difficultatis erubescit. Quarto spes est præmij collatiua. Vnde Psalm. 38. Btūs vir cuius est nomen dñi spes eius. Quod exponēs Aug. ait. Btūs vir qui temporalia ab eo non sperat, sed illud qd̄ indicat nomen eius, scilicet salutem. i. beatus q̄ ipsum Deū non aliud a Deo sperat. Idē q̄ gaudet in spe tenebit & rem. Hæc quatuor quæ dicta sunt ponit Ray. Pisanus in summa sua. ¶ Et p̄ hoc addi qd̄ hr̄ in summa virtutū. s. §. 5.
septē præmia seu vtilitates cōsequētes ex spe. ¶ Prima est quia est p̄niæ directiua & incitatiua. Nullus enim pœniteret nisi speraret veniā Amb. Nemo digne agere potest pœnitentiam nisi qui sperauerit indulgentiam, de pœn. dis. 1. In huius figuram fuit præceptum. Deut. 24. Non accipies loco pignoris molam superiorem nec inferiorem. Mola superior quæ deprimit opera hominis quæ facit ne eis eleuetur, est timor. Mola inferior quæ retinet materiam

Spes est productiua delectationis.

Spes fortificat ad opandū tripl̄r.

De septem spei effect⁹ seu vtilitatibus.

riam ne in terrā deſcendat eſt ſpes quæ retine hominem a motu deſperationis, ne abſorbeat triſtitia, inter iſta debet eſſe motus corporis in pnīa, & non ſemper debet hīe apud ſe in mēte. ¶ Secunda quia eſt in anguſtiis & periculis magnis fortificatiua. Eſa. 40. Qui ſperāti dño mutabunt fortitudinē. di. 47. Huius exēplū habemus de illa ſanctiſſima muliere de qua dr. 2. Mach. 7. q̄ pereuntes ſeptē filios ſub vnius diei tpe conſpiciēs bono aīo ferebat pp ſpē q̄ in Deū hēbat. ¶ Tertia qa eſt intelligentiæ apertitiua. Sap. 3. Qui confidunt intelliget veritatē.

Spes Abrahæ in Deo qualiter ei p fuit.

Exēplū in Abrahā q̄ ex magna ſpe q̄ habuit in Deū fuit illuminatus ad cognoſcendū quo deberet ſe hīe in illa pplexitate cū deſcendit in Egyptū circa vxorē ſuā, vnde Aug. Fecit qđ potuit, qđ nō potuit Deo cōmiſit in quē ſperauit nec eū fides aut ſpes fefellit. 22. qō. 2. quæ vt. ¶ Quarta qa eſt in malis liberatiua. pſal. 21. In te ſperauerūt pres nr̄i, ſperauerunt & liberaſti eos. Exēplū de Suſanna liberata a calūnia ſenū & morte. Erat. n. cor eius fiduciā hns in dño, vt dr̄ Dan. 13. ¶ Quinta quia eſt tentationū Dyaboli triumphatiua pſal. 55. In dño ſperaui, nō timebo quid faciet mihi hō, i. Dyabolus. In figuram Dauid non armatus armis propriè confidētiæ, ſed cōfidentia dñi proſtrauit Goliath. 1. Reg. 16. ¶ Sexta quia eſt capitis. i. intentionis hominis præſeruatiua. Vñ dr̄ ab Apoſtolo galea quæ caput cuſtodit. 1. Thi. 5. Galeam ſalutis aſſumite, ideſt ſpem ſalutis. Ex intentione aūt iudicat opus hois qui aūt ſperat in Deū in operibus ſuis, non pōt niſi vti bona intentione. ¶ Septima quia eſt bonorum multiplicatiua. pſal. 51. Ego aūt ſicut oliua fructifera in domo dei ſperaui in miſericordia dei mei &c. pſal. 129. A cuſt. ma. vſ. ad no. ſpe. Iſra. in dño. A cuſtodia matutina vel vigilia ſm aliā literā q̄ eſt quaſi initium diei ſignat principium quo alicui incipit apparere Sol vſus rōnis. Nox ſignificat finē vitæ. q. d. a principio vſq; in finem ſemper ſperet aīa. Vel cuſtodia matutina ſignificat tps quo Chriſtus reſurrexit, quia illa hora reſurrexit. Nox eſt finis mūdi, Iſrael populus fidelis. q. d. ex tpe reſurrectionis Chriſti q̄ inchoauit beatitudinē debemus ſperare vſq; in finē. ¶ Et nota q̄ dr̄ Oſee. 12. Spera in Deo tuo ſemper adoſtendendū q̄ oī tpe debemus in dño ſperare. Præcipuæ debemus ſperare in dño tpe tentationis, afflictionis, defectionis, & offenſionis. ¶ Primo debemus ſperare in Deo tpe tentationis, vt. ſ. reſiſtamus & nō cadamus vt vincamus. Nā ſpes quā habemus in Deo liberat nos ab oī tētatione. Prouer. 3. Clypeus eſt ſperantibus in ſe. Nō aūt ſperat qui injicit

Quòd oīt tpe debemus ſperare ī Deo.

fibi laqueos, nō vitando occaſiones peccatorū ſed præſumit talis. Non ſperat qui tantū conſiderat fragilitatē ſuam & non p̄ſēnā. Non ſperat qui in tentatione ad Deū non recurrit orādo. pſa. 27. In dño ſperauit cor meū & adiutus ſum. ¶ Scđo debemus ſperare in Deo tpe afflictionis. Et hoc triplici rōne. Prima quia Deus tribulatos nō deſerit. Iudith. 13. Qui nō deſeruit ſperantes in ſe. Scđa, quia Deus tales eripit. 2. ad Cor. 1. Qui de tātis periculis nos eripuit & eruet in quē ſperamus. Tertia, quia deus in ſe ſperātes ſecuros reddit. In pſal. 55. In deo ſperaui, nō timebo quid faciat mihi hō. Ambr. De diuina miſericordia tūc ſperandū eſt amplius cū plūdia humana defecerint. Et Greg. in 10. mora. Tāto ſpes in deo ſolidior ſurgit, quāto quis grauiora pro illo pertulerit. Vñ Hiere. 17. Spes mea in die afflictionis. Et Eccl. 14. Fēlix q̄ nō habuit animi ſui triſtitia nec excidit a ſpe ſua. Qđ exponit ſic. Fēlix. ſ. beatitudine viæ, & poſtea patriæ, quia licet modo habuerit triſtitiā carnis vel mundi, nō tn̄ habuit triſtitiā animi per quam exciderit a ſpe Dei. Vel ſic. Fēlix qui nō habuit triſtitiā. i. cām triſtitiæ q̄ eſt peccatū, & qui non excidit. ſ. p̄ peccatū, a bonis operibus quibus parat & ſperat beatitudō. Vel ſic Fēlix qui nō habuit triſtitiā. i. accidiam p̄ q̄ quis excidit a ſpe venię. ¶ Tertio debemus in deo ſperare tpe defectionis. Sicut. n. ſeruus in dño diuite & largo ſperat, ſic tēpore paupertatis in dño eſt ſperandū. Et hoc triplici rōne pp quā pauper in diuite ſperat. Prima rō eſt propter cibū vel nutrimentum. pſal. 67. Paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Secūda eſt propter auxilium. Eſa. 25. Factus es fortitudo pauperi, Spes a turbine, vmbraculum ab æſtu. Iob 5. Saluū faciet egenum a gladio oris eorum & de manu violenti pauperem, & erit egeno ſpes. Vbi ſciendum q̄ tribus modis inducitur aliquis ad peccandū. ſ. vel contumelia & adulatoria perſuaſione. Et contra hoc dicit. Saluum faciet egenum ideſt illum qui ſe putat egere auxilio dei a gladiis eorum ideſt iniqua perſuaſione laude, contumelia vel adulatione, quæ eſt gladius. Prouerbio. pe. Generatio quæ pro dentibus habet gladios. Secundo inducitur aliquis ad peccandum iniuriæ illatione Et propter hoc dicitur de manu violenti ideſt poteſtate tyrāni qui alios opprimit. In pſalm. 71. Liberauit pau. a potente. Tertio inducitur aliquis ad peccandum temporalis boni defectione, & contra hoc dicit. Erit egeno ſpes ideſt illi qui eſt temporalis boni auxilio deſtitutus erit ſpes adeptionis boni ſpiritualis. Et merito, quia ſpes eſt certa expectatio futuræ

Sperare ī Deo in tpe afflictiois & hoc triplici de cauſa.

Sperare dēmus ī paupertate in Deo triplici de cauſa.

Inducīt quis ad peccēdū tribus modis.

futurę beatitudinis. Vnde mens cuius ſpes eſt in æternis ſolidata, nec adulatione nec detractione deiicitur, nec perſuaſione emollit, nec aduerſitate frangitur, quia innititur ſoli Deo, ¶ Quarto debemus ſperare in deo tẽpore offenſionis. Ratio huius eſt, qa ſi eſſet medicus aliqs corporalis qui veller, ſciret, & poſſet omnes infirmitates curare, tunc quilibet infirmus deberet in tali medico cõfidere & ſperare. Talis medicus eſt deus q vult, ſcit, & pót oẽs peccatores curare & ſanare vel ſaluare, ergo &c. 1. Thi. 1. vult oẽs hoies ſaluos fieri. Aug. ſuper Io. ¶ Quantũ eſt in medico ſanare venit ægrotum & c. Vñ Eccle. 2. Reſpicite filii nationes, hoĩum & ſcitote, qa nullus ſperauit in dño & cõfuſus eſt pmanſit in mandatis eius & derelictus eſt. Aut qs inuocauit eũ & deſpexit eum Glo. colſ. hic tria dicit. Primo q nullus ſperãs in dño eſt confuſus. i. in ſpe ſua eſt fruſtratus ad Roma. 5. Spes non cõfundit. i. nõ facit erubeſcere ſperantẽ. Cuius rõ eſt, qa aliquis confunditur qñ qd ſperabat non inuenit vel non impleuit ſicut cõtingit illi qui ſperat in homine pp qd dr. Hiere. 17. Maledictus qui cõfidit in hoie. Spes aũt non cõfundit, qa eſt in deo q non fallit nec fallere põt. Scdo dicit q nullus operans ex charitate nõ ex timore vel cupiditate eſt derelictus Eccle. 8. Qui cuſtodit præceptum non expietur quicq̃ mali. Pſ. 36. Iunior fuit &c. Et non vidi iuſtũ derelictum ſimplr, videlicet etſi ad tps exponat eum tribulationibus. Tertio dicit q nullus inuocans ex fide eſt deſpectus. Vñ ſubdit. Aut quis inuocauit &c. ideſt intus ex corde vocauit fideliter, humiliter, & pſeueranter deprecando, & deſpexit eũ nõ exaudiendo. q. d. nullus Pſ. 144. Prope eſt dñs oĩb. inuocantibus eũ &c. Licet. n. credere priusq̃ ſperare & diligere, ſit tñ nil petit ex fide niſi ſit ſpes habendi & diligatur. Et ió in dictis verbis vltimo ponitur fides primo ſpes, ſecundo charitas. Hæc Hugo. cardinalis in poſtilla.

¶ *De ſubiecto ſpei de quibus ſperãdum ſit.. Cap. 2.*

DE ſubiecto ſpei. i. ĩ qb. ſpes repit. vbi ſciẽdũ q ſpes ,put eſt virtus theologica nõ fuit in Xpo, nec eſt in cœlo. i. in beatis angelis & aiabus, nec in inferno. i. dãnatis & demonibus. Sed eſt in mũdo. ſ. in fidelibus in purgatorio, videlicet, in aiabus ibi exiſtentibus, & fuit in limbo in patribus antiquis, dum ſteterunt, in limbo. ¶ Primum ſic probatur. ſ. q ſpes non fuerit in Chriſto, Chriſtus ſimul fuit comprehenſor & viator, & neutro mõ habuit ſpem ,p prie. Ratio eſt, qa inquantũ fuit ipſe cõprehẽſor ſemper actu fruebatur viſione diuina clarius q̃ ſancti in patria, ſed ſpes eſt de nõ viſis ſm apoſtolũ ad Ro. 8. ergo in eo non erat hoc modo, ſpes. Sed nec etiam inquantum viator ſeu mortalis eam habuit. Nã q̃uis vt mortalis expectaret aliq̃d q̃ non habebat. ſ. gĩam impaſſibilitatis quam videtur poſtulaſſe, cum dixit Ioan. 17. Pater venit hora clarifica filium, tuum ſm expoſitionẽ Auguſtini. Nõ tamẽ ex hoc poteſt dici proprie habuiſſe virtutẽ ſpei. Ratio eſt, qa principale obiectum ſpei eſt beatitudo æterna quæ conſiſtit in viſione & fruitione diuina q̃ habet aĩa etiã abſq; corpore. Et hãc viſionem & fruitionem Chriſtus dum etiam erat mortalis habebat, qa in inſtanti cõceptionis ſuæ anima fuit glorificata. Nec obſtat q̃ ps. 30. dicit in eius perſona ad pr̃em. In te dñe ſperaui non confundar in æternũ quia ibi largè ſumitur ſpes pro expectatione illius præmii accidentalis. ſ. gloriæ ſeu reſurrectionis corporis glorioſi quæ expectatio nõ eſt ,p priè ſpes virtutis Tho. in 3. di. 26. ¶ In angelis bonis & animabus beatis ſimiliter nõ ẽ ſpes. Ratio eſt, q̃a ſpes vt dictũ eſt, eſt de non viſis. Quod. n. videt qs nõ ſperat ait Aplis ad Ro. 8. Sed angeli ſp vident faciem patris, vt dr. Mtt 18. Et de ſanctis dr. 1. Ioan. 1. Videbimus eũ ſicuti eſt &. 1. Corinthio. 15. Tunc autẽ facie ad faciem. ſ. eum videbimus, ergo in eis non eſt ſpes ſed res ſperata, hoc eſt. ſ. beatitudo perfecta. Probatur idem alia ratione. Nam ſi haberent ſpem, aut eam haberẽt de bono qd̃ expectãt aliis, aut de bonis quod expectãt ſibi. Primo modo nõ poteſt dici q̃ habeant ſpem, qa ſperare aliis beatitudinem non pertinet propriè ad ſpem virtutis, ſed magis ad charitatẽ. Sicut ille qui habet charitatem dei eadẽ charitate diligit & proximum, & conſequenter appetit & ſperat illi beatitudinem. Si de bono quod ſibi expectant dicantur habere ſpem hoc etiam non poteſt dici, quia ſpes nõ eſt de habitis ſed de habendis rebus quę quis non dum habet. Sed angeli iam habent deũ & ſancti, ergo &c. Et ſi dicat q̃ licẽt non expectent bonũ quod habent. ſ. viſionem dei, expectant tamen continuationem boni ipſius quod habent, vt ſicut nos ſperamus adeptionem boni quod non habemus, ita ipſi ſperant cõtinuationem boni quod habent. Nam certitudo de continuatione eſt de eſſentia beatitudinis. Reſpondeo q̃ angeli & ſancti qui fruunt deo efficiuntur quodãmodo participes diuinæ æternitatis, quæ cum omne tempus excedat nõ diuerſificatur per præteritũ præſens & futurum ſicut tempus facit, & ideò fruẽtes diuina viſione eſſe-

Rõ quare ĩ Xpo non fuit ſpes.

Quod in angelis & in btis etiã non eſt ſpes.

nte essentialiter non habent spem de cõtinuatione ipsius beatitudinis, qa non est ibi continuatio futuri Tho. in 3. dist. 26. Item sancti q̃ uis expectent gl'iam corporis sui quæ erit in ultima resurrectione, non tñ ista expectatio pertinet ad virtutem spei. Tum quia vt dictũ est obiectum spei est principaliter gloria ani mę. Tum quia gloria corporis est quid minimum respectu ad gl'iam animæ. Tum quia habens iam gl'iam animæ habet sufficientẽ causam gloriæ corpis. Gloria. n. aĩę redundans ad corpus facit eũ glorioſum Tho. vbi supra.

¶ In dãnatis & Demonibus non est spes, q̃ p̃batur. Primo quiddem sic. Spes causat gaudiũ sicut dr̃ ad Roma. 12. Spe gaudentes, sed damnati & Demones non sunt in gaudio, sed ĩ dolore & luctu, ſm Illud Esaie. 66. Serui mei laudabunt pręexultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore & præ cõtritione spiritus &c.

Quod spes nec in damnatis, nec i Demonib. Ratio.

¶ Secundo ostenditur idem sic. Spes nõ est de impossibili, sed Demones & damnati cum sint in malitia confirmati sunt certi q̃ nunq̃ possunt euadere æternam damnationem & puenire ad beatitudinem, ergo non habẽt spem. Sicut enim requiritur ad veram beatitudinẽ q̃ aliquis sit certus de perpetuitate beatitudinis suę, alioquin non quietaret voluntas eius ita ad pœnam damnatorũ requiritur certitudo de perpetuitate damnationis. Vnde sicut beati non habent spem ita nec damnati Tho. 2. 2. q. 17. Et notandum q̃ licèt damnati & Demones habere possint, & habeant fidem informẽ de Deo & aliis. Vñ Iac. 3. dr̃. Demones credunt & contremiscunt non tñ habent spẽ. Cuius Augu. rationem assignat in Enchyridiõ dicens q̃ fides est bonarum rerum & malarum præsentium & præteritarum & futurarum & suarum & alienarum. Spes autem non est nisi bonarum rerum & ad se pertinentium. Vnde quia bona diuina nõ sunt dãnatis futura possibilia, sed sunt eis sp̃ absentia non in eis spes

Quod spes est solũ in viatoribus & in his qui sunt in purgatorio.

esse potest sicut fides in formis. ¶ Potest aũt esse spes in viatoribus, videlicet vel his q̃ erant in limbo dum ibi erãt, vel his qui sunt in purgatorio, vel his qui versantur in mundo quod ostendit triplici ratione. ¶ Prima est talis. Qui cũq; cupit aliquid quod nondum habet expectat illud. Sed omnes viatores prædicti cupiebant beatitudinem quam non habent vel non habebãt qui erãt in limbo vel qui sunt in purgatorio, & qui viuunt in mũdo. Ergo expectabant vel expectant beatitudinem quã non habebant vel nondum habent, & per consequẽ habebant spem qui erant in limbo, & habens eam qui sunt in purgatorio & fideles in mundo. ¶ Secũda ratio est talis & est confirmatio præcedentis, sicut fides non euacuatur vel tollitur nisi per id quod videt vel quod credit, ita spes non euacuatur nisi ſm hoc qd aliquis actu habet id qd̃ sperauit. Sed illi qui erant in limbo non habebant actu beatitudinẽ nec illi qui sunt in purgatorio vel etiã in mũdo habẽt actu beatitudinem de qua est spes, & ideò spes eorum quam in hac vita habuerunt non est euacuata. ¶ Tertia ratio est talis. Illi qui apprehendunt aliquid vel apprehẽdebant sub ratione boni ardui futuri & possibilis spem habebant & habẽt, sed omnes prędicti sunt huiusmodi, ergo &c. Et si obiiciatur in contrarium, quia spes procedit ex meritis. Sed illi q̃ erant in limbo non erant in statu merendi, Et similiter qui nunc sunt in purgatorio non sunt in statu merendi, ergo non videtur in eis esse spes. Respõdeo q̃ quamuis nunc nõ sunt in statu merendi. tales, scilicet illi qui nunc sunt in purgatorio, vel illi qui fuerunt in limbo in statu merẽdi, tamen prius in mũdo isto meruerunt, & ex illis meritis pręcedentibus procedit spes eorum Tho. secunda secundæ. quæstio. 17. & in 3. senten. ¶ Est autem spes vt est uirtus in voluntate sicut in subiecto, quod sic probatur. Anima non est capax dei nisi ſm mentem in qua est memoria intelligentia & voluntas, vt patet per Augusti. in lib. de trini. Spes autem est virtus theologica habens deũ pro obiecto, & cum non sit neque in memoria neq; in intelligentia, quę pertinẽt ad vim cognitiuã sequitur qd sit in voluntate sicut in subiecto. ¶ Pro huius maiori declaratione sciẽdum qd̃ per actus habitus cognoscũtur. Actus autem spei est quidam motus appetitiuæ partis cum obiectum eius sit bonum. Cum autẽ duplex sit appetitus in homine scilicet appetitus sensitiuus qui diuiditur in concupiscibilem & irascibilem. Et appetitus intellectiuus qui dicitur voluntas. Similes autem motus q̃ sunt in appetitu inferiori cum passione, sunt in appetitu superiori sine passione. Actus autem virtutis spei non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, quia bonum quod est obiectum principale huius virtutis non est aliquod bonum sensibile sed diuinum. Et ideò spes virtus non est in appetitu inferiori sensitiuo, sed superioriappetitu quæ dicitur, volũtas sicut in subiecto. Sicut enim obiectum ira scibilis est arduũ sensibile quod respicit spes prout est passio, ita obiectum virtutis spei arduum intelligibile, vel potius supra intllectũ existens. Non obstat his q̃ spes habet certitudinẽ, vt patet ex diffinitione eius, & certitudo

Quod spes est subiecti vè in voluntate.

pertine-

pertinet ad intellectum nō voluntatem. Nam certitudo inuenit in aliquo dupliciter. ſ. eſſentialiter & participatiue. Eſſentialiter q̄dem reperitur in vi cognitiua. Participatiue autē in omni eo qd mouet a vi cognitiua ad finē ſuum infallibilem, ſm quem modum dicitur quòd natura opatur certitudinaliter tanq̄ mota ab intellectu diuino certitudinaliter mouēte vnū q̄dque in finē ſuum. Per hunc etiam modum virtutes morales certius arte dicūtur operari inquantū per modum naturæ mouent a ratione ad ſuos actus. & ſic etiam ſpes certitudinaliter tendit in finem ſuum quaſi participans certitudinem a fide quæ eſt in vi cognitiua. Tho. ſecunda ſecundæ quæſtio. 17.

§. 1. ¶ De ipſa ſpe quomodo eſt virtus Theologica diſtincta ab alijs. Et de his quæ habent excitare & iuuare actum eius. ¶ Quod ſpes ſit virtus ſic declaratur. Virtus ſm phūm. 2. Ethico. diffinitur q̄ eſt quæ facit bonum habentē, & opus eius bonum reddit. Spes autē facit actum hoīs bonum & hominem bonum. Actus enim hoīs dicitur bonum per hoc q̄ attingit regulam vel menſuram propriam. Propria autem regula ſeu menſura actuum humanorum eſt duplex. Vna eſt proxima. ſ. ratio qua menſurant actus morales. Alia eſt ſupræma & excellētiſſima. ſ. Deus, qua menſurantur actus virtutum Theologicarum. Per actum autē ſpei attingitur ipſa regula & menſura ſupræma q̄ potior eſt alia. ſ. rōne, inq̄tum. ſ. ſperamur aliquid vt poſſibile nobis per diuinum auxiliū. Vnde ex quo actus eius eſt bonus ipſa eſt virtus. Quod ſit Theologica patet, quia Apoſtolus. 1. ad Corint. 13. cō numerat eam cum aliis Theologicis dicens. Nunc manēt fides ſpes & charitas. Huius ratio eſt, quia virtus Theologica dicit quę Deū habet pro obiecto & pro fine, huiuſmodi autē eſt ſpes. Obiectum enim eius & finis eſt Deus. Reſpicit. n. Deum vt cauſam efficientē, inquātum eius auxilio innititur. Et ſicut vltimam finalem cauſam inquantum in eius fruitione beatitudinem expectat. Et ſic patet q̄ eſt Theologica. Quod ſit diſtincta a cæteris Theologicis, patet per Gregori. in primo moralium, dicentem has tres eſſe virtutes. Fidem ſcilicet ſpem & charitatē. Quod ſic oſtenditur. Virtus aliqua dicitur Theologica ex hoc quòd habet Deum pro obiecto cui inheret. Poteſt autem aliquis inherere alicui dupliciter. Vno modo propter ſeipſum, alio modo inquantum ex eo ad aliud deuenitur. Charitas autem facit hominem inherere Deo propter ſeipſum voluntatem hominis vniens Deo per amoris affectum. Spes autem & fides faciunt hominem Deo inherere ſicut alicui principio, exquo alia nobis proueniunt. De Deo autem prouenit nobis & cognitio veritatis & adeptio bonitatis perfectē. Fides igitur facit nos Deo inherere inquantum eſt nobis principium cognoſcendi veritatem. Credimus enim vera eſſe quæ nobis dicuntur a Deo. Spes autem facit nos Deo adherere inquantum eſt nobis principium bonitatis perfectē, inquantum ſcilicet per ſpē diuino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinendam. Et ſic diuerſa ratio obiecti quod eſt Deus facit virtutes ipſas eſſe diuerſas. Facit ergo ſpes per actum ſuum tendere in deum ſicut in quoddam bonū finale adipiſcendum, & ſicut in quoddam adiutoriū efficax ſubueniendum. Tho. 2. 2. q. 17.

Quòd ſuper eſt virtus theologica diſtincta ab aliis.

¶ Si autem quæratur vtrum liceat ſperare in homine vel in aliquo creato. Reſpōdet beatus Thom. ſecunda ſecundæ, q. ſpes duo reſpicit, ſcilicet bonum quod obtinere intendit & auxilium per quod illud obtinetur. Bonum quod quis ſperat obtinendum habet rationem cauſæ finalis. Auxilium verò per quod quis ſperat illud bonum obtinere habet rationem cauſæ efficientis. In vtraque autem cauſa inuenitur principale & ſecundarium. Principalis enim finis eſt finis vltimus, ſecundarius autem finis eſt bonum quod eſt ad finem. Similiter principalis cauſa agens eſt primum agens, ſecundaria verò cauſa efficiens eſt agens ſecundarium ſiue inſtrumentale. Spes autem reſpicit beatitudinem ſicut finem vltimum. Diuinum verò auxilium ſicut primam cauſam inducentem in beatitudinem. Sicut ergo non licet ſperare aliquod bonum præter beatitudinem, ſicut vltimum finem, ſed ſolum id quod eſt ad finem beatitudinis ordinatum, & ſic poteſt ſperari ſubſtātia tpalis a Deo haberi, & ſanitas & ſubleuatio in miſeriis & adeptio virtutum & hmōi inq̄tū pūt iuuare ad beatitudinē, & non aliter, itē ēt nō licet ſperare de hoīe aliquo vel de aliqua creatura ſicut de agēte primo ſeu de prima cauſa mouente in beatitudinem. Nā cōtra talem dī Hiere. 17. Maledictus vir qui confidit in hoīe. Licet autem ſperare de aliquo homine vel creatura ſicut de agēte ſecūdario & inſtrumētali per qđ aliqs iuuāt ad quæcūq; bona cōſequenda in beatitudinē ordinata, & hoc etiam modo ad ſanctos recurrimus ſperantes iuuari meritis & præcibus eorū, & ab hoibus aliqua petimus, ſperantes obtinere, & vitupātur illi, de quibus quis confidere non poteſt ad auxilium ferēdum, iuxta illud Hiere. 9. Vnuſquiſque a proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habet fiduciam.

§. 2.

Quia ēt in ſcōrū precib⁹, & meritis ſperare debemus.

¶ De

§.3. ¶ De actu ſpei data ſunt p̄cepta in veteri teſtō, iuxta illud Pſ.61. Sperate in eo omnis congregatio populi & in pleribus alijs locis. Non aūt expreſſa data ſunt in decalogo. Rō huius eſt, q̄a ſecundū b. Th. 2.2. q. 22. Præceptorum quę in ſacra ſcriptura inueniunt, quædā ſunt præambula legis, & quædam ſunt de ſubſtantia legis. Præambula quidem ad legem ſunt illa q̄bus nō exiſtentibus lex locū habere nō poſſet. Hmōi āt ſunt præcepta de actu fidei & de actu ſpei q̄a p actū fidei mens hoīs inclinat vt recognoſcat auctorem legis talē cui ſe ſubdere debet. Per ſpē verò p̄mii hō inducit ad obſeruantiā præceptorū. De ſubſtātia legis ſunt q̄ hoī iā ſubiecto ad obediendū parato imponunt pertinentia ad rectitudinē vitæ. Et ió ipſa p̄cepta ſtatim in ipſa latione legis ꝓponuntur ꝓ modū p̄ceptorū. Sed p̄cepta fidei & ſpei non erat ꝓponenda per modū præceptorū, q̄a niſi hō iā crederet & ſperaret, fruſtra ei lex ꝓponeret. Sed ſicut præceptum fidei fuit ꝓponendum ꝓ modum denūciationis vel cōmemorationis, vt dictum eſt, ita p̄ceptū ſpei fuit ꝓponendū ꝓ modum ꝓmiſſionis. Quia igit obedientibus præmia ꝓmittit ex hoc ipſo incitat eos ad ſpem. Vñ oia ꝓmiſſa quæ in lege cōtinent ſunt ſpei excitamina. Sed lege iam poſita ptinet ad ſapientes viros, vt nō ſolū inducāt homines ad obſeruantiā p̄ceptorum, ſed multo magis ad fundamentū legis. Et ió poſt primā legiſlationē in ſacra ſcriptura multipl̄r inducuntur homines ad ſperandū & per modū admonitionis vel p̄cepti, & non ſolū ꝓ modū promiſſionis. ¶ Quamuis enim natura ſufficienter inclinet ad ſperandū bonū naturæ ꝓportionatū humanæ. Ad ſperādū tñ bonum ſupnaturale oportuit induci auctoritate diuinæ legis partim ꝓmiſſis, partim admonitionibus vel p̄ceptis. Per ꝓmiſſiones āt poſitas i primo & quarto p̄cepto decalogi inducebant ad ſpē, licēt aliās in ipſo decalogo nō fieret de hoc præceptū rōne iā dicta. Contra ſpē ſunt vitia iſta duo, præſumptio & deſperatio, de quibus i 2. parte hr.

Quare nō ſunt data p̄cepta exp̄ſſa de ſpe in decalogo. Ratio.

§.4. ¶ Ad actum ſpei ſeu ad ſperandum adiuuant tres ſpecies meditationū ſeu conſiderationū.

Ad ſperādū ad iuuant tres cōſiderationes.

¶ Prima eſt conſideratio diuinæ bonitatis & largitas circa nos.

¶ Secunda eſt conſideratio noſtræ operoſitatis ſcilicet eorum quæ pro Deo agimus & ſuſtinemus nos.

¶ Tertio eſt conſideratio beatorum ſuffragiorum charitatis ſanctorum erga nos.

¶ Quantum ad primum dicit Ber. in quodam ſermone de ſeptē panibus. Tria cōſidero in q̄bus tota ſpes mea cōſiſtit. Charitatē adoptiōis veritatē ꝓmiſſionis ptātem redditionis. Scio cui credidi & certus ſū, q̄a in charitate nimia adoptauit me, q̄a verax eſt i ꝓmiſſione, q̄a potens eſt i exhibitione. Hic eſt funiculus triplex qui difficile rumpitur, quē nobis a patria nr̄a in hunc cacerem dimiſſum fi miter obſecro teneamus, vt ipſe nos ſubleuet trahat, & p tra hat vſq; ad cōſpectū gloriæ. Hęc Ber. Et de prīmo. ſ. charitate adoptionis dr. 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus vt filij Dei nominemur & ſimus. Multū hēt mouere hoīem ad ſperandū, hoc cōſiderando ꝙ Deus eſt pater noſter. Vñ gl. ſuper illud Matt. 6. Pater noſter, in hoc datur fiducia. Quid. n. negabit filiis qui iā dedit q̄ pater eſt? Lu. 11. Si vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filiis vr̄is q̄tomagis pater veſter &c. Ad hāc cōſiderationem. ſ. de ſpe veniæ & reconciliationis, multū facit parabola de filio prodigo reuerſo & recepto a patre ita feſtiuè. Luc. 15. de ſcdo. ſ. veritate promiſſionis patet in ſcriptura de multis, promiſſionibus Dei qui mentiri nō poteſt, ſed fidelis eſt in omnibus verbis ſuis, ad Rom. 15. Per patientiam & conſolationem ſcripturarū ſpem habeamus. Iaco. 1. Beatus vir qui ſuſtert tentationem, quoniam cū probatus fuerit accipiet coronā vitæ. Pſalmus. 118. Memor eſto verbi tui ſeruo tuo in quo mihi ſpem dediſti.

Sperādū eſt i Deo quia pr.

¶ Quoad tertiū poteſtas Dei cōſiderata multum poteſt iuuare ad ſperandum. Cum ei æq; facile ſit liberare a magnis piculis vt a paruis & ſaluare in multis & in paucis. Et ſolo verbo pōt ſuas implere promiſſiones. Eccle. 8. Sermo eius poteſtate plenus eſt. Item conſideratio q̄ ipſe eſt creator noſter dominus gubernator bonus & miſerator, multum habet inducere ad ſperandū. Artifex enim naturaľr amat opus ſuum, adeo vt vis poſſit audire q̄ ei detrahatur. Et ſic veriſimile eſt q̄ artifex omniū Deus amat ſua opera, præcipue hominem quē ad ſui immaginem & ſimilitudinem creauit. Gene. 1. Vnde ſperandum eſt ab eo qui dedit vt ſit q̄ paratus ſit ei dare vt bene ſit. Itē cum ſit dominus noſter, & naturaliter amāt homines q̄ ſua ſunt conſeruāt ea, & ſi perdiderint gaudent cum recuperauerint. Veriſimile ergo eſt q̄ Deus velit cōſeruare omnes qui ſunt boni & peccatores quos perdidit recuperare. Ad qđ facit parabola euangelica de centū ouibus & decē dragmis. Luc. 15. Et cum inrer homines debeat ſeruus domino fidem, vt ſcilicet ei in omnibus obediat, & dominus debet ſeruo vt ei ſubueniat, protegat, & defendat. Vñ certiſſime debet homo ſperare q̄ ab hoſte inuiſibili impugnatur ꝙ ſi tentatio ſit ſupra vires,

Sperādū eſt i Deo pp eius ptātem.

Deus ei

dens ei in succursum veniet, nec deseret eum nisi in culpa eius steterit, quia negligēs in mittendo ei nuncium orationis fuerit, vel infideliter vltro se reddiderit. 1. Corint. 10. Fidelis Deus qui non patitur & non permittet vos tētari supra id quod potestis, &c. Exemplum de beato Martino quando in alpibus incidit in latrones. Item cum Deus sit summe bonus, & displiceat ei malitia, verisimile est q̄ paratus sit iuuare eum qui vult deserere malitiam & habere bonitatem. Et cum summe sit misericors non minus vult misericors a miseria liberare q̄ ipsi velint liberari. Vñ Leo Papa multiplex misericordia Dei, ita lapsibus humanis subuenit vt non solum per gratiam baptismi, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternę, & de pe. dist. 1. multiplex.

§. 3. Sperandū ē de aliorum suffragijs.

¶ Secunda cōsideratio quæ excitat & iuuat nos ad sperandum est aliorum suffragium quod est triplex. s. Christi inquantum homo, virginis Mariæ, & beatorum aliorum angelorū & hominum. ¶ Quantum ad primum dicit Apostolus de Christo, ad Rom. 8. Qui etiā interpellat pro nobis. Et 1. Ioā. 2. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrē Iesum Christum Greg. in moral. Præbet apud Deum homini fiduciā Deus homo. Aug. de ciui. dei. Gratia Dei nō potuit gratius commendari q̄ vt ip se vnicus Dei filius in se incōmutabiliter manens indueret hominem, & spem dilectionis suæ daret hominibus homine medio quoad illum ab hominibus veneretur. Bern. Securū accessum ad Deum. s. per fiduciam habes o homo, vbi mater stat ante filium, filius ante patrem, mater ostendit filio pectus & vbera, filius ostendit patri latus & vulnera. Nulla ergo ibi poterit esse repulsa, vbi tot sunt amoris insignia. Item Hieronym. Dominus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis commixtionibus nasci nobis ex hoc magnam fiduciam præstans, vt qualiacunq; modo nascamur, dum tñ eius vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, dist. 56. Dominus.

Sperādū est i sanctorum suffragijs.

¶ Item suffragium quod pro nobis faciunt sancti & angeli multū habet incitare nos ad sperandum diuina beneficia. Vnde psalm. 120. Leuaui oculos meos in montes. i. ad sanctos, qui dicuntur montes pp contemplationem & perfectionem sperando inde auxilium, nó q̄ debeamus ab ipsis sanctis sperare obtinere gratiam vel dona, sed a domino meritis & precibus sanctorum, propterea subdit Ps. 120. Auxiliū meū a dño, &c. Si. n. sancti cum in mundo erant iuuabant miseros, præcipue cum se eis commendabāt, multo magis nunc sperandum est q̄ iuuant perfectiores in charitate. Vnde de beato Dominico canimus. O spem miram quam dedisti, &c.

Quare btā virgo dicit mr sanctæ spei.

¶ Quantum ad secundum notādum q̄ virgo Maria dicitur sanctæ spei. Ecc. 24. quia scilicet ipsa eam nobis procurat, & eius benignitatem & misericordiam considerando erga nos induxit nos ad spem diuini adiutorij, & in sequentia. Spes reorum es Maria peccatorum mater pia. Vnde ad Heb. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius vt misericordiam consequamur. Dicitur autem in quadam sequentia. Thronus veri Salomonis. i. Christi inquantum scilicet in ventre eius stetit, & in gremio eius paruulus sedit. Sicut autem ad thronum Salomonis ascendebatur sex gradibus ita ad virginem sex clausulis quæ continētur in angelica salutatione, de throno Salomonis quod erat eburneum & signat castitatem coopertū auro quod significat charitatem vt habetur 3. Regum 10. Sex sunt quæ possumus & debemus sperare, & ista ipsa procurat efficacissime nobis vt merito dicatur in antiphona. Salue spes nostra.

Sex sunt qua spe rare debemus a btā virgine.

¶ Et primum q̄ debemus sperare veniam & purgationem peccatorum. Iob 13. Si occiderit me, scilicet per contritionem sperabo in eū scilicet quòd parcat & veniam præstet. Et propterea dicitur beata virgo Maria mundatrix vitiorum. Aqua. n. mundat sordes. Gen. 1. Congregationes q; aquarum appellauit maria. Maria quasi mare Eccle. 1. Omnia flumina scilicet gratiarum intrat mare. i. in Mariam intrant. Vnde in prima clausula salutationis dicitur. Aue maria, aue. i. sine vectua lis peccati, vixit ipsa sola inter puras creaturas in muudo. Maria. i. mare mundans a peccatis meritis & precibus suis. Vnde in sequentia. Mediatrix hominum, ablutrixq; criminū peccatorum venia. ¶ Secundum quod debemus sperare est donorum & virtutum copia. Eccle. 24. Spes vitæ & virtutis. s. est in eo qui habet veram sapientiam secum. s. Deum. Et pp hoc dicitur archa thesaurorum. Heb. 9. fm tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum hñs archa &c. Archa ista significat virginem gloriosam in tabernaculo ecclesiæ triūphātis, in qua fuerūt & sunt mana dulcedinis grāe & pietatis virga potestatis, & tabulæ sapientiæ claritatis. Vnde dicit in secunda clausula grā plena. Ecc. 24. In me omnis gratia. Hiero. Cæteris sanctis per partes data est gratia. Mariæ verò plenitudo gratiæ se infundit, & Ber. De plenitudine eius oēs accipiunt, ipsa. s. non dante sed procurante. ¶ Tertium quod debemus sperare est gloria seu præmiū cœlorū. Prou. 10. Expecta-

tio iustorum lętitia. ſ. ſupernæ gloriæ. Diffinitur. n. ſpes q̃ eſt expectatio certa futuræ beatitudinis. Et pp hoc dicitur Regina cęlorũ repa ratrix angelorũ vt introducat illuc quem vult. Vnde dr̃ a Deo. Te. n. aſſumam & regnabis me cum. In figuram huius Heſter quæ interpreta tur humilis fuit aſſumpta in ſponſam & Regi nam ad regnandum cum Aſſuero rege monar cha mundi, qui interpretat beatitudo. Heſter. 1. Et iõ in tertia clauſula dr̃ dñs tecũ ad regnã dum. Et omnis honor qui fit matri reputat fi lius ſibi fieri. Ita enim dicit Anſelmus. Dilexit Deus pater virginẽ & filium vnigenitũ cõem fecit ſibi & virgini, vt ſicut ipſe ſm diuinitatẽ eſt naturalis eius filius, ita ſm humanitatẽ ſit naturalis virginis fili⁹. Dñs ergo tecũ. ¶ Quar tum qd̃ debemus ſperare eſt iuuamẽ & ſubleuatio a miſeriis & tribulationibus Prouer. 29. Qui ſperat in dño ſubleuabit. Et pp hoc dicit iuuatrix miſerorum ſeu mr̃ miſericordiæ Ber nar. Sileat miſericordiam tuam o beata virgo quicunq; in neceſſitatibus ſuis te inuocantem ſibi ſenſerit te defuiſſe. Dicitur etiã oliua ſpe cioſa in campis Eccle. 24. Vnde in quarta clau ſula dicitur. Benedicta tu in mulieribus. i. ſu per omnes mulieres. Cõmuniter mulieres sũt piæ, & miſericordes ad cõpatiendum. Et ideò dicitur Eccle. 36. Vbi non eſt mulier ingemi ſcit æger, quia. ſ. non ſic alii cõpatiuntur & iu uant. Sed beata Maria ſup omnes miſericors & ſubleuatrix eſt. In figuram Iudith liberauit populum a miſeria obſidionis illius Holofer nis cui in laude dictum fuit. Benedicta tu ſup omnes mulieres, tu gloria Hieruſalem &c.

Rõ qua re præci puè in btã Virgine ſpe rare de bemus.

¶ Quintũ eſt illuminatio in ambiguis & agen dis Pſ. 36. Spera in eo & ipſe faciet & educet quaſi lumen iudicium tuum. Et propter hoc dicitur beata Maria illuminatrix ſtella, vt in ſequentia. Aue maris ſtella. Angelus cõſilia na tus eſt de virgine, ſol de ſtella, ſol occaſum ne ſciens &c. Illuminauit aũt permaxime mediã te filio ſuo qui eſt lux vera quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mũdum. Vbi di citur in quinta clauſula. Benedictus fructus ventris tui. Per ipſum fuerunt patres q̃ erant in limbo a tenebris educti in lumen gl̃iæ. Ber nar. Reſpice ſtellam inuoca Mariam non rece dat ab ore. Ipſam ſequens non deuias. Ipſam rogans non deſperas. Ipſam cogitans non dein de erras. Non autem aliunde lumẽ nobis por rigit niſi per benedictum filium ſuum. ¶ Sex tum eſt auxilium & victoria in tentationibus cõtra Demones mundũ & carnẽ. Cõfidite q̃a ego vici mundum Io. 14. pſalm. 31. Sperantem in domino miſericordia circũdabit. Et ꝓpter hoc dicitur aduocata peccatorum in antipho na. Eya ergo aduocata noſtra. Ipſa aduocat in curia cœleſti contra Demones qui non ceſſant accuſare nos, & præcipue in hora mortis. Vn de dicitur virga Eſa. 11. Egredietur virga &c. quia ab ipſa percutitur Dyabolus, vt patet in multis exemplis. Et ideo in vltima clauſula dicitur Sancta Maria mater dei ora pronobis nunc & in hora mortis.

¶ Tertia cõſideratio quæ excitat in nobis actũ §. 6. ſpei eſt noſtræ operoſitatis, & iſta eſt triplex. Prima eſt operatio bonorum quæ facimus, Tertia pſal. 4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ & ſpera rõ qua te in domino. Sacrificium iuſtitiæ ſunt opera re ſpera virtuoſa quæ tunc ſacrificantur cum Deo de re debe bite offeruntur. Et inde homo ſumit ſibi au mus. daciam operandi. Pertinet etiam ad iuſtitiam contritio & confeſſio. Et vt dicit Ambr. Con feſſio ſpem ſaluandi tribuit, de pe. diſtin. 1. Ec ce nunc. ¶ Secunda eſt toleratio laborũ & tri bulationum ipſius amore Ro. 5. Tribulatio pa tientiam operatur, patientia probationem pro batio verò ſpem Greg. Bonorum mens quan to duriora pro veritate tolerat eo æternitatis p̃mia certius ſperat. Exemplũ vnius ex. 7. fra tribus qui cum pro obſeruatione diuinæ legis torqueretur, & mẽbris trũcaretur dixit. E cœ lo iſta poſſideo & pp Dei leges nunc hæc ipſa deſpitio qa me ea recepturũ ſpero. 2. Macha. 7. ¶ Tertia eſt perpetratio peccatorum, q̃ Deus Quòd tandiu expectat magnos peccatores, & tan etiã pec dem conuerſis magna dona largitur vltra ve catores niam peccatorum. Multũ hoc habet inducere ſperare ad ſpem vt conuerſio Magdalenæ, latronis, debent. Matthei, Pauli, Auguſtini, Manaſſe, Thaidis, Pelagiæ, Mariæ Egyptiacæ, & aliorum. Vnde Oſeæ. 2. dicitur. Dabis vallẽ Achor ad aperien dum ſpem. Vallis vbi concurrunt immũdicię & lutũ ſunt peccatores profundati in luto vi tiorum & terrenorum. Achor interpretat tur batio. Vallis ergo Achor eſt magnus peccator turbatus per pęnitentiam & cõpunctionem. Et iſti ſunt dati nobis ad aperiendum. i. ad dila tandam & ampliãdam ſpem in nobis de veniæ & gratia & gloria. Et valde notandum eſt q̃ cũ quis flagellatur vel tentatur, ſi non ita cito li beratur vt petit, non debet deſſidere a ſpe diui ni auxilii. Vnde Greg. 25. mora. exponens il lud Iob. Etiam cum dixeris non conſiderat iu dicare coram Deo & expectat eũ, ſic ait. Fortaſ ſe dũ clamor noſter ſi negligitur, ſpes quæ cor di inhereat infirmat ſuperna adiutoria de fu tura credimus, quia tardius ꝓpetramus ac pe ne inconſiderata Deo eſſe ingemiſcimus quæ multa toleramus. Sed cum iſta nos deſperatio

nis.

nis procella conturbat concussa mens citius in portum spei collocat se, si causas suas cum domino subtiliter, pensat, si bona eius ad memoriam reuocat, si mala qui bonis eius redidit apud semetipsam callidè non excusat. Si perpendit quid ab eo iuste meruit & quod clemẽter accepit, si vitam suam viuaciter discutit. Si ante Dei oculos omne ꝙd agit examinat, si semetipsam sibimet nõ abscondat. Si factam se quod non erat meminit. Si illuminatam se atq; subleuatam quæ in tenebris iacebat agno scit. Hæc ergo cuncta ī semetipsa recolligens dum bona accepta considerat aduersa q̃ tolerat non accusat, nec desperatiõe frãgitur quæ tantorum numerum consolatione roboratur, quia spem de futuri recipit deũ transacta beneficia recognoscit dicat itaq; etiam cum dixeris non considerat, scilicet deus iudicare coram eo, expecta eum, ac si diceret. Cum ideò certo deus considerare non creditur, quia tarde miseretur, intima cognitioni ingredere atque illuc coram eius oculis causæ tuæ iudiciũ suscipe, & quę ipse viuendo cõtulisti, vel quę misericorditer percepisti discerne, & tunc ad spei fiduciam redis dum bona tantæ benignitatis erubescis, quatinus inter aduersa fidenter expectas, quem & post delicta propitium recolis. Hæc Gregorius.

¶De obiecto spei scilicet beatitudine humanæ vitæ. Cap. tertium.

Quod necessarium est ponere vltimũ finem humanæ vitæ.

DE vltimo fine hũanę vitæ qui & beatitudo dicit quę est obiectum spei. Et primo sciẽdum ꝙ oportet necessariò ponere vltimũ finem humanæ vitę. Nam ſm beatum Thom. prima secundę quæst. prima. Impossibile est in finibus procedere in infinitum per se loquendo ex quacunq; parte. In omnibus enim quæ per se habent ordinem adinuicem oportet qđ remoto primo remoueãtur & ea quæ sunt ad primum. Vnde philosophus probat. 8. physico. qđ non est possibile in causis mouentibus procedere in infinitum, quia non esset primũ mouẽs quo subtracto alia moueri non posśt cum non moueantur nisi per hoc ꝙ mouẽtur a primo mouẽte. In finibus autem inuenitur, ordo duplex scilicet ordo intẽtiõis & ordo exe cutionis. Et in vtroq; ordine oportet esse aliqđ primum. Id enī quod ẽ primum in ordine intentionis est finis quasi principium mouẽs appetitum. Vnde subtracto principio appetitus a nullo moueretur. Id autem quod ẽ principium in executione est operatio. Vnde isto principio subtracto nullus incipiet operari aliquid. Principium autem intentionis est vltimus finis. Principium verò executionis est primum eorum quæ sunt ad finẽ. Sic ergo ex neutra parte possibile est in infinitum procedere, quia si non esset vltimus finis nihil appeteretur nec aliqua actio terminaretur, nec intẽtio agentis quiesceret. Si autem non esset primum in his quæ sunt ad finem, nullus inciperet operari nec determinaretur consilium, sed in infinitum procederet. Ea verò quæ nõ habet ordinem per se, sed per accidens sibiinuicẽ coniunguntur, nihil prohibet infinitatẽ habere. Causæ enim per accidens indeterminatę sunt. Et hoc ẽt modo conuenit esse infinitatẽ per accidens in finibus & in alijs quæ sunt ad fines. Et ideò si objiciatur ꝙ bonũ & finis est obiectum voluntatis, sed voluntas potest reflecti superse ipsam infinities, quia possum aliquid velle, & exinde me velle illud velle, & sic vlterius in infinitum ergo &c. Respondeo ꝙ illa multiplicatio actuum voluntatis reflexæ super seipsam per accidens se habet ad ordinem finium. Quod patet ex hoc quòd circa vnum & eundem finem indifferenter semel, vel pluries supra seipsam voluntas reflectitur. Sicut etiam in numerando ratio potest procedere in infinitum quia per accidens vnitas additur numero præexistenti. §.1.

Quilibet appetit suam perfectionẽ

¶Quod est impossibile ꝙ voluntas hoīs vnius simul se habeat ad diuersa seu tendat in plura vt vltimos fines. Huius rõ est secundũ b. Tom. 1.2.q.1. Quia cum vnumquodq; appetat suã perfectionem, illud appetit aliquis vt vltimũ finem quod appetit vt bonum perfectum, & completum sibiipsius. Vnde dicit Augusti. 19. de ciuitate Dei. Finem hominum nunc dicimus nunc ꝙ consummatur ut non sit, sed quo perficiatur vt plenum sit. Oportet ergo ꝙ vltimus finis ita impleat totum hominis appetitũ ꝙ nihil extra ipsum appetendum relinquatur quod esse non potest, si aliquod extraneũ ad ipsius perfectionem requiratur. Vnde non potest esse ꝙ in duo sic tendat appetitus ac si vtrunq; fit bonum perfectum ipsius. Item ad idem. Illud in quo quiescit aliquis sicut in vltimo fine hominis affectui dominatur, quia ex eo totius vitę suæ regulas accipit. Vnde de gulosis dicitur ad Philip. 3. Quorum deus venter est, quia scilicet constituunt finẽ in delitijs ventris, sed sicut dicitur Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire adinuicem scilicet nõ ordinatis, ergo impossibile est esse duos vltimos fines unius hominis adinuicem non ordinatos. Nec obstat quod August. dicit in 19. de ciuit. Dei, quosdam videlicet posuis-

se vltimum finem in quatuor, scilicet in voluptate pulchritudine, quiete, & huiusmodi principiis naturæ & virtute, quæ vtique sunt plura. Nam omnia ista plura accipiebant illi ratione vnius boni perfecti ex his constituti.

§.2. Quod oia appetũtur pp finẽ

¶ Quod omnia quę vult hõ, vult propter vltimum finem, quod probat beatus Thomas in prima secundæ. q. 1. duplici ratione. Et prima est, qa quicquid homo appetit, appetit sub ratione boni, quod quidem si nõ appetitur vt bonum perfectum quod est vltimus finis necesse ẽ qꝫ appetat vt tendens in bonum perfectum quia semper inchoatio alicuius ordinat ad cõsummationem eius. Sicut patet tã in his quæ fiunt a natura quam in his quæ fiunt ab arte. Et ideo hois inchoatio perfectionis ordinatur in consummatam perfectionem quę est per vltimum finem. Secundo, quia vltimus finis hoc modo se habet in mouendo appetitum sicut se habet in aliis motibus primũ mouens. Manifestum est autem qđ secundæ causæ mouentes non mouet nisi ꝑm qꝫ mouentur a primo mouente. Vnde secunda appetibilia non mouent appetitum nisi in ordine ad primum appetibile quod ẽ vltimus finis. Pro tertio potest induci auctoritas Aug. dicẽtis. 19. de ciui. dei. qꝫ illud est finis boni nri propter quod amantur cætera, illud autem propter seipsum. Quãuis aũt scientiæ speculatiuæ pp seipsas quærãtur, quæruntur tñ & appetunt vt bonũ speculantis qđ comprehendit sub bono cõpleto qđ' est vltimus finis.

Quod non requritur qđ sp cogitet actu de vlti. fi.

¶ Itẽ sciẽdũ qꝫ nõ oportet qꝫ aliqs sẽp cogitet de vltio fine qñcũq, aliqđ appetit vel opatur, sed virtus primæ intẽtionis q̃ est respectu vltimi finis, manet in quolibet appetitu cuiuslibet rei, ẽt si de vltimo fine actu nõ cogitẽt. Sicut qui vadit pviam nõ oportet qꝫ in quolibet passu cogitet de fine viæ. Si autẽ querat vtrum alia cõueniant i vltimo fine cũ creatura rõnali. Rñdet ꝑm beatũ Tho. qꝫ cum finis dicatur scđm phũm. 5. cuius & quo. i. res i qua rõ boni inuenitur & adeptio eius. Sicut finis auari est pecunia & adeptio eius. Primo ergo modo in fine oia conueniunt & talis finis est Deus qui est vltimus finis hois & omnium aliarum rerum. ¶ Secũdo modo sumendo finem scilicet pro adeptione seu consecutione finis, sic in fine vltimo hominis non cõi cãt creaturæ irrõnales. Nã hõ & alię creaturæ rõnales consequuntur vltimum finem cognoscendo & amando deũ quod nõ competit aliis creaturis quæ adipiscuntur vltimum finem in quantum participant aliquam similitudinem dei. 5. scđm qꝫ sunt vel viuũt vel agnoscũt, bitudo autem nominat adeptionẽ vltimi finis.

¶ Vtrum omnium hominum sit vnus & idem finis vltimus. Respondet beatus Thom. prima secundæ quæst. 1. qꝫ de vltimo fine possumus loqui dupliciter. Vno modo scđm rationem cũmunem vltimi finis. Et sic omnes homines cõueniunt in appetitu vltimi finis, quia omnes homines appetunt suam perfectionem adimplere quæ est ratio vltimi finis. Alio modo secũ dũ id i quo cõsistit ratio vltimi finis. Et sic non omnes conueniunt in appetitu vltimi finis. Nã quidam appetunt diuitias tanquã consummatum bonum, quidam voluptatem, quidam aliquid aliud. Sicut gustui delectabile est dulce, sed quibusdam maxime est delectabilis dulcedo vini, quibusdam dulcedo, mellis, quibusdam aliud. Illud tamen oportet esse delectabile melius simpliciter in quo maxime delectatur qui habet optimũ gustũ. Similiter illud bonum debet esse completissimum quod tanq̃ vltimum finem appetit hñs affectum bene dispositum.

§.3. An oẽs homines appetant beatitudinem.

Quod hoi conuenit agere qcqd agit pp finẽ

¶ Quod hoi conuenit agere quęcunq; agit propter finem. Rõ est scđm b. Tho. 1. 2. quia ille solæ actiões quę fiũt ab homine proprie dñr humanæ quæ sunt hominis in quantum est homo. Differt aũt hõ ab aliis creaturis irrationabilibus in hoc, qđ est dominus actuum suorum. Vnde illæ solę actiones vocantur humanę quarum homo est dominus. Est autem homo dñs actuum suorum per rationem & voluntatem. Vnde liberum arbitrium dr facultas voluntatis & rationis Illæ ergo proprie dicuntur actiones humanæ quæ ex deliberata voluntate procedunt. Si quę alię actiones cenueniant homini possunt dici hominis, sed non humanæ propriæ. Oẽs autem actiones quę procedunt ab aliqua potentia causantur ab ea secundum rationem sui obiecti. Obiectum autem voluntatis est bonum & finis. Vnde oportet qꝫ omnes actiones humanæ sint propter finem.

§.4. Etiam oẽs aliæ creaturæ agũt pp finẽ sed alr, & alr.

¶ Quod agere pp finem non solum conuenit homini, se d etiã aliis creaturis. Vñ phũs in 2. physicorũ dicit, qꝫ non solum intellectus sed etiã natura agit pp finẽ. Sed scđm beatũ Tho. vbi supra. Aliquid sua actione vel motu tẽdit ad finem dupliciter. Vno modo sicut seipsum mouens vt homo. Alio modo ab alio mouente ad finem, sicut sagitta tẽdit ad finem determinatum ex eoq; mouetur a sagittãte q̃ suam intentionem in finem dirigit. Illa autẽ quæ rationem habent mouent se i finẽ, quia habent dñium suorũ actuum per liberum arbitriũ. Illa quæ ratione carent tendunt finem per naturalem inclinationem quasi ab alio mota, nõ autem a seipsis cum nõ cognoscant rationem finis,

finis, & ideo nihil in finem ordinare possunt sed solum in finem ab alio ordinantur. Nam tota natura comparatur ad Deum sicut instrumentum ad agens principale. Et ideo propriū est naturæ rōnalis vt tendat in finem, quasi se agens vel ducens ad finē. Natura verò irrōnalis quasi ab alio acta vel ducta, siue in finem apprehensum sicut bruta animalia, siue in finem non apprehensum sicut ea q̄ carent omnino cognitione, & sic oīa agunt pp finē. Quod aūt hoc sit verū & necessarium probat sic b. Thom. Causarū ordinatarū si prima subtrahit necesse est alias subtrahi. Prima aūt inter oēs causas ē cā finalis. Cuius rō est, quia materia non cōsequitur formā nisi fm q̄ mouet a b agēte. Nihil n. se reducit a potentia in actum. Agens autem non mouet nisi ex intentione finis. Si. n. agens non esset determinatum ad aliquē effectum, non magis ageret hoc q̄ illud. Ad hoc ergo q̄ effectum determinatum ꝓducat, necesse est q̄ determinet ad aliquod certū, q̄ hēt rōnem finis. Hæc aūt determinatio sicut in creatura rationali fit p rōnalē appetitū q̄ dr̄ volūtas. Ita in alijs fit p inclinationē naturalē, quę dr̄ appetitus naturalis. ¶ Quod actus humani iquā tū morales sortiunt speciē a fine fm bea. Tho. vbi supra. Rō est, qa vnumquodq; sortit spēm fm actū & nō fm potētiā. Vnde ea q̄ sunt cōposita ex materia & forma constituunt in suis speciebus ꝓproprias formas. Actus aūt humani dicunt, vt dictū est inquantū ꝓcedūt a volūtate deliberata. Obiectū aūt volūtatis est bonū & finis, & ideo manifestum est q̄ & principiū humanorū actuū inquātū sunt humani est finis, siūr terminus eorundē. Nā id ad qđ̄ tendit actus humanus, est id qđ̄ voluntas intēdit tanquā finem sicut in agentibus naturalibus, forma generati est conformis formæ generantis. Et cum vnūquodq; hēat spēm a principio intrinseco, finis non est aliquid extrinsecū omnino ab actu, qa cōparat ad actum vt principiū vel terminus. Et hoc ipsum est de ratione actus vt. s. sit ab aliquo quantū ad actionē & sit ad aliquid quantū ad passionē. Secundum aūt qđ̄ est prior in intentione, sic ptinet ad voluntatē. Et hoc mō dat speciē actui humano siue morali. Itē vnus actus numero fm q̄ egredit semel ab agente non ordinatur nisi ad vnum finē ꝓximum, a quo hēt spēm. Sed pōt ordinari ad plures fines remotos, quorū vnus est finis alterius. Nihil aūt prohibet q̄ actus q̄ sunt idem fm speciem naturæ, sicut occidere pp iustitiam, & occidere propter odium sint diuersi secundum speciem moris. Nam primus est actus virtutis, secundus actus vitii, &c.

¶ *De beatitudinis quidditate, & multiplicitate. Cap. 4.*

DE beatitudine quæ est obiectū spei. Boe. ī 3. de conso. sic diffinit beatitudinem beatitudo est status oīum bonorum aggregatione pfectus, hanc aūt oēs naturaliter appetūt. Vnde ipse dicit q̄ oīs cura mortalium q̄ multiplicium studiorum labor exercet, diuerso quidē calle procedit ad vnum tñ beatitudinis finem nititur peruenire. Et Aug. in 10. de ciui. dei, in princ. ait Oīum hominū qui ratione quoquo mō vti pñt certa sententia est. Beatos esse oēs homines velle. Qui autem sint vel vnde fiant dum mortalis quæris infirmitas, multæ hinc controuersiæ concitatæ sunt in quibus philosophi sua ocia & studia contriuere. De beatitudine quid sit fm Boetium.

¶ Est aūt triplex bt̄itudo, quæ pōt notari ī illo versu Ps. 144. Beatū dixerūt populū cui hæc sunt, beatus pp̄s cuius dominus Deus eius. §. 1.

¶ Er prima est beatitudo falsa & deceptiua ibi Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. De triplicibeatitudine.

¶ Secunda est beatitudo imperfecta & dispositiua. ibi. b. po cuius dominus.

¶ Tertia est beatitudo perfecta & obiectiua, ibi, Deus eius.

¶ Quantum ad primum, vtiq; hoīes mūdi reputant beatum illum populum & illos homines qui abundāt temporalibus, de quibus fuerat locutus supra. Ps. Et aliq̄ reputant beatitudinē diuitias vt auari qa oīa faciunt vt cumulent diuitias, æstimantes illas vt summum bonum maius aliis. Ad hunc finem dirigūt oēm suum actum, affectum, cogitatum, studium, & laborem, pp hæc postponentes Dei mandata & sic magis nummum q̄ Deum diligētes. Vñ Apostolus appellat auaritiam idolorum seruitutē. Alii tanq̄ beatitudinē quærūt honores mundi, vt ambitiosi. Alii gloriam & famā vt vane glorioſi. Alii potētiam dominādi aliis, vt superbi. Alii carnales delectationes, vt luxurioſi. Alii conseruationem vitæ tpalis cum sanitate, & alij in aliis cōmodis ponunt beatitudinē, vt delitioſi. Alij in cognitione rerū vt philosophi curioſi. Sed cōtra oēs hos dicit dñs p Esaiā, c. 2. Populе meus q̄ beatū te dicūt. s. ꝓpter ista habita ipsi te decipiunt. Nam impossibile est in aliquo horū esse beatitudinem veram qđ̄ probat b. Tho. 1. 2. q. 2. ¶ Sed videt̄ q̄ hoc non sit verum. s. q̄ oēs appetant beatitudinem. Nullus. n. potest appetere quod ignorat, quia bonum apprehensum est obiectum appetitus, vt dicitur 3. de anima. Sed multi ignorant qđ̄ sit beatitudo, qđ̄ patet ex hoc, qa q̄dā posuerunt eam in voluptate corporis alii in Argumētū q̄ non omnes appetant beatitudinem.

diuitijs,& hmõi,ergo &c.Rñdet be.Tho.1.2.q.5.art.8.q̃ beatitudo põt dupliciter cõsiderari. Vno mõ ſm cõem rõnem beatitudinis. Et ſic neceſſe eſt q̃ oĩs hõ beatitudinem velit. Rõ aũt cõis beatitudinis eſt q̃ ſit bonum perfectum.Cum aũt bonum ſit obiectum voluntatis, pfectum bonũ alicuius eſt q̃ totaliter eius voluntati ſatisfaciat. Vnde appetere beatitudinem nihil eſt aliud q̃ appetere hoc q̃ volũtas eius ſatiet qd quilibet vult.Alio mõ poſſumus loqui de beatitudine ſm ſpecialem rationem, quantum ad id in quo beatitudo conſiſtit. Et ſic non oẽs cognoſcunt beatitudinem,quia neſciunt cui rei cõis rõ beatitudinis conueniat.

Solutio argumẽti.

Quidam. n. putant hanc reperiri in diuitiis, alii in voluptatibus,& hmõi, & p conſequens non oẽs appetunt beatitudinem.Rõ.n. pfectæ beatitudinis conuenit huic rei. ſ. viſioni diuinæ eſſentię.In hoc.n.eſt ſtatus oĩum bonorum perfectus,qui eſt beatitudinis. Vnde Chriſtus Io.17. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcãt te ſolum verũ Deũ,&c.Et hoc hẽt quietare appetitũ hoĩs.Vnde Pſ.16.Satiabor cum apparuerit gloria tua,hoc autẽ.ſ.videre Deum certum eſt q̃ multi non appetunt ſuper omnia alia, ſed magis alia terrena, vt patet in peccatoribus. Vñ & Deus p Hiere.ait 2.c. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ,& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas.

§.2.

¶Quod in diuitiis conſiſtat beatitudo hoĩs eſt impoſſibile.Rõ eſt ſm b.Tho.1.2.q.2. Beatitudo eſt vltimus finis hoĩs ad quem omnia alia ordinant & ipſe non ordinatur ad aliud . Sed diuitiæ non pñt eſſe vltimus finis hoĩs. Nam diuitiæ aut ſunt naturales,aut artificiales. Naturales dicunt quibus hoi ſubuenitur contra defectus naturales tollendos, vt cibus, potus, veſtimenta, vehicula, habitationes, & hmõi. Iſta aũt quæruntur non pp ſe ſed pp aliud. ſ. ad ſuſtentandum naturam hominis. Artificiales diuitiæ ſunt quibus natura nõ iuuatur ſm ſe vt denarii,ſed ars eos adinuenit pp facultatem cõmutationis,vt ſunt quaſi menſura q̃dã rerũ venalium. Iſte aũt diuitiæ artificiales non quærunt niſi pp naturales,non. n. quærerẽtur niſi per ea illa alia emerentur ad vſum vitæ. Neutræ ergo habent rationem vltimi finis hominis,ſed ipſe ordinantur ad hoĩem ſicut ad finem.Nam ordine naturæ omnia hmõi ſunt infra hoĩem & facta pp hominem. Iuxta illud pſ.8.Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Ergo in diuitiis non eſt vltimus finis hominis,nec p conſequens beatitudo. ¶Secunda ratio eſt,ſm Tho. quia bonum hominis conſiſtit magis in ꝛetinendo beatitudinẽ q̃ in emittendo ipſam, Sed bonum hominis circa diuitias magis cõſiſtit in emittendo,& euertendo q̃ retinendo,ẽt quantum ad Deum, pp quod Chriſtus dixit Matt.6.Nolite theſaurizare, &c. Theſaurizate aũt theſauros in cœlis.ſ. erogando indigentibus.Et quantum ad mundi honorem. Vnde Boe.3.de conſo.Diuitiæ diffundendo magis q̃ exaceruando melius lucẽt. Siquidem auaritia ſempodioſum,claros largitas facit.¶Põt aſſignari tertia ratio,quia beatitudo quietat & ſatiat appetitũ,ſm illud Pſ.16.Satiabor cũ apparuerit gloria tua.Sed diuitiæ non quietant appetitum.Io.4.Qui bibit ex hac aqua ſitiet iterum.Prouer.pe.Duæ ſunt ſanguiſugæ quæ dicunt,affer,affert.1.auaritia,& luxuria. Ambro. 47.di.ſicut hi ait.Nec ſatietas vnquam nec finis aderit cupiditati.Exemplum in Alex.,Magno qui hñs dominium mũdi, cum audiſſet a q̃buſdam philoſophis eſſe plures mundos,ſuſpirans,& illos alios deſiderabat.Eſt aũt appetitus diuitiarum artificialium infinitus,q̃a deſeruit concupiſcentiæ inordinatæ q̃ non modificãt ſm philoſophum. Aliter tñ eſt infinitum deſiderium diuitiarũ, aliter deſideriũ ſummi boni.Nam ſummũ bonũ quanto magis pfecte poſſidetur,tanto magis cognoſcitur ipſum & amat,& alia contemnuntur,quia quanto magis habẽt tanto magis cognoſcitur. Vnde Eccl. 24. Qui edunt me adhuc eſurient, &c. Sed in appetitu diuitiarum & quorumcunq; tẽporalium eſt contrarium. Nam cum non habẽtur appetuntur,quia æſtimãt magnũ bonũ in eis eſſe.Cum iam habentur ipſa cõtemnuntur, & alia deſiderantur.Et hoc ideo quia eorũ inſufficientia tunc magis cognoſcit cum habentur.

Alexandri magni cupiditas.

§.3.

¶Quod in honoribus conſiſtat beatitudo hominis eſt impoſſibile ſm b.Tho.1.2.q.2. Et rõ eſt, quia honor exhibetur alicui propter aliquam eius excellentiam,& ita eſt ſignum & teſtimoninm quoddam eius excellentiæ quę eſt in honorato.Excellentia autem hominis maxime attenditur ſecundum beatitudinem quę eſt hominis perfectum bonum & ſm partes eius.i. ſecundum illa bona ex quibus aliquid beatitudinis percipitur & participatur.Et ideo honor poteſt cõſequi beatitudinem. Sed principaliter in eo non poteſt cõſiſtere beatitudo. Et quia honor conſequitur beatitudinẽ, hinc eſt q̃ ſicut naturaliter deſiderat beatitudo ita naturaliter appetitur honor conſequẽs ipſam. Vñ Aug.in li.de ci.dei,allegãs Cic.ait. Honos alit artes q̃ ad ſtudia accedũt gĩa. ¶Scda rõ eſt ſm b.Tho.q.a beatitudo eſt ĩ ſbtõ, ſed honor nõ eſt in honorato ſed in honorãte, q̃ reuerentiã exhibet honorato, ſm philoſophũ 1. ethic.

Quod nec etiã in honoribꝰ rõnes aſſignant.

Ergo

Quia beatitudo non conſiſtit in diuitijs ponuntur tres rõnes.

Ergo nō in honore consistit beatitudo. Et si dicatur q̄ beatitudo non est præmium virtutis propter quam virtuosus operatur, sed honor ſm phūm in 4. Ethi. dicitur esse præmium virtutis ergo videtur q̄ in eo, consistat beatitudo. Rñ. b. Tho. q̄ phūs non dicit q̄ honor sit præmium virtutis ita scilicet q̄ ,ppter ipsum honorē habendum virtuosus. operetur sicut ,ppter beatitudinē, quia tunc non esset virtuosus sed ambitiosus. Sed dicit præmiū virtutis quo ad exhibentes honorem quia quasi non hnt homines q̄d maius dent, & sic virtuosus accipit honorē ab hominibus loco præmij. ¶ Tertia

Quod beatitudo nō cōueniat nisi pfectis.

rō est, quia beatitudo cum sit perfectum bonū nō cōgruit nisi bonis. Sed honorē cōmunis bonis & malis. Vñ Augu. dicit de malo prælato vel clerico. Et in exēplum culpa vehementer extendit cum pro reuerentia ordinis peccator honorat. di. 83. nemo. Et hoc tñ nō efficit. beatus sed confusibilis. Vñ Symmachus pap. 1. q. 1. ait. Vilissimus cōputandus est si sanctitate & scientia nō pcellit qui est honore præstantior. Quod autem deo & excellentissimis creaturis maxime exhibeatur honor. ſm illud. 1. Thi. 1. Deo honor & gl'ia hoc est in signū & testimonium excellentie pręexistētis in eis, non q̄ honor eos excellentes. Amam fuit valde honoratus, quia secundus post Assuerum & tamen malus, tandem suspensus est. Hester. 3.

Quòd nec etiā in gl'ia vel in fama.

¶ Quod in gloria humana seu fama cōsistat beatitudo est impossibile ſm. be. Tho. 1. 2. q. 2. Rō ē, q. ſm Ambro. gloria est clara cū laude notitia. Res autē cognita aliter cōparatur ad cognitionē humanā, aliter ad diuinā. Humana enim cognitio causatur a rebus cognitis sed diuina cognitio est causa rerum cognitarū. Vnde perfectio humani boni q̄ dicit beatitudo non potest causari a notitia humana sed magis notitia humana de beatitudine alicuius ,pcedit, & quodā modo causat ab ipsa beatitudine inchoata vel perfecta. Et ió in fama vel humana gl'ia non pōt consistere hominis beatitudo sed bonū hominis dependet sicut ex cā a cognitione dei. Et ió ex gloria q̄ est apud deum dependet beatitudo hominis sicut ex causa sua ſm illud ps. 90. Eripiam eū & glorificabo eū longitudine dierum &c. ¶ Sed a ratio est, quia beatitudo habet in se veritatem. Fama aūt seu gloriā tpalis habet in se frequenter falsitatem. Nam humana notitia sape fallitur, & pręcipue in cōtingentibus singularibus, cuius sunt actus humani. Multi enim credunt boni qui sunt mali. Vnde. Gre. ad Mauritium. Multa sunt quæ de dei iudicio homines ignorant. Nam quos vos laudatis ille forte reprehendet, & quos vos reprehendetis ille laudabit. 11. q. 1. sacerdotibus. Vnde Damasus papa qui fuit sanctus fuit infamatus de adulterio vt refert. Hierony. 2. q. 7. §. cum Balaam. in fine. Et Symon magus reputatus est deus a Romanis. ¶ Tertia ratio est, quia beatitudo est bonum permanens, vt de dicitur status. Sed gloria temporalis dicitur quid valde transitoriū. Esaias. 40. dicitur Omnis caro fenum, & omnis gloria eius qua si flos agri, quia vna die apparet, alia decidit & marcet. Vnde Boeti. O gloria gloria, quid aliud es q̄ in millibus hominum inflatio quædam aurium. Sedechias rex Israel fuit in magna gloria in regno suo, & postea captus exce catus dictus in Babyloniam in magna confusione. Hiereñ. vl. vnde non appræciand a in se. Greg. 10. q. 3. Inter verba laudantium & vitu perantium ad mentem semper recurrendum est. Et si sibi nō inuenitur bonum quod de nobis dicitur magnam tristitiam debet generare. Si autem ibi non inuenimus malum quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam resilire. Verum, vt dicit Augusti. ibi in ca. Non sunt audiendi ad ædificationē aliorū & tollendū scandalū debemus cōseruare bonā famā. Et cū qs potest debet declarare innocentiā suam cum iniuste infamatur.

Beatitudo ē bonū ,pmanens.

¶ Quod cōsistat beatitudo in potestate seu dominio ſm. b. Tho. 1. 2. q. 2. est impossibile. Et ratio est, quia potestas se habet ad bonū & malum. Multi enim male vtuntur vt frequentius, vt patet in Saule primo rege populi dei qui de optimo effectus est pessimus. Oēs etiam reges Israel fuerunt mali reges, etiam Iuda pro maiori parte, secūdū Aug. de ciui. dei. Beatitudo, autē est purum & pfectum bonum, & non potest quis vti male. Magis aūt potest cōsistere a liqua beatitudo in bono vsu potestatis quæ est per veritatem quā in ipsa potestate. ¶ Secunda ratio est, quia beatitudo non habet anxietatem, sed delectationem & securitatem, potestas autem terrena habet plurimum anxietatis & timoris. Vnde Gregori. Omne quod hic eminet plus mæroribus afficitur quam honoribus gaudet distin. 14 nerui, & Boe. 2. de cōsola. Potestas humana sollicitudinum morsus, expellere formidinum aculeos vitare nequit. Exemplum ponitur in illo domino qui fecit pendere gladium acutum filio tenui super caput amici recumbentis secum in mensa copiosissime præparata &c. ¶ Tertia ratio est quia beatitudo est bonum per se sufficiens & nod indigens alio, vt patet in primo Ethicorum ita quod ipsa adepta nullum bonum deficit homini necessarium. Sed habita ptāte

§. 5.

Quod nec etiā in potestate vl dñio.

adhuc multis indiget aliàs miser esset, nec eã tenere posset. Indiget enī seruitoribus officialibus & multis adiutoriis. Vnde & duæ potestates principales in ecclia scilicet imperialis seu regalis & pontificalis, vna indiget altera, vt dicit. Cryprianus di. 96. cūm ad verū, & 23. q. 5. c. principes. Et ptās imperialis frequenter adiuuit & defendit ecclesiam seu potestatem papalem, vt ptet di. 63. Adrianus, & ca. tibi dominо, & papa confirmat imperatorem.

§. 6.

Quia nec etiã in voluptatib.

¶ Quod in voluptatibus cõsistat beatitudo vera impossibile est. Et rõ est ſm. b. Tho. 1. 2. q. 2. Quia delectationes spũales sunt potentiores, corporalibus, sed in delectationibus spũalibus non consistit principalis beatitudo perfecta, ergo multo minus in corporalibus. Quod autem non consistat beatitudo principaliter in delectatione spirituali, probatur per hoc, quia in vnaquaque re aliud est quod pertinet ad essentiam rei, aliud est proprium accidens eius, sicut in homine aliud est quod est aīal rõnale, quod est risibile. ¶ Est autem considerandum q̃ oīs delectatio est quoddam proprium accidens qđ̃ consequit beatitudinem vel aliquam beatitudinis ptem. Ex hoc enim aliq̃s delectatur quod habet aliquod bonũ sibi conueniens in re vel in spe vel solum in memoria. Bonum autẽ conueniẽs si sit perfectũ est hoīs beatitudo ipsa. Si autem sit imperfectum est quædam beatitudinis participatio vel propinqua vel remota, vel saltem apparens. Vñ manifestum est q̃ nec ipsa delectatio quę consequit bonum pfectum est ipsa essentia beatitudinis, sed quoddã cõsequẽs ad ipsam sicut p se accidẽs, sed & voluptas corpalis non potest etiam mõ prædicto seq bonum pfectum, nã ipsa seq tur bonum qđ apprehendit sensus qui est vnitus animæ utens organo corpali. Bonum autẽ quod ptinet ad corpus & apprehendit ſm sensum nõ potest esse pfectum hoīs bonum. Cũ enī ps aīæ quæ est absoluta ab organo corpali vt intellect⁹ habeat quãdã infinitatẽ respectu ipsius corporis, & ptium aīę corpis cõcreatarũ sicut ímateri alia sunt quodãmodo infinita respectu materialium. Nam vlẽ quod cognoscit intellectus est absolutum a materia, & cõtinet sub se, quasi infinita singularia, iõ bonũ cõueniens corpori quod p apprehẽsionem sensus causat delectationẽ corporalẽ, non est pfectũ. bonũ, sed quoddam minimũ in comparatione ad bonũ aīæ. Et sic voluptas corporalis nõ põt esse ipsa beatitudo, nec p se accidens beatitudinis. ¶ Secunda rõ est quia beatitudo vera est p

Voluptates corpria creaturę rõnalis cuius est capax p rõnem vel intellectum. Voluptates aũt corporales sũt cões nobis & brutis. Vnde & Boet. dicit q̃ si voluptates nos beatos efficere possent nihil causæ est quin pecudes quoq; beatę esse dicantur, sed hoc absurdum est dicere. Est aũt vehemẽs appetitus delectationis sensibilis contingens, ex hoc q̃ operationes sensuum quę sunt principia nostrę cognitionis sunt magis perceptibiles, vnde a pluribus appetuntur q̃ delectationes spirituales. Et quia sunt magis notæ, ideo sumpserunt sibi nomen voluptatis secundum phũm in 7. Ethi. Eo autem modo omnes appetunt delectationem quo appetunt bonũ. Nam delectatio est quies in bono desiderato tamen delectatio appetitur ratione boni & nõ econuerso. Vñ nõ sequitur q̃ delectatio sit maximum & per se bonum, sed q̃ vnaquæq; delectatio consequatur aliquod bonum & maxima delectatio & summa, sequitur summũ bonum habitum. ¶ Tertia ratio est q̃ beatitudo cum sit perfectum bonum, nulli põt esse nociua. Sed voluptates sunt nociuæ aīæ & corpori. Vnde Boe. in 3. de cõso. Tristis esse exitus voluptatum quisquis libidinum suarum reminisci voluerit intellige, & Sene. Plures occidit voluptas q̃ gladius. Et Hier. q̃ Galenus dicit. Athletas quorũ vita & ars sagina est non diu viuere posse nec sanos esse, aiasq; eorum inimio sanguine & adipe quasi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cæleste cogitare, sed semp de carnibus eructare, & ventris ingluuiem cogitare de conse. di. 5. ne tale. Et Greg. dicit. Salomon quippe ex inordinato amore fæminarũ, & vsu & ad hoc vsq; perductus est vt & templa idolis construeret. 32. q. 4. Salomon.

Delectatio quid sit.

§. 7.

¶ Quod in sanitate & quiete corpis & optima dispositione consistat beatitudo est impossibile. Et prima ratio est ſm. b. Tho. 1. 2. q. 2. qa impossibile est q̃ illius rei quę ordinatur ad aliud sicut ad finem, vltimus finis sit conseruatio eius in esse. Sicut nauis q̃ ordinatur vt ad finem ad nauigationẽ, finis eius vltimus non ẽ cõseruatio eius sed nauigatio. Et hoc intẽdit principaliter gubernator eius. Manifestum est aũt q̃ homo ordinat ad aliquid extra se sicut ad finẽ. Nõ enī homo est summum bonum ad quod inclinat per naturalem appetitum eius. qa vt dicit Boe. Inserta est mentibus hominũ naturaliter veri summiq; boni cupiditas. Vñ impossibile est q̃ vltimus finis voluntatis & rationis sit conseruatio sui esse. Vñ Eccl. 15 dicitur, q̃ deus ab initio constituit hominem, & reliquit eũ in manu consilii sui, id est liberi arbitrii, ex quo ordinat se ad finẽ & eligit ea quæ sunt ad finem. ¶ Secunda ratio est, quia dato q̃ finis rationis & voluntatis esset conseruatio sui,

Quia nec etiã in sani a te triplici rõne.

sui, adhuc tamen non posset dici q̃ finis hominis esset aliquod bonũ corporis. Esse enim hominis cõsistit in aia & corpore & q̃uis esse corporis dependeat ab aia nõ tamen ecõuerso esse animæ dependet ab esse corporis. Et ipsum corpus est propter aiam, sicut instrumẽtũ ꝓpter motorem, vt per hoc ipsum suas actiones exerceat. Vnde oia bona corporis ordinant ad animam, & bona eius sicut ad fine. Et ideo est impossibile, q̃ in bonis corporis cõsistat beatitudo, quæ est vltimus finis hominis. Ad qd etiã facit quod dicit Augu. q̃ maius dãnum est in amissione vnius animæ q̃ mille corporum. 22. q. 3. si habes. ¶ Tertia ratio est, qa fm beatitudinem homo excellit omnia aialia, sed fm dona corporis homo a multis animalibus superatur, sicut ab elephante & fœnice in diuturnitate vitæ, a Leone in fortitudine, a caprea & ceruo velocitate, ab aquila & lince in visus acumine, a cane in odoratu, ab aranea in leuitate tactus, & huiusmodi.

§. 8. Quia nec etiã in cognitione cuiuscunque rei, nisi imperfecta cognitiõe Dei.

¶ Quod beatitudo perfecta nõ consistat essentialiter in cognitione quacunq; vel cuiuscũq, rei nisi perfecta cognitione dei. Et q̃ non consistat in cognitione sensitiua quacunq;. ¶ Probatur ex hoc fm bea Tho. 1. 2. q. 3. Nam beatitudo hominis consistit essentialiter in cognitione ipsius ad bonum increatum, quod est vltimus finis, cui homo coniungi non potest per operationem sensus, quia spiritus ẽ deus. Bruta etiam animalia cum communicent nobis, in sensitiua operatione, si in hoc consisteret beatitudo essent & ipsa beata, quod est absurdum dicere. Item beatitudo est saciatiua, sed vt dicitur Eccle. 1. Non saciatur oculus visu nec auris auditu, & sic de aliis.

§. 9. Nec in opatione intellectus.

¶ Quod non consistat beatitudo perfecta in operatione intellectus practici probatur ex hoc fm b. Tho. vbi supra, q̃ intellectus actus practici non quæritur propter seipsum, sed propter actionem. Ipse etiam actiones ordinantur ad aliquem finem, sed vltimus finis cuius, est beatitudo perfecta non quæritur propter aliud, sed propter se. Item quia beatitudo consistit in operatione hominis fm philosophum & in optima operatione, optima operatio hominis est optimę potentiæ respectu optimi obiecti. Optima autem potentia est intellectus, cuius optimum obiectum est bonum diuinũ, quod non est obiectum intellectus practici, sed speculatiui. Item in his quæ pertinent ad vitam actiuam ad quam ordinatur actio intellectus practici communicant nobiscum animalia bruta aliqualiter, quæ tamen non sunt capacia beatitudinis. Vnde patet quod beatitudo nõ cõsistit in actione practici intellectus.

¶ Quod non consistat in cognitione speculatiuarum scientiarum beatitudo, probatur fm bea. Tho. vbi supra. Primo quia dns dicit Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua. Et loquitur de sapientia scientiarum secularium. Sed de perfecta beatitudine est gloriandum, ergo &c. Ratio est ad hoc, quia consideratio speculatiuæ scientiæ non se extendit vltra virtutem principiorum illius scientiæ, qa in principiis scientiæ virtualiter tota scientia continetur. Prima aũt principia speculatiuarũ scientiarũ sunt accepta per sensum vt patet in fine posteriorum. Vnde tota cõsideratio speculatiuarum scientiarum non potest vltra extendi quam sensibilium cognitio ducere potest. In cognitione autẽ sensibilium non potest consistere beatitudo quæ est vltima perfectio hominis. Non enim aliquid perficitur aliquo inferiori nisi fm q̃ in inferiori est aliqua participatio superioris. Manifestum est aũt q̃ forma lapidis vel cuiuscunq; rei sensibilis est inferior homine. Vnde per formam lapidis non perficitur intellectus inquantum est talis forma, sed inquantum participatur aliqua similitudo alicuius, qd est supra intellectum humanum. s. lumen intelligibile vel aliquid huiusmodi. Per sensibilia autem non possumus deuenire in cognitionem substantiarum separatarum. Omne aũt quod est per aliud reducitur ad id quod est per se. Vnde oportet qd vltima perfectio hominis sit per cognitionem alicuius rei, quæ sit supra intellectum humanum. Itẽ beatitudine nullus potest male vti, sed consideratione scientiarum speculatiuarum in præsenti multi abusi sunt, & abutuntur in superbiam, sicut philosophi qui cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt &c. ad Roma. 1. elati per superbiã & Hiero. fuit dire flagellatus, quia nimis inordinate & affectuose vacabat tali studio, vt habetur dist. 37. legimus.

§. 10. Nec ĩ cognitione speculatiuarũ scientiarum

¶ Quod non consistat beatitudo perfecta in cognitione substantiarum separatarum, idest angelorum, probatur ex hoc secundum beatum Thomam, vbi supra. Quia dominus dicit Hierem. 9. In hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me. Et non dicit scire angelos. Item ratio est ad hoc, quia perfecta hominis beatitudo non consistit in eo quod est perfectio intellectus sẽm alicuius participationẽ, sed in eo quod est per essentiam talem. Manifestum est autem q̃ vnumquodq, intantum est perfectio alicuius potentię inquantum ad ipsum pertinet ratio proprii obiecti illius potentiæ.

§. 11. Nec ĩ cognitiõe substantiarũ separatarum.

tentiæ. Proprium aũt obiectum intellectus est verum. Quicquid ergo habet veritatẽ participatã cõtemplatam nõ facit intellectũ pfectum vltima pfectione. Cũ ãt sit eadẽ dispositio rerum in esse sicut in veritate quæcũq; sunt entia per participationẽ sunt vera per participationẽ. Angeli aũt habent esse participatum, qa solius dei esse suum est sua essẽtia. Vnde relinquit q̃ solus deus sit veritas p essentiã & eius cõtemplatio pfecta qualis hĩ in patria facit pfecte beatũ. Aliqualẽ aũt beatitudinẽ imperfectam fm b. Tho. nihil prohibet attendi in contemplatione angelorũ. Et similiter ĩ consideratione scientiarũ speculatiuarũ, minorẽ tñ quã in cognitione angelorũ. Vtraq; autẽ maiorem in cõtẽplatione diuinorũ, quæ tñ nõ põt haberi nisi impfecte. Sic igit beatitudo qualis hic haberi põt, primo consistit in cõtẽplatione, secũdario in operatione intellectus practici ordinantis suas actiones & passiones. Operationes aũt sensus ad beatitudinẽ possunt ptinere nõ q̃dẽ essentialiter sed antecedenter & cõsequẽter. Antecedẽter q̃tũ ad beatitudinẽ impfectã quæ haberi põt ĩ via, quia videlicet operatio intellectus prexigit operationem sẽsus cũ oĩs nostra cognitio ortũ habeat a sensu, vt dicit phũ. Cõsequenter qa in illa pfecta beatitudine quę expectat in cœlo post vltimam resurrectionẽ ex beatitudine aiæ fiet quędã influẽtia in corpus & in sensus corporeos, vt in suis operationibus perficiant. Non aũt opatio intellectus qua deo cõiũget depẽdebit a sẽsu.

§. 12. An Beatitudo cõsistat ĩ aliqua bono creare.

¶ Vtrum beatitudo pfecta cõsistat ĩ aliquo bono creato siue bono aiæ siue alio. Rñ. ad hoc b. Tho. 1. 2. q. 3. q̃ beatitudo est vltimus finis hominis, sed finis dupliciter dr̃. Vno mõ ipsa res q̃ adipisci desideramus. Alio mõ vsus seu adeptio & possessio illius rei. Si ergo loquamur de vltimo fine hoĩs q̃tum ad ipsam rem q̃ appetimus vt vltimũ finẽ, impossibile est q̃ vltim⁹ finis vel beatitudo sit ipsa aĩa vel aliqd eius. Et rõ est, qa ipsa in se considerata est vt in potentia existens. Fit. n. de potentia sciente actus sciens. Et de potentia virtuosa actu virtuosus. Cum aũt potentia sit pp actũ sicut pp cõplementũ est impossibile q̃ id quod est ẽm se, in potentia existens habeat rõnem vltimi finis.

Anima non est vltimus finis suiipsius.

Vnde impossibile qd̃ aĩa ipsa sit vltimus finis suiipsius. Similiter nec aliq̃d eius potest esse finis eius siue sit potẽtia siue habitus siue actus. Et rõ est quia bonũ qd̃ est vltimus finis est bonũ perfectũ cõplens appetitũ. Appetitus autẽ humanus qui est volũtas est boni vniuersalis. Est enim obiectum volũtatis bonũ vniuersale, sicut obiectũ intellectus ẽ verum vniuersale. Quodlibet aũt bonum inhẽrens ipsi aĩæ est bonum participatũ, & per cõsequẽs bonũ particulatum, sic nõ potest esse vltimus finis hoĩs seu beatitudo. Et eadẽ ratio est de quolibet bono creato extra aĩam existẽte. Cum enim oĩs creatura habeat bonitatem participatã & bonum vniuersale nõ inueniat in aliquo creato, sed solum in deo, ideo nihil põt quietare volũtatem hoĩs nisi solus deus qui est bonum vniuersale. Vnde Ps. 102. Qui replet in bonis desiderium tuũ. Et Aug. in li. confes. Fecisti nos dñe ad te, & inquietũ est cor nostrũ donec requiescat in te. Et quãuis homo qui dicitur minor mũdus ordinet ad vniuersum qd̃ dicitur mũdus maior sicut pars ad totum, non tamen sequit̃ q̃ vniuersum sit vltimus finis hominis. Hoc enim esset si ipsum vniuersum nõ ordinatur ad aliud sicut ad finẽ. Sed quia vniuersitas creaturarũ ordinatur ad Deum sicut ad finẽ oium, ideo etiã vltimus finis partis ẽ Deus. Item q̃uis per hoc homo efficiatur beatus qd̃ eius desiderium quietat̃, sed naturale hoĩs desiderium non extenditur ad maius bonum q̃ sit ipse capax, est sciendum q̃ etsi bonum creatum non est minus q̃ bonum cuius homo est capax vt rei intrinsecæ & inherentis, est tamẽ minus q̃ bonum cuius est capax vt obiecti qd̃ est infinitum. Bonum autem participatum ab angelo & vniuerso toto est bonum contractũ & finitum. Sed loquẽdo de vltimo fine hominis quantum ad adeptionem ipsam vel possessionem seu quemcunq; vsum rei quæ appetitur vt finis sic ad vltimum finem pertinet aliquid hoĩs ex parte animæ, quia hõ per aiam beatitudinem consequitur. Res ergo ipsa quæ appetitur est id in quo beatitudo consistit, & quod facit beatum, sed huius rei adeptio vocatur beatitudo & finis hominis. Exemplum in auaro cuius finis dicitur pecunia, vt res quæ diligitur ab eo, & etiam possessio pecuniæ, vt vsus illius rei, & sic beatitudo est aliquid animæ. Sed id in quo consistit beatitudo est aliquid extra animam. Et secundum hoc dicit Augu 19. de ciui. dei q̃ sicut vita carnis anima est, ita beata vita animæ Deus est. De quo dicitur psalmus. 143. Beatus populus cuius dominus Deus eius.

Quod nihil qetare hominẽ nisi solus deus potest. Ratio ponitur.

¶ *De dispositiuis ad beatitudinem.* Cap. 5.

SEquitur de beatitudine dispositiua qua scilicet disponitur homo ad perfectam beatitudinem. Et potest notari ibi cũ dicitur. Beatus populus cuius dñs deus eius. i. illi qui deũ verum habent pro dño, vt. s. sint ei subiecti vt serui

vt ſerui dño, & obediãt mãdatis eius, illi ſunt beati in vita iſta. ſ. beatitudine vera ſed imperfecta, diſpoſitiua tñ ad perfectam, de qua Pſ. 118. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi. Et Chriſtus dicit Ioann. 13. Scitis hæc. Beati eritis ſi feceritis ea. Eſt aũt beatitudo diſpoſitiua operatio virtuoſa, ꝓcedẽs a dono ſpiritus ſancti. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. 1. 2. q. 69. ꝙ vt ſupra dictũ eſt beatitudo eſt vltimus finis humanæ vitæ. Dr autem quis iam finem habere ꝓpter ſpem finis obtinendi. Vnde & ſm phũm in 1. Ethi. Pueros dicimus beatos propter ſpem. Et Apls ad Roma. 8. ait. Spe ſalui facti ſumus. Spes autem de ſine cõſequendi exurgit ex hoc ꝙ hõ cõuenienter mouet ad finẽ & appropinquat ad ipſum qđ vtiq; fit per aliquam actionẽ. Ad finem aũt beatitudinis mouetur aliquis & appropinquat per actiones donorũ, ſi loquamur de beatitudine æterna, ad quam ratio non ſufficit, ſed in eã ducit ſpiritus ſanctus ad cuius ſequelam & obdiẽtiam per dona perficimur. Es ideo beatitudines diſtinguũtur a virtutibus & donis nõ ſicut diuerſi habitus diſtincti ab eis, ſed ſicut actus diſtinguunt ab habitibus. Diſtinguit autẽ hic operatio in ſeptem partes, quæ ſunt pauptas ſpiritus, mititas, luctus eſuries & ſitis iuſtitiæ, miſericordia, mũditia cordis, & pacificatio quæ habentur Mat. 5. Et q̃is iuſtitia & miſericordia & miritas. i. manſuetudo hic numerata videantur eſſe virtutes, attribuuntur tamẽ donis, quia etiã dona cũ ſint pfectiora virtutibus cardinalibus perficiunt, enim hoiem circa omnia quæ perficiunt ipſæ virtutes. Et ſic non hic ſignificatur habitus illarum virtutum ſed actus donorum a ſpiritu ſancto ꝓcedentes.

Beatitudo ẽ vltimus finis humanę vitæ.

Quõ diſtinguũtur btĩtudines a virtutibꝫ & donis.

§. 1. ¶ Sunt autẽ ſeptem beatitudines ſicut ſunt ſeptem dona ſpũſſancti. Vnde Aug. de ſermone dñi in monte ſingulas beatitudines ſingulis attribuit donis, videlicet dono timoris, paupertatẽ ſpũs, qua quis ſe Deo humiliat, quo deiici tur ſuperbia. Dono pietatis mititatem ſeu mã ſuetudinem. Præcipue enim ad manſuetudinẽ mouet reuerentia ad Deum quæ pertinet ad pietatẽ. Nã pietas eſt Dei cultus ſm. Augu. hac aũt frangitur ira. Dono ſcientiæ attribuit luctus, quia per ſcientiam homo cognoſit defectus ſuorũ actuũ & rerum mũdanarum, vñ moueri habet ad luctũ, ſm illud Eccle. 1. Qui addit ſcientiã addit dolorẽ, hac aufert auaritia. Dono fortitudinis eſuries & ſitis iuſtitiæ, ad hãc. n. ꝓcipue mouet animi fortitudo. ſ. ad opa iuſtitiæ exercẽda & nõ deſiſtẽdũ ꝓpter laborem. Et hac ꝓſternit accidia. Dono cõſilii attribuitur miſericordia, qa ad miſerãdũ præcipue mouet cõſiliũ Dei. Dan. 4. Placeat tibi conſiliũ meũ, peccata tua eleemoſynis redime &c. Et hac deuincitur inuidia q̃ nõ hẽt cõpaſſionẽ. Dono intellectus attribuit munditia cordis, quo gula abiicit, quæ hebetat intellectum ꝓp fumoſitates. Dono ſapiẽtiæ purificatio, hac ocidit luxuria, qa guſtata ſuauitate ſpũſſancti qđ fit per ſapientiã, deſipit ois caro ſm Bern. ¶ Vbi ſciendũ ꝙ cũ hõ perficiat p vitã actiuã & contẽplatiuã per quinq; dona priora pficit in actiua, & actus donorũ ipſorũ quinq; exprimunt in ipſis meritis beatitudinũ. Vñ dicitur. Beati pauperes, beati mites &c. hæc. n. ſignificant actus. Sed per alia duo. ſ. intellectũ & ſapientiã pficitur in contẽplatiua, ea verò quæ ptinent ad contẽplatiuã vitã vel ſunt pfecta beatitudo finalis vel aliqua inchoatio eius, & ideò non ponunt ipſi actus contẽplatiuæ tanq̃ merita in ipſis beatitudinibus, ſed tanq̃ ꝓmitdum dicit. Qm̃ ipſi Deũ videbunt, quoad primum, & qm̃ filii Dei vocabunt, quoad ſcdm, ĩ quibus conſiſtit beatitudo. Ponunt aũt in ipſis duabus beatitudinibus vltimis tanq̃ merita effectus vitæ actiuæ, quibus homo diſponitur ad vitã contemplatiuã. ſ. mundicia cordis qua pficit in ſeipſo & pacificatio qua perficit quo ad proximum. Quod autem ponitur pro octaua btĩtudine. ſ. beati qui perſecutionẽ patiunt propter iuſtitiã, qm̃ ipſorũ eſt regnum cẽlorũ, nõ facit aliam diſtinctã de per ſe ab aliis, ſed eſt ſm b. Tho. vbi ſupra, quædã confirmatio & manifeſtatio omnium præcedentium. Ex hoc n. ꝙ aliquis eſt firmatus in paupertate & mititate & aliis ſequẽtibus prouenit ꝙ ab his bonis propter nullam ꝓſecutionem recedit, vnde octaua illa pertinet ad ſeptẽ præcedentes. Et perſecutionem quidẽ patiunt hoies dupliciter videlicet vel ab infidelibus & tyrannis exteriorem, vel a prauis fidelibus per publica mala, vt habetur. 7. q. prima. §. eſt & aliud. Item non eſt contra prædicta quod Lucas. 6. ca. referens beatitudines a Chriſto exꝑſſas ponit tm̃ quatuor, quia ſcdm beatum. Tho. Mattheus narrauit ſermonem dñi factum in monte diſcipulis, vbi ſeptẽ expreſſit beatitudines quas Auguſti. attribuit donis tanq̃ perfectioribus hominibus. Lucas verò narrat alium ſermonem factum turbis in loco campeſtri, vnde beatitudines narrantur ab eo ſm capacitatem turbarum quæ ſolã voluptuoſam & tẽporalẽ beatitudinẽ nouerant. Vnde dñs per illas quatuor beatitudines expreſſas excludit quæ ad prædictam beatitudinẽ terrenam pertineret videnẽ, quorũ primum eſt vt bene ſit homini q̃tũ ad abundantiam bonorũ exteriorum, qđ excludi

De con uenientia btĩtudinis cũ donis.

De hoc ꝙ videtur euãgeliſtæ diſcordare quo ad numerum beatitudinum.

tur

tur per hoc quod dicit. Beati pauperes. Secdm est vt bñ sit homini in cibis & potibus, qđ excluditur cum dr. Beati qui esuritis. Tertium vt bñ sit ei quantum ad cordis iocunditatem, qđ tollitur cum dr. Beati qui lugent. Quartum vt bñ sit ei q̃tum ad exteriorem hoium fauorem qđ aufertur cum ait. Beati eritis cum vos oderint hoies. Vnde Amb. attribuit has virtutibus cardinalibus. Paupertatẽ dicit ꝓtinere ad temperantiã quæ illecebrosa non quærit esurię iustitiæ. q̃a qui esuriunt compatiunt & cõpatiendo largiunt. Fletũ ad prudẽtiam, cuius est flere occidua. Patiodium hoium quo. s. quis oditur ab alijs ꝓp bonum, ad fortitudinẽ ptinet. ¶ Beatitudines ãt septẽ quæ ponunt. Matth. 5. §. 2. cõueniẽtissime enumerant ſm btm. Tho. 1. 2. q. 69. Ad cuius euidentiã considerandũ est q̃ triplicẽ beatitudinem aliqui posuerũt. Quidã enim posuerunt beatitudinem in vita voluptuosa. Quidã in vita actiua. Quidã in vita cõtẽplatiua. Hæ autẽ beatitudines diuersimode se hñt ad beatitudinem futuram, cuius spe dicimur hic beati. Nã btitudo voluptuosa q̃a falsa est & rõni cõtraria, impedimẽtũ est futuræ beatitudinis. Beatitudo verò actiuæ vitæ ẽ dispositiua ad beatitudinem futuram. Beatitudo aũt cõtẽplatiua si sit perfecta est ipsa beatitudo futura essentialiter, si sit imperfecta est q̃dam incoatio eius. Vnde dñs proposuit quasdam beatitudines quasi remouentes impedimentũ beatitudinis voluptuosæ. Cõsistit enim vita voluptuosa in duobus. Primo in affluentia bonorum exteriorũ quæ sunt diuitię & honores, a quibus retrahitur homo per virtutẽ, sicut moderate eis vtatur. Per donum autem excellentiori modo, vt. s. homo totaliter ea cõtemnat. Vnde prima beatitudo ponitur. Beati pauperes spiritu, quod potest referri vel ad cõtemptum diuitiarum, & sic exponitur pauperes spũ. i. voluntate, vel ad contemptum bonorum, qđ fit per humilitatem, & sic exponit a Greg. pauperes spũ i. humiles. Secundo vita voluptuosa consistit in sequendo proprias passiones siue irascibilis siue concupiscibilis. A sequela autem irascibilis retrahit virtus, ne homo superfluat in eis ſm regulam rationis. Donum autem excellẽtiori modo, vt. s. homo ſm voluntatem diuinam totaliter ab eis tranquillus reddatur. Vnde secunda beatitudo ponitur. Beati mites. A sequela autem passionum concupiscibilis retrahit virtus moderate huiusmodi passionibus vtendo. Donũ verò si necesse fuerit totaliter eas abiciendo, quinimo si necessarium fuerit voluntarium luctũ assumendo, vnde tertia beatitudo est. Beati qui lugent. Actiua verò vita in his præcipue cõsistit quæ proximis exhibemus, vel sub rõne debiti, vel sub rõne spontanei bñficij, & ad primũ qdẽ nos virtus disponit, vt ea quæ debemus ꝓximis non recusemus exhibere, qđ pertinet ad iustitiam. Donũ autẽ ad hoc ipsum abũdãtiori quoddã affectu nos inducit, vt sicut feruẽti desiderio esuriẽs & sitiẽs capit cibũ & potũ, sic feruẽti desidetio iustitiæ opa ipleamus. Vñ quarta btitudo ponit. Beati q̃ esuriunt, & sitiũt iustitiam. Circa verò spõtanea dona nos pficit virtus, vt. s. donemus q̃bus ratio dictat esse donandum, puta amicis vel alĩs nobis cõiunctis, qđ pertinet ad virtutẽ liberalitatis. Sed donũ ꝓprer Dei reuerẽtiã solã necessitatẽ cõsiderat in his quibus gratuita bñficia præstat. Vñ Lu. 14 dicit. Cum facis prandium &c. noli vocare amicos, sed pauperes, qđ ꝓprie est misereri. Et ideo q̃nta beatitudo ponitur. Beati misericordes. Ea verò q̃ ad vitã cõtẽplatiuam ptinẽt vel sunt ipsa beatitudo finalis vel aliqua icohatio eius. Et ió non ponunt in beatitudinibus tanq̃ merita, sed tanq̃ ꝑmia ea. s. quæ ptinẽt ad cõtemplatiuã vitã, vt supra, dictũ est. Ponunt ãt tanq̃ merita q̃dam pertinentia ad actiuã vitã, quibus hõ disponit ad contẽplatiuã. Effectus autẽ vitæ actiuæ q̃tũ ad virtutes & dona q̃bus hõ perficit in seipso est munditia cordis, vt. s. mens hoĩs passionibus nõ inquietet. Vñ ponitur sexta beatitudo. Beati mũdo corde. Quantũ ad virtutes & dona q̃bus hõ perficit in cõparatione ad ꝓximũ, effectus vitæ actiuæ est pax ſm illud Esaiæ. 32. Opus iustitiæ pax, & ideo septima beatitudo est. Beati pacifici. Quod autem in scriptura sacra ponantur aliæ plures beatitudines, vt illa Iob. 5. Beatus qui corripitur a domino. Et illa primo psalm. Beatus vir qui non abiit in consilio &c. Necesse est secũdum Beatum Thomam vbi supra omnes illas ad has. 7. beatitudines reduci, vel quãtum ad merita, vel quantum ad præmia, quia necesse est q̃ omnes pertineant aliquo mõ vel ad vitam actiuam vel contemplatiuam. Vnde illa. Beatus qui corripitur a domino pertinet ad beatitudinem luctus. Alia scilicet Beatus vir qui non abijt, pertinet ad mũditiam cordis, sicut etiam illud Psal. 136. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petrã. Quod sic exponit Ambro. qui habet cogitationes infirmas & lubricas ellidat ad Christum qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia, & discretione cõminuat de pœniten. distinctio. 4. in salicibus. Illud autem Prouerbio. 3. Beatus qui inuenit sapientiam, pertinet ad ꝑmiũ sextæ btitudinis. Et sic de alijs possent induci.

De triplici btitudine q̃ aliqui posuerunt.

Qũo ꝓ singula dona & singulas beatitudines hominesdi sponunt ad beatitudinẽ.

¶ De

De præmiis dictarum beatitudinum in præsenti vita. Nota qđ Ambro. dicit illa impleri & pertinere ad futuram beatitudinem. Augu. autem dicit ea impleri in præsenti vita, præcipue in perfectis. Chry. dicit aliqua pertinere ad præsentem vitam, aliqua ad futurum. Sed bea. Tho. vbi supr. dicit q̄ omnia possunt pertinere ad præsentem vitam & futuram. ¶ Pro cuius declaratione dicit idem qđ spes quæ est de beatitudinē potest esse in bonis ꝓpter duo. Primo propter aliquam præparationem & dispōnem ad futurā beatitudinē qđ est per modum meriti. Alio modo per quandā inchoationem imperfectā futuræ beatitudinis in viris sanctis, etiā in hac vita. Aliter enim habetur spes fructificationis arboris cum virescit in frondibus, aliter cum iā primordia fructuū incipiūt apparere. Sic ergo ea quæ tangunt in beatitudinibus tanq̄ merita sunt quædam ꝓparationes seu dispōnes ad beatitudinē vel perfectā vel inchoatā. Ea verò quæ ponūtur tanq̄ ꝑmia ꝑnt esse vel ipsa beatitudo perfecta, & sic ꝑtinēt ad futurā vitam. Vel aliqua inchoatio beatitudinis, sicut est in viris perfectis, & sic præmia ꝑtinent ad vitam ꝑntem. Cū enim aliq̄s incipit ꝓficere in actibus virtutū & donorū pōt sperare de eo q̄ puenit ad ꝑfectionē ꝑnę. ¶ Quo modo impleant ꝑmia illa in ꝑsenti, sic declarat be. Tho. post Aug. Regnum cœlorū pōt intelligi perfectæ sapiētiæ initium, ſm q̄ incipit spūs in eis regnare. Possessio tertię significat affectum bonum aiæ requiescētis per desideriū in stabilitate hereditatis supernæ, quæ per terram significat. Consolanī in hac vita. s. quæ est paraclętus. i. cōsolator participando. Saturanī & in hac vita illo cibo de quo Christ⁹ di. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. In hac etiam vita consequuntur homines dei misericordiam. Ac etiam purgato oculo p donum intellectus deus quodammodo videri potest. Similiter & in hac vita q̄ motus suos pacificauit seu pacificant ad similitudinem accedentes filii Dei vocantur. Hæc tamen omnia perfectius erunt in patria.

De præmiis dictarum beatitudinum secūdum Tho.

Quod ꝑdictū Beatitudinum præmia illa in ꝑsēti quo dāmodo impleantur.

§.4 ¶ De ꝑmiis dictarū beatitudinū quō cōuenientissime assignantur prout ꝑcipiuntur in vita futura. Et hoc cōsiderata consideratione ſcđm tres beatitudines supra assignatas. Tres. n. primæ accipiunt per retractionem ab his i quib. vita voluptuosa consistit quam hō desiderat querens illud quod naturaliter desideratur. Sed hoc non debet quærere nisi in deo, non ãt in rebus temporalibus & caducis. Et ideò præmia trium primarū beatitudinum accipiuntur ſm ea q̄ in beatitudine terrena aliqui quæ runt. Quęrūt. n. hoīes in rebus exterioribus. ſ. diuitiis & honorib. excellētiam quādā & abūdātiam quorū vtrūq; importat regnum cęlorū p qđ homo cōsequitur abūdātiā & excellētiā bonorū in Deo. Et ideò regnū cęlorū dns pauperibus spiritu ꝓmittit. Quærūt etiam hoīes fercs & īmites per bella & litigia securitatē sibi acqrere inimicos suos destruēdo. Vnde Deus repromisit securam & quietā possessionē terre viuētium per quam designat soliditas bonorū æternorū. Quęrūt etiā hoīes in cōcupiscentiis & delectationibus habere cōsolationē contra mūdi huius labores, & ideò cōsolationē lugentib. repromittit. Aliæ verò duæ ꝑtinēt ad opera actiuæ beatitudinis q̄ sūt opa virtutū ordinantiū hoīem ad proximū a qbus opibus aliq̄ retrahunt ꝓp inordinatū amorē ꝓprii boni, & ideò dns illa præmia attribuit his beatitudinibus, ꝓpter quæ hoīes ab eis discedunt. Discedūt enim aliq̄ ab opibus iustitiæ non reddētes debitum, sed potius aliena rapientes vt bonis tēporalibus repleanī, & ideò dns esurientibus iustitiā saturitatē re ꝓmisit. Discedūt aliq̄ ab opibus misericordiæ ne se īmisceant miseriis aliorū. ſ. indigēdo, & ideò dns misericordibus misericordiā repromittit, p q̄ liberanī ab omni miseria. Aliq̄ vero duæ ꝑtinēt ad cōtēplatiuā beatitudinē, seu felicitatē. Et ideò ſm conuenięntiā dispōnū quæ ponūt in merito ꝑmia reddunt. Nam mūditia oculi disponit ad clare videndum. Vnde mūdis corde dei visio promittit. Constituere vero pacē vel in seipso vel inter homines manifestat hominē esse dei imitatorem, qui est deus vnitatis & pacis. Et idcò pro ꝑmio redditur glia dei filiatiōis, quæ est in perfecta cōiunctione ad deum per sapientia cōsumatā. Et vt dicit Chry ſ. omnia ista ꝑmia vnum sunt in re, scilicet ipsa beatitudo ętterna. Sed quia eam intellectus non capit humanus, ideo oportuit per diuersa nobis nota describere obseruata cōuenientia ad meritum. Item sicut octaua beatitudo est quædā firmitas omnium præcedentiū, ita debentur sibi omniū beatitudinum præmia, & ideò rediit ad caput vt intelligātur sibi omnia prędicta cōsequętēr attribui. Vel ſm Ambro. paucis promittitur regnum quātum ad gloriam animę. Passis autē in corpore persecutionē regnū quantū ad gloriam corporis. Notandū etiam q̄ ista præmia se habent per additionem adinuicē. Nam plus est possidere terram regni cęlorū q̄ habere ſm pliciter. Nam multa habemus quæ non firmiter & pacifice possidemus. Plus est etiā cōsolari i regno quā hēre & possidere. Multa enim cum dolore possidemus. Plus est etiā saturari

Quod præmia illa in futura vita implebūtur

Vtrum licitū sit aliqñ ab operib. miæ recedere

quòd

ꝙ ſimpliciter cõſolari. Nam ſaturitas abundã tiam cõſolationis importat. Miſericordia verõ excedit ſaturitatẽ, vt plus ſ. accipiat q̃ meruerit vel deſiderare potuerit. Adhuc eſt magis videre deum, ſicut maior eſt q in curia regis non ſolum prandet, ſed etiam videt faciem regis. Summam autem dignitatem habet in domo regia filius regis.

Expoſitio dñi. Io. Dominici de ſeptẽ beatitudinibus.

¶ Nota ſecundum dñm Io. Dñici ſup Matthe. aliam pulchrã expoſitionẽ de his ſeptẽ beatitudinibus, q̃ poteſt prædicari in feſto oĩum ſanctorũ. Et poterit ſumi illud thema. Merces veſtra multa ẽ in cœlo Matth. 5. Et illud. ps. 127. Beati oẽs qui timẽt dñm qui ambulãt in viis eius. Vbi tria nota. ¶ Primo inchoatiuum ſalutionis ſpũalis, ibi. Qui timet dñm, & in hoc eſt merces noſtra. Scdo diuerſificatiuum conuerſationis virtualis, ibi qui ambulant in viis eius, & in hoc eſt merces multa. ¶ Tertio cõple tiuũ appetitionis humanalis, ibi, beati oẽs. Et hoc eſt merces in cœlo, & ſic merces veſtra, multa eſt in cœlo. ¶ Quantũ ad primũ nota ꝙ principiũ ſalutis eſt timor, non tñ quicũq; ſed timor dñi. Eſa. 33. Diuitię ſalutis ſapientia & ſcientia, timor dñi ipſe eſt theſaurus eius Pſ. 9. Initiũ ſapientiæ timor dñi. Vnde nõ dr hic ſimpliciter. Beati qui timent, ſed beati qui timent dñm. Aliqui. n. habent timorẽ mundi. ſ. non diſplicẽdi hoibus. Sic timuit Adam nõ diſplicere vxori & cõtriſtare eã. Aliq timẽt pelli ſuæ. vt Petrus pp qđ negauit Chriſtũ. Hinc Aug. 11. q. 3. Timendo mortem carnis tuæ dabis mortem aię tuę. ſ. qñ quis ꝓpter hoc facit cõtra præcepta. Alii timẽt p̃cise pœnã inferni non timẽtes deum offendere ac ſi exiſtimarent infernum non eſſe. Sed dicit Io. in prima cano. ꝙ timor talis qui. ſ. dicit ſeruilis nõ eſt in charitate nec ſufficit ad ſaluté q̃uis diſponat ad eam. Vnde Augu. Cum per timorem gehẽnæ aliqs ſibi cauet a malo fiet paulatim cõſuetudo iuſtitiæ, incipit quod bonũ erat amari. 23. q. 6. Nullus igit horũ timorũ ẽ principium ſalutis, ſed timor dñi quo. ſ. quis abſtinet a malo & bonũ facit, ne deo diſpliceat ipſum ſup oĩa amans. Et in iſto timore eſt merces magna & multa. Merces veſtra. i. veſtrum qui timentis, Eccle. 2. Qui timetis deum credite illi, & non euacuabitur merces veſtra. Signũ huius timoris eſt illud quod dicitur Eccle. 7. qui deũ timet nihil nẽgligit. ſ. eorũ quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. ¶ Quãtum ad ſcđm nota ꝙ multi ſunt viæ quę oẽs habẽt dictũ principiũ. ſ. timoris, q̃bus pueniturad cœlum & ad beatitudinẽ verã. Et vt dicit Prouer. 3. Viæ eius viæ pulchræ, ſm aũt ꝙ repiuntur ſeptẽ ſtatus hoium in eccleſia militanti, ſic in iſto euãgelio notantur ſeptẽ viæ ſalutis, per quas itur ad beatitudinẽ vt quilibet vadat per viã ſuam. Et beatioẽs qui ambulant in viis eius. ¶ Primus ſtatus eſt eccleſiaſticorũ ſiue religioſorũ ſiue aliorũ clericorũ, & horũ via eſt paupertas ſpũs. Et tũc ſunt beati ſi de mundo nihil q̃runt qui deo ſunt mancipati. Nõ eſſet venenum in eccleſia dei ſi mundi ambitio & auaritia nõ poſſideret eoſdem. Ad hoc faciũt autoritate. 12. q. 1. clericus, & c. cui portio. ¶ Secundus ſtatus eſt doctorũ ſciẽtia prædicatorũ, & horũ via pręcipua eſt humilitas. Nam vt dicit Prouer. 11. Vbi humilitas ibi eſt ſapientia, ſcientia aũt inflat ſm Apl̃m, ſed beati mites. i. humiles, hi. n poſſidẽt terram lacte & melle manãtẽ. i. intellectum dulcem ſcripturarũ qui ſuperbis claudit & cõtentioſis & cauilloſis laicis & ꝓphanis. Propte rea ſm Diony. Moyſes habuit magnã notitiã dediuinis, qa mitiſſimus erat ſup terrã & humilis. Poſſident ẽt iſti terram. ſ. eccl̃ię, qa tales regunt vel regere debent alios. ¶ Tertius ſtatus eſt ſolitariorũ vel pœnitentiũ, & horũ via ẽ continuè lugere, ſua & aliorũ pcã, quaſi lucè gratiæ egeãt ſp̃u, & ideò ſunt beati, vnde Aug. dicit de vero pœnitente ꝙ ſp̃u debet lugere, de pe. di. 3. ſi Apl̃s. Eſt aũt duplex genus lachrymarum ſeu cõpunctionis. ſ. doloris pctõrum, & amoris ſupernorũ, quæ figuratæ ſunt p irriguũ ſuperius & inferius, qđ dedit Calephraxæ filiæ ſuæ & thlio ſpõſæ Othoniel. Iudic. 1. Expoſitione ipſius figuræ ponit b. Greg. circa finem tertii libri dyalogorũ. Quatuor ſtatus ſequentes ſunt ſecularium. Primus eſt principum ſeu rectorũ, quorũ ſtudium debet eſſe circa ſequelã iuſtitię. Iuxta illud. Sapi. 1. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Nam beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã. dicit. Saluator in quarta beatitudine. Summum enim bonum in rebus humanis eſt iuſtitiã colere, & ſua vnicuiq; iura ſeruare Grego. in Regiſtro. Et Iſido. dicit. 9. diſt. Iuſtum eſt principem obtẽperare legibus ſuis &c. Quintus ſtatus eſt diuitum, & horum via eſt inſiſtere operibus miſericordię ſicut fecerunt Abraham, Loth, Iob, Thobias, & multi alii in veteri teſtamento. Vnde Saluator dicit. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, ideſt diuitiis vt recipiant vos in æterna tabernacula. Beati miſericordes ſequitur in quinta beatitudine, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Diuitibus aũt qui non ſunt miſerti pauperũ dicetur. Ite maledicti in ignem æternum. Sicut patuit in diuite Epulone. ¶ Sextus ſtatus eſt rebus familiaribus deditorum, vt artifices, mercatores mattimonio ſancto vtentes.

De duplici genere lachrymarum.

Septem Suntviç. ad beatitudinẽ. ſecundũ ꝙ ẽt ſeptẽ ſunt ſtatus in eccleſia militãti

tes. Et de istis dicitur. Beati mundo corde. Nã si cor est mundũ & manus. i. opa erunt mũda. Principiũ enim oĩs peccati a corde ꝓcedit ꝓpter qđ dicitur Prouerb. 4. Omni custodia custodi cor tuũ, qm̃ ex ipso vita ꝓcedit. s. gratiæ qua Deus vĩ. Hac mirabiliter fulsit Iob. 31. in coniugio positus, & dicebat inter cętera, pepigi fœdus cum oculis meis ne cogitarem qdem de virgine. ¶ Septimus status est infirmorũ & paupum qui despecti multa incõmoda patiũtur. Et si hi sunt pacifici. 1. qui patiẽter tolerãt, & pacẽ cum Deo faciũt dimittẽtes peccata ꝓpter quę cõiter immittũtur a diuersa sunt beati Iob. 5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima nõ tãget te malum. Et sic per has vias incedẽtes ad æternã beatitudinẽ & mercede pueniũt, vbi est merces multa fm illud dictũ Abrahæ. Gene. 15. Merces tua multa nimis.

Quod completa & perfecta beatitudo erit in cęlo.

¶ Quãtum ad tertium vbi notatur cõplemẽtũ humani desiderii qđ est beatitudo, dicit beati oẽs. s. tales erunt. Et hoc in cœlo, vbi est omnis pfectio supradictarũ beatitudinũ, sed alio modo q̃ hic. Illa enim glia habet spũs pauptatẽ, ꝙa nihil cõcupiscit, qm̃ illũ habet q est super oia. s. Deũ. Ideo ergo beati sunt paupes spiritu, qm̃ ipsorũ est regnũ cœlorũ. i. Deus. Itẽ ibi nulla est aduersitas. Nõ. n. esuriẽt neq; sitient amplius vt dicit Apoc. 21. Et ideo quilibet est mitis, nulla ibi ira vel odiũ vel mala rnsio habet locũ, sed terram viuentiũ pacifice possidẽt, reperiẽt ibi summa grarum actio cantãtibus cunctis. Sãctus sctũs &c. Et talis regratiatio est totalis nõ partialis, ꝙa in veritate cognoscunt a se nihil habere. Et hoc est lugere. i. luce egere. Cognoscũt. n. se in propria natura egere semper, sed Dei gratia semp gaudere & cõsolari. Ps. 149. Exultationes Dei in gutture eorũ. Nulla est ibi inordinata dilectio. Et ideo nõ cõtristatur filius de damnatione patris, nec econuerso, sed iustitiam Dei venerãtur cum summa lę ticia. Iuxta illud spalmi. 54. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Et sic ipsam iustitiam esuriũt, & sitiunt quæ quidem iustitia nõ fundatur in crudelitate, sed diuina misericordia. Nam si Deus dãnandos ad condignum puniret eos annihilaret, sed cum eis misericorditer agit, naturam perseuerãs ab annihilatione impositis pœnis pseruatiuis. Sicut medicus misericorditer agit cum infirmo ponendo vnguẽtum corrosiuum super plagam insanabilem, ne citius putrefacta perducat ad mortem. Lętitia eorum est ꝑ diuinã misericordiã in omnibus viis suis conspiciunt in dãnatis & in se. Et sic misericordes misericordiam consequũtur, ꝓout misericordia dicitur mita suauitas rigans corda. Et hoc misericordia summa causa est dilectionis in beatis, vt quilibet ex dulcedine amoris dicat. Misericordias domini in æternum cantabo. O q̃ clara visio, ibi existit & quã vniuersali s Quid est enim quod non videãt qui videtẽ omnia vidẽt. Et hoc ideo quia mundi sunt corde. Dicitur enim de ipsis Apocaly p. 14. Sine macula sunt ante thronum Dei vt nec minimũ veniale possit ibi reperiri. Est ibi securitas perpetua sine qua non forent beati, & hæc est pax eis. Vñ pacifici & filii Dei vocabũtur. Esaiæ. 32. Sedebit populus in pulchritudine pacis in requie opulenta, quia secundã psalmistam. 147. Confortauit seras portarum tuarum, idest supernæ hierusalẽ, vt nullus inimicus possit accedere & eos perturbare, nullus ciuis exire, ibi est summa cõgratulatio de perpessis & oppressis in mundo. Iuuat enim meminisse malorũ militiæ & pugnæ & q̃ periculose pro qua tamen coronati. Vnde summã iocũditatem habet. Et ideo beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam &c. Et sic beati omnes qui inchoantes a timore incesserunt per vias prædictas, scilicet paupertatem, humilitatem, lachrymositatem, æquitatem, pietatem, puritatem, æquanimitatem horum merces multa est in cœlo.

§. 6.

¶ Alia adaptatio de septem beatitudinibus ad septẽ ætates cuiuslibet scdm dominũ Ioannẽ Dominici sup Matthe. Et põt sumi pro themate in festo omnium sanctorum illud. Beati eritis. Matthei quinto, & inducit illud spal. 118. Beati immaculati in via, maculam proprie in animam inducit solum mortale peccatũ, secũdum Thomam in 4. Illi ergo qui immaculati viuunt in pũti tpe, idest sine mortali, vel de ipsis pœnitentes saltem decedunt immaculati, idest sine criminali, hierunt beati. Nam si aliquod mortale reperiatur a transeunte de vita mortis ad alium statum, vt dicit Augusti. æterna illum flamma trucidabit. dist. 25. §. alias Vita autem pśens distinguitur ꝓ septem etates, in ꝙbus omnibus regulat nos Christus per septem beatitudines in euangelio. Matthei. 5. Oẽs istas quæ aliud nõ sunt q̃ actus virtuosi debet qlibet habere simul habitualiter. Licet quelibet per se adaptari possit vni ætati hominis. ¶ Prima igitur ætas infantia vsque ad septennium est humilis pauper spiritu. Nisi enim conuersi fueritis & effriciamini sicut parauli &c. idest humiles &c. Matth. 18. hæc ergo est beata, quia ait ipse. Sinite paruulos venire ad me, talium. n. est regnũ cęlorũ, & sicut illi sunt beati, & ipsorũ est regnum cœlorũ, sic qui erũt paupes spiritu erunt beati, & eorũ est regnum.

Septem beatitudines ad septẽ ætates ad aptatio.

Prima ætas.

Secūda ætas.

regnum cœlorū. ¶ Scđa ætas a pueritia vſq; ad annos. 14. quadā alia ſpē humilitatis refulget & faciliter placat & hoc eſt eſſe mitē. Ipſa etiā ſunt beati q̄ peccare nō poſſunt. ſ. quouſq; habeant vſum rōnis. Nam ante vſum rōnis ſicut nec mortaliter ſic nec venialiter peccatū ſm b. Tho. A multis tū hr̄ vſus rōnis ante. 14 q̄uis iura ponunt illū eſſe annū diſcretionis in maſculo. Sic & mittes poſſident terrā viuentium Pſ. 36. Manſueti aūt hereditabunt terram &c.

Tertia ętas.

¶ Tertia ætas ſubijcit tentationibus multis, q̄ dr̄ adoleſcētia vſq; ad annū. 28. Mundus. n. tūc delectat. Allicit caro, hoſtis impugnat, pp qđ dr̄ Eccle. vlti. Adoleſcentia & voluptas vana ſunt & 22. q. 1. Omnis ætas, pna eſt ad malū ab adoleſcētia ſua nil incertius vita adoleſcentiū. Remediū ergo eſt tunc pēnitentia ſe macerare & in continuo luctu cōtra peccata pſeuerare. Exemplū de Cecilia quę cilicio mēbra domabat Deū gemitibus exorabat, biduanis & triduanis ieiuniis &c. & ſic beati q̄ lugēt &c. O ró. n. vt dicit Glo. Deū lenit, lachryma cōgit. ſ. exaudire & ſubuenire & conſolari Tobię. 3. Poſt lachrymationē & fletū exultationē infundis. ¶ Quarta ætas eſt iuuētus vſq; ad annū. 40 qa magis inhiat lucris & pphas & nephas extorquet q̄ ſua nō ſunt robur ēt iuuētutis aium pſtat. Ideo in iuſta plia niſi fortiter caueaſ cōmittit. Sed pecunia male acqſita corpus animāq; cōmaculat, ait Amb. & iterū oēs cupidi, oēs auari, Giezi lepram cū diuitijs ſuis poſſidēt æterno cruciatu & breui fructu. 1. q. 1. cito. Et ió tu iuuenis ſitim & eſurię hēas cōtinue iuſtitiæ. i. virtutis ſinceritatis & ſanctitatis ſi vis eſſe btūs. Beati qui eſuriunt & ſi. &c. & alibi. Beatus vir qui poſt aurū nō abiit nec

Quinta ætas.

ſpauit in pecuniæ theſauris. ¶ Quinta ætas q̄ dr̄ viriſitas aut perfectio viri iam ad occaſum declinat hæc debet cōtra cōmiſſa ,puidere vt deleant peccata & eleemoſynis iſiſtere ſi ēt dolēda non cōmiſit, qa nō portabit ſecum bona mūdi. Et ſiue ergo cōmiſit ſiue non miſericorditer viuat. Nam ad examē iudicis currit vbi miſericordibus miſericordia datur & crudelibus ſm q̄ male geſſerunt. Iudicium enim ſine miſericordia fiet illi q̄ nō fecit miſericordiam &c. Econtra pſal 111. Iocundus homo q̄ miſeretur & commodat, diſpo. ſer. ſuos in iu. Poterit enim talis allegare ordinationem a Xpo factam Mat. 25. cum dixit. Venite benedicti patris mei &c. Eſuriui enim dediſtis &c. ¶ Sed notandum eſt quod dicit Aug. in enchiridon & obſeruandū, dicit enim q̄ qui vult ordinare dare eleemoſyna debet a ſe primo incipere & eā ſibi primitas dare. Eſt enim eleemoſyna opus miſericordiæ veriſſime de qua dictū eſt. Fili miſerere animæ tuæ placens Deo. Beati ergo miſericordes &c. ¶ Sexta ætas quæ eſt veneranda ſenectus. Corpore quidem ſi vult mun

Sexta ætas.

da eſt. Deficiente enim naturali calore caro vt in pluribus multum frigeſcit. Et ſic etiā artus ad actualia pcta immunes quaſi redduntur. Sonus. n. ſenex eſt loquacitate potēs. Sua ergo pecata ex corde procedunt, niſi fuerit obſtinatus vſq; ad illud tps in malis. Nā vt dr̄ prouer. 22. Adoleſcens iuxta viā ſuā ambulans ēt cum ſenuerit nō recederet ab ea. Quales fuerūt illi ſenes q̄ falſo accuſauerunt Suſannam, qa nō valuerunt turpitudinē exercere cum ea vt ſoliti erant alias decipere Dani. 13. & ſic legitur de illo Sene. Nicolao. 50. annorū luxurioſo, ,p quo bea. Andreas orauit. Hodie ſunt multi tales ſenes maledicti inueterati dierū malorū quæ de nariis & lambacitatibus & mille modis corrū punt pueros pp quod de eis dr̄, laqueus iuuenum omnes vos eſtis. Et vt dicit Greg. 86. diſ. tanta. Tales ſeniores grauius q̄ cæteri ſunt puniendi & arguendi de ſuis malitijs. ¶ Septima

Septima ætas.

ætas quę dr̄ decrepita, & nullo vnq̄ annorum numero finitur, præmitur infirmitatibus & doloribus multis. Nam vt dr̄ in pſ. 89. Si in potētatibus. 80. anni & amplius eorum labor & dolor. Sed perfectio eorum eſt habere pacem & patientiam in aduerſis. Nam ex vna parte longa experientia facit eos ſuſpectos ita vt ſi videant hominem ridere putant q̄ rideat eos. Infirmitas facit eos ſibimet tedioſos. Vanitas ēt iuuenum quærit ſolatia & deriſiones ex eis. Et ſic oportet eos ſecum & cum aliis habere pacem ſi debent bene tranſire. Et beati paci. qm̄ &c & qm̄ illa ætas plena eſt perſecutionibus. Omnia. n. elementa videntur perſequi eū ad deſtruendum, & ideo ſubditur. Beati qui p ſecutionem patiuntur pp iuſtitiam &c. Sic ergo collige in te omnes has virtutes, habendo pacem cum omnibus aduerſis & hominibus, mundiciam cordis ab iniquitatibus Eſa. 1. Lauamini mundi eſtote, auferte malum cogitationū veſtrarum. Miſericordiam in operibus Luc. 6. Eſtote miſericordes. Iuſtitiam in cōuerſationibus Sapi. 1. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Fletum ex tentationibus. Iaco. 4. Miſeri eſtote & lugete. Mititatem in cōtrectationibus Mat. 11. Diſcite a me quia mitis ſum ait Xps. ¶ Paupertatem ſpiritus ſeu humilitatem. 1. Pe. 5. Humiliamini ſub potenti manu domini. Sic enim eritis immaculati in via & per hanc viam peruenietis in patriā vbi ſunt beati qui ex eo q̄ beati ſunt non poſſunt non obtinere quod volunt, aliās non eſſent beati.

Nam

Adde text. in auth. de monachis. §. ſi igit coll. vlti. in pro. cle.

Quarta ætas.

Adde tex. in l. ſemp ff. de iur. in vni in l. Veteranus. C. qñ prouo. non eſt neceſ. in l. in finali bus. ff. fini. regund.

Nãſcdm Aug. Beatus eſt q hẽt q cqd vult. Et go ſi volẽt nos eſſe ſaluos ſalui erim⁹. Et iõ orã di ſunt vt velint. Hic potes dicere quare diuerſos ſanctos oramus,& quo orant pro nobis.

§.7. ¶ Alia adaptatio de ſeptem beatitudinibus ad ſeptem etates mundi ſcdm dominum Io. do

Adaptatio de 7. beati. ad 7. ætates mundi. ſup. Mat. poteſt ſumi pro themate in feſto omnium ſanctorum illud. Beati eritis &c. Mat. 5. Et iuduci illud Boe. de philo. conſo. q omnis mortalium cura quam multiplicium ſtudiorum labor exercet diuerſo quidem calle procedit ad vnius tamẽ beatitudinis finem nitit peruenire. Sed multi non quærẽtes diligenter in quo conſiſtit vera beatitudo, & quomodo perueniatur ad eam cum aliquid attingũt de particularibus conditionibus eius quæ aliqualiter videntur haberi in iſta vita, hic ſiſtunt & ponunt finem ſuum. Sicut aliqui in diuitiis, alii in potentiis,& hmõi. Sed iſta doctrina ſeptem beatitudinum reducit mundum ad fælicem ſtatum primum & btm, a quo deuians p pcã incidit in diuerſos errores. ¶ Primus. n. ſtatus & prima ætas cecidit propter rapinam a regno cœlorum. Per viã oppoſitam reuerti potes quoad primam beatitudinem ſcilicet. Beati pauperes ſpi. ¶ Secunda ætas cecidit per ambitionem. Nembroth, & ſuorum ſequaciũ turrim confuſionis edificantium vt poſſiderẽt terram mortuorum. Reuertere ad poſſeſſionem terræ viuentium quod continet ſecunda, quia beati mites &c. ¶ Tertia ætas cecidit quia aduerſa in deſerta ſuſtinere nolebat, imo proſpera putabat aduerſa, & conſolationẽ tantum in minimis requirebat. Sed vade ad conſolationem optatã & non cognitam per luctũ mundi pſentis, q a beati q lugẽt &c. ¶ Quarta ætas aruit q a ſciebat moderamina regni, & iuſtitia calcata puerſi regna tenebãt, & ſaturabere regno perpetuo, ſi iuſtitiam rectam eſurieris, quia beati q eſuriũt &c. ¶ Quinta ætas eruditate maxima tabuit, vt libri Machabeorũ teſtantur, & crudeles crudeliter occiſi ſunt, vt habetur ibidem. Igitur quia omnis homo miſericordia indiget, per miſericordiam reſurge, quoad quintum. Func enim miſericors dominus natus eſt, quia beati miſericordes & cætera. Et quia de mũdo corde vixit, ſe nobis oſtendere venit eum ſequamur ſi mundi corde erimus, & ſic eum intuebimur, quia beati mũdo corde &c. Sed ætas ſeptima ſeditionib. & gueris plena erit quã ſoli pacifici tute tranſibunt quia beati pacifici &c. Et meritò, q a illi pacifici a perſecutionibus non erunt immunes, immo plus cæteris cruciabuntur. Vnde ſequitur de perſecutione & præmio ſuo, quia beati qui perſecutionẽ patiuntur &c. Ex his potes facere vnam prædicationem, adde ad ſingulas beatitudines quomodo talia mala regnant in mundo, & propterea deſtruunt ipſum. Ita vt Ioan. euangeliſta dicat 1. Cano. 5. c. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Sed de diſcipulis Chriſti dicitur q de mundo non ſunt. Ioan. 17. Et ideo ſi volumus eſſe diſcipuli Chriſti, vt cũ eo nos reperiamus in monte gloriæ oportet nos habere iſtas beatitudines contrarias conditionibus mundanorum, ſicut habuerũt ſancti illi quorum feſta agimus.

¶ *De ſingulis beatitudinibus in particulari. Et primo de paupertate ſpiritus.* *Cap. 6.*

NVnc de ſingulis harum eſt vidẽdũ in particulari. ſ. ſeptem beatitudinum dilatãdo materiam ad vnam prædicationum pro qualibet beatitudine. Eſt igitur prima. Beati pauperes ſpiritu, qm ipſorum eſt regnum cœlorũ. Matth. 5. Vbi dicit Chry. in Homel. Sunt q dã naturaliter & ex complexione pauperes, humiles & virtuoſi. Sed tales nõ ſunt beati. Vnde dicit non ſimpliciter. Beati pauperes, ſed addit ſpiritu, ideſt illi qui ex voluntate & electione ſe humiliant. Ideo hic incipit radicitus euellere ſuperbiã, quia hæc fuit radix & fons malitiæ vniuerſæ contra quam ponit humilitatem velut quoddam ſtabile fundamentum qua ſubiecta cum ſtabilitate & alia ſuperhedificantur, hac deſtructa pereunt quæcunq; bona congregaueris, hæc ille.

§. 1. ¶ Sciendum autem quòd paupertas ſpiritus poteſt ſumi & exponi tripliciter, & horum eſt regnum cœlorum.

Triplex paupertas ſpũs. ¶ Primo eſt paupertas ſpiritus per veram humiliationem.

¶ Secundo eſt paupertas ſpiritus per inordinati affectus remotionem.

¶ Tertio eſt paupertas ſpiritus per totalẽ mundi abdicationem.

¶ Primo ergo dicitur ſpiritu pauper verus humil. Vnde Auguſti. Paupertas ſpiritus dicitur humilitas ſpiritualis quæ ſpiritum inflantem eradicat, euacuat ſeu extenuat. Nam ſcriptura aliquando vocat ventũ ſpiritũ, ſcdm illud. Actuũ. 2. Factus eſt repente de cœlo ſonus tanquã vehementis ſpiritus, ideſt venti. Superbi enim dicuntur inflati, & quaſi vento diſtenti. Et no. q dicit Chriſtus. Beati qui nõ habẽt ſpiritum, ideſt ventũ. ſ. elationis & inanis gloriæ, q a penè nullus eſt nulla eſt. n. tam excelſa virtus quæ dulcedine gloriæ non tangatur & ideo dicit Beati pauperes ſpiritu. i. qui paũ

Quare Xps dixit beati pauperes ſpũ, & nõ alr.

habent

hñt de iſto ſpiritu ſeu vento elationis, & quanto quis minus tangitur eo tanto melius. Eſt ãt humilitas ſm Bern. qua vnuſquiſq; veriſſima ſui cognitione vileſcit ſibiipſi. Et vere magnã cãm habet vnuſquiſque ſe hmiliãdi. Nã vltra innumeras miſerias ſuas aiæ & corporis q̃tum cũq; ſit perfectus neſcit tñ terminũ ſuũ vtrum ſaluetur vel damnet. Vnde dixit dñs ad Iob. Indica mihi ſi noſti omnia in qua via habitet lux, & tenebrarum quis ſit locus vt ducas vnũ quodq; ad terminum ſuum. i. ſm Greg. in 19. lib. morali. Si te plenam ſcientiam habere putas dic in qua via habitet lux. i. in cuius mentem veniens iuſtitia impleat, & tenebrarũ ꝙs ſit locus. i. in quo iniquitas ceca pduret, vt ducas vnũquodq; ad terminum ſuũ. i. vt diiudices ſiue is quæ nunc iniquus cernitur in malis vitã finiat, vel is qui iuſtus cernit extremitatem vitæ ſuæ iuſte ac perfecte cõcludat, quis iſta vel ſaltem imperritus audiat. Multos videmus quotidie q̃ iuſtitiæ luce reſplendẽt, & tñ ad finẽ ſuum nequitiæ obſcuritate tenebre ſcũt & ecõtra. Multos tenebris pctorum inuolutos ad lucẽ virtutũ fore reuerſos aliquos ſp in bonis pmanere, alios ſp in malis. Exẽpla ql̃ nos humilia re debemus, & rõnes.

Exẽpla ql̃ nos humilia re debemus, & rõnes. Il la gẽtilitas Deo auerſa luce iuſtitiæ a Deo perfuſa eſt, & Iudea dudũ dilecta & illuminata p fidiæ noctæ cecata derelicta eſt. Latro de cruce tranſiuit in regnũ, Iudas de apl'atus gloria de merſus eſt in Tartarũ. Alius latro cũ Xpo crucifixus pſeuerãs in malo, inductus eſt ad infernũ. Alii apli permanentes in ſancto propoſito peruenerunt ad regnũ. Hæc Dei iudicia cõſiderans Apls vas electionis raptus ad tertiũ cœlũ de ſeipſo timẽs & humiliãs ait. Caſtigo corp⁹ meũ & in ſeruitutẽ redigo, ne cũ aliis prædicauerim, ipſe reprobus inueniar. Idcirco autẽ dñs interrogabat Iob. Si nouit finem bonũ vel malũ quẽ habituri ſunt luminoſi iuſti, vel tenebroſi pctores dicẽs. Indicia mihi &c. Vt alio rũ finẽ cognoſcere nõ valens ad ſuũ finẽ recurrat, qa ſicut aliorũ, ita nec ſuum neſcit. Et inde neſciẽs finẽ ſuũ timeat; timẽs humiliat, humiliatus de actibus ſuis non ſe extollat, & nõ elatus ſpũ ſuperbiæ in arce gr̃æ pſiſtat. Beati ergo pauperes ſpũ. i. humiles, qm̃ ipſorũ humiliũ eſt regnũ cœlorũ, qa vt dr̃ prouerb. 29. Humilẽ ſpiritu ſuſcipiet gl̃ia. Vel dicunt̃ pauperes ſpũ. i. animo qui. ſ. oĩno nihil ſe habere putãt, nec ſeipſos, nec corpus nec aiam, nec membra, ſed oĩa ve cõmodata habẽt, & vt alienis vtuntur, hæc Chryſ. Et pertinet ad pfectam humilitatẽ vel etiam regnũ cœlorũ. i. pſidentiam in Eccleſia. Dan. 4. Dominatur altiſſimus in regno hominũ & cuicunq; voluerit dabit illud & humilimum conſtituet ſuper eũ. Exemplũ de Petro apoſtolo, Ambroſio, Nicolao, Gregorio, & aliis. ¶ Secundo dicitur pauper ſpiritu, ideſt voluntate. Sunt enim aliqui pauperes neceſſitate & coacti, qui ſcilicet indigent rebus neceſſariis. Et quia non habent deſiderãt & murmurant male contenti de ſua paupertate impatientes. Iſti non ſunt beati ſed miſeri & reprobi, quia non ſunt pauperes ſpiritu, ideſt voluntate. Alii ſunt pauperes rebus tpalibus ſed patienter ferunt ſuã paupertatẽ, non murmurãtes, ſed Deũ laudãtes. Et iſtis pauptas eſt ad meritum rõne patientiæ, vt dicit Amb. diſ. 47. Sicut hi, qualis fuit Lazarus mendicus, & pauper, qui moriens portatus eſt ab angelis in ſinum Abrahæ vt ſcibit Lu. 16. Tertii ſunt pauperes affectu etſi diuites ſubſtantia. i. nõ habẽtes affectũ inordinatũ ad terrena q̃ poſſident abundãter, vt Abrahã de quo ſcribit q̃ erat diues in poſſeſſione auri & argẽti, & ſanctus Ludo. rex Franciæ & Gregorius magnus. Et p cõtrariũ ad iſtã pauptatẽ dr̃. Impoſſibile eſt diuitẽ intrare in regnũ cœlorum Mart. 19. Loquitur. n. de eo diuite qui habet affectũ inordinatũ ad ea, q̃ poſſidet ponẽs finẽ ſuũ in diuitiis. Iſti ergo qa pauperes ſunt ſpũ. i. affectu etſi diuites rebus ſunt beati. ¶ Tertio dicitur pauper ſpiritu qui ex feruore pfectionis omnib⁹ ſe ex propriat affectu & effectu, vt veri religioſi. Vñ Chry. ſuper hæc in Homel. Illos pauperes beatificat, qui ſpũ. i. pp ſpm̃ ſanctũ ſe bonis ppriis priuant. Iaco. 2. Nonne pauperes dñs elegit diuites in fine & hæredes regni. Iſtud aũt non ſit niſi ex magno feruore ſpũs, de quo ſpũ ait apoſtolus, Spm nolite extinguere. i. feruorem. Extinguitur aũt cũ quis abrenuncians ſeculo incipit ponere affectũ ad tẽporalia, videlicet ad vilia & parua. Crathon phũs docuit duos iuuenes diſcipulos ſuos cõtemnere mũdum & effici pauperes frangẽdo & cõminuendo lapides precioſas magni valoris in conſpectu populi. Sed non eſſe veram paupertatem iſtam, quia non ſpiritu. i. propter ſpiritum, ſed propter gloriam mundi. Vnde nec Deo gratiam oſtendit Ioannes euangeliſta, vt habetur in legenda eius. Illi autem qui ſunt veri pauperes ſpiritu per perfectum contemptum terrenorũ vt Dominicus, Franciſcus, & prius & perfectius apoſtoli. Iſtorum eſt regnum cœlorum, quinimmo ſunt futuri iudices aſſeſſores cum Chriſto in vltimo iudicio. Iob. 36. Pauperibus tribuit iudicium, ideſt poteſtatem iudicandi, ſcilicet aſſeſſoriæ. Vnde & Chriſtus dixit apls Matth. 19. Vos qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicãtes duodecim

Paupe-res beati q̃ ſunt & q̃ nõ.

Veri religioſi dr̃ bti paupe-res ſpũ.

decim tribus Israel. Sicut per duodecim tribus intelliguntur omnes iudicandi, ita per sedentes in duodecim sedibus intelliguntur omnes perfecti pauperes qui cum Christo iudicabunt ſm Augustinum.

§. 2. ¶ Beati mites qm ipsi possidebunt terrā. Post beatitudinem paupertatis, secunda beatitudo est mititatis vel mansuetudinis. Qui. n. pauper est, uultis lacessitur iniuriis, & ideo necessariū est quod sit mitis. Vnde Ambr. super Luc. Cū simplicitate contentus fuero inops supereſt vt mores meos temperem. Quid. n. mihi prodest carere temporalibus nisi fuero mitis? ¶ Vbi notandum q̄ mitis & mansuetus idem sunt ſm rem, sed differunt ratione. Nam mitis. est qui alios offendentes tolerat. Vnde Papias. Mitis, est lenis & ad sustinendum iniuriam tacens, quasi mutus. Mansuetus est qui manu assuet' est, qui nulli inuriam irrogat, vel sic. Mitis est qui nulla animi accēsione turbatur, sed in tranquillitate animi & bonitate iugiter pseuerat. Māsuetus est autem cui facile est sustinere nō malum pro malo reddere, & sic mitis dicitur in affectu, mansuetus in affectu. Communiter autem sumitur pro eodem vt synonima, & sumuntur tribus modis. Primo sic. Mitis est quē mentis amaritudo non afficit. Et sic importat lenitatem quantum ad motum & excluditur amaritudo rācoris. Vnde Aug. Mites sunt qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo sed vincunt in bono malum. In bono. s. mititatis & mansuetudinis malum rancoris & indignationis reddentes bonum pro malo. Dicit. idem Aug. super ps. Sex differentia sunt retributionum. s. reddere pro malis bona, non reddere mala pro malis, hæc duo bonorum sunt, sed primum melius. Non reddere bona pro bonis. Reddere mala pro bonis, hęc duo malorum sunt, & posterius deterius. Et reddere bona pro bonis & mala pro malis, hæc duo sunt mediorum, sed prius propinquum bonis 24. q. 3. sex. ¶ Secundo exponitur sic. Mitis est quem iranon deiicit, sed omnia æquanimiter sustinet. Et sic pertinet ad innocentiam, & sic excluditur amaritudo liuoris. i. vindictæ per innocentiam. Vnde Ambros. super Lucam. Mitiga affectum tuum & non irascaris, aut certe iratus ne peccaueris, scilicet alium offendendo. Præclarum est enim motum temperare consilio, nec minoris virtutis dicitur temperare iracundiam q̄ omnino non irasci. Et p maxime iudices & rectores oportet ab ea cauere, quia peruertit iudicium obnubilans rationem. Vnde Grego. Illa propositorum solutio vtilis est, illa cautele laudabilis in quo nihil sibi vendicat furor, sed totum ratio agit. Restingenda est ergo sub ratione potestas, nec quid agendum prius q̄ concitata mens ad trā quillitatem redeat. Nam commotionis suæ tē pore iustum putat omne quod fecerit 11. q. 3. Illa sicut Phutifar patronus Ioseph, qui iratus est contra eum, cum falso fuit accusatus ab vxore q̄ voluisset sibi violentiam inferre, non discussa veritate iniuste incarcerauit eum. Sicut ergo ira impedit iudicium ne iuste fiat, & veritatem ne capiatur. Ita econtra de mititate dicit psal. 24. Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. ¶ Tertio modo dicitur mitis qui non irritat alios nec nocet nec nocere cogitat, quod pertinet ad equanimitatem, per quam excluditur amaritudo, impatientiæ & indignationis. Ad hanc Christus hortatur dicens Matthæi. 11. Discite a me quia mitis, sum. Omnia. n. quæ habent irritare hominem. i. prouocare ad iram & impatientiam, passus est Christus. Nam turbatur quis cum ei auferuntur sua. Et Christo fuerunt ablata ēt ppria vestimēta & coram eo ludo exposita. Irascitur quis cum contumeliarum sustinet verbum, & inferē maledictio, & detractio, & huiusmodi. Christus autem contumelias sustinuit, in passione derisiones, blasphemias, detractiones, calumnias, omniaq; æquo animo sufferens. Irritatur homo cum in amicis suis & cōsanguineis iniurias sustinet. Et Christus in matre & discipulis opprobria & psecutiones passus est. Verba vnicuiq; sunt aspera & horrori habita, & multo magis ipsa mors. Sed hęc omnia vt mitissimus agnus Christus tolerauit. Vnde p Hieremias cap. 11. dicit. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Mites ergo esse oportet exemplo pissimi magistri. Sunt autem mites beati. Quod patet tripliciter, per oppositum, per effectum, & per fructum. ¶ Primo quidem mites sunt, beati patet per oppositum. Nam contrariorum eadem est disciplina, vt scilicet quicquid de vno dicitur intelligatur oppositum de alio contrario. Sicut de albedine dicimus q̄ est disgregatiua visus. Ita de nigredine quę est contraria ipsi, oportet dicere q̄ est congregatiua visus. Nunc ergo mititas opponitur rabiei & iracundia mansuetudini. Sed rabies seu iracundia est miseria per peccatum. Et Sap 8. dicitur. Miseros facit populos peccatum. Nam miseria & fælicitas seu beatitudo opponuntur, ergo mititas seu mansuetudo, &c. ¶ Secundo patet per hoc effectū. Nam mititas facit hominem impassibilem. Quod probatur ex hoc quod philosophus dicit in lib. ethic. q̄ mitis patitur sed non dedu-

Quis sit mitis, & quis dr mansuetus.

De sex differentiis retributionum.

Quis dicatur mitis.

Quo d mites sunt bti tripl'r.

citur.i.vincitur,quia lesiones non sentit ita q̃ conturbetur.Mititas est sicut mollis culcitra q̃ dura recipit in qua animus leniter & suauiter requiescit sicut corpus in culcitra.Eccl.14.Fælix qui nõ habuit animi sui tristitiam.¶Tertio patet ex fructu qui est hæreditas supernæ patriæ.ps.26.Mansueti autem hæreditabunt terram &c.Vnde pro præmio dr̃.Qm̃ ipsi hæreditabunt terram.Quod pôt intelligi de tripliciterra quam possidebunt mites.s.terrã mundi, terrã corporis proprii, & terrã paradisi.¶Primo q̃ immites & feroces terrã mundi destruunt,ideo non merent eam possidere.Sed quia mites terrã mundi pacifice regunt cũ mititate se habent ad subditos,ideo possident terram.i. regnũ mundi,vnde & Moyses qui fuit primus rector populi dei,&per totam vitam suam dr̃ q̃ erat mitissimus hominũ qui sunt super terrã.Et dñium Holofernis & Nabuchodonosor ad nihilum deduxit.Et ad hoc facit quod dicit.Eccl.10.Sedes ducum superborũ destruxit & sedere fecit mites pro eis.¶Secundo immites & feroces non possidebũt terrã corporis ꝓprii immo eam destruunt quia non subiiciunt sensualitatem rõni,sed ira superantur,q̃ inducit ad nocendum aliis ꝓp quod aliquãdo morte ꝓimunt.Sed ex & ipsa passione iræ ita sanguis incendit q̃ notabiliter nocet corpori.Vñ dr̃.Eccl.30.zelus & furor minuũt dies.Refert Augu. de ciui.dei.Syllam nobilissimum Romanum qui pluries fuerat Consul Rõa quo cepit bellum intestinum in vrbe,& diuisio seu partialitas cõtra Mariũ q̃ ex ira sua rupta vena effuso sanguine mortuus est.Sed mites vel mãsueti q̃ hũt dominiũ corporis sui subiiciẽtes sensualitatẽ rationi possident terram.Luc.21.In patientia vestra possidebitis animas vestras,ét sensitiuam.¶Tertio immites & feroces a terra paradisi excluduntur,mites aũt pacifice & quiete & secure dñium possidebunt in terra viuentium,de qua Ps.26.Credo videre bona dñi i terra viuentium.Terra ista mũdi est terra mortuorum,sed superna patria est terra viuorũ,q̃ terra dr̃ ꝓp firmam stabilitatẽ Hinc Aug.Rixentur immites & dimicent pro terrenis & tẽporalibus rebus.Sed beati mites qm̃ ipsi possidebunt terrã illam de qua euelli non possunt.Et de qua ps.141.Portio mea dñe sit in terra viuentium.Significat.n. quandam stabilitatẽ hæreditatis ꝓpetuæ,vbi aia ꝓbonũ affectum tanquã in loco suo reqẽscit sicut corpus i terra.Ipsa.n.est requies & vita sanctorũ.¶Beati qui lugent qm̃ ipsi consolabunt.Matt.

§.3. 5.Hæc est tertia beatitudo q̃ rationabiliter sequit primam & secundam. Nam post mundi

Mites triplicẽ terram possidebunt.

contemptum ꝓ paupertatem,post quietẽ mentis per mititatem seu mansuetudinem vacans hõ sibiipsi nil inuenit nisi flebile. Vnde Amb. super Luc.Cum hęc feceris vt sis pauper & mitis memento quia peccator es lugere peccata tua.Vnde dicitur beati qui lugent.Sed nota trinum luctum habendum.

¶Primus luctus est de perpetrata iniquitate.

¶Secundus de aliena calamitate.

¶Tertius de delata fœlicitate.

¶Primus luctus ẽ de perpetrata iniquitate.ps. 6.Laboraui in gemitu,meo, lauabo per singulis noctes.i.peccata lectum meum.s. conscientiæ,& in Trheñ.Deduc quasi torrẽtem lachrymas per diem & noctem,& non quiescat pupilla oculi tui.Hunc habuit Petrus post negationem Christi quando egressus foras fleuit amare.Matth.26.Et ex his lachrymis & luctu consequitur homo remissionem peccatorum, & per consequens euasionem damnationis,vnde.Prosper.Lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus restringũtur ẽterni ignis incẽdia de pe.dist.1.facilius.Si autem homo defletmortem amici & consanguinei vel damna rerum quantomagis habet lugere mortem animæ suæ,vnde consequitur infinitum damnũ Aug.Sciat se peccator culpabiliter reum si deflet damna rerum & temporis,& nõ deflet animam per ditam ex peccatis de pe.dist.2. Beati ergo qui lugent.Ecce fructus,quoniam ipsi cõsolabuntur,de spe remissionis peccatorum cõcepta.Sic Maria Magdalena quę lachrymis rigauit pedes Christi audire meruit. Dimissa sunt ei peccata multa.Et demum.Fides tua te saluam fecit, vade in pace Luc.7. In huius figuram Christus fleuit Lazarum mortuum cum eum resuscitauit Io.11.Ad innuendum q̃ oportet peccatorem flere & clamare postulando misericordiam ad hoc vt resurgat ad vitã gloriæ aut gratię,& multa facere. Qui autẽ plangunt peccata,& tamen non deserunt sunt similes ei qui lauat laterem crudum,qui quanto plus lauatur tãto plus luti facit,dicit Summa de pe.di.3.ille.Inutiles sunt tales lachrymæ cũ ꝓposito iterandi peccatũ.¶ Secũdus luctus est de miseriis proximorum spiritualibus & temporalibus,Hierem.9. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum vt plorare valeã die ac nocte interfectos populi mei & corporaliter & spiritualiter.Si quis haberet multos fratres, & videret vnum paralyticum, alium pauperrimum in de fame mori,alium calumniari, alium falso infamari,alium cõtemni & deprędari,aliũ magnis ꝓsecutionibus vrgeri,aliũ trucidari,

De triplici luctu habendo.

Quod lugere debem⁹ sup miseriis aliorum spiritualibus, & temporalibus.

alium

alium multipliciter infirmari, alium martyrizari, & in pœnis deficere, inumeros ad inferna descendere, & hmõi, vere haberet magnã causam continue lugendi, hoc aũt contingit cuilibet nostrum, nã omnes sumus fratres, vt dicit Xps Matth. 23. Vnus est enim pater vester qui est in cœlis. Cũ erge quilibet videat tot miserias pœnas quotidie, & picula & damna corporis & aiæ, certè cõtinuè habet deflere, & de flere quidẽ mortẽ propinquorum & amicorũ humanum est, moderatè tñ vt dicit Eccle. 22. Modicum plora super mortuo, defecit enim lux eius. Immoderatè aũt reprehensibile est. Sed multo magis deflendi sunt defectus animæ peccatorum mors. Vnde Augusti. Sunt ne Xpiane i te viscera pietatis qui plangis corpus a quo recessit aia, & non plangis aiam a qua recessit Deus? & Hiero. Qui nõ est iductus clementia & viscera misericordiæ & lachymarũ q̃is spũalis videatur nõdũ ipleuit legẽ Christi. di. 86. c. Qui clementiã. Et permaxime hoc cõuenit platis & doctoribus qui magis debent zelare salutem pplorũ. Vñ dicitur Ioheł. 2. Inter vestibulũ & altare plorabãt sacerdotes ministri dñi dicentes. Parce domine parce p.t. Sic Samuel multo tpe lugebat pro peccato Saulis regis, vt patet. 1. Reg. 16. Hoc etiam agendum Xps exemplo suo nos docui, qñ videns ciuitatem fleuit super eam dicens. Si cognouisses & tu supple fleres. Luce. 19 Ad lrãm considerãs exterminiũ illius ciuitatis futurũ & calamitates horum ex cõpassione defleuit. Moraliter ſm Greg. considerans exterminiũ animæ peccatricis & eius dãnationẽ futuram etiam fleuit cõpatiens eius miseriæ. Sic & b. pater Dominicus cum appropinquabat ad aliquã ciuitatẽ deflebat cogitãs peccata eius, & hãc gratiam vt dicitur in legenda eius dederat dñs ei flẽdi pro miseris & afflictis vnde se continere aliqñ nõ poterat in oratione quin vox eminus audiretur ac si mortuum lugeret. Et beati qui lugent qñ ipsi cõsolabũtur, & de exauditione eorũ pro quibus lachrymant, & de merito suæ compassionis, iuxta illud ps. 113. Scdm multitudinem dolorũ in corde meo &c. ¶ Tertio luctus est de dilata felicitate, de qua ps. 41. Fuerũt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicit mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Cõsiderare. n. debet aia gustans suauitatẽ, quanta in superna patria fælicitas, vbi nullũ bonũ deerit nullum malũ aderit, estq; Deus oĩa in oĩb⁹, vacatur ibi laudibus Dei, vbi iugiter sonãt organa sanctorum, qui sicut odor balsami sunt añ Deũ, & angeli & archangeli hymnũ decãtant añ thronum Dei, claraq; facie Deũ intuent, imo pleturq; omne desideriũ, & ad hanc, fælicitatẽ est creata. Sed dum peregrinat in corpore consequi nõ põt, immo quotidie in periculo est ea amittẽdi in perpetuum nõ potest non dolere. Reperiũtur aũt istæ lachrymæ calefaciẽtes & pingue faciẽtes animam in solitudine. f. cessando a strepitu mundanorũ & occupationum. In cuius figuram legit Gen. 36. q. Onam inuenit aquas calidas. i. balneares in solitudine. Procurantur etiam præcibus. Vñ in huius figurã legitur. Iudic. 1. q. Axa filia Caleph & sponsa Othonieł. q. dict⁹ ẽ saluator fuit ammonita a spõso suo Othoniele q. postularet a pre terrã irriguã. Cũ igit ambularet cũ pre suo Caleph sedens sup asinam suspirauit. Et cum pater interrogaret quare suspiraret. Rndit terram arẽtem dedisti mihi iunge & irriguã. Et dedit ei pater irriguũ superius & inferius. Axa est anima filia Dei per creationẽ, & spõsa saluatoris pfidẽ, hæc admonetur a Xpo sponso vt petat a Deo irriguum ideſt terram cordis cum aqua cõpunctionis quæ ambulans per viã virtutũ cũ Deo, ideſt Dei adiutorio, sedẽs super asinã, ideſt dominãs passionibus carnis, suspirat affectans & petẽs sibi dari a Deo cor cõpunctionis & lachrymarum, & Deus exaudit dans ei non solum compunctionẽ de peccatis quæ est irriguũ inferius sed etiã de dilatione patriæ q̃ est irriguum superius. Christus in cruce orauit cum lachrymis & clamore valido ſm Apostolum ad Hebre. 5. Exauditusq; est pro sua reuerentia Lachrymatus est pro magno affectu introducendi nos in supernam patriam, considerans negligentiam hominum ad ipsam gloriam appetendam consequendã Nullus enim videtur eã extimare pp qd dicit Threnorũ. 1. Viæ syon lugent, eo q. non sit qui vadat ad solemnitatem. Sed beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabunt, & in pñti p internam delectationẽ, & in futuro per æternã glorificationem. ¶ Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, qm ipsi saturabunt Matth. 5. Hæc est quarta beatitudo dispositiua, q̃ recte & ratione sequit tres pdictas. Qui enim mundana contempsit mores mansuetudine rexit, & alienas miserias luxit, iã potest esurire & sitire iustitiã quod prius non potuit. Vnde Ambrosius. super Lucam. Postquam delicta defleui, incipio esurire & sitire iustitiam. Eger enim cum in graui morbo est non esurit. Beati ergo qui esuriũt &c. Vbi Hieronymus. Non sufficit velle iustitiam nisi & iustitiæ famem patiamur. ¶ Nunquã enim non satis iustos credamus, sed semper iustitiæ opera esurire, ideſt desiderare ampliora intelligamus non contenti operibus bonis factis.

De fletu b. Dominisup peccata cuiusdã ciuitatis.

Lugere debem⁹ super dilatione æternæ beatitudinis.

Vbi ineuiunẽ istæ lachrimę.

§. 4. Quarta beatitudo.

Et dicit Greg. Summum bonum in rebus humanis est iustitiam colere, & sua vnicuique iura seruare 12.q.2. cum deuotissimã, quod pertinet ad iustitiã. Beati ergo &c. vbi tria nota. Primo quo esuries variat spualis. Secudo quo iustitia esuriatur generalis. Tertio quo ipsa satiatur anima rõnalis. ¶ Quantum ad primum sciendum q illi esuriunt spualiter qui desiderant operari. Illi sitiunt qui desiderant scire talia opera. Est aũt varia esuries & sitis. Aliqui n. esuriũt, & sitiunt. i. desiderant &, laborant ad hoc vt scientiam vanam consequantur, vt curiosi. Sed isti non satiantur, quinimmo deficiunt, sm illud Ps. 106. Esurientes & sitientes aia eorum in eis defecit. Nã vt ait Apostolus. Semper addiscentes nunquã ad scientiã veritatis puenientes. Alii esuriunt & sitiunt pecuniam desiderantes. s. acquirere & laborare ad habendam pecuniam vt auari, sed nunquã satiantur, immo semp plus crescit auiditas. ps. 33. Diuites egerunt & esurierunt. Ambro. Nec satietas vnquã aderit cupiditati nec finis, dist. 47. sicut hi. Alii esuriunt & sitiunt. i. desiderant habere, & ad hoc laborant ad habẽdũ potentiam vel dignitatem aut voluptatẽ, vt superbi & voluptuosi, & luxuriosi. Sed nunquã satiant, immo semp magis anxiantur. Prou. 28. Leo rugiens, & vrsus esuriens. s. mel in arbore, princeps impius super populũ pauperẽ. Et de filio prodigo & luxurioso dicit q cupiebat implere ventrẽ suũ de siliquis quas porci manducabant. i. delectationibus venereis, & nemo illi dabat. Luc. 15. Solum esurientes iustitiam & sitientes saturabuntur. Vnde dr Esa. 65. Ecce serui mei qui s. operati sunt iustitiã comedẽt, & vos s. peccatores esurietis, bibent & vos sitietis. Beati ergo q esuriunt, &c. ¶ Quantũ ad sm, quo esurit iustitia & sitit dicit Chris. q illi esuriunt iustitiã, qui sm iustitiã Dei desiderãt conuersari. Illi sitiunt q scientiã eius acquirere cupiunt. Iustitia aũt hic sumit pro virtute generali, q vt ait philosophus est ois virtus, hæc reddit vnicuiq; qd suũ est, & Deo quidẽ tria. Nã vt creatori honorẽ. Apls, 1. Thimo. 1. Soli Deo honor & gloria, honor. s. latriæ, qa sol⁹ẽ creator. Vt redemptori amorẽ. Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Nulla aũt maior prouocatio ad amorẽ q̃ puenire amando, ait Aug. Et ipse Christus dilexit nos. 1. Io. 3. Vt dño & iudici timorẽ ei debemus Malach. 2. Si ego dñs vester vbi est timor meus. ? Hiere. Quis nõ timebit te o rex gẽtiũ. Esuriunt ergo & sitiunt iustitiã q semp magis ac magis cupiũt Deũ honorare, amare, & timere. Et sitiunt affectantes scire quo ista melius pficiant. Proximo et iustitiæ exhibet tria. Obedientiam superiori, ad Ro. 13. Omnis aia potestatibus sublimioribus subdita sit, quia nõ est potestas nisi a Deo. s. operante vel pmittente quo ad malam & vsurpatam ptãtem. Concordiam æquali. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis oẽs & non sint in vobis schismata. i. discordiæ. Beneficientiã seu prouidentiã inferiori. 1. Pe. 2. Pascite eum q in vobis est gregem, & Lu. 12. Fidelis seruus & prudens quẽ constituit dñs super familiam suam vt det illis cibum in tpe. s. necessariũ, Sibiipsi iustitia exhibet tria. Cordi intentionis mundiciã. Sap. 1. In simplicitate cordis. i. pura intentione quærite illũ. Ori custodiam. ps. 23. Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. Carni exhibet iustitia disciplinam. Exemplo Pauli dicẽtis. Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iustitiã. i. q semper auidi sunt ad sciẽdum & operandum quæ pertinent ad debitũ exhibendũ ꝓximis, & ad custodiendum cor, & os, & oẽs sensus suos sm iustitiam. ¶ Quãtum ad tertium. s. quæ sit ista satietas qua satiantur esurientes & sitientes iustitiam. Respondeẽ q est triplex. Prima est quia vt dicit Aug. Illo cibo satiabuntur & saturabuntur in præsenti, de quo dominus ait. Meus cibus est vt faciam voluntatẽ eius q̃ misit me patris mei, q est summa iustitia. Secunda est multiplicatio bonorũ operum & meritorũ, q̃ mentẽ replent & reficiunt spũali delectatione. Qui. n. multũ desiderat iusta operari quod est esurire multa bona facit, nunq̃ quiescit a bono opere ps. 131. Pauperes eius. s. ecclesiæ saturabo panibus, i. refectionis spũalis. Tertia satietas est in futuro. De qua ps. 16. Satiabor cum apparuerit gl̃ia tua. ¶ Nam in p̃senti rõnalis esurit vel sitit primã veritatẽ, cui datur prælibatio fidei mõ. Concupiscibilis esurit & sitit summã bonitatẽ cui datur mõ prælibatio charitatis. Irascibilis summam sublimitatem, cui datur modo prælibatio spei. Caro esurit & sitit suã gl̃ificationem, sm illud ps. 62. Sitiuit in te aia mea q̃ multip. tibi ca. mea. Sed in futuro rationalis satiabitur visioni Dei. Concupiscibilis delectatione. Irascibilis satiabitur fruitione. Corpus sua glorificatione. Matth. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorũ quoad corpus. Vñ Esaia 60. Tũc videbis quoad rõnalem, & affluues quoad concupiscibilem, & mirabit quoad irascibilem, & dilatabitur quoad corporis glorificationem, gloria enim animæ dilatatur & extẽditur vsq; ad corpus. Vñ Hylarius. Sitientibus & esurientibus iustitiam beatitudinẽ tribuit

Quid sit esurire q̃q; sitire iustitiam. De multiplici esurie & siti iustitiæ.

De præmio istius btitudinis. s. satietate. Quo s. saturabunt tri p̃r.

buit dominus significans sanctorum auiditatē perfecta in cælo satietate repleti. Et Chry. Saturabuntur scilicet largitate remunerantis dei, qm̄ maiora erūt præmia dei quam sāctorum desideria. Beati ergo qui esurient &c.

§5. ¶Beati misericordes qm̄ ipsi misericordiā cōsequent. Matthei.5. Hæc est quinta beatitudo & apte ponitur in quinto loco, quia fm Glo. Misericordia de precedentibus nascitur. s. qm̄ pcesserit vera humilitas & animus m-suescat & suos & aliorū casus defleat, ac iustitiā esuriat, postea nascitur vera misericordia. Tūc.n. alienas miserias facit suas & pro viribus iuuabit, & si iuuandi facultas deest, compassio non deerit, & recte post iustitiam ponit misericordia, qa fm glo. ita itę scilicet misericordia & iustitia sunt coniunctę vt vna altera debeat tē perari. Nam iustitia sine misericordia est crudelitas & misericordia sine iustitia ē remissio & dissolutio. Quod diffuse declarat Grego. di. 45. disciplina. Ad misericordiā Christus hortabatur dicens. Lu.6. Estote misericordes sicut & pater vester celestis misericors est. Et rō est, quia beati misericordes qm̄ ipsi misericordiam consequentur. Et postea Christus dicit. Estote misericordes. Quomodo vel in quibus debemus esse misericordes ostendit in eo quod subdit, scilicet tribus.

Quare misericordia qnto loco ponitur.

¶In dando sententiam. Vnde subdit. Nolite iudicare & non iudi.

¶ In condonando vel subdendo misericordiā. Vnde subdit. Dimittite & dimittemini.

¶ In subleuando inopiam. Vnde dicit. Date & dabitur vobis.

Quare & in q-bus dē-mus esse misericordes.

¶ Et in omnibus his est misericors pater cęlestis ad eos qui faciunt misericordiam. Beati ergo misericordes qm̄ misericordiam consequentur. ¶ Prima ergo misericordia qua debemus vti ad proximum est in iudicando. Vn de dicit Hierony. Misericordia hoc non solū intelligitur in eleemosynis, sed in omni pecca to fratris, vt alter alteri⁹ onera portemus. Iob. 9. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei. Quare me persequimini sicut deus, & carnibus meis saturamini &c. Misericordia est compassio super aliena miseria. Maxima miseria est peccatum. Cū ergo videt qs proximum aliquid facere quod habet speciē mali, si nō est certus, nō debet iudicare eum sicut nec deus qui omnia nouit noluit iudicare facta sodomorum nisi prius videret clare. Vadam inquit & videbo si clamorē qui venit ad me opere impleant. Gene.9. Sed etsi a malo culpę defectus excusari nō potest, pximus in actu suo excusat intentionē, considerat fragilitatem, experit in se malorum tentationē, & sicut vellet sibi misereri, ita & misereī proximo. Si etiam habet de ipso iudicare misericordia vtatur in alleuiando pænā, considerans quod ait Iacobus in canonica sua. Iudicium sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam. Sed non sic multi faciunt, etiam qui vident amici sed sunt prompti ad iudicia temeraria, & festucas i alieno oculo videt, non suas trabes, vt scribitur i euangelio. Luc.6. Sua crimina alleuiāt & excusant, aliena aggrauāt & persequunt, scilicet appetendo & quērēdo punitionem, vt deus, ideſt ac si ipsi essent innocentes & non indigētesr & ipsi misericordia ex miseriis suis & carnibus saturantur, crudelitatem scilicet exercendo. Beati ergo misericordes in iudicādo nōtemerariæ, non suspicio sè, non presumptioſe, non vsurpatiuè, sed pie ex compassione, qm̄ & ipsi misericordiam consequentur cum iudicabuntur a deo. Secunda misericordia est in condonando iniuriam. Vn de dicit. Dimittite, scilicet iniurias vobis factas & dimittemini, puerb.22. Qui pronus ē ad misericordiam benedicetur a domino. Augu. dicit tibi deus. Dimitte, & dimittetur tibi, dimisi prius dimitte vel postea. Nam si & non dimiseris reuocabo te, & quicqd dimiserā replicabo tibi. de pænitē dist.4 ps.102. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus ē deus timentibus se. Pater carnalis q̄is filius multotiens faciat contra ordinationes suas, tamen parcit, sibi compatiēs, ita & deus dimittit. s. iniurias sibi innumeras quotidie a nobis actus. Vnde Amb. in passione Christi. Libēter ignosco. s. iniurias mihi factas promptè indulgeo, misericordiā malo q̄ sacrificium de pæ. dist.j. Exēplo in Paulo q ait de seipso. Qui prius fui blasphemus & contumeliosus persecutor, scilicet Christi & fidelium, sed misericordiam consecutus. j. ad Timothe.j. Et euangelio ipso vbi misericordiam mandat, dicit. Non est discipulus supra magistrum perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius Christus ē magister qui quantas iniurias sustinuerit, & q̄ misericorditer indulserit, patet in passione eius. Beati ergo misericordes quoniam ipsi misericordiam cōsequentur, scilicet remissionem peccatorem. Vnde dicitur Ecclesia.28. Relinque proximo nocenti te, ideſt tibi, nō dicit qui nocuit tibi, sed nocenti principaliter quando vltionis ira solet magis ferueſcere, & tunc deprecanti tibi soluentur pcā tua. i. dimittentur, sicut soluitur cera ad ignem & glacies ad solem. Et ad Colloſ.3. Donantes inuicem siquis aduersus aliquem habet quere-

De prima misericordia.

Secūda misericordia.

Iam, sicut & Xps donauit nobis. ¶Tertia misericordia est in subleuando inopiam. Vnde dicitur. Date. s. eleemosynā & dabit vobis misericordia eleemosynę multiplicis. Prouerbio. 14. Qui miseretur pauperi. s. dando eleemosynā beatus erit. Hylarius. Intantum deus beniuolētiæ nostræ in omnes delectatur affectu, vt suam misericordiam solum misericordibus sit daturus. Eccle. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis. i. da occulte, non propter laudē humanā, & ipsa orabit pro te. s. pauper cui dabis. Date ergo & dabitur vobis. Et qui detur ostendit ipse deus in euangelio eodē dicens. Mensuram bonam confertam coagitatam & superefluentem dabunt in sinum vestrū. s. pater & filius & spūssanctus. s. a quo omne datum optimū dabunt pro eleemosyna data ex misericordia & mensura bōa pōt referri ad bona tēporalia q̄ multiplicāt horibus dātib. eleemosynas largas, vt dī in puerb. 3. c. Honora deum de tua substantia. s. dando pauperi, vt implean tur horrea tua, & vino torcularia redūdabūt.

De præmiis misericordibus p̄missis.

Exēplū. Exēplum legitur q̄ in quodā monasterio tum dabantur ibi abundanter eleemosynæ pauperibus abundabant monachi multū in temporalibus. In processu temporis cæperunt desistere ab hōc opere misericordiæ, & monasteriū etiā deficiebat in redditibus. Et cum quidam conquærerentur de hmōi defectu, dixit eis quidā sanctus homo. Duo fratres sunt quos habebatis in isto monasterio, vnus dicebatur date, & alius dabitur vobis. Isti semp volūt simul manere. Sed vos emisistis date, & ideo alius. s. dabitur vobis noluit manere vobiscū, sed recessit. Ideo ergo indigetis, quia non vtimini misericordia ad pauperes. ¶Sed o mensuram coagitatam. i. calcatam dabunt in sinum vestrū. i. mentē vestrā quoad bona spūalia, q̄a vt dī p̄uerbio. 13. Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Et per ipsam etiā misericordiæ eleemosynam disponitur & augetur ad gratiā, sicut patet per exemplum in vitis patrum in legenda Macharii de illo symphoniaco qui ex eo quod fecit misericordiam defendēdo virginē a sociis ne eam opprimerent & reducendo ad suos & mulierem inuenrā in deserto quasi desperatam pro detentione viri & filiorū in carceribus p̄o debitis, ipse refocelauit & debita soluit. Machario fuit reuelatum q̄ futurus esset socius eius in gloria. Et sic ex illa misericordia inductus est admonitione Macharii ad de

Exēplū.

De mīa & eius vtilitate supra. ti. 5. c. 18.

ferendum seculum & seruiendum deo. ¶Tertio mēsuram confertam ideſt cumulatā quoad gloriam animæ excedentem capacitatē meritorum eius. ¶Quarto superefluentem ideſt trabocantem quoad gloriam corporis, quæ p̄cedit ab anima seu ab animæ gloria redundātem in corpus, misericordibus enim dicetur in vltima percipite regnum. Matth. 22.

¶Beati mundo corde qm̄ ipsi deum videbunt Matth. 5. Conuenienter sexto loco ponit beatitudo de mūdicia cordis, q̄a sexto die hō formatus est ad imaginem dei, quæ quidem per peccatū obtenebrata erat in homine, sed immundicia cordis reformatur per gratiam. Nā imaginem dei quam homo per culpam sexta die amisit. Christus sexta mundi ętate restituit & mūdis corde infudit per gratiam. Merito ergo post prædicta sequitur beatitudo de mundicia, quia nisi prius illa quinq; habeant, mundū cor in homine non creatur. Vnde Amb. Qui misericordiam defert misericordiā amittit, nisi mundo corde misereatur. Quia enim vt ait Cryso. multi miserentur, sed impudicagunt, estimantes sufficere misericordiā, ostēdit q̄ non sufficit misereri & impudica agere, & ideo addidit de mundicia dicens. Beati mūdo corde. Et nota q̄ non dicit mundi in exterioribus vel i corpore. Cōtra quos Christus ait Matth. 23. Veh vobis scribe & pharisei qui mundatis quod deforis est, intus autem pleni estis rapina & immūditia. s. cogitationū Chryso. super Matth. Cum deus neq; corporis mūdiciam laudet, nec sordes cōdemnet pone tamen q̄ deus odit sordes corporum vestimentorū & vasorū, quæ necesse est vt ipso vsu sordidētur, quantomagis sordes cōscientie horret quam si volumus semper mundam seruamus. Dicit ergo. Beati mundo, non corpore sed corde. Hæc autem munditia in tribus intelligitur. ¶Primo vt munda sit rationalis ab errore male instruente. ¶Secundo vt munda sit concupiscibilis ab amore male inflammante. ¶Tertio vt munda sit irascibilis a timore male humiliante. ¶Debet ergo munditia eē in intellectu a tribus vt sit munda rationalis videlicet. Primo a duplicitate intētionis. Secundo a falsitate opinionis. Tertio a prauitate cogitationis. ¶Quantum ad primum qui simulatam habet intentionem, vt qui facit aliquid malo fine, vel qui vnum habet in corde, & aliud in ore seu opere non est beatus sed miser Eccle. 2. Veh duplici corde. Et iterum. Veh peccator ingredienti terram duab. viis. Hoc agit sm Rabanum, qui mala facit & bona sperat, vel qui sectatur opera carni, & sanctificationem spiritus se perficere arbitratur, vel qui quoad exteriora viam graditur paradisi, scilicet agendo opera de genere bonorum quoad

§. 6.

De mūditia cordis qua re sexto loco ponitur.

Mundītia cordis i tribus cōmuniter

Mundītia intellectus i tribus.

interiora

interiora incedit per viam inferni Hiere.4. Lua a malitia, scilicet intentionis cor tuum. Secundo debet intellectus esse mundus a falsitate opinionis, vt nil sentiat contra veritatem fidei, sicut discipuli qui videntes Christum resuscitatum estimabant phantasma esse. Vnde Christus ait. Quid turbati estis, & cogitationes ascendūt, scilicet ab inferis in corda vestra? Actuū. 15. Fide purificās corda eorū, scilicet ab errorib. Tertio debet esse rationalis munda a prauitate cogitationis Matth. 15. Ex corde exeunt cogitatiões male. Furta & huiusmodi, & vt dicit Greg. Nequaquam cogitatio immunda mentem maculat cum pulsat, sed cum hāc per delectationem superat de pe. dist. 3. Vnde Esaie. 1. dicit Lauamini quoad primum mundi estote quoad secundum, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis quoad tertium. ¶ Secundo debet esse munda concupiscibilis ab amore mundanæ affectionis, ab amore prauæ delectatiōis, a malo puersæ operationis. Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuu, vbi Chryso. Si nil tibi vlterius mali eueniat, non paruam senties iacturam in ferioribus affixus & seruus eorum factus, & a celestibus cadens et nil excelsorū cogitare valens. Secundo debet affectus esse mundus ab amore prauæ delectationis. To. 3. Mundā seruaui animam meam ab omni concupiscentia scilicet carnis & spiritus. Et dominus per prophetam. Vsquequo morabuntur apud te cogitationes noxiæ? Tertio debet esse munda affectio a praua operatione. Prouer. 2. Qui mundus est, scilicet cordę rectum est opus eius ps. 25. Quis ascendet in montem domini innocens manibus, idest operibus & mundo corde. Tertio debet esse munda irascibili a timore male humiliante Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, vnde Apostolus ait. Mundus ego sum a sanguine omnium vestrū. Non enim subterfugi quin omne consilium dei manifestarem vobis, scilicet de agendis q.d. propter timorem nō dimisi quin dicerem veritatem necessariam, quia tunc mundus, nō essem. Qui enim nimis timet aduersa de facili perdet munditiam cordis, & incurrit, pla pec cata. Sed si quis diceret istam beatitudinē haberi non posse, quia scribitur. Prouer. 20. quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato? q.d. nullus ergo non potest haberi ista beatitudo munditiæ. Respondeo. Aliud est dicere se mundū a peccato, quod nullus potest dicere assertiue, quia delicta quis intelligit? Psal. 18. q.d. nullus. Et nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum ait Apostolus. Et hoc propter incertitudinem status nostri, quia nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit Eccle. 9. Tum etiam propter insę parabilitatē venialium. 1o. Io. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus. Aliud est esse mundum a peccato quocūque. Et istud quāuis ex propria natura esse non possit, tamen esse potest ex diuina gratia, sm illud Iob. 14. c. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Non enim tu qui solus es. Et cum tali munditia potest videri Deus in vita præsenti multipliciter. Iacob vidit deum facie ad faciem, sed emarcuit neruus femoris eius, quod significat extinctionem concupiscentiæ carnalis, & Esa. sed mundatis labiis, & Paulus raptus, sed ceciderunt squamæ ab oculis eius ipso batizato. Beati ergo mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. ¶ Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur §.7. Matth. 5. Hęc beatitudo aptæ in septimo loco ponitur, Dicit glo. quia in sabbato vere requiescit dabit vera pax sex ætatibus trāfactis Amb. sup Lu. reddit rationem quare congrue beatitudinem de munditia sequitur ista de pace dicēs. Cū interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati ne dissensiones ex affectu tuo procedant, a te pacē incipis vt aliis pacem feras. vñ dī. Beati pacifici. Circa quod tria sunt notanda. Primo pacis auiditas. Secundo pacis integritas. Tertio pacis sublimitas. ¶ Quantum ad primum dicit Augu. 19 de ciui. dei q omnia appetunt pacem, quod diffuse probat per multa exempla & irrationabilium animalium & latronum inter se. Et etiam ex hoc q bellum quod naturaliter omnes horrent propterea gerunt vt perueniatur ad pacem. Non enim pax queritur vt bellum exerceatur, sed bellum geritur vt pax habeatur. 23. q. 1. militare. Psal. 75. In pace factus est locus eius, scilicet dei. Hanc Apostolus mandauit dicens Pacem habete & deus pacis et dilectionis erit vobiscum. 2. Cor. vlt. ¶ Quantum ad secundum quod tribus modis aliqui sunt pacifici. Et beati pacifici quoniam &c. Primo quidem cum deo ei in omnibus obtemperando. Secundo in seipso motus illicitos refrenando. Tertio cum proximo concordiam inter eos procurando. Nec dicuntur hi pacifici qui habēt animū pacatum iniuriis factis a proximo vt non inde conturbentur, quia hoc pertinet ad secundā btitudinē. s. mititatē. Sed q inuigilant paci reformandę quoad deum & hoc per pœnitētiam qui per culpam eā amittunt et paci cōseruande i seipsis, et paci faciendæ inter pximos. Primo ergo beati pacifici, quia scilicet obtemperando

Mundi ciacōcupiscibilis in trib.

Mundicia ira scibili.

Quare hæc se. primo loco ponitur.

Tribus modis aliq dicunt pacifici.

perando mandatis dei, per omnia concordant cũ eo, ad Ro. 5. Iustificati ex fide pacẽ habeamus ad Deum, vt enim ait Augu. Sicut quod est superius in nobis, scilicet mẽs vel ratio debet cæteris inferioribus reluctantibus imperare, ita quod est in nobis superius, scilicet ipsa rõ debet subiici potiori se, scilicet Deo. Neq; enim imperare inferioribus potest nisi superioribus subiiciatur. Vnde in primis parentibus cum rebellauit rõ Deo. transgrediens mãdatum, & caro se rebellauit rationi sentiendo stimulos carnis. Et hæc est pax quæ datur hominibus bonæ voluntatis Luc. 2. Secundo beati pacifici, scilicet qui refrenant in se illicitos, motus Iob. 5. Scias qđ pacem habeat tabernaculum tuum, idest corpus, vnde & Aug. Pacifici sunt in seipsis qui animi motus & carnales concupiscentias habentes edomitas & rationi subiectas sunt regnum dei, in quo ita ordinata sunt omnia, vt quod i homine est principium imperet reluctantibus q̃ sunt nobis bestiisque communia. Tamen vt dicit Augu. ista subiectio sensualitatis ad rationem pfectè nõ potest haberi in hac vita, sed hoc nunc pacifici agunt, vt domantes concupiscentias carnis ne regnent, quandoque perueniant ad plenissimam pacem. Tertio beati pacifici, scilicet qui querunt pacem cũ proximo, sm illud ad Ro. 12. Si fieri potest quod ex vobis est cũ omnibus pacem habentes Chryso. super Mat. Pacifici ad alios qui vno solum inimicos in pace reconciliant, sed etiam qui immemores malorum diligunt pacem. Pertinet ad istam pacem vt non solum non quærãt vindictam læsi, sed quærant cum eis ledentes habere pacem & discordantes ad pacem reducere. ¶ Quantum, ad tertium principaliter sublimitas pacis ostenditur ex fructu eius seu præmio qđ repromittitur, quia scilicet filii dei vocabuntur. Tria autem faciunt hominem filium dei quodam particulari modo. Primo fides formata. Io. 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri his q̃ credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus &c. Secundo charitas perfecta. Mat. 5. Diligite inimicos vestros &c. vt sitis filii patris vestri. Tertio pacis concordia, secũdum illud. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur quia secũdũ Chryso. tales diligentes pacem Christo sunt similes q̃ est pax nostra qui fecit vtraq; vnum sm Apostolũ, vel quia sm Aug. In deo est summa quies & nil repugnãs. Et sic habent tales similitudinem patri, vel sm eundem Chryso. Pacifici dicuntur qui nec odiunt nec litigant, sed litigantes & discordãtes ad pacem reducunt. Hic recte vocãtur filii dei, quia vnigeniti hoc opus fuit congregare dispersa & pacificare cõtra se præliantia, hoc autem est maximum & dignissimum, scilicet esse filius regis æterni.

De præmio illius beatitudinis

¶ Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum cœlorum Matth. 5. Hæc octaua beatitudo est quædam manifestatio & cõfirmatio precedentiũ. Ex hoc enim q̃ aliquis est confirmatus in præcedentibus bonis in paupertate spiritus, mititate, & aliis, sequitur q̃ ab illis bonis ptopter nullam persecutionem recedat, vnde ista beatitudo pertinet quasi ad omnes præcedentes Chryso. super Matth. dicit q̃ posita beatitudine de pace subdit de persecutione ne quis existimaret q̃ semper quærere sibi pacem sit bonum, puta essentiendo malis propterea subdit Beati qui persecutionem patiũtur. Vbi tria notanda sunt circa istam beatitudinem. §. 8.

¶ Primo supplicium afflictionis. ibi. Beati qui persecutionem patiuntur.

¶ Secdo motiuũ. passionis. ibi. Propter iustitiã.

¶ Tertio præmium tolerationis. ibi. Quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

¶ Quantum ad primum vtiq; persecutio afflictio est. Dicit autem Apost. 2. Tim. 3. omnes qui pie volunt viuere in Christo necesse est vt persecutionem patiantur propter iustitiam & hoc a carne. Dæmone, & homine. Caro enim persequitur spiritum volens eum trahere ad suas concupiscentias. In cuius figuram fuit ludus Hism aleis cum Ysaac, quæ persecutio dicitur. Vñ Apostolus ad Gal. 4. Is qui sm carnem natus est persequebatur eum qui sm spiritum natus est. i. appetitus sensualis rõnem a Dæmone quilibet iustus sustinet persecutionẽ dum variis modis querit eum decipere & occidere. Psalm. 17. Persequar inimicos meos & comprehendam illos & non conuertar donec deficiant, Persequimur Dæmones persequentes cum resistimus eorum suggestionibus. Ab homine fit persecutio. Et hoc dupliciter, quia per iniurias corporales vel per mala exempla, vnde Aug. vtrunq; genus persecutionis distinguens, ait super Psal. 69. & in multis aliis. Vox contribulatorum Christo. i. martyrum inter passiones periclitantium sed de capite præsummẽtium. Cum illis vox omnis iusti cui ex charitate abundans iniquitas Christianorum passio est, vt Loth corporalem pse cutionem a nullo i Sodomis sustinuerit sed a malis eorum cum quibus habitabat. Est ergo pſecutio iusti vel a leone in impetu, vel a dracone in insidiis. 7. q. 1. aduersitas. §. est & aliud

Quia multiplex est persecutio.

¶ Quantum ad secundum, scilicet de motiuo passionis quod scilicet debet esse iustitia

De motiuo passionis. s. pp q. d.

quæ

quæ includit omnem virtutem. Nam pati ꝓp ſua peccata perſecutionem. i. punitionem non facit hominem beatum ſed miſerum. Vnde. 1. Pe. 4. dr. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus. Item ſi quid patimini ꝓp iuſtitiã beati. Et hoc eſt quod dr beati qui perſecutionem patiuntur' ꝓp iuſtitiam. Chriſ. ſuper Matth. Quidam patiuntur perſecutionem ꝓp nõ committendã idolatriam, & iſti ſunt beati quia ꝓp iuſtitiam fidei patiũtur vt fideles a paganis, vt Lau. Vincen. Io. & Pau. Coſmas & Damianus a diuerſis tyrannis idolatris, vt Agnes, Lucia, Cecilia, Chaterina, & innumeri vtriuſq; ſexus. Aliqui patiuntur per ſecutionem ꝓp veritatẽ non deſerendã, vt catholici ab hæreticis, ſicut Athana. Hila. Ambr. & plures alii ab Arrianis & imperatore eis fauente & Hermigildus filius regis Hyſpaniæ a ſuo patre iuſſus occidi, quia ab Arrianis noluit accipere communionẽ, vt narrat Greg. in dialo. Et iſti etiam beati, quia ꝓp iuſtitiam veritatis patiuntur perſecutionem. Sed ſi quis ex potẽtibus ait Chryſ. qui chriſtiani videnꝫ forſitã ꝓp peccata ſua correptus a te fuerit perſecutus beatus es cũ Io. bap. qui ſ. non ꝓp fidẽ, ſed ꝓp veritatem dicendum circa matrimonium violatum ab Herode corripuit, perſecutionem & mortem eſt paſſus. Qui ergo ꝓp cauſam dei aliquid patitur, etſi a ſuis patitur mercedem martyrii accipiet a Deo. Beati ergo qui perſecutionem patiuntur ꝓp iuſtitiam. ¶ Quantum ad tertium, ſcilicet de præmio. Nota ꝙ regnũ cœlorum eſt perſecutionem patiẽtium tribus modis. Primo modo ſpontanea voluntate. Voluntarie ſacrificabo &c. Secundo cum perſeuerantia. Vnde qui perſeuerauit vſque in finem hic ſaluus erit. Tertio ex cauſa legitima quia propter rectam intentionem & cauſam. Nam vt ait Apoſtolus. 1. Corinth. 13. c. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, ſcilicet faciẽdo propter laudem humanam, non propter Deum nihil mihi prodeſt. ¶ Et nota ꝙ idem præmium in prima & octaua beatitudine ponitur. Primo quidem quia martyrii genus eſt paupertas voluntaria, & in conſpectu ſeculi ſunt pauperes ſpiritu qui perſecutionem patiuntur. Secundo qa per paupertatem emitur regnum cœlorũ, ſed perſecutione & paſſione pro Chriſto percipit regnum. Tertio ſm Ambro. quia pauperibus ſpiritu promittitur regnum cœlorum quantũ ad gloriam animæ ſed ſuſtinentibus perſecutionem & paſſionẽ in corpore pro Chriſto ꝓmittitur regnum cœlorum quantum ad gloriam corporis. Beati ergo &c.

Quia. ſ. afflicti beatificã tur.

De præmio huiuſmodi perſecutorum.

¶ *De vltimo fine hominis, qui eſt beatitudo perfecta.* *Cap. 7.*

De vlti mo fine ſ. beatitudine, vtrũ ſcilicet ſit qd creatum.

REſtat videre de beatitudine pfecta q̃ eſt vltimus finis hois q̃ diffinit Boe. cũ dicit q̃ eſt ſtatus oium bonorũ aggregatio pfectus. Et primo videdũ ẽ ſi eſt aliq̃d creatũ vel increatũ. Pro cui⁹ declaratione dicit b. Th. 1. 2. q. 3. ꝙ beatitudo eſt vltimus finis. Finis ãt alicuius dr dupl⁹. Vno mõ res q̃ cupim⁹ adipiſci ſicut aurora finis eſt pecunia. Alio mõ ipſa adeptio vel poſſeſſio ſeu vſus aut fruitio eius rei quæ deſiderat, ſicut ſi dicat ꝙ poſſeſſio pecuniæ eſt finis auari, & fruire voluptuoſa ẽ finis intẽpati. ¶ Primo ergo mõ vltimus finis hois eſt bonũ increatũ. ſ. Deus q. ſolus ſua infinita bonitate põt volũtatẽ hois pfecte implere, & iſta dr beatitudo obiectiua vel cauſatiua, qa Deus ẽ obiectũ & cãſa æ beatitudinis, vñ & Boe. dicit Deũ eſſe ipſã beatitudinẽ neceſſe ẽ cõfiteri. ¶ Secũdo vltimus finis ſeu beatitudo hois eſt aliquid creatũ in ipſo exiſtẽs, qd̃ nihil aliud eſt q̃ adeptio vel fruitio vltimi finis, vñ Aug. dicit ꝙ illis rebus fruẽdũ eſt quæ nos beatos faciũt, factio aũt importat qd creatũ, & iſta dr beatitudo adeptiua vel fruitiua ex eo ꝙ eam adipiſcimur & fruimur. Sic igit q̃tũ ad obiectũ & cãm beatitudo eſt qd increatũ, ſed q̃tũ ad eſſentiã ẽ qd creatũ. Cũ aũt dr beatitudo eſt quid ſummũ bonũ, intelligẽdũ eſt ꝙ eſt adeptio ſummi bõi, ñ ꝙ ipſa adeptio q̃ dr btitudo ſit ſũmũ bonũ, qd̃ ẽ De⁹, & ꝓ cõſequẽs qd increatũ. Et ſic btitudo dr vltimus finis. i. adeptio vltimi finis. ¶ Probatio & declaratio qõ btitudo pfecta ſit opatio nõ q̃cũq;, ſed opatio intellectiua nõ q̃cũq;, ſed claræ viſionis diuinæ eſſentiæ. Et primũ ꝓbat ſic. b. Th. 1. 2. q. 3. ſ. ꝙ btitudo ſit opatio ſm ꝙ btitudo eſt aliq̃d creatũ in ipſo hoie exiſtens, btitudo ẽ vltima hois pfectio, vnũquodque aũt intũ ẽ pfectũ inq̃tũ ẽ actu, nã potẽtia ſine actu imꝑfecta ẽ, ergo btitudinẽ oportet i vltimo actu hois cõſiſtere. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ opatio ẽ vltimus actus opantis, vñ & fcd⁹ act⁹ noiat aphõ in fcõ de ania, nã hñs formã põt eſſe in potẽtia opans, ſicut ſciẽs potẽtia cõſiderãs eſt. Et inde eſt ꝙ in aliis quoq; rebus vnaqueq; dr eſſe ꝓp ſuã operationẽ. Neceſſe eſt igitur beatitudinẽ hominis operationẽ eſſe. Vnde & phũs in 1. Ethic. dicit fœlicitatẽ eſſe operationẽ ſm perfecta virtutẽ. Cũ aũt ſit duplex actio ſm phũm. Vnaquæque procedit ab operante in materiam exteriorem, ſicut nere, ſecare, & huiuſmodi. Et talis actus non poteſt eſſe beatitudo hois, qa talis operatio non eſt pfectio agẽtis, ſed magis patiẽtis. Alia eſt actio

Quæ operatio ſit beati tudo.

manens

manens in ipso agẽte sicut sentire velle, & intelligere, & talis actio est perfectio agentis & potest esse beatitudo. Ista autem operatio quæ dr beatitudo alio mo est in Deo, alio mõ in angelis bonis & sanctis, alio mõ in viatoribus. Nã in Deo in quo est beatitudo p essentiã, opatio eius est esse ipsius, In angelis & beatis in vita æterna, est vltima perfectio sm aliquã opationem qua iungunt bono increato, & hæc est in eis opatio vnica & sempiterna. In viatoribus aũt sm statum vitæ præsentis est vltima pfectio sm quã hõ coniungit Deo. Sed hæc opatio non põt esse cõtinua & vnica. Nec obstat p dictis q beatitudo dr vita æterna Ioã. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscãt te solũ &c. Et vita non est opatio, sed sm phũm viuere viuẽtibus est esse. Nã sm Tho. vita dr dupliciter. Vno mõ ipsum esse viuẽtis, & sic beatitudo nõ est vita nisi in Deo cuius est sua ẽt opatio. Alio mõ dr vita opatio viuẽtis, sm q principiũ vitæ exit in actum. Et sic noiamus vitã actiuã & cõtemplatiuam. Et hoc modo beatitudo pfecta dicit vita æterna. Quod autẽ Boetius dicit beatitudine statũ orum bonorũ, intelligitur per hoc q beatus est in statu omnis honi perfecti. i. firmitate & dignitate, non q non sit in actu.

Quaꝛ btitudo sit i Deo & Angelis & viatoribus.

§. 1. ¶ Quod operatio quæ est beatitudo est opatio intellectus probatur sic. Beatitudo cum sit pfectum bonum, oportet q sit optima pfectio vel pfectionis operatio. Optima opatio est optimæ potentiæ, ergo optimum obiectũ est Deus. Potentiæ aũt principaliores animæ sunt intellectus & voluntas. Beatitudo nõ põt esse essentialiter actus voluntatis, vñ restat q sit actus intellectus. Et q nõ põt esse actus voluntatis quãtum ad id qd est essentialiter ipsa beatitudo, sic pbat b. Tho. 1.2.q.3. Manifestum est ex pmissis q beatitudo est cõsecutio vltimi finis. Cõsecutio aũt finis non consistit in ipso actu voluntatis. Voluntas enim fertur in finem & absentem cum ipsum desiderat & præsentem cũ in ipso requiescẽs delectat. Manifestum est ãt q ipsum desideriũ finis nõ est cõsecutio finis, sed motus ad finem delectatio aũt aduenit voluntati ex hoc q finis sit ei pñs. Nõ aũt econuerso aliquid fit præsens, qa voluntas delectat in ipso. ¶ Oportet ergo aliquid aliud esse q actũ voluntatis, per qd fit pñs ipse finis voluntati. Et hoc manifeste apparet circa fines sensibiles. Si enim cõsequi pecuniam esset per actum voluntatis, statim a principio cupidus cõsecutus esse pecuniam qñ vult eam habere. Sed a principio quidẽ est absens ei. Consequitur autem ipsam p hoc q manu eam apprehendit, vel aliquid hmõi, & tunc iam delectatur in pecunia habita. Sic igitur circa intelligibilem finem cõtingit, nam a principio volumus consequi finem intelligibilem. Consequimur autem ipsum per hoc q fit præsens nobis per actum intellectus. Et tunc voluntas delectata quiescit in fine iam adepto. Sic ergo essentia beatitudinis in actu intellectus consistit. Sed ad voluntatem pertinet delectatio consequens beatitudinem sm q dicit Augusti. in 10. confessio. q beatitudo est gaudium de veritate, quia scilicet ipsum gaudium est consumatio beatitudinis. Patet etiam hoc scilicet q beatitudo consistat in actu intellectus ex hoc quod dicit Iohan. 17. Hæc est autem vita æterna vt cognoscant te solum verum Deum, &c. Cognitio autem pertinet ad intellectum, non voluntatem. Non est contra prædicta quod Augu. dicit. 19. de ciui. dei, beatitudinem consistere in pace. Nam pax pertinet ad vltimũ finem hominis, & per consequens ad beatitudinem, non q essentialiter pax sit ipsa beatitudo, sed quia antecedẽter & cõsequẽter se hẽt ad eã. Ancedẽter quidẽ inq̃tum iam sunt remota omnia perturbantia & impedientia ab vltimo fine. Consequenter aũt inquãtum hõ adepto vltimo fine remanet pacatus, & in suo desiderio quietatus. Itẽ si obiiciatur. Beatitudo est summum bonum. Sed bonum est obiectum voluntatis, ergo beatitudo consistit in actu voluntatis. Respondit beatus Thomas q primum obiectum volũtatis non est actus eius, sed aliquod aliud bonum sicut nec primũ obiectum visus est visio, sed visibile, vnde ex hoc ipso q beatitudo pertinet ad voluntatem tanq̃ ad primum obiectum eius sequitur q non pertineat ad ipsam tanq̃ actus eius. ¶ Item si obiiciatur sic. Si beatitudo est operatio vt dictum est, ergo est nobilissima operatio. Sed nobilior operatio est dilectio Dei, quæ pertinet ad voluntatem, quam cognitio quæ pertinet ad intellectũ ergo &c. Rñ. be. Tho. q dilectio præeminet cognitioni in mouendo. Sed cognitio prior est dilectione scilicet attingendo. ¶ Non enim diligitur nisi cognitum, & ideo intelligibilem finem primo attingimus per actionem intellectus, sicut & sensibilem finem primo attingimus actionem sensus. Item quamuis finem prius apprehendat intellectus quam voluntas, tamẽ quia motus ad finem incipit a voluntate ideo voluntati debetur id quod vltimo consequitur assecutionem finis, scilicet delectatio seu fruitio. Item ex hoc quod Aug. dicit q beatus est qui habet quicquid vult, non tamen nisi per actũ voluntatis est q habeat quicquid vult, & ideo pertinet ad voluntatem.

Probaꝫ qd ista btitudinis opatio fiat ex intellectu.

Quod beatitudo consistit in operatione intellect'.

Argm̃ i contrarium.

¶ Quod

De obiecto eius .f. visione diuine essẽtiæ.

¶Quod ista operatio intellectus in qua essentialiter cõsistit beatitudo perfecta, est visio diuinæ essentiæ, & non potest esse alia operatio probat be. Tho. 1.2.q.3. sic. Homo non potest esse perfecte beatus quousque restat sibi aliquid desiderandum & quærendum, quia beatitudo est quietativa. Sed qui nõ videt diuinã essentiam, restat ei aliquid desiderandum & quærendum. Nam cum Deus sit causa prima omnium rerum & omnia sunt quidam effectus dei. Cum intellectus cognoscit essentiam alicuius effectus nisi cognoscat etiam causam illius effectus, non solum an sit, sed etiã quid sit seu essentiam eius, remanet homini naturaliter desiderium cum cognoscit effectum, & sic habere causam cognoscendi etiam de causa quid sit, & illud desideriũ est admirationis & causat inquisitionem, puta siquis cognoscat Eclypsim solis, cõsiderat q̃ ex aliqua causa ꝓcedit, de qua quia nescit quid sit admiratur & admirando inquirit nec, ista inquisitio q̃scit quousq; perueniat ad cognoscendam essentiã causæ. Sic cognoscens intellectus essentiã alicuius effectus nisi cognoscat, & de deo qui est cã eius quid sit remanet inquietus, & per cõse quens non potest esse perfecte beatus. Cognoscere autem nõ potest perfecte causam primã nisi ipsam essentiam eius videndo. Vniuscuiusq; enim perfectio potentiæ attẽditur ſm rationem sui obiecti.

Quid sit obiectũ intellectus.

Obiectum autem intellectus est quicquid est in essentia rei, vt dicit in 3. de anima. Vnde in tantum procedit perfectio intellectus inquantum cognoscit essentiã alicuius rei. Oportet ergo cognoscere seu videre essenriam dei qui vult perfecte cognoscere. Et ideo etiam dicitur. 1. Ioan. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicut est. i. essentiam eius. Et in hoc cõsistit beatitudo perfecta. Et ista visio dicit̃ dos animæ.

§. 3.

Quomodo delectatio requirit ad beatitudinem.

¶Quod delectatio requiritur ad beatitudinẽ sicut concomitans ipsam. Pro cuius declaratione dicit be. Tho. 1.2.q.4.ꝙ quadrupliciter aliquid requirit ad aliud. Vno modo sicut præambulum vel præparatum ad ipsum, sicut disciplina requiritur ad scientiam. Secundo modo sicut perficiens aliquid sicut anima requirit ad vitam corporis. Tertio modo sicut coadiuuans extrinsecum sicut requiruntur amici ad aliquid agendum. Quarto modo sicut aliquid concomitans, sicut si dicamus qđ calor requiritur ad ipsum ignẽ. Et hoc vltimo modo delectatio requiritur ad beatitudinem. Cuiusatur enim ex hoc quod appetitus requieſcit in bono adepto. Vnde cum beatitudo nil aliud sit quam adeptio summi boni nõ pot̃st esse sine delectatione cõcomitante, sicut nec ignis sine calore. Et quod Aug. dicit ꝙ visio est tota merces fidei, verum est quãtum ad essentiã beatitudinis. Vnde per hoc non excluditur de lectatio, sed ostẽditur ꝙ ipsa non pertinet ad essentiam beatitudinis, sed est vt accidẽs proprium vt risibile consequitur rationale. In ipsa etiã redditione mercedis delectatio includitur. Nam cum alicui merces redditur voluntas merentis requieſcit, quod est delectari. Itẽ non est contra prędicta quod philosophus ait 6. Ethic. ꝙ delectatio impedit actionem intellectus, quia corrumpit æstimationem prudentię. Nõ enim loquitur ibi philosophus de delectatione concomitante intellectũ, hæc enim non impedit operationem intellectus, sed magis confortat ipsam, vt dicitur in 10. Ethi. ea. n. quæ delectabiliter facimus attentius & perseuerantius facimus. Sed loquitur de delectatione extranea, hæc impedit operationem intellectus quandoq; quidem ex intentionis distractione, quia dum vni vehementer intendimus necesse est ꝙ ab alio distrahamur, quandoq; ex cõtrarietate, sicut delectatio sensus cõtraria rõni impedit æstimationẽ ipsius prudẽtiæ magis q̃ opationẽ speculatiui intellectus. Est sciẽdum ꝙ in beatitudine visio est ꝗd principalius & potius q̃ delectatio. Huius ratio est ſm b. Tho. vbi supra, qa delectatio consistit in quadam quietatione voluntatis. Quod autem voluntas in aliquo quietetur non est nisi ꝓpter bonitatẽ eius in quo quietat. Si ergo voluntas quietatur in aliqua operatione, ex bonitate operationis ꝓcedit q̃etatio voluntatis, nec voluntas quærit bonum ꝓp quietationẽ, sic. n. ipse actus voluntatis esset finis, qđ est cõtra ꝑmissa. Sed nõ quærit ꝙ quietetur in opatione, quia opatio est bonũ eius. Vñ manifestũ est ꝙ principalius bonũ est ipsa opatio in qua q̃etat voluntas q̃ q̃etatio volũtatis in ipso. Patet ẽt idẽ ex hoc, qa cã est potior effectu, sed visio est cã delectatiõis. Qđ aũt dicit phũs. 10. Ethi. ꝙ delectatio est pfectio opationis nõ sic est intelligẽdũ quasi delectatio ipsa opationem pficiat in specie sua, sed est pfectio cõcomitãs opationẽ sicut decor dr̃ pficere iuuentutẽ videlicet qa ẽ cõsequẽs iuuẽtutẽ nõ ꝙ faciat. Sic et delectatio nõ facit visionẽ dei pfectã i specie sua, sed cõsequit. Itẽ notãda est differẽtia inter appetitũ sensitiuũ & intellectiuũ circa delectationẽ. Nã apprehensio sensitiua q̃ sequit̃ appetitus sensitiuus non attingit ad cõem rationem boni, sed ad aliquod particulare quod est delectabile, & ideo ſm appetitum sensitiuum q̃ est in animalibus, operationes quęruntur propter

Vñ causatur delectatio.

Differũt appetitus sensitiuus, & intellectiuus circa delectationẽ.

pter delectationem. Et natura in operationibus necessari s ad cõseruationem indiuidui & speciei delectationes appositi, vt huiusmodi operationes ab animalibus non negligantur. Sed intellectus apprehendit vniuersalẽ rationẽ boni ad cuius consecutionẽ sequitur delectatio. Vnde principalius intendit bonum q̃ delectationem. Non est autem aliquid ẽstimãdum simpliciter ſm ordinem sensitiui appetitus, sed magis ſm ordinem intellectiui appetitus. Item non obstat q̃ delectatio seu fruitio succedit charitati & visio fidei, sed maior est charitas fide, ergo potior videtur delectatio. Nam charitas cũ non quærat bonum dilectũ pp delectationẽ secũdũ hoc est ei cõueniẽs, vt delectetur in bono adepto qđ amat, iõ delectatio non respondet charitati vt finis tunc .n. p cederet ratio, sed magis visio respondet charitati, per quam visionem finis sit ei præsens.

§.4. ¶ Quod ad beatitudinem perfectam requiriẽt comprehensio. Quod sic probat. b. Tho. vbi supra. cũ beatitudo consistat in consecutione vltimi finis ea quæ requirunt ad beatitudinẽ sunt consideranda ex ipso ordine ad finẽ. Ad finem aũt intelligibilẽ ordinat hõ partim p intellectum partim per voluntatem. Per intellectũ quidẽ inquantum in intellectu præexistit aliqua cognitio finis imperfecta. Per voluntatem autẽ primo quidem per amorem qui est motus voluntatis in aliquid. Secundo per realem beatitudinem amantis ad amatum. Quæ quidem potest esse tripliciter. Quandoq; .n. amatum est præsens amãti & tunc iam non q̃ritur, quandoq; non est præsens, sed nõ est possibile ipsum adipisci, & tunc etiam non quæritur. Quandoq; autem est possibile ipsum adipisci sed est eleuatum supra facultatẽ adipiscẽtis, ita vt statim haberi nõ possit, & hæc est habitudo sperantis ad speratũ, quæ sola habitudo facit finis ꝙsitionem. Et his tribus respõdet aliqua in superna beatitudine. Nam perfecta cognitio finis respondet imperfectę. ¶ Præsentia ipsius finis respondet spei habitudini, sed delectatio in fine iam præsenti consequitur delectationem. Et ideo necesse est ad beatitudinem ista tria concurrere, scilicet visionem quæ est cognitio perfecta intelligibilis finis, cõprehensionem quæ importat præsentiam finis delectationem seu fruitionem, quæ importat quietationem rei amantis in amato. Et de cõprehensione dicit Apostolus. 1. ad. Corin. 9. Sic currite vt comprehendatis. Spiritualis autem cursus terminatur ad beatitudinem. Comprehensio tamen ſm bea. Tho dicitur dupliciter. Vno modo inclusio comprehensi in comprehendente. Et sic omne quod comprehenditur a finito est finitum. Vnde hoc modo deus non potest comprehendi ab aliquo intellectu creato. Alio modo comprehensio nil aliud nominat nisi intẽtionem alicuius rei, quę iam præsentialiter habetur, sicut aliquis consequẽs aliquem dicitur eum comprehendere quando tenet eum, & sic beati comprehendũt. Ipsa autem comprehensio nõ est alia aliqua operatio præter visionem. Sed est quædã habitudo ad finem iam habitũ. Vnde ipsa visio vel res visa ſm q̃ præsentialiter adest, est obiectum comprehensionis. Et sicut ad voluntatem pertinet spes & amor, quia eiusdẽ est amare aliquid & tẽdere in illud, ita ad voluntatem pertinet & comprehensio & delectatio, quia eiusdẽ est habere aliquid & quiescere in illo. ¶ Sciendum etiã q̃ rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem antecedenter & consequẽter. Antecedenter, quia sicut materia non consequitur formam nisi sit debito modo dispositа ad formam, ita nihil potest cõsequi finem nisi sit debito modo ordinatum ad ipsum. Vnde nullus potest ad beatitudinem peruenire nisi habeat rectitudinem voluntatis, quæ rectitudo existat per debitum ordinem ad vltimum finem. Cõsequẽter autem requiritur, quia sicut dictum est beatitudo vltima cõsistit in visione diuinę essentiæ quæ est ipsa essentia bonitatis, & ita voluntas videntis dei essentiam ex necessitate amat deum. Sicut voluntas nõ videntis deum ex necessitate amat quicquid amat sub communi ratione boni quam nouit. Et hoc ipsum est quod facit voluntatem rectam. Vnde nõ esset beatitudo sine recta voluntate.

Quõ rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem.

§.7. ¶ Ad beatitudinem perfectam hominis non requiritur corpus eius adesse, sed ad bene esse & corpus perfecte dispositum. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. 1.2.q.4. q̃ aliqui posuerunt q̃ beatitudo perfecta quę consistit in Dei visione non potest animæ aduenire sine corpore existente dicentes, quod animę sanctorum a corporibus separat ad illam beatitudinem non perueniunt vsque ad diem iudicii quando reassument corpora. Quod apparet esse falsum & auctoritate & ratione. Auctoritate quidem quia dicit Apostolus. 2. ad Corinthio. 5. Quandiu sumus in corpore peregrinamur a domino, & quę sit ratio peregrinationis ostendit dicens. Per fidem enim ambulamus non per speciem. Ex quo apparet quod quamdiu quis ambulat per fidem non per speciem carens visione diuinę essentiæ, nondum est Deo præsens. Animæ autem sanctorum a corporibus separatæ sun deo præsentes. Audemus autem

Quõ ad perfectam beatitudinẽ requiritur corpus eius

Tria sũt quæ ad perfectã beatitudinẽ requirunt.

autem & bonam voluntatem habemus peregrinari a corpore & præsentes esse ad dominũ. Vnde manifestum est q̃ animæ sanctorũ a corporibus separatæ ambulant per speciem videntes Dei essentiam in quo est beatitudo vera, apparet & hoc ratione. Nã intellectus ad sui operationem non indiget corpore nisi propter phãtasmata in quibus intelligibilem veritatẽ intuetur. Manifestum est autem q̃ diuina essentia per fantasmata videri non potest, ex eo videlicet quia materialia sunt, Deus autem pure immaterialis. Vnde cum in visione diuinæ essenriæ cõsistat perfecta hominis beatitudo, nõ dependet a corpore ipsa beatitudo hominis & per consequens sine corpore potest esse anima beata. Ad quod etiam facit quod dicitur Apo. 14. Beati mortui qui in domino moriuntur. ¶Sciendum tamen quòd ad perfectionem ali cuius rei dupliciter aliquid pertinet. Vno modo ad constitũendam essentiam rei sicut anima requiritur ad perfectionem corporis. Alio modo requiritur ad perfectionem rei, qd pertinet ad bene esse eius sicut pulchritudo corporis. Vel velocitas ingenij pertinet ad pfectionem hominis. Quãuis ergo corpus primo modo ad perfectionem beatitudinis hominis nõ pertineat, pertinet tamen secundo modo. Cũ enim operatio dependeat ex natura rei, quanto anima perfectio erit in sui natura tãto perfectius habebit suam propriam operationem in qua felicitas consistit. Vnde Aug. sup Gen. 12. dicit q̃ non sic possunt videre animæ sanctorum separatæ a corporibus incommutabilem substantiam, vt sancti angeli vident sine alia latentiori causa. Siue quia ineſt eis quidam naturalis appetitus corpus administrandi. Quod tamen dicit hic Aug. q̃ animæ separatæ non vident Deum sicut angeli, non est intelligendum ſm inæqualitatem quantitatis, quia etiã modo aliqua animæ sunt assumptæ ad superiores ordines angelorum, clarius videntes Deum q̃ inferiores angeli. Sed ſm inæqualitatem proportionis. Quia omnes angeli etiam infirmi habent omnem perfectionem quam sunt habituri, non autem animæ separatæ sanctorũ. Item quãuis impedimentũ operationis quod est per modum contrarietatis vt frigus impedit obiectum caloris repugnet felicitati, non tamen repugnat ei impedimentum quod est per modum cuiusdam defectus cum scilicet res impedita non habet omne qd requiritur ad omnimodam sui perfectionem sed repugnat tale impedimentũ operationis omnimodæ eius perfectioni. Et sic separatio a corpore dicitur animam retrahere a fine, ne tota tendat in visionẽ diuinæ essentiæ. Appetit enim anima sic frui Deo, q̃ etiam ipsa fruitio deriuetur ad corpus p redundantiam, sicut est possibile. Et iõ quãdiu ipsa fruit Deo sine corpore, appetitus eius quiescit in eo, q̃ tñ adhuc ad participationẽ eius vellet corpus pertingere. Vñ corpore resumpto crescet beatitudo extẽsiuè non intẽsiue. ¶Ad beatitudinẽ aũt impfectam q̃ habetur in via, vtq; requiritur corp' de necessitate, quia huiusmodi beatitudo est i opatione intellectus practici uĺ speculatiui, sed opatio intellectus in hac vita non põt cẽ sine phantasmate, quæ in organo corporali. Requritur quoq; ad beatitudinem perfectam omnino pfecta dispositio corporis antecedenter & consequenter. ¶Antecedenter quidem, quia ſm Aug. Si tale sit corpus cuius sit difficilis & grauis ministratio sicut cato quę corrumpitur aggrauat animam, auertitur mens ab illa visione summi cœli. Consequenter verò quia ex beatitudine animæ fiet redũdantia ad corpus vt & ipsũ sua pfectione potiat b. Th. vbi supra. §. 6.

¶Quod ad beatitudinẽ pfectã nõ requirunt bona exteriora nec amici. Rõ primi est, quia hmõi bona exteriora vel requrunt ad sustentationẽ aĩalis corporis, vel requirunt ad opationes quas p aiale corpus exercemns q̃ humanę vitæ cõueniũt. ¶Illa aũt beatitudo pfecta, vel erit i aĩa corpori vnita, iã nõ aiali sed spirituali. Et iõ nullo mõ ista exteriora bona requirũtur ad illã beatitudinẽ, cũ ordinẽtur ad vitam aialẽ, sed ad beatitudinẽ impfectam q̃ habetur in via requirunt ista bona, non quasi de essentia beatitudinis, sed quasi instrumentaliter deseruientia ipsi beatitudini, q̃ cõsistit in opatione virtutis ſm vitã actiuã vel cõtemplatiuam. An bona exteriora requirunt ad pfectã beatitudinem.

Qd aũt in scripturis sanctis p̃mittat p̃ premio regnũ, vt Matth. 25. Venite be. pa. mei &c. vel esus & potus, vt Luc. 22. Vt edatis & bibatis super mẽsam meã in regno meo, hmõi locutiones ſm. b. Tho. sunt mataphoricæ intelligendæ q̃a solẽt in scripturis spiritualia corporalia designari, vt ex his quæ nouimus ad desiderandum incognita consurgamus. Et sic per cibum intelligitur delectatio, per diuitias sufficientia qua homini sufficiet Deus per regnum exaltatio hominis vsq; ad cõiũctionẽ cũ Deo. Quod aũt merces sanctis promittitur in cœlis. Matth. 5. Per cœlos ſm Augu. intelligitur altitudo spiritualium bonorum. Nihilominus tñ locus corporeus aderit nõ p̃p necessitatẽ ad beatitudinẽ: sed p̃pter quãdã cõgruentiam & decorẽ. Qd verò Boetius dicit, q̃ beatitudo est status omnium bonorũ &c. Intelligitur de illis bõis quę conueniunt vitæ spũali, in qua cõsistit perfecta beatitudo. Quo intelligidẽt auctoritas illa, vt ædatis, & bibatis, &c.

beatitudo. Ista verò bona deseruiunt vitæ animali, ideo illi beatitudini non competunt. Tũ quicquid boni inuenitur in istis, totum habebit in summo fonte bonorũ & sic est ibi cõgregatio omnium bonorũ. ¶ De amicis autem si sunt necessarij ad beatitudinẽ dicit bea. Tho. vbi supra, q̃ ad beatitudinem patriæ nõ requiritur societas amicorũ de necessitate: sed de bñ esse. Et rõ est, qa hõ habet totam plenitudinẽ suę perfectionis in Deo. Quãuis enim charitas quæ est in patria nõ deficiat sed perficiat se extẽdat ad Deum & ad proximum, tñ perfectio charitatis est essentialis beatitudini quãtũ ad dilectionem Dei. Vnde si non esset nisi vna anima fruens Deo, beata esset non habens proximum quẽ diligeret. Sed supposito proximo se quitur dilectio eius ex dilectione Dei. Et quod Boetius dicit, q̃ nullius boni nisi cõsortio est iocunda possessio, intelligitur qñ in illo bono quod habetur non est plena sufficiẽtia. Sed in Deo habetur omnis sufficientia. Sed ad fœlicitatem seu beatitudinẽ imperfectam viæ, vt dicit phũs. in 9. Ethi. Felix indiget amicis nõ propter vtilitatem cum sit sibi sufficiens, nec propter delectationem cum habeat in se pfectam delectationem in operatione virtutis. Sed propter bonam operationem vt. s. eis benefaciat, & vt eos inspiciens benefacere delectetur, & vt eis benefaciendo adiuuet. Indiget. n. hõ auxilio amicorum in operibus vitæ actiuæ & cõtemplatiuæ.

Amici nõ requruntur ad perfectã beatitudinẽ de necessitate.

§. 7. ¶ Quod homo potest adipisci ista pfectã beatitudinem. Et hoc nõ per sua naturalia, nec p operationẽ angelorũ, sed p opera meritoria q̃ habent virtutem principaliter ex gra Dei. Primũ sic declarat. b. Tho. 1. 2. q. 5. Beatitudo nominat adeptionem perfecti boni. Quicunque ergo ẽ capax pfecti boni pot ad beatitudinẽ p uenire. Quod aũt homo sit capax perfecti boni, ex hoc apparet, q̃ eius intellectus apprehẽdere pot vniuersale & pfectũ bonũ & voluntas eius appetere pot illud, ergo pot hõ adipisci beatitudinem. Quãuis enim nũc in via sit homini cõnaturale vt veritatem intueatur in rebus materialibus, vnde spẽs intelligibiles in phãtasmatibus itelligit, nec phãtasmate potest intelligere. In patria habebit alũ modum intelligendi cõnaturalem. ¶ Secundum, s. q̃ non possit homo beatitudinem adipisci per sua naturalia. probat sic b. Tho. q. eadem. Beatitudo hominis perfecta consistit in visione diuinæ essenitæ. Videre autẽ Deum per essentiã est supra naturam, non solum hois sed omnis creature vt in parte prima ostenditur. Naturalis enim cognitio vniuscuiusq; est ſm modũ

Ad pfectã btitudinẽ per quæ, & qũo hõ puenire possit.

Quia p naturalia sua hõ nõpot sit adipisci beatitudinẽ.

substãtię suæ sicut de intelligẽtia dicit, vniuscuiusq;, quia est ſm modum suæ substãtiæ. Sicut de intelligentia dicitur in lib. de causis, q̃ cognoscit ea quæ sunt supra se, & ea quæ sunt in se ſm modum substantiæ suæ. Ois aũt cognitio quæ est scdm modũ substantiæ creatæ deficit a visione diuinæ essentiæ, q̃ in infinitũ excedit oẽm substantiã creatã. Vñ nec hõ nec aliqua creatura pot cõsequi vltimã btitudinẽ p sua naturalia. Ad qđ facit qđ ait Apls 1. ad Cor. 2. Oculus non vidit nec auris audiuit, & in cor hois non ascendit q̃ pparauit Deus diligentibus se &c. ¶ Sed nec ẽt virtute angeli vel cuiuscunq; alterius creaturæ pot eã adipisci. Huius rõ est scdm b. Tho. vbi supra. qa cũ ois creatura sit naturæ legib⁹ subiecta, vtpote hñs limitatam virtutem & actionẽ. Illud qđ excedit naturã creatã non pot fieri auctoritate seu virtute alicuius creaturæ. Et iõ si q̃d fieri oporteat qđ sit supra naturã hoc fit ĩmediate a Deo, sicut suscitatio mortui, illuminatio ceci & huiusmodi. Cũ ergo beatitudo sit quoddã bonũ excedẽs naturã creatã, ipossibile est q̃ p actionẽ alicuius creaturæ cõferatur. Sed beatus fit hõ solo Deo agente, iuxta illud psal. 83. Gratiã & gloriã dabit dñs. Quod autẽ angelus illuminet intellectum angeli inferioris vel hois, hoc est quo ad aliquas rõnes diuinorũ operũ, non quãtum ad visionem diuinæ essentiæ. Nã ad hanc omnes a Deo illuminantur. ¶ Vltimũ videlicet q̃ requiratur bona opera ad beatitudinem cõsequendã patet ex hoc q̃ Xps ait Io. 13. Scitis hæc: beati eritis si feceritis ea. Huius rõ est ſm. b. Tho. vbi supra. qa eorũ q̃ nata sunt habere pfectum bonum aliquid habet ipsum sine motu, aliquid p vnum motum, aliq̃d pluribus motibus. Habere bonum pfectum sine motu cõuenit ei quod naturaliter habet illud. habere autem beatitudinem naturaliter est solius Dei. Vnum solius Dei est proprium q̃ ad beatitudinem nõ moueatur per aliquam operationem præcedentem. Cum ergo beatitudo excedat omnem naturam creatam, nulla pura creatura conuenienter consequitur beatitudinem absq; motu operationis per quẽ tẽdit ad ipsam. Sed angelus qui est superior quam hõ ordine naturæ cõsecutus est eam ex ordine diuinæ sapientiæ vno motu operationis meritoriæ. Homines autem consequũtur ipsam multis motibus operationum, quæ merita dicuntur. Vnde ſm phũm. Beatitudo est præmium virtuosarum operationũ. Præexigitur autem operatio hominis ad beatitudinẽ, non ꝓpter insufficientiam diuinæ virtutis beatificantis, sed vt seruetur ordo in rebus institutis a Deo,

Bona opera requiruntur ad btitudinẽ cõsequendã. Rõ ponit.

Notandum

Notãdũ est aũt q̃ primas creaturas dñs statim de imperfectis ꝓduxit absq; aliqua dispositione vel operatione creaturæ p̃cedente, quia sic instituit prima indiuidua specierum vt per ea natura ꝓpagaret ad posteros. Et similiter q̃a p̃ Christũ qui est Deus & hõ beatitudo erat ad alios deriuãda ſm illud ad Heb. 2. Qui multos filios adduxerat in gloria, statim a principio suæ conceptionis sine aliqua operatione meritoria p̃cedente, anima eius fuit beata. Sed hoc est singulare in Christo. Pueris aũt baptizatis subuenit meritum Christi ad beatitudinẽ consequendam licet definit merita ꝓpria eo q̃ p̃ baptismũ sunt membra Christi effecti. Quod aũt Apostolus dicit ad Ro. 14. Beatitudinẽ hominis esse cui Deus confert iustitiam sine operibus, intelligit̃ de beatitudine spei q̃ hr̃ p̃ gratiã iustificãtẽ data sine operibus p̃cedentibus.

§. 8. ¶ Quod ista perfecta beatitudo non põt habere in hac vita, sed habetur tm̃ in alia & magis ab vno q̃ ab alio. Primũ sic probat b. Tho. 1. 2. q. 5. triplici rõne. Et prima est ex ipsa beatitudinis rõne. Nam cum beatitudo sit sufficiẽs & perfectum bonum omne malum excludit. In hac autem vita non potest excludi omne malum. Multis.n. malis præsens vita subiacet quæ vitari non possunt & ignorantiæ ex parte intellectus & inordinatæ affectionis ex parte appetitus, & multiplicis pœnalitatis ex parte corporis vt diligenter exequitur Aug. 19. de ciui. dei. Ad quod ẽt facit illud Iob 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miseriis. ¶ Secũda rõ est, qa desideriũ boni hic satiari non põt. Naturaliter.n. homo desiderat permanentiam boni quod habet, bona aũt præsentis vitæ sunt transitoria, cum ẽt ipsa vita transeat quam naturaliter desideramus, & eam perpetuo manere vellemus, quia naturaliter homo refugit mortem. ¶ Tertia ratio est, si consideretur id in quo specialiter beatitudo consistit. s. visio diuinæ essentiæ, q̃ non potest homini prouenire in hac vita, quia non potest intelligere nisi reflectendo se ad phãtasmata, quæ cũ sint materialia per ea diuinã essentiam quæ purus spiritus est videre non potest. Vnde non potest quis in hac vita perfecte esse beatus. Non obstat prædictis, q̃ plures posuerunt beatitudinem in hac vita consistere. Iuxta illud, Ps. 143. Beatũ dixerũt pplm̃ cui hęc sunt. Et quod a pluribus dicitur non potest esse falsum totaliter, quia videtur esse naturale quod in pluribus est. Nam reputãt plures ipsi in hac vita esse aliquam beatitudinẽ propter aliquam similitudinem veræ beatitudinis. Et sic non ex toto a sua æstimatione deficiunt.

Beatitudinẽ pfectã in hac vita hr̃e non possumus rõ ponit̃.

Desiderium boni i hac vita nõ satiat̃.

Imperfecta autem beatitudo hic potest esse in vita tamen virtuosa. ¶ Quantum ad secundũ sciendum q̃ vnus alio est beatior in alia vita quantum ad adeptionem beatitudinis seu fruitionem. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi supra. q̃ in beatitudine non includit nisi ipse finis vltimus, qui est summum bonũ & adeptio ipsius seu fruitio. Quantum igitur ad ipsum summum bonũ quod est beatitudinis obiectum & causa, non potest esse vna beatitudo maior q̃ alia, quia non est nisi vnum summum bonum. s. Deus, cuius fruitione omnes sunt beati, sed quantum ad adeptionem huius vel fruitionem potest vnus alio esse beatior, quia quanto magis homo bono fruitur tãto beatior est. Contingit autem aliquem magis frui Deo q̃ alium ex eo q̃ est melius dispositus vel ordinatus ad eius fruitionẽ, pfectius fruitur Deo, qui clarius videt eum. Sed clarius & limpidius videt, & perfectius fruitur qui habuit hic in vita maiorem charitatem. Sic ergo vnitas denarii qui promissus est laborantibus in vinea. Matth. 20. significat vnitatem beatitudinis ex parte obiecti. Sed multiplicitas mãsionum de qua Christus dicit. Ioan. 13. In domo patris mei mansiones multæ sunt, significat diuersitatẽ beatitudinis ſm diuersum gradum fruitionis. Exempla possunt hic induci de eodem cibo, qui delectabilius gustatur a sanis ab vno q̃ ab alio ſm dispositionem gustus. Et de eadẽ re quæ melius intelligitur ab vno q̃ ab alio, & corporaliter plenius videtur ab vno q̃ ab alio, & cum pluribus differentiis, ſm meliorem dispositionem oculi. Nõ ob. q̃ beatitudo dicitur summum bonum in superlatiuo, quia intelligit̃ q̃ est summi boni adeptio & fruitio. i. Dei quo omnes fruuntur.

Quod vnus alio põt esse beatior i alia vita & qũo.

¶ Quod beatitudo non potest amitti est perfecta vt supernæ patriæ, patet ex eo quod Christus ait Matth. 25. Ibunt iusti in vitam æternam quæ est perfecta beatitudo. Aeternum enim defectu caret. ¶ Circa hoc Origenes sequens errorem quorundam Platonicorum posuit q̃ post beatitudinem homo potest fieri miser, sed hoc esse falsum manifestẽ apparet duplici ratione ſm be. Tho. 1. 2. q. 5. Et prima est ex ipsa communi ratione beatitudinis. Cum n. ipsa sit perfectum bonum & sufficiens, oportet q̃ desideriũ hominis quietet & omne malum excludat. Naturaliter autem homo desiderat retinere quod habet bonum & q̃ retinendo ipsum obtineat securitatem, alioquin necesse est q̃ timore amittendi vel dolore de certitudine amissionis affligatur. Requiritur ergo ad perfectam beatitudinem q̃ homo certã

§. 9. Quod beatitudo pfecta non põt amitti, & quare. Error Orig.

opinionē habeat, ꝙa bonum quod habet nunquā amittet. Quæ quidē opinio ſi vera ſit cōſequēs eſt ipſam beatitudinē nunq̄ amittere. Si āt falſa ſit, hoc ipſum eſt quoddā malū falſam opinionē habere. Nā falſum eſt malū intellectus ſicut verū eſt bonū ipſius. Nō erit igit̄ vere beatus ſi aliq̄d malū ineſt ei. ¶ Secūdo idem apparet ſi cōſideretur rō beatitudinis in ſpecia li. Dictum eſt enim ſupra ꝙ conſiſtit in viſione diuinæ eēntiæ. Eſt autem impoſſibile ꝙ aliqs videns diuinā eēntiā velit eā non videre, quia omne bonū habitū quo qs carere vult aut non eſt ſufficiens & quæritur aliqd ſufficientius loco eius aut habet aliquod incōmodū annexū propter qđ venit in faſtidiū. Viſio autem diuinæ eſſentiæ replet aiam oībus bonis, cum cōiūgatur fonti totius bonitatis. Similiter nō hēt aliquod incōmodū adiunctum, & ſic ex ꝓpria voluntate beatus non pōt deſerere beatitudinem. Similiter non pōt eam perdere Deo ſubtrahente, ꝙa cum ſubtractio huius bti tudinis ſit quædam pœna, nō pōt talis pœna ſubtractionis infligi a Deo iuſto iudice, niſi ꝓ aliqua culpa. Sed culpa cadere non pōt in eū q videt Dei eēntiam, cū ad hanc viſionē ſeqtur de neceſſitate rectitudo voluntatis. Similiter nec aliud agēs poteſt eā ſubtrahere, ꝙa aīa Deo cōiūcta ſup oīa alia eleuat, & ſic nō pōt aliquo modo amitti perfecta beatitudo, ſed imperfecta quæ eſt in via poteſt perdi & per obliuionem & per occupationem quoad contemplatiuam, & per vitia quoad actiuam vitam.

Beatitudo conſiſtit in viſione diuinæ eſſentiæ.

§ 10.

Septem ſūt gña bonorū quæ hic appetuntur & in ꝑria poſſidētur.

¶ Quod ſeptem genera bonorū q̄ hic appetuntur, in patria poſſidentur, vñ impletur omne deſideriū hoīs, ꝓp qđ merito dr̄ Apochali. 19. Beati q̄ ad cenā agni nuptiarū vocati ſunt. Vñ figurant ꝙ cenam magnā q̄ fecit Aſſuerus (qui interpretat beatitudo) principibus ſuis Heſter. 1. Et de hac pōt exponi ēt illud. Hō quidā fecit cenam magnam. Luc. 14. Et ēt ꝓ illas nuptias factas a rege. Matth. 22. Omnia parata ſunt venite ad nuptias. Hæc autem declarat b. Tho. li. 3. contra gentiles ſic. Eſt enim quoddam deſiderium hominis inquantum intellectualis eſt de cognitione veritatis, qđ q dem hoīes conſequuntur ꝑ ſtudium vitæ contēplatiuæ, & hoc maxime in illa viſione confirmabit quando ꝓ viſionem primæ veritatis oīa q̄ intellectus naturaliter ſcire deſiderat ei innotefcent. Iuxta illud Hiere. 31. In die illa non docebit vnuſq̄ſque proximum ſuū &c. Greg. 4. dialogorum. Quid eſt qđ neſciant qui ſcientem oīa ſciunt? Et Exo. 33. dixit dñs Moyſi: Ego oſtendam tibi omne bonum, quæ intelligenda ſunt de his q̄ pertinent ad ꝑfectionem intellectualis naturę. Vnde illa viſione cognoſcent oēs naturas oīum ſpecierum creaturarū & virtutes & propria accidentia quæ pertinēt ad perfectionem vniuerſi. Et per cognitionem naturaliū ſpecierum cognoſcent indiuidua ſub hmōi ſpecieb. exiſtētia. Omnia aūt hmōi quæ cognoſcit per hanc viſionē ſimul actu conſiderat, & ſic videt infinita. Tñ ea quæ Deus facere poteſt, quæ tñ nunq̄ fecit, nec facturus eſt, nō cognoſcet ſancti. Similiter quātum ad rōnes rerum factarū, quas omnes intellectus non pōt cognoſcere niſi diuinā bonitatem comprehendat. Tertio nec etiam cognoſcunt ea quæ ex ſola voluntate Dei dependēt, ſicut prædeſtinatio, electio, iuſtificatio, & hmōi, quæ pertinent ad ſanctificationē creaturæ, hæc omnia ſoli intellectui diuino reſeruantur. Eccl. 8. Intellexi ꝙ omniū operum Dei non poſſit homo inuenire rōnē, & Iob 11. Forte veſtigia Dei cōprehendes &c. ¶ Eſt ſecundo quoddam deſiderium hoīs ſm ꝙ habet rationem qua inferiora diſponere pt, quod quidem adipiſcuntur homines per ſtudium vitæ actiuæ. Quod deſiderium ad hoc eſt principaliter vt tota vita hoīs ſm rationem diſponatur, quod eſt viuere ſm virtutem. Cuiuslibet enim virtuoſi finis in operando eſt ꝓprie virtutis bonum ſicut virtus vt fortiter agat. Hoc autem deſiderium tunc implebitur, quia ratio erit in ſummo vigore diuino lumine illuſtrata, ne a recto deficere poſſit. ¶ Conſequuntur autem ciuilē vitam etiam quædam bona quibus homo indiget ad ciuiles operationes, ſicut honoris ſublimitas, quem homines inordinate appetētes ambitioſi & ſuperbi fiūt. Ad ſummā autem honoris altitudinem homines per illam Dei viſionē perducuntur inquātum Deo quodāmodo vniuatur. Et ꝓpter hoc ſicut Deus rex ſeculorū dr̄, ita & beati Deo cōiuncti reges dicūtur Apoc. 22. Regnabunt cū Xpō. Et alibi videlicet beati dicunt. Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes. i. reges Apocha. 1. c. ¶ Conſequitur aūt ciuilem vitā & aliud appetibile. ſ. famę celebritas, ꝙ cuius inordinatum appetitum efficiunt homines inanis gloriæ cupidi. beati aūt in illa viſione celebres reddunt, non ſm hominum viatorū modum, ſed beatorum. Et ideo frequēntiſſime illa beatitudo in ſacra ſcriptura gloria nominatur, ſicut in Pſ. 149. dicit. Exultabūt ſancti i gloria. &c. ¶ Eſt & alid i ciuili vita appetibile ſcilicet diuitiæ per cuius inordinatum appetitū & amorē multi efficiuntur illiberales & iniuſti. In illa autem beatitudine eſt oīum bonorū ſufficiētia inquantū beati fruūtur illo qui cōprehēdit oīum bonorū perfectionē ꝓpter qđ dicitur

Quod beati reges appelātur.

dr̃ Sap.7. Venerũt mihi oĩa bona pariter cum illa. Et in Ps.111. Gloria diuitiæ in domo eĩ⁹ Est aliud hois desideriũ quod est sibi & aliis animalibus cõe, vt.s. delectationibus perfruat, quod hoies maxime consequuntur ſm vitam voluptuosam, & per cuius immoderantiã homines efficiunt intemperati. & incontinentes. In illa vero fœlicitate delectatio pfectissima tanto erit pfectior ea quæ est scd̃m sẽsum, qua ẽt bruta aialia perfruunt̃ quãto intellectus est altior sensu, tanto ẽt illud bonũ in quo delectabimur maius est oĩ sensibili bono, & magis intimũ & magis continue delectans, quãto ẽt illa delectatio est magis pura ab omni permixtione contristantis de qua dr̃ in ps.35. Inebriabũt ab vbertate domus tuę, &c. ¶ Est et naturale desideriũ omnibus rebus cõe p qđ cõseruationẽ sui desiderãt ſm q̃ est possibile, p cuius immoderantiã hoies reddunt̃ timidi, & nimis sibi a laboribus parcentes. Qđ desideriũ tunc oĩno complebitur q̃n beati pfectam sempiternitatẽ consequent̃ ab oi nocumẽto secuti, ſm illud Esa. 49. Et Apoc. 7. Nõ esurient amplius neq; sitient, &c. Et sic patet q̃ p diuinã visionem consequuntur intellectuales substãtiæ veram fœlicitatem, in quo omnino desiderium quietatur, & in quo est plena sufficientia omnium bonorum q̃ scd̃m Arist. ad fẽlicitatẽ requritur. In hac vero vita ni est adeo simile fœlicitati supernæ, sicut contẽplatio veritatis prout hic est possibile. Hinc & Aug. in vlt. de ciui. dei ait. Quanta ibi fœlicitas, vbi nullũ malum aderit, nullũ bonum latebit, erit deus omnia in omnibus. Et infra. Quid est n. quod dñs per prophetam ait? Ero illorum deus in perpetuũ nisi ero eis vnde satientur. Ero eis q̃cq̃d honeste ab hoĩbus desiderari põt. Ero illis salus & vita, gloria & honor, victoria, & copia pax, & oẽ bonũ. Et in fine. Vacabimus, & videbimus, videbimus, & amabimus, amabimus & laudabimus. Iuxta illud psalmistæ. 83. Beati q̃ habitãt i domo tua dñe, i secula scl̃orũ laudabũtte.

TITVLVS OCTAVVS
De fide.

¶ *Fides sumitur octo modis.* *Cap.* 1.

De multiplici fidei acceptione.

DE MVM de fide agendum, de qua Apostolus ad Heb.11. Sine fide impossibile est placere Deo. Sed sciendum quod fides sumit̃ multipliciter. ¶ Primo quidem pro conscientia. Iuxta illud ad Ro.14. Omne quod non est ex fide peccatum est. Quod verbum tractãs. Gratianus. 28.q.1. Oẽs. §. Ex his itaque, exponit. i. oẽ quod est contra cõscientiã peccatũ est. Et sic ẽt sumitur in regula iuris. Possessor malefidei nullo tpe præscribit, de reg.iur.lib.6. ¶ Secũdo sumit̃ fides p castitate seruanda thori coniugalis. Vnde Aug.27.q.2.ait. Oẽbonũ nuptiarũ fuit in illis parentibus, Christi. s. proles, fides, & sacramẽtum. Fides q̃a nullũ adulterĩũ, &c. ¶ Tertio sumitur p pactione seu pmissione, ſm q̃ dicit Aug. q̃ fides q̃n hosti promittitur seruanda est. 24.q.1. noli. Quod est verum si promissio est licita. Nam. vt dicit. Isido. In malis pmissis rescinde fidem, & in turpi vota muta decretũ. Et iterũ. Si is cui facta est pmissio, & ipse seruet fidem pmissam. Nã dicit regula iuris. ¶ Frustra sibi petit fidẽ seruari, &c. de reg. iur. lib.6. ¶ Quarto sumit̃ fides pro fidelitate. i. debitta adimpletione & diligenti executione sup pmissione facta tacita vel expressa. Et sic ponitur ab Apostolo. i. fidelitas inter fructus spiritus, ad Gal.5. secũdũ vnã expositionẽ beatum Tho. Et reducitur fidelitas ad virtutẽ veritatis moralẽ, & ab ea denominat̃ seruus vel dispensator fidelis, secundũ Euangeliũ & Apostolũ. Et ad hanc virtutem pertinent secunda & tertia acceptiones. ¶ Quinto sumit̃ fides p æquitate in actionibus considerata. Instit. de actio. §. actionum, aliæ sunt bonæ fidei, aliæ stricti iuris. Et secũdũ hoc ẽt intelligi põt illa regula, bona fides nõ patit̃ vt semel exactũ iterum exigatur, de reg.iu.lib.6. ¶ Sexto sumit̃ fides pro vna ex gratijs gratis datis, quas ponit Apostolus prima ad Cor.12. communibus bonis & malis, vbi dicit̃. Alij datur fides in eodem spiritu. Sumitur. n. ibi fides p quadam eminenti certitudine eorum q̃ sunt fidei. ¶ Septimo sũmitur fides cõmuniter pro quodam habitu quo quis firmiter assentit sine formidine de oppositio, his q̃ clare non videt, quæcunq; sint illa, puta cum quis firmiter credit talẽ esse patrẽ vel matrẽ suã, vl verbis alicuius sapientis. Et sic Gregorio. in. 4. dialog. dicit. q̃ in fidelis hẽt fidem. s. de parentibus suis, & hmõi sed hoc de se nõ est meritoriũ, secũdũ beatũ Thom. 1.2. ¶ Octauo sumitur fides pro virtute theologica, de qua dr̃. 1. ad Corin. 13. Nunc manẽt fides, spes, charitas. Sed secũdũ istã vltimã acceptionem fides q̃q̃; sumitur pro habitu talis virtutis charitate informata. Et sic sumitur in Hiere. Domine oculi tui respiciunt fidem. Et Oseæ Despõsabo te mihi in fide. Aliquando sumitur p habitu informi, vt ibi. 1. ad Corin. 13. Si habuero fidem ita vt montes transferã, &c. Et Iacobus.

Fides p fidelitate.

Fides p æqtate.

Pro vna ex gratis gratis datis.

Pro virtute theologica.

Fides sine operibus mortua est. quod vtiq, do num dei est, sed insufficiens ad salutem. ¶ Ali quādo sumitur fides pro ipso actu talis virtutis. Vnde Aug. Quid ē fides nisi credere quod non vides? Et illud Greg. Fides non hēt meritum vbi humana rō præbet experimētum. Meritum. n. non acquirit ex habitu, sed ex actu. Fides aliqñ sumitur pro obiecto seu materia eorum quę sunt fidei, vt in symbolo Athanasij. Hæc est fides catholica vt vnum Deum in trinitate, &c. ¶ Fides aliqñ sumitur impropriè ꝑ uisione clara in patria diuinorum, ad Rom. 1. ex fide in fidem. i. ex fide prēsentium, in fidem .i. visionem futurorum. Et hoc dr̄ꝑ certitudinem Aliqñ sumitur pro signo distinctiuo fidelium ab aliis. i. baptismo, di. 45. de iudeis. Vñ cum a baptizando quæritur. Quid petat. Respondet fidē. i. baptismi sacr̄m. Hæc quasi .oīa habent in gl. sup tit. 1. decretaliū. s. de summa trinit. & fide catholica, quibusdam tñ additis. ¶ De ipsa autem fide prout est virtus theologica nunc tractandum.

§. 1. ¶ Et primo de eius causa & effectu.
¶ Secundo de eius habitu seu subiecto.
¶ Tertio de eius actu.
¶ Quarto de eius obiecto.

De fide vñ causatur.

¶ Quæritur ergo primo vnde causetur fides in homine? Respōdet beatus. Tho. 2. 2. q. 6. ꝙ causat a Deo interius mouente mentem ꝑ gratiā quantum ad assensum, q̄ est principalis actus fidei, vude Apostolus ad Ephe. 2. Gratia salvati estis ꝑ fidem & nō ex vobis ne quis glorietur, donum. n. dei est. Secundario & instrumentaliter causatur ēt a quibusdā aliis, vt in visione miraculi, auditione doctrinæ, & hmōi. Pro cuius declaratione sciendū ꝙ causæ tres concurrunt ad fidem. Superior. i. credendorum reuelatio. Exterior. s. miraculorum visio vel rōnū circa fidem persuasio. Interior. s. ad ea mentis assensio.

De tribus causis q̄ ad fidē concurrūt.

¶ Quātum igitur ad primum oportet ꝙ ille sit a Deo. Ea. n. quæ sunt fidei excedunt rōnem humanam vnde non cadunt in cōtemplatione hominis nisi deo reuelante. Sed quibusdā reuelātur hæc immediate a deo sicut sunt reuelata apostolis & prophetis. Quibusdā proponuntur a deo mittente fidei prædicatorem, ſm illud ad Ro. 10. Quō prædicabunt nisi mittantur. Necesse est. n. ꝙ homini proponantur credibilia ad hoc vt aliquid explicitè credat. Et sic patet ꝙ ista causa sit a Deo. s. reuelante & mittente prædicatorem. ¶ Quantum ad ſm sciendum ꝙ nec miraculum visum nec quæcunq; persuasio de fide est sufficiens causa ad credendum inductiua. Quod patet ex hoc quia videntium vnum & idem miraculum, & audientium vnam & eandem prædicationē, vnus credit, alius non credit. Sicut patet tempore apostolorum & aliorum prædicātium & miracula facientium. Quod si esset sufficiens causa oēs credidissent q̄ uidissent, & audisset. Sed & miraculorum operatio principaliter a deo est, vt patet 1. ad Corin. 12. Alii datur per spiritum operatio virtutis. ¶ Quantum ad tertium quod est mentis assensio ad credenda. Hanc causam ponebant Pelagiani esse liberū. arbitrium hominis solum. Et propter hoc dicebant ꝙ initium fidei est ex nobis inquātum .s. in nobis est ꝙ parati sumus ad assentiēdum his q̄ sunt fidei, sed confirmatio fidei est a deo, ꝑ quem nobis proponuntur quæ credere debemus. Sed hoc falsum est, quia cum homo assētiendo his quę sunt fidei eleuetur supra naturam suam, oportet ꝙ hoc insit ei ex supernaturali principio interius mouente voluntatem. Et hoc est deus. Nec est contra quod Augus. dicit ꝙ fides consistit in credentium voluntate, quia oportet ad hoc vt voluntas velit credere ꝙ præparetur a deo per gratiam ad hoc vt eleuetur in ea quæ sunt supra naturā suam. Tho. vbi supr. Vnde in Toletano concilio dicitur. Sicut homo proprii arbitrii volūtati serpētis obediēs periit, sic vocante se gratia dei propriæ mentis econuersione quisq; credēdo saluatur dist. 45. de iudeis. Et quāuis aliqñ videatur facere deus homini coactionem aliquam. vt in Sauli cōuersione prostrati & cecati, tamen ad extra est illud & voluntas libera remanet, & voluntate credidit & assensit vocanti. Et sic intelligendum est illud Aug. 23. q. 3. qui potest Fides etiam informis. i. quæ est sine charitate est donum dei, ſm glo. 1. ad Corin. 13. & beat. Thom. vbi supra. Nō ex eo ꝙ est informis, hoc est ex defectu hominis, sed ex eo ꝙ fides. Nec ob. illud Deut. 32. Dei perfecta sunt opera. Nā fides informis etsi non sit perfecta simpliciter perfectione virtutis, est tamen perfecta perfectione quæ sufficit ad rationem fidei.

De ſctō Paulo. An ad fidem coactus sit.

§. 2. ¶ Rationes persuasiuæ efficaciter inductiuæ ad credendum quatuor possunt assignari quāuis nulla earum sit demonstratiua cogens intellectum ad assentiendum his quæ sunt fidei.

Quatuor ad fidē vel ad credēdum nos inducunt.

¶ Prima est operatio miraculorum.
¶ Secunda est multiplicatio testimoniorum.
¶ Tertia est toleratio tormentorum.
¶ Quarta est propositio materię credendorum.

¶ Quantum ad primum dicit p̄s. 32. Omnia opera eius scilicet dei in fide. Opera dei permaxime dicūtur opera miraculosa, quia solus deus

Deus ibi operaꝫ, cũ sit supra facultatẽ naturæ. Vnde Xps Io. 14. Pr in me manens ipse facit opa. s. miraoulosa, qa solus Deus ibi operat. q. d. hoc nõ est opus meæ humanitatis q̃ videtis. s. diuinitatis, q̃ est vna cũ patre. Oia aũt ista opera miraculosa sunt facta in fide. i. per fidẽ & ad fidẽ introducendã vel confirmandã. Vnde suscitato. Lazaro dr Io. 11. Qd multi ex his qui viderant crediderunt in eũ. Et Io. 4. Nisi signa & prodigia videritis non creditis inquit Xps, & facto miraculo in nuptijs aqua in uino cõuersa crediderũt in eũ discipuli eius, dr Io. 2. i. confirmati sunt magis in fide ei, nã iã crediderat. Et certe fm b. Tho. 2. 2. cũ ea q̃ sunt fidei sint supra rõnem naturalẽ melius & aptius ꝓbari non pñt q̃ per operationes supernaturales cuiusmodi sunt opera miraculorũ. Si qs. n. nũc prędicaret aliqd futurũ contra cõem cursum naturalẽ, & ad probandũ veritatẽ huius puta retrogradationẽ solis die craſtina fiendã, mortuum ueraciter suscitare nõne miraculũ istud sufficienter deberet mouere ad credendũ firmiter illud futurũ, q̃uis nec oculo nec intellectu cernatur, vtique. Sunt aũt ipsa miracula in Christiana religione fidem protestantia innumerabiliter & variabiliter & ueraciter opata quare. A principio mũdi inchoata sunt miracula. Nam Gen. 4. dr fm illam litteram ꝙ inflammauit Deus super Abel, & munera eius, videlicet ignẽ de cęlo mittendo ad comburendum sacrificiũ eius ex fide Christi celebratũ. Sub Noe in opere arcę multa miracula fuerũt celebrata. Abraã quoq; qui credidit Deo promittenti ꝙ in semini suo oẽs gentes benedicerentur, qd est Xps miraculis claruit in generatione Isahac. Gen. 18. Et sanatione regis Egypti & geratis. Multa & magna prodigia fecit Deus per Moysen in Egypto, in deserto coram omni popalo iudęorum ut patet in Exod. & Numeri pluribus cap. Tpe vero Iudicũ Iosue, Gedeonis, Sansonis, & aliorũ multa mira facta per fidẽ refert Apost. ad Heb. 11. Sub regibus signa plurima facta oñduntur in lib. Reg. & Paral. per Dauid & Ezechiam Heliã & Helisæum & alios. Post transmigrationẽ Babylonis in captiuitate detentus populus ille Hebræorum tunc fidelis nec miraculis caruit, ut patet in lib. Danielis de sociis eius in fornacẽ missis. Victoriæ Machabeorum satis miraculosę uñr. Saluatoris aũt nostri dñi Iesu Christi miracula ea quæ narrant Euangelistæ sunt pelagus immensum, ut dicit Chryso. Quibus etiam attestatur Iosephus Historiographus Iudæus & Sibylla pagana hæc prenuncians, vt refert Lactantius. Postq̃ aũt ille populus veram fidem dimisit, nunq̃ penes ipsum amplius sunt uisa uel audita miracula. Sed translata sunt cũ fide ad ecclesiam ex gentibus & iudęis conuersis collectam, vt patet in actibus Apostolorum de Petro. ad cuius umbrã sanabantur infirmi & alijs Apost. & successoribus eorũ. Et Aug. in 21. de ci. Dei. de multis narrat tpe suo factis. Exin de Greg. in dialogo suo. Vincentius in speculo suo historiali. ¶ Facta sunt aũt miracula nõ solum innumerabiliter sed variabiliter & in oĩ gñere rerũ. In corporibus cęlestibus, vt in statione solis in cęlo sub Iosue. Retrogradatione sub Ezechia. Obscuratione in naturali in passione Xpi. In elemẽtis, igne nõ cõburente tres pueros in fornace. In aere quoad pluuias, grandinẽ, fulgura, corruscationes, & hmõi, sub Samuele Moyse & Helia. In aqua diuisa maris rubri & Iordanis. In terra q̃ aperta est & deglutiuit Dathan &c. In brutis, in plateis, in alijs inanimatis. In obsessis a dęmonio liberatis. In oĩ genere infirmitatũ sanatis. In mortuis suscitatis. Vnde Xps. Mar. vlt. In noĩe meo dęmonia eiiciẽt &c. Nõ aũt ficte & fallaciter vel virtute naturali sunt facta ista miracula fidei, sicut Iamnes & Mãbres magi Pharaonis cõuertentes virgas eorũ in serpẽtes, & ecõuerso arte magica & virtute dyaboli, sicut faciet Antichristus. Vnde dicit Aps ꝙ eius aduentus erit in oĩbus signis & prodigijs mendacibus, quia non realiter faciet, sed tm apparenter. Quædã aũt miracula in Christiana religione fuerunt ueriſſime & realiter facta, qa uirtute Dei, non dyaboli. Cui oĩs creatura subiacet ad nutum. Nã etsi opere dęmonũ possint fieri quędã trãsmutationes insuetæ, non illa q̃ sunt supra naturã, vt illuminatio cęci, resuscitatio mortui, & hmõi. Quę oĩa sci nri fecerunt diuersis tpibus & partibus mundi. Si qs aũt negare uelit miracula facta in ecclesia, tũc vt di. Aug. in lib. de ci. Dei. Hoc erit maius oĩb. miraculis ꝙ penè totus mundus cõuersus sit ad fidẽ istã, & ad assentiendũ his qui rõ non pertingit sine operatione miraculorum. Nam certũ est ex hystorijs uarijs patris fidelium fuisse infideles & idolatras Romanos & alios. Nunc aũt fideles. Vnde ergo ista conuersio? Nunquid ex eo quia Petrus piscator indoctus & pauper potẽtia armorũ coegerit eos aut thesauris collatis attraxerit, quia aurum & argentũ non habuit, Aut indoctus humanæ sapientiæ verbis, qui nunq̃ Ciceronem vidit? Non. Sed quia prodigijs miris effulsit, quibus doctrinã confirmauit cum sanctimonia vitæ. Vnde Ber. ponit hoc vnum esse ex tribus maxime mirabilibus factis in Deo. s. coniunctio fidei cum corde humano.

De miraculis quare facta & qñ inchoauerunt.

Infra. ti. 14. c. 11. §. 1. quasi in fine.

Miracla apud iudęos am plius nõ fiũt. Rõ.

§.3. De sc̃do inductiuo ad credendũ.

¶Secundum quod ostẽdit ueritatem fidei est multiplicatio testimoniorũ. Vnde dici potest illud Psalm.92. Testimonia tua.i.de mysteriis fidei credibilia facta sunt nimis. Attestatur.n. his quæ sunt fidei natura oĩs intellectiua,diuina,angelica,& humana. Nam vt dicitur in prima Ioã.5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo,s.de factis fidei pater, verbum, & Spiritussanctus. ¶Pater testimonium reddidit dicens de Christo. Hic est filius meus dilectus. Matth.3. In baptismo. Et iterũ in transfiguratione. Matth.17. ¶Filius reddidit testimoniũ de patre dicens. Ego & pater vnum sumus. Et iterum Ioan.10. Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, opera miraculorũ demonstrabãt veritatem dictorũ suorũ. Cum.n. solus Deus operetur supra virtutem naturæ, & Deus non sit auctor vel confirmator mẽdacij non potuisset illa miracula facere nisi veritatem dixisset: sed Deus ipsum humiliasset ad nihilum deducendo nomen eius sicut accidit Nabuchodonosor, & Holoferni, Herodi, & Cosdroę se facientibus Deos. Sed Christus & si ad horam ob nostrã redemptionẽ passus est & multum vilificatus,tñ voluntarię. Et exinde dedit illi nomen quod est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Phil. 2. Et sic pro Deo adoratꝰ vt est. ¶Spiritussanctus perhibuit testimonium per ora Apostolorum. Vnde & dixit Christus. Ioan.16. Cum venerit spiritus veritatis ille testimoniũ perhibebit de me, per prædicationẽ.s. vestrã & miraculorum operationem. ¶Natura angelica testimonium reddidit mysterio Trinitatis dum apparuerũt tres viri.i. Angeli Abrahę. Tres vidit & vnum adorauit Ge.18. Item Esa.6. Cum vidit Esaias dñm sedentem super solium excelsum,& audiuit Seraphin clamantia ter Sanctus Sanctus Sanctus, & postea dicentia singulariter dominus Deus Sabaoth. Item mysterium incarnationis Gabriel Archangelus maxime nunciauit,resurrectionis quoq; mulieribus,& ascensionis,& aduentus ad iudiciũ discipulis angeli nunciauerũt. Mat.vl. & Act.1. Angeli quoq; mali seu dęmones testificati sunt de Christo, clamantes eũ eiicerentur ab obsessis. Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? &c. Lu.4. & alias etiam. Natura humana reddit testimoniũ mysteriis fidei per omne genus hominum iudęorum, paganorum,& Christianorũ, fidelium,& infidelium. Ex libris quidem iudęorum.s. veteris testamenti multũ probabiliter & efficaciter & si non demonstratiue hñr testimonia de trinitate & incarnatione Christi. In Psal.44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ prę consortibus tuis,idest. O Deus fili, Deus tuus.s. pater vnxit oleo. i.gratia Spiritussancti te inquantum hominẽ. Et in aliis pluribus locis nominantur ipse personæ. Pater.s. in Psal.88. Ipse inuocabit me pater meus es tu &c. Filius Psal.2. Dñs dixit ad me filius meus es tu, &c. Spiritussanctus. Psal.50. Spiritum sanctũ tuum ne auferas a me. De mysterio incarnationis pleni sunt psalmi per maxime prophetia Danielis de septuaginta hebdomadibus.s. annorum vbi exprimitur tps determinate futuræ tunc incarnationis, quia a tempore quo data fuit licentia a Cyro rege rehedificãdi Hierusalem vsq; ad passionem Christi fluxerunt 490. anni qui sunt septuaginta hebdomadæ annorum. Ibi in prophetia tangitur de incarnatione, passione, & destructione Hierusalem per Romanos ut exponunt Magistri in historia scolastica, & plenius Nicolaus de Lyra super Daniel, reprobãdo falsas expositiones iudęorum quas ibi faciunt. ¶Iosephus quoq; hystoriographus iudęorum qui fuit tempore Christi, sed perseuerans in iudaismo tale testimonium de Christo perhibet. Fuit illis tpibus sapiens vir,si tamen eum nominare virum phas est. Erat.n. mirabilium operum effector & doctor eorum qui libenter ea quæ futura sunt audiunt. Et multos ex gẽtibus adiunxit sibi Christus. Hic erat qui & post crucem his qui eum dilexerunt apparuit iterum sm q̃ prophetæ huiusmodi & alia de illo prædixerant. Sed vsq; in hodiernũ diem Christianorum qui ab eodem dicti sunt & nomen perseuerat & genus. Hæc ille qui tẽpore Vespasiani in bello iudaico captus fuit. ¶Idem ex doctrinis gentilium habetur de fide testimonium, & vt dimittamus illud Virgilii in Buco. quod August. inducit. Hieron. illudit quia. s. ad alium sensum dicta sunt. Iam redit & virgo redeũt Saturnia regna. Iam noua progenies e cœlo mittitur alto. Et illud Virgilii. Ene.1. Nate meæ vires mea magna potentia solus, & illud. Talia prestabat memoras fixusq; manebat. Sibylla Erithrea gentilis mirabile testimonium & multiplex reddidit de passione Christi, vt refert Lactantius in lib. institutionum, videlicet. ¶In manus impias in fidelium ueniet. Dabunt autem Deo alapas manibus incęstis & imputato ore expuent uenenatos sputos, dabit autem ad verbera simpliciter sanctum dorsum. Item colaphos accipiens tacebit ne quis cognoscat quod verbum vel unde uenit. Et corona spinea coronabitur. Item in esca fel & in siti aceturn dedere inhumanitatis hanc mensam. Item templi velum scindetur, & medio die nox erit renebrosa nimis in tribus

De sc̃do inductiuo ad credendũ.

Qđ natura Angelica testimoniũ phibuit de Trinitatis mysterio.

Ioseph⁹ fuit tpe Christi.

Qđ ẽt dicta gẽtiliũ valẽt ad cõfirmationẽ fidei, & qũo.

Prophetiç Sybillarũ de Christo.

bus horis. Item de morte & resurrectione eius. Morte morietur tribus diebus somno susceptо, & tunc ab inferis egressus ad lucem veniet primus. ¶ Item Sibylla de miraculis eius sic ait. Omnia verbo agens, omnem infirmitatem curans, mortuorum autem resurrectio erit, & claudorum cursus velocissimus & surdi audient, & ceci videbunt, loquentur non loquentes. ¶ Item eadem die de quinq; panibus & piscibus marinis hominũ milia in heremo quinque satiauit. Et quæ superfuerunt frustra tollens duodecim cophinos impleuit, ventos cõpescet, sternet insanum, mare sub pedibus calcatum. ¶ Item de trinitate Sibylla omnium interiorem creatoremq; dulcem spiritum omnibus apposuit & principem deorum omnium fecit. Et rursus in fine. Alterum dedit deus fidelibus viris honorare, videlicet filium incarnatum. ¶ Sibylla etiam Tiburtina cuius simulachrum tenebat librum vbi scriptum erat. Nascetur Christus in Bethleem, & annũciabitur in Nazareth regente Tauro pacifico fundatore. Oselix illa mater cuius vbera illum lactabunt. ¶ Sibilla Erithrea, vt refert Augu. 18. de ciui. dei. Iudicii signum tellus sudore madescet. E cælo rex aduenit per sęcula futurus. s. in carne ueniens vt iudicet orbem. Et hoc nota quod ait August. dist. 37. Si quid veri Sibylla de deo aut Orpheus cęteriq; gentiũ vates aut philosophi prædixerunt, valet quippe ad paganorum vanitatem reuincendam, non ad illorum auctoritatem complectendam. ¶ Ex doctrinis christianorum exomni genere, lingua, & natione, & hebreis, grecis, & latinis, fides Christi habet testimonia, ex quibus eius veritas ostenditur probabiliter. Et hoc ex eorum sapientiæ profunditate, vitæ probitate, & innumerositate, in multis conclusionibus, in diuersis facultatibus creditur communiter ab omnibus, quia sic dictum est a sapientibus. ¶ Doctores autem fidei ecclesiæ fuerunt sapiẽtiores homines mundi in omni facultate, qui omnes errores confutauerunt & a nullo ipsi conuicti sunt. Quis altior Dionysio Ariopagita. Quis in sermonibus Leone Papa rutulantior. aut Hieronymo eloquentior in suis epistolis doctus, in lingua Hebraica & Latina doctor, & veritatis interpretator? Quis August. Aphricano fundatior & acutior vel Cypriano elegãtior, aut Hylario Gallico profundior? Ambrosio Itali co quis pregrinior in dictis? Quis suauior & mortalior magno Gregorio Romano? Et adiuncto Nazianzeno. Omittẽdo exbreuitate alios grecos vt Athanasiũ Alexandrinum, Basiliũ Cappadocensem Episcopum, Chrisostomum Constantinopolitanum, Cirillum, Didimum, Eusebium Cæsariensem, Origenem & si in aliquibus errauit. Damascenum quãuis in materia ꝓcessionis spiritus sancti cũ grecis senserit, ante tñ determinationẽ ecclesiæ circa hoc. Vnde forte potuit excusari, nec ignari fuerunt Isidorus Hespalensis. Et Anglicus venerabilis Beda cum Anselmo eximio in similitudinibus. Deuotus Bernardus Burgundus. Prosper Aquitanicus, Orosius, Cassiodorus, Remigius. Lactantium lacteo stilo scribentem dimitto, quia male sensit cum Milianistis de fine seculi, vt patet in vltimo libro institutionum. ¶ Veniam ad modernos quorum stilus ita breuis cum grata facundia celsa clara, & firma sententia, vt beati Thomæ Regnicoli, Scoti Venerantur omnes philosophi. Albertum Magnum Theutonicum in scientiis, secularibus. Taceo de aliis, vt Bonauentura. Richardo, Ioanne scoto, Nicolao de Lyra, & Hæbreo. Alexãdro de Hales minoribus. Petro de Tharantasia, & illo de palude, Herueo, Hugone Cardinali. Roberto ordinis prædicatorum, Egidio, Augustino de Anchona, & aliis quorum nomina scripta sunt in libro vitæ, opera eorum atteſtantur scientriç eorum. Ex hæbreis doctor ille mirabilis, & ascensor cœli. Paulus vas electionis, Petrus, Andreas, & Ioannes, Etsi ante Pẽtechostẽ piscator indoctus postmodum illa vox fuit eius. In principio erat verbum &c. quod doctus Plato nesciuit. Demosthenes eloquens ignorauit nisi ꝙ deus reuelauit illis per spiritum suum. O q̃ fatuum est non credere quæ tales & tanti crediderũt, immo q̃ deus illis manifestauit gustando quæ dixerunt. Sicut. n. fatuus esset puer qui in carcere obscurissimo natus & nutritus matre sibi referente de Sole, Luna, & Stellis, & luce corũ q̃ sunt & apparent exta carcerem iam ab ea uisis nollet credere ex eo ꝙ ipse nil vidit nisi tenebras, ita ut dicit Gregorius in 4. dialogorum sunt homines fatui qui non credunt sapientibus diuina prædicantibus quæ ipsi viderunt credenda, & gustarũt. ¶ Probitas vitæ cũ fama efficax reddit testimonium, vt experientia docet. Quis narrare sufficeret sanctitatem doctorum, & fidem prædicantium veritatem, modestiam, iustitiam, & charitatem? Creditur parentibus, vel vicinis dicẽtibus talem esse filium talis, vbi nulla est certitudo. Et plerumq; tales testificantes sunt malæ vitę & mendaces, & tñ rationabiliter hoc creditur, alias sequeretur magna cõfusio & non crederetur tot innumeris psonis sanctissimis ab oi mẽdacio liberis testificãtibus fidẽ christianã. Creditur infallã

ter litteris mercatorū, quia in ipsis non solēt mentiri. Etsi aliàs frequenter & non erit credē dū dictis doctorū, qui semper se cauent a mē daciis. ¶ Numerositas testiū innumerabilis ad hoc multū facit. Sectæ diuersarū pfidiarū fuerunt in qbusdā partibus ītm & parū durauerunt inter se ēt diuersa sentiētes, sed fides christiana p totum orbē diuulgata est, quia in om nem terram exiuit sonus eorū, &c. Petrus .n. prius in Iudea & Antiochia, demum in Italia pdicauit. Andreas in Achaia. Iacobus maior in Hispania. Ioānes in Græcia. Thomas Ind iā ad fidē attraxit. Iacobus minor Hierosolymis primitinā eccleſiā rexit. Matthęus Ethiopiam conuertit. Philippus Scythiam. Bartholomeus superiorē Indiā. Symon Egyptiis. Thadeus in Ponto, & postea simul in Persida pdicauerūt. Matthias p Iudeā. Paulus a Hierm vsq; Illiri cum euangelio repleuit. Dionysius Franciam. Marcus Alexandriā. Aug. cū Greg. Angliam. Oriens ēt vt India vnū Christum adorāt, vnā seruant regulā veritatis. Et pseuerat a principio mundi vsq, ad finē implicite vel explicite apud viros fideles eadē. Nec doctores in his q̄ sunt fidei discordāt vel cōtrariāt. Et si in aliquibus aliis q̄ ad fidē nō pertinēt diuersa & cōtraria aliquando opinentur, sicut in aliis sciētiis.

In quib. patriis his speci ficatis A postoli p̄ dicauerunt.

§. 4. ¶ Tertium p quod efficaciter ꝓbat veritas fidei christianæ est toleratio tormentorum pro cōfessione & cōfirmatione ipsius, Apostolus ad Heb. 11. inquit de sanctis. Lapidati sunt secti sūt occisiōe gladii mortui sūt. Circūierūt in melotis & pellibus caprinis egētes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mūdus. Et hi oēs testimonio fidei ꝓbati inuenti sunt. Istud est efficacissimum testimoniū exponere vitam suam ad cōfirmationē deorū suorū. Nā vt dr Iob. 1. Pellem ꝓ pelle & cuncta q̄ hēt hō dabit ꝓ aīa sua. i. vita conseruanda. Et hāc ipsi dederunt p fidei attestatione. V n̄ martyr interpretat testis. Circa qd ēt sunt tria considerāda. s. Multitudo & varietas passionum. Læta sufferētia eorum. Et diuina ppessio aduersorum. Tot sunt martyres effecti pro fide Christi (vt dicit Hiero. in quadā epistola) q̄ non est dies p totū annū, exceptis Kal. Ianuarii in quo nō posset numerus ascribi quinq; miliū martyrū, cū tn̄ Hiero. fuerit circa annos dn̄i. 400. & nūc sumus in millesimo quadringētesimo quinquagesimo quinto. Nullū aūt genus tormētorum vt arbitror remāsit intactum. Petrus deorsum crucifixus. Andreas in cruce erectus. Bartholomeus excoriatus. Iacobus minor p̄cipitatus, & fullonis pertica excerebratus. Ioānes in doliū olei feruentis immissus. Stephanus lapiditus. Clemens in mari submersus. Laurentius exustus. Blasius pectinibus cardatus ferreis. Sebastianus sagittis confossus. Ignatius a Leone p̄ focatus. Paulus cū pluribus decapitatus. Petr⁹ martyr gladio p latus trāsfixus. Felicitatis filii similes Machabeis septē passi sunt mēbris incisis ī fattaginē missis. Et plures martyria ipsa vicerunt supernaturaliter vt eis non nocerēt. Quis non obstupescat ad lætam cōstantiā martyrum? Agatha virgo gloriāter ibat ad carcerē quasi ad epulas inuitata & in pœnis agebat. Ego ita delector in his, sicut q̄ audit bonū nuncium vel videt amicū diu desideratū. Exclamabat Tyburtius super prunas nudis plātis incedens. Videtur mihi sup roseos flores ambulare ī nomine domini nostri Iesu Christi. Quis non admireī Vincentiū in tormentis tyranno insultantē. Datiano qui rogum quasi tribunal vltro cōscēdit & laniatus viscerib. patefactis dicebat. Infælix has epulas semp optaui & votis omnibus exquisiui, &c. Eufemia virgo contra iudicē conquerebat tanquā iniuriā passa q̄ ipsa nobilissima in Chalcedonia ciuitate poſt ponerētur in tormētis, vel sibi parceretur plus aliis. In passione Mauritii, & sociorū eius pia legit cōtentio fuisse inter eos affectans q̄libet ad mortē alios q̄rebat antecedere. Tenerrimæ & pulcherrimæ virgines q̄ quodcunque asperum solent horrere, imperterritæ steterunt ante reges & prędes eos cōfundentes, & respondentes tormenta plurima sufferētes. Vnde tāta lætitia in corde, tāta audacia in ore & voce, tanta fortitudo in opere, nisi q̄ clare videbāt reuelante deo immensæ gloriæ p̄mia eis ꝑparata q̄ fides fatetur. Non vna vice tm̄ die mense vel anno talia sufferebant, sed toto tempore vitæ suę ad ea parati erant. Nonne diutinum martyriū est semper cū carne pugnare, & de carne semper p virginitatem triumphare, eius desideria cōprimēdo, quę multi fecerūt & faciunt ad dei honorē fideliter? Ieiunare, orare, sensus coercere, persecutiones pati, paupertatem, infirmitatē, ignominiam, exiliū, depredationem, & in nullo deficere, nec odio vinci, sed pro malo bonum reddere magna virtus & martyriū est, quod boni christiani faciunt qd totum est ad confirmationem fidei. Doctrina christiana hoc docet mortificare sensus, coercere irascibilem, domare concupiscibilē, regulare voluntatē, captiuare intelligentiam, paratum quotidie esse ad mortē pro Christo. Et inter huiusmodi aspera quāto maior fiebat p̄secutio fidei, tāto magis creuit numerus christianorum. Si Machometus Saracenos, & alios multos populos ad sui perfidiam, & legem attraxit

De tertio inductiuo ad credendum.

Martyris Apostolorū & discipulorū Christi.

Cōstantia Eufemiæ infide Christi.

li.1.c.6. & lib.3 cap.27. attraxit nō mirū vt dicit bea.Tho.contra gentiles, quia lex illa tota carnalis & ſm ſenſualitē eſt quā ſunt populi procliues ſequi. Sed lex Chriſti & doctrina fidei tota ſpiritualis & difficilis ſeruari, & tamen magis diuulgata & ſparſa eſt quam perfidia ſaracenorum.

§.5. De quarto inductiuo ad credendum. ¶Quartum quod probat veritatem fidei chriſtianæ eſt materia quæ proponitur credendorum, fatetur enim de deo & digniora & probabiliora & altiora q̄ quæcunq; ſectæ vel perfidiæ. Vnde Amb. Etſi aliis apoſtolis imputur vt laxent retia ſua, ſoli tamen Petro dicitur Luc.5. Duc in altum. i. profundum diſputationum. Quid enim tam altum q̄ altitudinem, diuitiarū veri dei filium ſcire, & ꝓmiſſionē diuinæ generationis aſſumere q̄ licet mens nequeat humana plene rōnis inueſtigatione cōprehēdere, fidei tamen plenitudo complectitur? 24.q.1.nō turbat. Aliæ nāq; ſectæ de deo male ſentiūt, vel de dei potentia dū non credūt ipſum ſuſcitare poſſe mortua corpora nīa vel ſuſcipere carnē ſeu naturam noſtrā vt pagani. Nos aūt dicimus, qa non erit impoſſibile apud deū omne verbū Luc.1. Vel male lentiūt de dei ſapiētia & prouidētia, dum nō credūt curam habere pcipue de humanis, vt Epycuri. Nos vero credimus qm̄ ipſi eſt cura de omnibus, & permaxime vt dicitur.1.Pe.5. Ipſi eſt cura de nobis. Vel male ſentiunt quidam de bonitate dei, dū nō credunt parcere reuerſis ad pœnitentiā, vel punire peccatores. Nos aūt firmiter tenemus, qa quacūq; hora peccator cōuerſus fuerit & ingemuerit oium iniq̄tatū eius non recordabor, dicit dns Ezechiæ 18. Et ite dicet maledicti in ignē æternū &c. Matth.25. ¶Sentit ſecūdo fides noſtra ꝓbabiliora & quæ magis decēt creaturā rationalem. Nam fatetur hoiem ad dei imaginem factum Gene.1. Et ad ſimilitudinē dei mouet viuere ſm cōditionem noſtram dicēs ad Eph.5. Eſto te imitatores dei. Et ad gloriam ſimilē promittit peruenire bene viuentē. 1. Ioan.3. Scimus cū apparuerit ſimiles ei erimus. Gens iudeorum & Machometi ſentiūt de deo & nō probabilia. Nam gens iudeorū ſperat ſolū affluētiā tēporalium. Gens Machometi ſolas delitias corporales ex promiſſione legis, & multa cōtinet quæ ſunt contra omnē rationē & philoſophiam moralem. Nil in doctrina fidei ē cōtra philoſophiā moralem, ſed nec cōtra naturalē, ſed ſupernaturalem. Fides etiā chriſtiana ad maiorem perfectionē adducit quātum ad deū & quantum ad proximum, quia prædicat ea quæ incutiūt timorem, vt pœnas inferni excitat ad amorē vt per præmia immenſa beneficia redemptionis & alia. ¶Quantum ad proximū quia præcipit ſibi in neceſſitatibus ſubuenire. Omnes diligere etiam inimicos ſuperioribus obedire, nullum lædere & huiuſmodi. ¶Fatetur etiam fides noſtra altiora de deo & nobiliora. Vnde nobiles philoſophi vt Ariſtoteles & Plato in his quæ de deo noſcibilia ſunt fidei noſtræ tæſtimonium perhibēt vt circa hoc q̄ vna ſit cauſa prima & æterna q̄ ſum mæ potentię, ſapientiæ, & bonitatis. Vnde quā tū ad iſta fides noſtra ex intimis philoſophiæ ſumpta eſt diſciplinis ſm Boetium, fidei etiam noſtra atteſtatur vniuerſitas creaturarū. Vnus enim mundus, oſtendit vnum deum. Magnitudo potentiam, pulchritudo ſapientiam, bonitas & vtilitas bonitatem. Primum attribuitur patri, ſecundum filio, tertium ſpiritui ſancto. Perpetuitas creaturarum, atteſtatur Dei ęternitati. Omnis enim cauſa potior eſt ſuo effectu. Nulla enim ſecta ſeu perfidia habuit veros prophetas in omni genere rerum per viſiones ſenſibiles vel imaginarias vel intelligibiles, niſi fides chriſtiana. Habuerunt aliquando infideles Phitoniſſas & diuinos, ſed certe diabolica illa erant, & quæ frequenter in mendacio inueniebanī, ſed fides chriſtiana habuit ſemper veros prophetas Et in veteri teſtamēto apud iudeos, in quibus erat vera fides de Chriſto prædicentes omnia Chriſti myſteria, quæ poſtea impleta ſunt, vt patet in Pſal. Eſa. Hiere. Ezechiele, Daniele, & aliis, ſed in nouo teſtamento diuerſis temporibus fuerunt prophetæ, nunquam autem in populo iudeorum amplius poſt perfidiam ſuam. Et ſibi dici poteſt illud pſal.118. Mirabilia teſtimonia tua, ideo, & multis aliis &c.

Per vnū mūdum vnū Deū demonſtrat.

Tria fides nīa ꝓponit, vſentit.

§.6. Fidei effectus ſunt nouem. ¶De effectibus fidei ſeu vtilitate quæ eſt multiplex, vt merito poſſet illud dici. Fides tua te ſaluum fecit. Matthæi. 9. & Luc.18. & in aliis locis. Saluat enim remouendo mala, adducendo bona, perducendo ad præmia. Primo enim de mundo triumphat. Secundo in diaboli tentatione ſuperat. Tertio detrimenta euitat. Quarto purificationē aduocat. Quinto timoroſitatem cauſat. Sexto conditionem dignificat. Septimo exaudiri facit orationes. Octauo procurari facit miraculorum actiones. Nono cōducit ad ſupernas retributiones. ¶Quantum ad primum dicitur.1.Ioann.5. Hæc eſt victoria quę vincit mundum fides noſtra, ideſt vincere facit quę ſunt in mundo, ſcilicet concupiſcentiā carnis, ideſt delitias, concupicentiam oculorum, ideſt diuitias, & ſuperbiam vitæ dum videt dñm ſuum credendo crucifixum pauperem & humillimū. Magna

gna enim gloria est sequi regem factorem suū Aug. Omnia terrena cōtēpsit hō Christus vt contēnenda esse mōstraret. Mūdus ſm Aug. in sermone duplicē aciē cōtra milites Christi ꝓducit, demulcet ꝓsperis, terret aduersis. Sed ꝓ fidē nec extollit ꝓsperis cōsiderādo oīa habere a deo & amittere posse, præcipue per ælatio nē vt patet in Saule, Dauid, Ezechia, & aliis. Nec dicitur aduersis intelligendo a Deo procedere qui errare non pōt, & oīa sibi ad profectum cedere. Mundus vt dr Ioan. 1. eū non cognoscit. Et rō est, qa iudicat de rebus ſm sensum humanū & rōnem naturalem. Et figurat ꝓ Cyniphes quorū plaga nō legit curata. Exo. 8. Cyniphes. n. de puluere terre educti argumenta sunt philosophorū de subtili & terreno sensu ꝓdeuntia, qui oculum fidei lædunt, hoc aīal vt dicit Orige. corpus cui insederit acerbissimo stimulo tenebat ut quē volantē q̄s videre nō valet sentiat stimulantē. Hoc aīal arti dyalecticæ comparatur quæ minutis & subtilibus verborū stimulis aias tenet, & calidiate cauta circūuenit vt deceptus nō videat vñ decipiat. Hęc plaga non curat. Idola. n. philosophorū remanserunt cū idola gentiū destructa fuerūt, vt ait quidā. Sed fides vicit. Vñ legit in Historia ecclesiastica, ꝙ in quodā cōcilio quidam acutissimus phūs infidelis a peritissimis doctoribus nostris cū q̄bus disputabat cōuinci nō poterat. Tadē a quodā simplici & sancto viro cū quo disputauit dicēdo solū nisi symbolū fidei, & interrogando si ille crederet assensit oībus, & conuersus est. Sic ergo saluat fides a pompis seculi, & sapientia mūdana aduersis. ¶ Sedo per fidē tētationes dyaboli vincuntur Ephe. 6. In oibus sumentes scutū fidei in quo possitis oīa tela inimici ignea extinguere. Hoc scutū habet tres angulos. s. præmia æterna que consequit, vincens supplicia perpetua q̄ meretur si vincit. Exēpla sctōrum q̄ vicerūt & qūo. Et poc. 2. &. 3. ponitur septē modis qui vicerit ad insinuādū victoriam septē vitiorum, de quibus dyabolus tentat. Si habuerit is fidem ait Christus Matth. 17. vt granum sinapis dicetis huic monti transi & transibit. Mons est dyabolus superbia elatus quem quis facit trā sire a se ab aliis in tentationibus vt non succumbat per fidem veram, quando. s. est vt granū sinapis videlicet parua humilitate, tenax stabilitate, calida charitate. Sed Lucas dicit loco montis. Si dicere tis arbori huic moro eradicare & transplantare fiet. Morus vt exponit Ambro. significat dyabolum, qa sicut mori na scunt albæ, & ex calore nigrescūt, ita dyabolus creatus ē innocēs, sed caloris ambitionis effectus est niger, & vitiosus. Petrus etiam in cano. 1. aduersarius vester dyabolus tāq̄ Leo rugiens &c. cui resistite fortes in fide. ¶ Tertio ꝓ fidem euadit quis multa mala vt ifructuosita tem spirituale. Ad Hebre. 11. Sine fide impossibile est deo placere, qui aūt nō placet deo nō potest mereri per aliqd̄ opus suū etiam de genere bonorū. Quinimmo vt dr ad Roma. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est. i. ſm glo. Aug. Omnis actio infidelium peccatū est, qd̄ tamē ſcd m b. Tho. 2. 2. non est intelligēdū simpliciter de omni actione. Quia in his quæ facūt infideles ex instinctu naturæ vel de genere bonorū, vt eleemosynam dare ſm dicta men rationis, vel dando indigētibus ex cōpassione non peccant, sed de illis oībus quæ procedunt ex infidelitate sua, puta pro seruandis mādatis suę legis vt ieiunādo temporibus & modis prout mādat lex Machometi. Seruādo sabbatum vt faciunt Iudei & alia festa eorum & ceremonias & tunc peccant mortaliter. Vel intelligit. Omnis vita eorū negatiue. i. sine merito. Per fidē etiam est capax quis sacramento rū ecclesiæ per quæ euitatur multa mala spūalia & tēporalia. Per fidem ēt informem est capax suffragiorū ecclīæ. Etsi nō eo mō sicut habens fidem viuā tñ aliquo mō. Non. n. dyabolus pōt ita nocere fidelibus ēt malis q̄ sunt intra eccliam numero tantū sicut infidelibus & excoicatis. Per fidem etiā euitanē multa mala tēporalia & spūalia. Per fidem Abraam exiuit de Hur. i. igne Chaldeorū illesus. Cum. n. nō vellet ignem adorare quem Chaldei deū dicebāt vt experiretur virtutē dei sui miserunt ipsum in ignē, sed non recepit Ięsionē Aram vero germanus eius & pater Sarę & Loth illuc missus, qa defecit in fide cōbustus est. Ad Hebre. 11. Sancti per fidē extinxerunt impetū ignis, vt Ananias cū sociis i fornace. Et vincū tur bella ex merito fidei & christianæ religionis gra excellens bellorū actuū prosperitas euenit Greg. 23. q. 4. si non. Ad Heb. 11. per fidem vicerūt regna, vt patet in Iosue & in Charolo magno. ¶ Quarto quoad bona quæ ꝓcedunt purificationē facit Actu. 15. Fide purificās corda eorū. Et Magdalenæ post remissionem peccatorū sibi a Christo nunciatā dictū fuit. Fides tua te saluam fecit Luc. 7. s. purgationē faciēs peccatorū. Hunc autem effectum quomodo fides ꝓducat bea. Tho. 2. 2. q. 7. sic declarat. Impuritas vniuscuiusq; rei in hoc cōsistit ꝙ rebus vilioribus immiscetur. Nō enim dicitur argentum impurum ex hoc ꝙ auro immiscetur per quod melius reddit, sed ex permixtione stanni vel plumbi. Manifestum est autē

Quomodo intelligitur illud omne quod non ē ex fide peccatū est.

quod

ꝙ creatura rōnalis est dignior oībus rebus corporalibus & tpalibus. Et ideo impura redditur ex hoc ꝙ tpalibus se subiicit per amorē & per hoc inficitur peccato a qua impuritate purificatur per contrarium motum, dum. s. tendit in id quod est supra se. s. in Deum, in quo quidē motu principium est fides. Accedentem. n. ad Deum oportet credere, quia est. ad Heb. 11. Et ideo primū purificationis principiū cordis est fides quę si perficiatur per charitatem formatam perfectam purificationem facit. Informis autem excludit impuritatem erroris. ¶ Quinto fides causat timorem. Vnde dr Iaco. 2. dęmones credūt & contremiscunt, quod sic declarat B. Tho. 2. 2. q. 7. Timor est quidam motus appetitiuę virtutis. Omnium aūt appetitiuorum motuum principiū est bonum vel malum apprehensum, vnde oportet ꝙ timoris & omnium appetitiuorum motuum sit principium aliqua apprehensio. Per fidem autem sit in nobis quædam apprehensio de quibusdam malis pœnalibus, quę śm diuinum iudicium a Deo inferuntur. Et per hunc modum fides est causa alicuius timoris quo quis timet puniri a Deo qui est timor seruilis. Est etiam fides causa timoris filialis quo qs timet separari a Deo. Vel quo quis refugit Deo se comparare, reuerendo ipsum inquantum per fidem. hanc ęstimationē habemus de ipso ꝙ sit quoddam immensum & altissimum bonum a quo separari est pessimū, & cui uelle ęquari est malum, sed primi timoris, s. seruilis causa est fides informis, & secundi, s. filialis causa est fides formata, quæ per charitatem facit hominē Deo adhere & ei subiici. Multa autem bona sequuntur ex timore, quia qui timet Deum facit bona &c. ¶ Sexto fides significat conditionem humanam. Nam facit animam sponsam Dei, iuxta illud Oseæ 2. Desponsabo te mihi in fide, vtique magna dignitas hæc est. Vnde beata Agatha dicebat. Ipsi sum desponsata, cui Angeli seruiunt &c. 2. ad Corinth. 11. Desponsi vos vni viro &c. Facit animam filiam Dei patris per adoptionem. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Ipsa animam ornat iustitia, quę secundum philosophum est omnis uirtus, Apostolus ad Roma. 3. Iustitia Dei per fidem. Et quinto cap. Iustificati ex fide, & vbi sana fides non est, non potest esse iustitia, quia iustus ex fide viuit. Aug. 24. q. 1. Hæc tria pertinentia ad dignitatem ponit B Tho. in expositione primi iit. decre. Credidit Abraham Deo & reputatū est ei ad iustitiā. ¶ Septimo facit exaudiri orationes. Iaco. 1. Postulat autem in fide nihil hesitans. Et Marci. 11. Omnia quæcunque orantes petitis credite, quia accipietis & fiet vobis Exemplum in Alexan. Magno malo qui ex fide secum coniungi duos montes insimul, vt non possent captiuari israelitę inde exire, vt tangit glo. j. ad Corinth. 13. Super illud si habuero omnem fidem. ¶ Octauo fidei ascribūtur miracula. Ps. Omnia opera eius, scilicet miraculosa in fide. Ad Hebre. 11. Per fidem obturauerunt ora leonū &c acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos, vt patet de filio. Iudæ & Sunamitis. 3. & 4. Regum. Et Christus Matthę. 8. Sicut credidisti fiat tibi. Et Marci vltimo. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur &c. ¶ Nono dat vitam Abachuc. 2. Iustus meus ex fide viuit, ad Galath. secundo. Quod nunc viuo, in fide viuo filii Dei, uita. s. gratiæ, postea uita gloriæ. Hūc ēt effectū ponit B. Tho. super primo tit. decretaliū. Ioan. 6. Qui credit in eum habeat vitam æternam, habendo. s. fidem viuam. i. cū gratia quæ inducit ad opera bona, & per contrariū dicit Beda. Quicunque ab vnitate fidei quomodolibet seipsos segregāt, nec tales peccatorū vinculis absolui, nec ianuam possunt regni cęlestis ingredi. 24. q. 1. Fides autē sine operibus mortua est. Iac. 2. Sicut animal quanto nobilius est viuum, tanto abominabilius cum est mortuum, vt patet in homine. Ita quanto fides est nobilior cum est viua, tanto vituperabilior Christianus ex fide mortua, & dignior maiori pœna propter maiorem ingratitudinem. Exemplum in vitis patrum de beato Machario qui interrogauit caluariam cadaueris pagani. Si in inferno erant alii inferiores &c.

Qđ fides sit cā timoris filialis.

Qđ fides cāt exau

ditiones oronum nrarum.

Fides dat uitam.

De habitu fidei & eius quidditate. *Cap.* 2.

DE habitu fidei. Et primo de diffinitione fidei & eius declaratione. Apost. ad Heb. 11. sic diffinit fidem, quæ diffinitio perfectissima est. Fides est substātia sperandarū rerum argumentū non apparentiū. In qua diffinitione Aps tria tangit. s. fidei obiectū vel intuitum obiecti, vel præmii initiū, attingendi modum. ¶ Primo tangit obiectū fidei cū dicit sperandarum rerū. Nam obiectū fidei est prima ueritas vt non visa, qđ pertinet ad rōnem rei speratæ, śm illud ad Rom. 8. Quod non uidemus speramus. Veritatem autem uidere est ipsam habere. Nam autem sperat aliquis quod iam habet, sed spes est de eo quod nondum habetur. ¶ Secundo tangit obiecti vel præmii initium cum dicit fides est substantia. Sicut primum enim in quolibet genere continens in se alia

Quid sit fides.

virtute

virtute dicit esse substantia illorum, sic fides. Nam prima inchoatio rerum sperandarū in nobis est per assensum fidei, quę virtualiter cō tinet in se omnes res sperandas. ¶ Tertio tangit modum attingendi obiectum cū dicit, argumentum non apparentiam. Et dicitur hic argumentum vel firma inhesio intellectus per fidem ad veritatem non apparente, vel cōiunctio intellectus, eo ꝙ intellectus credentis ex auctoritate diuina cōuincit ad assentiendū his quæ non vñr, vel certitudo eo ꝙ fides dubitationē tollat. Nā vbi est dubitatio non potest esse fides. Vel potest sic diuidi diffinitio huius. Fides tria habet. Aspicit, efficit, & reficit. Primo quidem aspicit. s. primum veritatem nō habitam sed spandam. Vnde dr̄ sperandarū rerum. Efficit sc̄o fides. i. causa est faciēs res sperandas qñq; esse in nobis. Vñ dr̄ substantia, qa sicut substantia est causa suorū accidentiū, ita fides causa est consequendi bona sperata. Tertio fides reficit seu allicit. Vnde dicit argumentum. i. certitudo assentiendo his quæ non apparent, & hoc meritū & laus fidei si certe & indubitanter creditur quod nō videtur. Beatus autē Tho. volens verba Apostoli ad formam diffinitionis reducere claram sic dicit fides est habitus mentis, qua ichoat vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus. 2. 2. q. 8. Raynerius.

Diuisio fidei ſm b. Tho.

§. 1.

¶ Pro maiori declaratione supradictæ diffinitionis notāda sunt quatuor, primū, ꝙ ꝑ prædictā diffinitionē distinguit fides ab oibus quæ pertinēt ad intellectum. Et primo ab opinione suspitione, & dubitatione, p hoc qđ dr̄ argm̄, Nam per hæc tria intellectus nō firmiter inhęret alicui. Per dubitationem nō magis tendit ad vnam partem q̄ ad alteram. Per opinionē & si declinet fortiter ad vnā partem tamen cū formidine de oppositō. Per suspitionem leuiter declinat ad vnam partem. Sed per fidē firmiter inheret credentibus sine hesitatione. Ex hoc autem quod dicitur in diffinitione nō apparentiū, distinguitur fides ab intellectu, qui est de principiis per se notis, & scīa quæ est de cōclusionibus per demōstrationem acquisitis, per quæ aliquid intellectui sit apparēter cuius non est fides. Et per hoc quod dicitur sperandarū rerū substātia, distinguitur a fide communiter sumpta quæ est etiam de humanis, vt cum quis firmiter credit parentes suos esse talem & talē. ¶ Secūdū vero est quod dr̄ fides rerū sperandarū substantia potius q̄ diligendarū. Ex eo ꝙ dilectio pōt esse pñtiū & absentiū visorū ꝙ nō visorū. Sed spes est tm̄ de absentibus & non visis, de quibus etiā est fides, qa etsi

Fides distinguit ab his tribus. s.

videantur ea quæ sunt fidei aliquo modo. s. vt credenda, nō tm̄ oculo corporali vel intellectuali demonstratiue. ¶ Tertium considerandum est ꝙ argumētum ex propriis principiis rei facit rem apparentem. Sed argumentum sumptum ex auctoritate diuina non facit rem apparentem, & tale argumentum ponitur in ista diffinitione. ¶ Vbi sciendum ꝙ argumentum dicitur quadrupliciter. Primo breuis enarratio subsequentium. Vel breuis collegio materiæ totius libri simul sumptæ. Et sic sumitur in biblia vbi prologi librorum dicuntur aliquando argumenta. Secundo argumentum dicitur ostensio vel manifestatio, ſm illud Ioā. 3. Omnis qui male agit odit lucem, & nō venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Tertio dicitur argumentum ratio vel syllogismus rei dubiæ faciens fidem, & hoc modo sumitur in logicis, sed in theologicis econtra fides facit argumentum seu rationem. Aliquādo etiam dicit mediū in quo stat virtus syllogismi seu p qđ aliquid ꝓbatur, & sic sumitur in glo. decretorum. Quarto dicitur argumentum certitudo ex qua animus mouetur in aliquid, & sic fides dicitur argumentum. ¶ Quartum vero est ꝙ aliqua habent certitudinē ex alijs sicut conclusiones ex principiis sic ex articulis fidei q̄dam sequuntur ex articulo, vt q a Deus iustus, reddet vnicuiq; ſm opera sua, quædā vero habēt certitudinem ex semetipsis. Et hæc sunt tribus modis. Nam quædam habent certitudinem ratione euidentiæ, sicut principia quæ sunt p se nota, vt de quolibet est affirmatio vel negatio. Secundo quædam sunt quæ habent certitudinem ex informatione cōsciētiæ. Et hæc est certitudo fidei siue formatæ siue informis. Cū. n. prima veritas fidem inspirat, sic conscientiam inflāmat, vt sicut aliquis cogitur ipsa euidentia consentire illi veritati omne totum est maius sua parte, ita cogit assentire his quæ sunt fidei. Item per habitum infusum fidei ipsa informatione cōsciētiæ artatur & cogitur cōsentire primæ veritati propter se. Vnde sicut negare hoc. Omne totum est maius sua parte, est contra suam conscientiam. ¶ Ita negare articulum fidei est cōtra suam conscientiam. Tertio quædam habēt certitudinem sensus seu experientiæ, quæ certitudo est p modum gustus & tactus. Et talis certitudo est virtutibus respectu suorum obiectorum. Et in fide formata respectu credibilium primæ veritatis. Rayne. Et nota ꝙ non solum ita debet quilibet firmiter credere ea quæ sunt, fidei extra de summa trinitate & fide catholica. Nos firmiter credimus & nullatenus dubitam⁹. Sed ēt credere &

Argm̄ dr̄ quadruplici ter, vel accipit.

extra

extra huiusmodi fidē in quacūq; alia secta salvari nō potest. Vnde extra de fid. ca. dicitur in ca. 1. Vna est fideliū vniuersalis ecclesia extra quam nullus oīno saluatur. Et in huius figurā omnes qui reperti sunt extra archam Noe perierunt diluuio. 2. 4. q. 1. quia ex sola.

§. 2. ¶ Fidem esse priorem aliis virtutibus quadrupliciter probat. s. ratione diuisione, autoritate, & similitudine. ¶ Primo ratione sic. Cognitio præcedit affectionem, quia nihil diligitur, nisi cognitum ſm Augu. sed fides est in cognitione, cæteræ aūt virtutes in affectione consistunt, ergo fides est aliis virtutibus prior. Item spes non potest haberi de beatitudine nisi credatur possibile, qa impossibile sub spe non cadit. Impſe non cadit sub spe. Creditur autem esse possibile beatitudinem haberi per fidem ergo fides causat spem. Voluntas etiam non potest deum amare, qđ pertinet ad charitatem, nisi intellectus rectam fidē habeat circa ipsum, ergo fides causat charitatem & est prior ea. ¶ Secundo probatur hoc diuisione sic ſm Aug. in sermone, quatuor modis est aliquid prius altero. Primo æternitate, & sic solus deus præcedit omnia. Secundo tempore vt flos fructum præcedit & sic fides non est prior aliis virtutibus infusis, eo, qđ oēs virtutes diuinitus simul infundunt, Tertio aliq̄d est prius altero vel perfectione, vel electione, vt fructus præcedit florem, & forma est prior materia ordine perfectionis, & perfectum imperfecto, & actus potentia. Et hoc modo fides non est prior, sed charitas est prior fide & spe, eo q̄ fides & spes perficiuntur & formantur p charitatem. Quarto modo est aliquid prius altero origine, sicut sonus præcedit cātum & lux splendorē. Et hoc modo fides præcedit spē & charitatem, sicut materia præcedit formam potentia actum, imperfectū perfectum. ¶ Tertio Quod fides sit substantia sperandarū ꝓbatur hoc autoritate. Nam Apſus ad Hebre. 11. dicit q̄ fides est substantia sperandarū rerū sed substantia habet rationi primi, ergo fides est prima inter virtutes. ¶ Quarto silitudine fundamēti, sic ꝓbatur. Fundamētum materialiter loquēdo est prius aliis quātum ad ordinē qa præcedit alias partes. Item quantū ad virtutem, qa fundamētum sustinet ędificium totū quorū vtrūq. p similitudinem reperitur in fide Raynerius. Hinc & Greg. dicit. 1. q. 1. Cū Paulus dicat. Fundamentū aliud nemo potest ponere præter id qđ positū est, qđ est Christus Iesus. i. fides Christi. Consequenter probatur, quia vbi Christus non est fundamentum nullum boni operis supereſt ædificium.

¶ Fides fuit in angelis ante confirmationē vel lapsum, & in hoīe ante peccatum, qđ sic ꝓbatur. Tho. 2. 2. q. 5. Cum fides ſm Apſm sit argumentum nō apparentiū, & sēdm Aug. de his q̄ non videntur. Illa sola manifestatio excludit rationem fidei per quam apparet & clare videtur id de quo principaliter est fides. Principale autē obiectū fidei est virtus prima. i. Deus, cuius visio clara facit beatos & succedit fidei. Cum aūt angelus ante confirmationem, & homo ante lapsum non haberent illam beatitudinem qua videtur deus per essentiam manifestum est q̄ nō habuerunt sic manifestam cognitionem, q̄ excluderet ratio fidei. Si autem nō habuissent fidem, hoc esse nō potuisset, nisi qa penitus erat eis ignotū id de quo est fides. Sed est hic cōsiderandū, q̄ in obiecto fidei aliquid est ibi quasi formale, & aliquid quasi materiale. Et formale quidē est veritas prima supra oēm naturalem cognitionē creatnrę existēs. Et quātum ad hoc fides est in oibus cōmuniter habētibus cognitionē de Deo beatitudine nōdum adepta, & in angelis ante cōfirmationem. Materiale est id qđ ꝓponitur credendū quæ sunt multa, qa oēs articuli & quæ sequūtur ex illis. Et horū q̄dā sunt credita ab vno q̄ sunt scita ab alio etiam ī pſenti. Vt q̄ Deus sit vnus & summe bonus & creator omniū rerum & hmōi. Et quantū ad ista dici pōt q̄ angelus ante confirmationē ethō ante peccatū quoad quædam mysteria de diuinis habuit visionem non fidem, de quibus nos habemus fidem. Et ſm istum modū pōt saluari opinio dicētium, q̄ nō habuerūt hīdem propter manifestam cōtemplationē quam habebāt de diuinis. In demonibus quoq; est fides. Iuxta illud Iacob. 2. Demones credunt et cōtremiscūt. Habēt autē fidē ex hoc q̄ intellectus eorū conuincitur ad hoc q̄ iudicet esse credēdum his quę dicūtur de Deo, licet nō cōuincant per euidentiā rei, sicut nunc si aliquis ꝓpheta pronūciaret in noīe dñi aliquid futurum, et adhiberet signū mortuū suscitādo, et hoc signo vinceret intellectū videntis vt cognosceret manifeste hæc a deo dici qui nō mentitur, licet illud futurū qđ ꝑdicatur in se euidēs non esset, vnde ratio fidei non tolleret in eo. Sic demones vidētes multa manifesta iudicia per miracula vera, et alios modos ex quibus percipiunt doctrinam ecclesię esse a deo quāuis ipsi ipsas res quas docet ecclesia non videant, puta deū esse trinū et vnū et huiusmodi. Ex hoc enim credere nō merētur, quia credere est meritorium inquantū voluntas mouet intellectū ad essentiendum credibilibus ex ordine, quia scilicet vult deo subiici in his quę iubet credi ēt si clare non videat illa miracula. Sed demones non sponte credunt

In angelis, et hominib. aū cōfirmatiōnē fuit fides.

In dæmonib. est fides.

credũt sed coacti signis & ex perspicacitate intellectus naturalis, & hoc eis displicet ꝙ signa sint ita euidentia ꝙ coganṫ credere. ¶ In hæreticis q̃ discredunt in vno articulo, licet in aliis nõ errẽt, non est fides nec formata nec informis Huius ratio est sed m.b.Tho.2.2.q.5. Quia sub lata ratione formali obiecti fidei fides remanere nõ potest sicut in aliis habitibus, sicut etiã remota luce, visio esse nõ potest. Obiectũ autẽ fidei formale est veritas prima ſm ꝙ manifestat in sacris scripturis & doctrina ecclesiæ. Vnde quicuq; nõ inheret sicut infallibili & diuinę regulę doctrinæ ecclesiæ, q̃ procedit ex veritate prima in sacris scripturis manifestata, ille non habet habitũ fidei, sed ea q̃ sunt fidei alio modo tenet q̃ per fidem, manifestum est autẽ ꝙ ille ꝙ inheret doctrinæ ecclesiæ sicut infallibili regulæ, omnibus assentit q̃ ecclesia docet. Alioquin si de his quæ ecclesia docet que vult tenet, & quæ nõ vult nõ tenet, nõ iam inheret doctrinę ecclesię sicut infallibili regulæ, sed ꝓpriæ volũtati. Et sic manifestũ est ꝙ hæreticus qui pertinaciter discredit vnum articulũ fidei nõ est paratus sequi in oibus doctrinam ecclesiæ, si enim nõ pertinaciter discrederet vnũ articulum iam nõ esset hęreticus, sed solũ errãs. Hæreticus ergo qui contra vnum articulum fide nõ habet de aliis ẽt articulis fidẽ nõ habet, sed opinionẽ quãdã ſm ꝓpriam voluntatem.

§.4. ¶ Fides est vna & catholica & vera ¶ Quantũ ad primum dicit Apostolus ad Ephe.4. Vnus deus, vna fides. Et dicitur vna tripliciter. Vno modo inquantũ sumitur pro habitu quo credimus. Sic enim est vna specie, sed differens numero in diuersis fidelibus, sicut omnes homines participatiõe speciei humanę sunt unus homo sed numero multi. Cum enim obiectũ formale fidei sit veritas prima, cui inherendo credimus quæcunque sub fide continentur. Ideo sicut veritas prima est vna. ſ. Deus, ita & fides. Secundo modo inquãtum sumitur pro eo qđ creditur qđ est obiectum materiale. Et sic etiam dicitur vna quia idem est ꝙ creditur ab omnibus etsi sint diuersa credibilia quæ cõmuniter creditur, ab omnibus tamen reducũtur ad vnũ Quod enim credantur aliqua temporaliter facta ad fidem pertinẽt in ordine ad veritatem primã quæ est quid ęternũ. b. Tho. ſe. ſe. q. 4. Potest etiam dici vna, quia ad vnum verum finẽ dirigit, qui est deus ad ipsum possi dẽdum. ¶ Dicitur autem catholica in symbolo Athanasij. Hæc est fides catholica &c. Et in ti. j. decre. de sum. trinita. & fide catho. vbi dicit. b. Tho. in expositione ipsius tituli et primi capł. ꝙ catholica dicitur vniuersalis. Dicitur autem vniuersalis, tum propter vniuersarum præcepta regularum, tũ quia eius cultus per omnes penè mũdi terminos emanauit. Hæreticorũ autem errores sub certis angulis terrarum includitur, Hęc bea. Tho. Vel etiam quia sola de vniuersali bono, ideſt deo recta tradit & vniuersa vitia vitare docet & vniuersas virtutes amplecti. ¶ Dicitur autẽ vera, qa ita veraciter prædicat vt falsitatem cõtinere nõ possit. Quod ita probat bea. Thom. ſe. ſ.q.j. Nihil subest alicui potẽtiæ vel habitui vel actui, nisi mediante ratione formali obiecti. Sicut color nõ potest videri nisi ꝓ lumen, nec cõclusio sciri nisi per medium demõstrationis. Sed vt dictum est ratio formalis obiecti fidei est veritas prima. Vnde nil potest cadere sub fide nisi inquãtum stat sub veritate prima sub qua nullũ falsum stare potest, sicut nec nõ ens sub ente, nec malũ sub bonitate. Et ideo &c. Fides ãt hæc. ſ. vna catholica & vera ẽ fides ecclesię Ro. Vnde Amb. de Cypriano ait. Nec vllam puta uit veram nisi verę fidei, gratiam, hoc est ī Romana ecclesia. Nec putauit fidẽ esse in schisma te. Et enim cũ ꝓpter eccl'iam Christus passus sit, & corpus eius sit ecclesia, nõ videtur ab his fides exhiberi Christo a quibus euacuat Christi passio atque distrahiṫ. ſ. per schisma. 24. q. j. aduocauit. Itẽ. q. e. c. hæc est fides. Et siqs obiiceret, ꝙ põt quis adorare hostiam nõ cõsecratã qa sacerdos põ cõsecrauit vt ille æstimat. Et sic credit ibi esse Christum & nõ est, ergo fidei põt subesse falsum. Rñ. b. Tho. vbi supr. ꝙ fides credentis non refertur ad has species vel illas panis, sed ad hoc quod verum corpus Christi sit sub speciebus panis sensibilis, quando recte fuerit consecratum. Vnde si non est recte cõsecratum fidei non subest falsum.

¶ Fides autem in intellectu vt in subiecto priè & principaliter consistit, secundario inuoluntate quantum ad actum eius. Quod sic declarat be. Thom. ſe. ſe. q. 4. Credere quidem actus fidei est actus intellectus ſm quod mouetur a voluntate ad assentiendum. Procedit ergo huiusmodi actus & ab intellectu & a uoluntate quorũ vterq; natum est perfici per habitum. Et ideo oportet ꝙ tam in intellectu quã in voluntate sic aliquis habitus si debeat actus fidei esse perfectus, sicut etiam ad hoc ꝙ actus cõcupiscibilis sit perfectus, oportet ꝙ sit habitus prudentię in ratione & habitus tẽperãtiæ in cõcupiscibili. Nam ad perfectionem actus qui ex duobus principiis actiuis procedit requiritur ꝙ vtrũq; actiuorũ principium sit perfectum. Nõ enim potest bene secari, nisi & secans habeat artẽ, & serra sit bene dispositа ad secandum.

§.5.

In hæreticis nõ est fides

Quare dr vera.

Quare dr catholica.

Fides quaredicit vna.

secandum. Disposítio autem ad bene agendū ih illis potentiis animæ quæ se habēt ad opposita est habitus. Et iō oportet q̄ actus ꝓcedens ex his duabus potentiis talibus sit pfectus habitu aliquo præexistēte in vtraq; potentiarū. Et qa credere est immediatus actus intellectus, qa obiectū huius actus est verū qđ ꝓprie ptinet ad intellectū, iō oportet q̄ fides quæ est ꝓprium principiū huius actus, sicut in intellectu vt in subiecto. Dicitur autē ab Aug. q̄ fides est in credentiū volūtate, inquantū actus eius mouetur ex impio voluntatis ad assentiendū credibilibus. ¶ Itē nota ſm b. Tho. vbi supra, q̄ charitas dr forma fidei, nō q̄ sit forma intrinseca quæ dat esse rei, sed inquantum informat actū eius. s. credere vt sic operet & mereat. Et ad hoc facit, qđ hr de pe. di. 2. §. itē dns. Amen &c. Nihil. n. ꝓhibet vnū actū a diuersis habitibus informari. Itē ſm b. Tho. vbi supra. Fides informis. i. sine charitate, & formata. i. cū charitate, non sunt diuersi habitus quorū vno adueniente alter qui prius erat in ai a corrumpatur vt quidam dixerūt. Nec ēt q̄ ambo sint simul in habente prius fidem informē, & postea formatā vt alii dixerūt, sed est vnus & idē habitus nō diuersi. Rō est, qa habitus diuersifica tur ſm id qđ per se ptinet ad habitū. Fides aūt cū sit pfectio intellectus, id p se ptinet ad fidē qđ per se pertinet ad intellectum, qđ aūt pertinet ad volūtatem nō per se pertinet ad fidē, ita q̄ per hoc possit diuersificari habitus fidei. Distinctio autem fidei informis & formare est scđm id, qđ ptinet ad voluntatē. i. scđm charitatē. Quod aūt gratia adueniens in eo qui habet fidem informē non causet habitum fidei p accidens est, ꝓpter dispositionem subiecti, qa scilicet iam habet fidē, sed qa informem habet format & perficit eā. Sicut ecōtrario scđm peccatum mortale qđ quis committit non tollit gratiam cum tamen omne mortale de se tollat eam. Et ratio est, qa iam amiserat per primū.

Charitas dicit formasi dei.

¶ *Actus fidei est triplex.* *Cap* 3.

DE actu fidei nota q̄ triplex est actus fidei, scilicet voluntaria cordis assensio, publica oris confessio, salutifera mortis susceptio. ¶ Primus ergo actus fidei est voluntaria cordis assensio dicente Apostolo ad Romanos. 10. Corde creditur ad iustitiā, quod exponit tripliciter primo sic. Vere credere dat salutē eo q̄ dat iustitiā, quæ non est causa salutis, secundo sic. Corde credit ad iustitiā. i. per fidem cordis iustificatur aliquis, vt. s. fiat de peccatore iustus. Tertio modo sic. Corde creditur &c. i. voluntarie creditur, quia cætera post homo non volens, credere autem non potest nisi volens, & diffiniens Augu. quid sit credere dicit q̄ nil aliud est q̄ cum assensione cogitare. Pro cuius intellectu sex notari possunt.

Actus fidei est triplex.

¶ Primum est quid sit assensus & qđ cōsensus.
¶ Secundo vbi hæc duo assentire, scilicet & dissentire inueniuntur.
¶ Tertio quid sit cogitare & quot modis dicit.
¶ Quarto quis sit ordo inter cogitare & assentire & econuerso.
¶ Quinto q̄ fides cōsistit media inter duas cogitationes.
¶ Sexto quod assentire veritati contingit tribus modis.

¶ Quātum ad primum no. q̄ assensus dicitur determinatio cogitationis ad aliquid quā cognitionē vel determinationem cognitionis aliquid non præcedit. Cōsensus verō dr determinatio voluntatis ad vnū, quæ præsupponit cognitionē cum qua simul sentit, dū in illud tendit qđ ratio bonum iudicet, ita q̄ assentire dr esse intellectus cōsentire voluntatis, hæc b. Th. 2. 2. q. 2. & in 3. sen. Quantū ad scđm sciēdū q̄ cū sit triplex opatio intellectus. s. Simplicium seu in cōplexorū apprehēsio. Scđa cōpositio & diuisio. s. per affirmationē & negationem. Tertia argumentatio. s. de vno in. aliud discursus. Assentire & dissentire circa fidē non reperitur in prima opatione intellectus, sed in secunda eo q̄ fides habet assensum qui est determinata acceptatio alterius partis cōtraditionis. Qui n. assentit intellectū ad alterā partē contradictionis determinat. Quantū ad tertiū. s. qđ sit cogitare, nota q̄ pōt sumi tripliciter. Vno mō cōmuniter pro qualibet actuali considaratione intellectus, sicut accipit Aug. in 14. de trini. ¶ Scđo modo sumit pro actuali cōsideratione intellectus, q̄ est cū quadā inquisitione animi deliberantis, nondum perfecti per plenā visionem vel certitudinem veritatis, sicut accipit Augusti. in 15. de trini. Tertio modo sumitur pro actu virtutis cogitatiuæ. In proposito sumitur scđo modo. Importat enim discursum rationis cogitatio, quia cogitare est simul cogitare b. Tho. 2. 2. q. 2. quomodo actus intellectus se habeat ad cogitationem & assensum nunc declarandum. ¶ Quātum ad quartum ergo quis. s. sit ordo inter cogitare & assentire, nota quadruplicem modū. Nā aliq̄n assensus est sine cogitatione, vt patet in intelligente sine respectu principiorū quorū est intellectus. Intelligēs. n. assensū habet sine cogitatione. i. discursu. quia statim ꝓbat ipsa audita. s. principia ſm Boe. Aliq̄n cogitatio est causa assensus vt

Assēsus & cōsensus differunt.

Cogitare sumit tripliciter.

Ordo inter cogitare, & assentire.

vt in sciente. Nam sciens & cogitationē & assensum habet, sed non cogitationē cū assensu, sed cogitationē añ assensum. Discurrit. n. mente ratiocinando, & inuenta rōne qua cōcludit assentit. Dubitans nihil habet de assensu, sed cogitationē solū, qa in neutram partem declinat, discurrit tñ rōne. Suspicans est qui habet cogitationem absq; assensione, in vna tñ partem declinat magis q̄ in aliam aliquo leui signo. ¶ Nescіens neque assensum neque cogitationem habet. Aliq̄n cogitatio est sine assensu perfecto vt in opinante. Nam opinans habet cogitationem discurrēs ratiocinando, sed non habet perfectum assensum cum habeat formidinē de opposito, & si fortiter declinet ad vnā partē. Aliq̄n assensus est simul & cogitatio vt in credente. Nā credens habet simul assensum firmiter inherendo & cogitationē discurrendo ratione post assensum qua ostenditur tali veritati firmiter inherendum vt magis intelligat, & sinō clare seu demonstratiue videat b. Tho. 2.2.q.2.& in 3. sent. ¶ Quantum ad quintum nota q̄ fides consistit media inter duas cogitationes, quarum vna voluntatem inclinat ad credendum, & hæc cogitatio præcedit fidem. Alia cogitatio tēdit ad intellectum eorū quæ iam credit. b. Tho. in 3. sen. ¶ Quantum ad sextum nota q̄ tribus modis assentitur veritati. ¶ Primo, quia sic assentienti apparet, & iste est assensus opinātis, q̄ habet formidinē ex parte assentientis, sed apparentiam ex parte rei cui assentit. Scdo assentit quis veritati alicui, quia sic videt esse ſm veritatem, & iste est assensus scientis qui habet securitatem ex parte assentientis, & euidentiā ex parte eius cui assentit. Tertio modo assentit qs veritati, non qa ita videt esse. s. clare, sed qa habet idoneum testimoniū & sic est assensus fidei q̄ habet securitatem ex parte assentiētis, q̄ nō dubitat sed est certꝰ, defectū vero euidētiæ ex parte rei cui assentit. Et credere ē mediū inter scire & opinari, & de vtroque participat, & a quolibet difert. Nam cū scia participat fides p securitatē, sed differt quia non habet euidentiā, & cū opinione participat pp defectum rei ex parte cui assentit. Sed distert ab ea, qa habet certitudinē nō formidinē de oppositō. be. Tho. 2.2.q. 2. Si quis ei dubitaret proprie sumendo dubitationem nō esset fidelis. Vnde dr extra de hære. c. 1. Dubius in fide est infidelis. Et signanter dictum est ꝓprie, qa large sumēdo ꝓ omni motu dubitationis, sicut qui tentatur de his quæ sunt fidei, aliquis cum non assentit voluntarie tali dubitationi sed habet displicentiā nō est infidelis. ¶ Sciendū est ēt actus fidei interior dicit tribꝰ modis ſm magistrum sen. in 4. di. 23. Credere Deū, credere Deo, & credere in Deū. Quæ distinctio originaliter ē Aug. sup Io. Hęc āt tria ſm. b. Tho. 2.2.q.2.& in 3. sent. non sunt diuersi actus fidei, sed vnus & idē actus cōpletus fidei habens diuersos actus fidei, sed vnus est actus completus habens diuersam relationem ad fidei obiectum. Obiectum autē fidei idest quod creditur, quod potest dici esse ens cogitabile supra rationē, primum cui propter se datur assensus. Et in hoc qd̄ dicitur supra ſm, rationē separatur ab his quorū est crudelitas rōnem vt in principiis sciarum. In hoc q̄ dicit primū separatur ab his quæ sunt creaturæ. In hoc q̄ dicitur cui datur assensus propter se, separatur ab illa cognitione quæ est per viā rōnis. ¶ Primo ergo credere Deum est actus fidei ſm q̄ intellectus determinatur ad vnū. Nam obiectum fidei est Deus ſm q̄ in se considerat, vel aliq̄d circa ipsum vel ab ipso. Quāuis Deū esse ſimpliciter possit demonstrari, tamen Deū esse trium & vnum alia hmōi ſm q̄ est actus fidei scilicet credere Deum, demonstrari nō potest. ¶ Scdo credere Deo est actus fidei ſm q̄ ratio inclinat voluntatem ad assentiēdum Deo. Ratio autem quare voluntas inclinatur ad essentiendum his quæ nō videt est quia Deus ea dicit. Sicut homo in his quæ non videt credit testimonio alicuius boni viri, qui videt ea quæ ipse non videt. Sic homo inducitur ad credendū per ea quæ dicta sunt de Deo miraculis cō firmata. Similiter fidelis credit homini de his quæ sunt fidei, non qa homini sed in quantum Deus per ipsum loquitur, quod ex certis experimentis & miraculis colligere potest. Infidelis autem nō credit Deo loquenti in homine. ¶ Tertio credere in Deum est actus fidei, secūdū q̄ intellectus determinatur a voluntate ad tēdendum in Deū. Et sic credere in Deū est credendo tendere in eum. Sicut ei amare Deū est simpliciter actus charitatis, ita amando credere est actus fidei per charitatem motæ ad actū suum ſm. be. Tho. 2.2. q. 2. ar. 2. Vnde Gratianus de pe. di. 2. §. cum ergo dicit. In Xp̄m credit qui charitatē habet. In Christum quippe credere est amādo in ipsum tendere. Hæc est fides quæ per dilectionem operatur, vt diffinit Apostolus. Et sic credere Deū est sicut materiale obiectū intellectus scilicet credere q̄ Deus sit & huiusmodi credere Deo est sicut formale obiectū quod est veritas prima. Et sic credere Deo est credere vera esse q̄ Deus dicit eo q̄ ipse dicit. Credere in Deū est credere per amorē primæ veritati, & credēdo amare eū super omnia. Et credere Deo vt veritas scilicet qa vera quæ

Veritati assentit trib. modis.

Actus fidei interior tripl'r.

Diferentia inter credere Deū, credere Deo & credere in Deū.

ra quæ dicit Deus. Credere Deũ vt virtuosi-tas seu potẽtia scilicet esse oĩpotentem creatorẽ. Credere in Deũ vt bonitas. i. in eius bonitatẽ tendere gustando per amorẽ, hæc Raynerius.

§. 2. ¶ De actu exteriori fidei qui dicitur confessio. no. scd̃m b. Tho. 2. 2. q. 3. q̃ est triplex cõfessio.

De actu fide exteriori. ¶ Prima est peccatorum, de qua Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Et hoc est actus pnĩæ seu pars sacrã. ¶ Secũdo est cõfessio diuinorum præconiorum, de qua Psal. Confitemini domino quoniam bonus, & hæc est actus latriæ seu virtutis religionis. ¶ Tertia est confessio articulorum fidei, ad Ro. 10. Ore aũt confessio fit ad salutem, & hæc est actus fidei. Hic autẽ actus scilicet publica confessio eorũ quæ sunt fidei, non est vtiq; & semper de necessitate salutis, sed pro loco & tempore. Et de hoc habes in 2. parte. titu. 11. Ad hoc autẽ vt talis confessio fidei sit ad salutem valens oportet quòd confiteatur quis fidem in recta cõuersatione fidelium, vñ Hiero. Quotiẽscũq; vincimur vitiis atque peccatis totiens Deum negamus & econuerso. Quotiens aliquid boni agimus Deum confitemur. Nec est arbitrãdum illos tm̃ in die iudicii a Dei filio denegãdos qui in martyrio Christum negauerunt, sed illos omnes quorum opere vel sermone vel cogitatione Christus negatur vel confessio ne non confitetur. 11. q. 3. æstimant. ¶ Est autẽ necessaria talis confessio propter quatuor. Primo vt Deus honorificetur. Secundo vt fides defendatur. Tertio vt proximus ædificetur. Quarto vt infidelis confundatur, de quibus vide supra, de tertio actu fidei, scilicet susceptionem martyrii habes supra. titulo. 3. de fortitudine.

Confessio ẽ triplex.

§. 3. ¶ De merito credendi nota quòd credere est laudabile & meritorium, tripliciter probatur, scilicet ratione, similitudine, & auctoritate.

Credere ẽ laudabile, & meritorium. ¶ Ratione quidem sic probatur. Omnis actus qui subiicitur libero arbitrio moto a Deo per gratiam & relatus in Deũ est meritorius. Sed credere est actus intellectus assentientis veritati diuinæ ex imperio voluntatis motę a Deo per gratiam, & sic subiacet libero arbitrio in ordine ad Deũ, ergo actus fidei est meritorius. Tho. secunda secundæ. q. 2. Item sic probatur. Omnis actus virtutis est laudabilis & meritorius, sed credere est actus fidei quæ est virtus ergo meritorius. ¶ Similitudine probatur sic. Sicut consideratio actualis scientiæ est meritorium, tum ratione libertatis arbitrii, quia in potestate hominis est considerare & non considerare, tum ratione finis ex parte charitatis, vt consideratio scientiæ referatur ad honorem Dei, vel ad vtilitatẽ ꝓximi, in quo casu vterq; est meritorius, quamuis in ipsa scientia non sit meritum, quia intellectus captiuatur ad assentiendum veritati, nec remanet voluntas lĩbera ad assentiendum. Sic in proposito, cum circa ea quæ sunt fidei non cogatur intellectus ad assentiendum, quia non clare videt, ficut per scientiã remanet voluntas libera ad assentiendum vel non assentiendum fidei, & ideo assentiendo propter Deum meret. Tho. 2. 2. q. 2. Augu. autem super Ioã. idem probat sub similitudine radicis dicens. Sicut in radice arboris nulla prorsus apparet pulchritudo, & tamẽ quicquid est in arbore pulchritudinis vel fructus ex illa procedit. Sic ex fidei humilitate quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima susceptura est ex fidei fundamẽto ꝓcedit. ¶ Tertio auctoritate probatur sic, Christus dixit Ioã. 20. Beati qui non viderunt & crediderunt, sed præmium non debetur nisi merito. Beatitudo vero est vltimum & perfectum præmium, ergo &c. Ad prædictorum maiorẽ euidentiam nota quinq;. Primũ est q̃ ratio humana ad ea quæ sunt fidei potest se habere ad voluntatem credentis dupliciter. Vno mõ antecedẽter, puta cum quis nõ vult credere, vel non habet promptam voluntatem ad credendum nisi ratione humana induceretur. Et tũc ratio humana diminuit meritum. Et in hoc casu intelligenda est auctoritas Greg. Fides non habet meritum &c. Secundo mõ ratio humana se habet ad voluntatem credentis cõsequẽter, puta cũ homo habet promptam voluntatem ad credendũ etiam sine ratione. Et ex hoc q̃ diligit veritatem creditam super ea cogitat & amplectitur, si quas rationes ad hoc inuenire potest, tunc humana ratio nõ excludit meritum fidei, sed est signum maioris meriti beatitudinis. Tho. secũda scdæ. ¶ Secundo notandum q̃ ea quæ sunt fidei, etsi supra rationem sint, non tamen contra rationem. Et ideo querere ea quæ sunt supra rationem non est vituperabile, sed laudabile, quia homo debet se ad diuina dirigere quãtũ põt, vt dicit philosoph. 10. Ethi. b. Tho. in 3. senten. quod tamen intelligendum est cũ quis quærit huiusmodi timorate & moderate, vt dicit Aug. & non supra capacitatem suã, iuxta illud. Altiora ne te quesieris. Eccle. 3. ¶ Tertio nota q̃ ratio naturalis in his quæ sunt fidei potest induci vel cum fide vel cõtra fidem. Et illa quidem ratio, quæ scd̃m fidẽ inducitur potest augere meritum inquantũ facit voluntatem magis promptam ad credendum. Ratio autem inducta contra fidem ad difficultatem actũ addit, & per consequẽs auget meritum. Vnde manente eadem voluntate credẽ

di magis meretur illi qui credit illud ad quod videt multas rationes in contrarium q̃ qui eas non videt, sicut qui tentatur vehementius de luxuria vel alio vitio si resistat æquali voluntate magis meretur bea. Tho. in 3. sententiarum.

Sine fua fione magis meret credens quã cũ fuafiõe.

¶ Quarto nota q̃ magis meretur ille qui credit sine ratione vel suasione q̃ ille qui suasionem, vel rationem quærit, manẽte eadẽ voluntate credendi. Quod sic probatur. Sicut affectus rationalis debet summæ bonitati dignũ amorem, ita intellectus summæ veritati dignã credulitatem. Sicut ergo nó est digna dilectio ad Deum qua diligitur eius bonitas solum pp vtilitatem, ita eadẽ ratione non est digna Deo credulitas, qua assentitur primæ veritati solũ propter rationis probationem vel suasionem. Item sicut aliud est diligere aliquẽ ex suis meritis sine ratione beneficii, & aliud diligere ipsum sine meritis ex sola virtute & gratia diligẽtis, sic aliud est credere ex probabilitate vel euidẽtia ipsius credibilis, aliud ex virtute vt credẽtis qd est maioris meritis. ¶ Quinto nota q̃ credere alicui subito sine deliberatione, & sine ispiratione & sine motione sufficiẽti, est leuitas mentis. Vnde dicitur Eccles. 19. Qui cito credit leuis est corde. Credere vero alicui cum discretione vel spiratione, vel motiuo sufficienti, non est leuitas cordis, sicut facit ille qui credit ea, quæ sunt fidei, talis. n. habet sufficiens motiuum ad credendum, inducitur n. auctoritate diuinæ doctrinæ miraculis confirmatæ, & amplius interiori instinctu Dei illuminantis. Et ideo talis non est leuiter credẽs, vt dicit bea. Tho. in 1. contra gentiles, & 2. 2. Nec fidei meritum tollit. Raynerius.

§. 4. ¶ De magnitudine & augmento fidei ex eo q̃ dixit Christus Chananææ. Matt. 15. O mulier magna est fides tua. Et Centurioni. Matth. 8. ¶ Nõ inueni tantam fidem in Israel, & Apostoli domino. Adauge nobis fidem. ¶ Sciendũ igit q̃ ex parte obiecti formaliter fides non variatur, nec augetur, nec minuitur, quia obiectum fidei cũ sit veritas prima quæ Deus est, & hæc non variatur nec augetur, sic nec fides. Sed cõsiderando fidem ex parte subiecti in quo est, sic fides tum ex parte fidelium, tum ex parte creditorum variatur. Et hoc triplici ratione.

An fides poſſit augeri vel minui.

¶ Primo ratione conditionis temporis.

¶ Secundo ratione diffusionis luminis.

¶ Tertio ratione dispositionis hominis.

¶ Quantum ad primum nota q̃ quamuis sit eadem fides quã habemus de Christo, & quã habuerunt antiqui patres, tamẽ quia ipsi præcesserunt Christum & nos sequimur, ideo eadem fides diuersis verbis a nobis & ab eis signatur. ¶ Nam ab eis dicebatur pro verba futuri temporis. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Esa. 7. Nos autem dicimus per verba p teriti temporis, q̃a concepit & peperit filium. Beatus Thom. 2. 2. q. 103. ¶ Et notandum q̃ licet eadem fuerit fides omni tempore de mysterio incarnationis apud omnes quantũ ad substantiam, diuersimode tñ quãtum ad explicationem fm diuersitatem temporum & personarum. Nam ante statũ peccati homo habuit explicitam fidem de incarnatione Christi fm q̃ incarnatio ordinabatur ad conseruationem gloriæ, non aũt fm q̃ ordinabatur ad liberationem a peccato per passionem, & resurrectionem, quia homo non fuit præscius sui peccati. Post peccatum autem homo habuit explicitam fidem non solum de incarnatione Christi, sed ẽt de passione & resurrectione, quibus genus humanum liberabatur, & ante legem & sub lege Mosayca, aliter tamen & aliter. Nam minores fidem habuerũt circa huiusmodi mysterium implicitam videlicet credendo, & expectando salutem & redemptionem hominũ, modum tamen ignorando ante legem. Sub lege vero persona mediatoris mittenda prædicabatur, sed vtrum homo vel angelus, vel Deus esset talis, a minoribus nesciebatur, vt dicit Hugo de sancto Vict. Maiores autem tam ante legem q̃ sub lege fidem habuerunt explicitam de incarnatione Christi. vt Patriarche, & Prophete. Et multis eorum specialis reuelatio facta est, vt Abrahe, Isahac, & Iacob, Moysi, Dauid, Esaiæ, & aliis multis. Multi quoque gẽtiles diuersis tẽporibus fidẽ habuerũt explicitã de incarnatione Christi quibus. s. reuelatio facta est, vt Iob q̃ dicit 19. c. Scio q̃ redemptor meus viuit, &c. Et Sybillaba ẽt pnũciauit q̃dã de Christo. s. eius natiuitatẽ, passionẽ, & resurrectionem, & aduentum ad iudicium, vt refert Lactan. in lib. institu. Et in historiis etiã Romanorum inuenitur, q̃ tempore Constantini Imperatoris fuit quoddam sepulchrũ inuentum in quo iacebat homo habens laminã auream super pectus suum in quo erat scriptũ. Christus nascetur de virgine, & credo in eum. O sol iterum me videbis Constantini temporibus bea. Tho. 2. 2. q. 2. Tempore vero gratiæ reuelatæ tenentur tam minores q̃ maiores habere fidem explicitam de his quæ in ecclesia proponũtur, sicut sunt articuli incarnationis. Et cum ipsum mysterium incarnationis includat in se mysterium trinitatis, quia dicimus de eo q̃ filius Dei patris factus est homo cõceptus ex spiritusancto, natus de virgine, ideo necessarium est nunc etiam explicite credere

Antiqui qualẽ fidem habuerunt ante legem, & sub lege.

Qualẽ fidẽ hñe tenent tpe grãe.

mysterium

mysterium trinitatis omnibus. s. q̃ sit pater & filius, & spiritus sanctus vnus deus, non autem quoad alias subtilitatis circa hmõi, bea. Tho. vbi supra. ¶ Et nota quanto magis propinqui fuerũt Christo, tãto magis explicite fidem habuerũt de Christo. Vnde Greg. dicit fm incrementa temporum creuit scientia sanctorũ patrum. Et propter hoc bea. Ioan. Bapt. quia fuit propinquissimus saluatori expresse cognouit aduentum Christi in carne, vnde dixit de eo. Ego vidi & testimonium perhibui, quia hic ẽ filius dei. Cognouit ad passionem eum venturum, vnde dixit. Ecce agnus dei, prænuncians immolatione m eius, nec est cõtra hoc q̃ misit interrogare Ie sum per discipulos suos di. Tues qui venturus es? Matth. 11. tanquam dubitaret. ¶ Triplex est. n. dubitatio. Prima infidelitatis qualis fuit in iudeis. Secũda ẽ tarditatis, qualis fuit in discipulis euntibus in Emaus, & quibusdam aliis. Matth. vlt. Tertia est amoris siue pietatis, & hoc proprie non est dubitatio, & talis fuit in Ioanne. s. quidã horror quo anima ad modũ dubitantis se habet, vnde Ambr. Ioannes non fide, sed pietate dubitauit. Horrebat. n. cõsiderare q̃ filius dei ad inferna descenderet. Greg. tñ aliter exponit, videlicet q̃ Ioannes interrogauerit non de aduentu suo in carnem vel ad passionem q̃ iam prænunciauerat, sed vtrum per se ad inferna descenderet vel alium mitteret ad liberandos patres, secũ dũ Hiero. Quæsiuit per hoc si vellet vt eius ad uẽtũ ad Lymbum patribus nunciaret, vt esset præcursor suus, tunc sicut hic fuerat. Hilarius vero & Chriso. dicunt q̃ p̃dictã inquisitionẽ non p̃ se fecit, sed p̃ suis discipulis vt ipsis videntibus signa eius vt contigit perpenderent ipsum esse messiam quod nondum credebãt, alii exponunt vt nõ sit illud interrogatiuum, sed assertiuum magis. i. firmiter fateor, qa tu es messias, & nõ aliũ expectamus. Rayne. Et sic fides xpiana est magnæ p̃funditatis explicite.

ex Triplex est dubitatio.

¶ Variatur secundo fides ex parte fidelium & creditorum rõne diffusionis luminis. Licet. n. §. 5. sit eadẽ fides in maioribus & minoribus subditis, & prælatis, tñ superiores de credendis tenent habere pleniorem notitiã q̃ inferiores, quod sic p̃t p̃bari. Explicatio credendorum fit p̃ reuelationem diuinam eo q̃ credibilia naturalem rõnem transcendunt. Vnde sicut reuelatio diuina quodam ordine ad angelos inferiores p̃ superiores venit, & ad hoies ẽt per angelos, ita explicatio fidei per superiores venit ad inferiores hoies, sicut aũt superiores angeli q̃ illuminãt inferiores de diuinis habent pleniorem notitiam, ita superiores homines ad quos pertinet alios erudire de credendis, debent habere pleniorem notitiam, & eã magis explicite credere, b. Tho. 2.2.q.2. ¶ Ad maiorem horum declarationem notanda sunt septem. Primum est q̃ ad præceptum charitatis, & si omnes æqualiter teneantur, quia illud est de necessitate salutis, nõ sic omnes æqualiter tenentur ad credẽdũ explicite, qa credere explicite non est de necessitate salutis quoad omnes æqualiter, sed maiores ad hoc tenẽtur, quia cum habeãt alios ex officio instruere plura tenẽtur explicite credere q̃ minores. b. Tho. 2.2.q.2. Secundum est q̃ simplices cum non teneantur omnia explicite credere nõ sunt examinandi de subtilitatibus fidei nisi quando haberetur suspitio de eis, q̃ sint ab hæreticis deprauati, qui in his quæ pertinent ad subtilitatem fidei solent fidem simplicium deprauare. b. Tho. 2.2. vbi supr. Tertiũ ẽ q̃ si simplices in subtilitatibus fidei deficiãt ex simplicitate, eis non imputatur, præcipue si nõ inueniantur doctrinæ peruersæ pertinaciter adhærere bea. Tho. 2.2. vbi supra. ¶ Quartũ est q̃ minores nõ habent fidem implicitam in fidem maiorum, nisi maiores adhærerent diuinæ doctrinæ. Et ex hoc minores debent maioribus adhærere in credendis. Vnde Apostolus. 1. Cor. 4. Imitatores mei estote, sicut ego Christi. b. Tho. vbi supra. ¶ Quintũ est q̃ cũ humana cognitio nõ sit regula fidei, sed veritas diuina, non præiudicat fidei simplicium qui credunt eos rectam fidem habere error maiorum, nisi minores & simplices maiorũ erroribus inparticulari pertinaciter adhærerent contra vniuersalis ecclesiæ fidẽ bea. Tho. vbi supra. ¶ Sextũ est q̃ fides vniuersalis ecclesiæ non potest deficere, dicente domino Petro. Lu. 22. Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua. Et quantum quidem ad personam Petri intelligitur de defectu finali, vt. s. q̃ non perire persistendo in negationis peccato. Quantum ad ecclesiam autẽ quæ intelligitur in fide Petri, simpliciter verũ, quia non põt fides ecclesiæ deficere. Ratio quare fides ecclesiæ in generali deficere nõ põt, quia diuina prouidentia ecclesia regitur. s. a spiritu sancto eam dirigente vt nõ erret. Et licet papa in particulari errare possit vt in iudicialibus in quibus proceditur per informationẽ, alias in his quæ pertinent ad fidem errare non põt .s. vt papa in determinando, etiam si vt particularis & priuata persona. Vnde magis standũ est sententiæ papę de pertinentibus ad fidem, quam in iudicio proferret, q̃ opinioni quoruncunque sapientum, cum & Cayphas licet male prophetauerit inscius beatus Thoma. in

Maior fides requiritur in maioribus.

Fides ecclesiæ non põt deficere.

Maiores tenentur reddere rõnem in his q̃ sunt fidei.

quodlibet. Septimum est q̃ maiores ad quos pertinet alios erudire tenetur in his quæ sunt fidei suo loco & tempore rationem reddere, iuxta illud. 1. Petri. 3. Parati semper ad satisfactionem omni posc ti rationem de ea quæ in vobis est fide, & spe, quod non intelligitur de rõnibus demonstratiuis quę adhiberi nõ possunt, sed persuasiuis ad institutionem & de fensionem ad remouendum impedimenta fidei, ostendendo non esse impossibile quod in fide ponitur. Omnia autem poscenti intelligitur de distributione accommoda. s. de his qui parati sunt credere & quærunt instrui, nõ de his qui parati sunt deridere. De his. n. dixit Christus. Nolite sanctum dare canibus, &c. Rayne. Hos docet Origenes prudenter eludere transferendo se ad aliam materiam, non præcise tacendo, dist. 14 in mãdatis. Et sic fides christiana est magna duratione seu longitudine.

§. 9. ¶ Tertio variatur fides quia augetur vl̃ minuitur tatione dispositionis hominis. Nam fides potest esse maior in vno q̃ in alio ratione primæ veritatis quæ ẽ vnica & simplicissima, sed ex parte non solum credendorum sed etiam personarum ratione maioris explicationis vel maioris deuotionis, vel maioris illustrationis diuinæ. Vbi sciendũ q̃ fides crescit vel ꝓficit, quatuor modis. Primo cognitione quantũ ad actum rõnalis, & sic prõficiens in cognitione, diuinorũ dr̃ crescere in fide. Secundo cõstãtia & firmitate, quantum ad actum irascibilis, & sic martyres dicuntur profeciss̃e in fide. Tertio feruore & deuotione, quantum ad actum cõcupiscibilis & sic feruentes zelatores fidei dicuntur in ea profeciss̃e. Quarto actione, quantum ad actum exterioris hominis, & sic actiui dicuntur crescere in fide per bona opera.

Fide ꝓficere in relligit quatuor modis.

¶ Ex his ostenditur fides alicuius esse magna. ¶ Primo vt alta de deo sentiat. ¶ Secundo vt transitoria ꝓ præmio æterno contẽnat. ¶ Tertio vt in aduersis de deo confidat, & non deficiat. ¶ Quarto vt a bono opere non desistat.

§. 7. ¶ Primo igitur dr̃ fides alicuius magna vt alta de deo sentiat vt habuit Centurio, cui dictum est a dño Matth. 8. Non inueni tantam fidem in Israel. Et quantum ad personam eius ex eo dicitur quia a nullo edoctus fuit, & tñ diuinitatem credidit. Apostoli autem per verba audita & miracula visa credide unt. Quantũ aũt ad populum gentilem in illo Cẽturione signatum, ex quo ecclesia pro maiori parte formata est, vtiq; altiora de deo sentit, & magis explicite popul⁹ christianus q̃ iudaicus inueteri testamento. ¶ Secundo dr̃ magna vt transitoria ꝓ ea contemnat, sicut habuit Moyses, de quo Apostolus Heb. 11. Fide Moyses grãdis factus negauit se esse filium Pharaonis magis eligẽs affligi cum populo dei q̃ tẽporalis peccati habere iocunditatem, vbi Aug. Maximæ fidei est contemnere remporalem iocunditatem. ¶ Tertio fides dicitur magna, vt illa in aduersis dedeo confidat & non deficiat. Cuius cõtrarium quia fecit Petrus, fuit sibi dictũ a domino. Modice fidei quare dubitasti? Matth. 14. Cum. s. ambulans super aquas cæpit mergi. ¶ Quarto dicitur magna cum non desistit a bono tempore vt si statim cum a deo petit non accipit. Sicut fecit mulier chananea perseuerãs in sua petitione donec obtineret. Et sic potest dici fides magna ſm dimensiones, scilicet altitudinis quoad primum, latitudinis quoad secundum, quod fit per dilectionem, profunditatis quoad tertium, quod fit per humilitatem, longitudinis quoad quartum, quod fit perseuerãdo. Vel aliter magna dicitur fides, per altitudinem & profunditatem quantum ad materia, quia de diuinitate & humanitate, per latitudinem, quia totum penè mundum amplectitur. Per longitudinem, quia ab initio mundi cæpit. Et vsq; in finem sæculi durabit, non sic perfidiæ diuersarum gentium.

Fides in aliquo magna dicitur quatuor modis.

§. 8. ¶ De necessitate credẽdi q̃ necessarium sit ad salutem credere seu hãbere fidẽ ostẽdit Christus Marc. vlt. di. Qui non crediderit condemnabitur, & Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus est, scilicet ad æternam damnationem, nõ solum in indicio dei, sed etiam eccleſiæ militantis præsupposita permanentia eius in ipsa infidelitate, Apostolus etiam ad Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo, hoc autem sic probat seu declarat beat. Thom. 2. 2. q. secũdo art. 3. In omnibus naturis ordinatis inueniꝫ tur q̃ ad perfectionem naturę inferioris duo concurrunt. Vnum quod est secundum proprium motum. Aliud autem quod est secundũ motum superioris naturæ. Sicut aqua ſm motum proprium mouetur ad centrum, ſm uero motum lunę mouetur circa centrum ſm fluxum & refluxum. Similiter orbes planetarum scdm proprium motum mouẽtur de occidẽte in orientem. Motu autem primi mobilis ab oriente in occidentem. Sola autem rationalis natura creata habet immediatum ordinem ad deũ, quia ceteræ creaturæ nõ attingunt ad aliquid vniuersale, sed solum ad aliquid particulare participantes diuinam bonitatem, vel in essendo tantum sicut inanimata, vel etiam in viuendo vt plantę, & cognoscendo singularia vt animalia bruta. Natura autẽ rationalis inquantum cognoscit vniuersalem boni,

Credere est necessariũ ad salutem.

boni & entis rõnem, habet immediatum ordinem ad vniuersale essendi principium. Perfectio igitur rationalis creaturæ non solũ consistit in eo quod ei competit ſm suã naturam, sed etiã in eo quod ei attribuitur ex quadam supernaturali perfectione diuinæ bonitatis. Vnde & supra dictum est ꝙ ultima beatitudo hominis consistit in quadã supernaturali Dei visione, ad q̃ quidem visionem homo pertingere non potest nisi per modum addiscentis a Deo doctore, ſm illud Io. 6. Omnis qui audit a patre & didicit uenit ad me. Huius aũt disciplinæ fit homo particeps nõ statim sed successiue ſm modum suæ naturę. Omnis autem talis addiscens oportet quòd credat ad hoc ꝙ ad perfectam scientiam perueniat. Sicut ét philosophus dicit, ꝙ oportet addiscentem credere. Vnde ad hoc ꝙ homo perueniat ad perfectam beatitudinem visionis, vel ad perfectam visionem beatitudinis, præexigitur ꝙ credat Deo tanq̃ discipulus magistro docenti, & quamuis multa de Deo per ea quæ facta sunt intellectu conspiciantur, vt dr̃ ad Ro. 1. tñ altiori modo quantum ad plura percipit fides q̃ ratio naturalis ex consideratione creaturarũ. Nec ex hoc imminet homini periculũ errandi, quia sicut per lumen naturale intellectus assentit principiis, ita per lumen fidei diuinitus infusum homo assentit his quæ sunt fidei, non aũt cõtrariis, q̃is non possit ea resoluere in prima principia ea clare uidendo, vnde & Greg. in mora. exponens illud quod Deus dixit Moysi Exod. 33. Sta in petra, &c. sic ait. In petra Moyses ponitur vt Dei faciem contempletur, quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit diuinam præsentiam non agnoscit, de qua soliditate Deus dixit super hanc petram ędificabo ecclesiam meam 24. q. 1. quia ex fola. i. super hanc fidem quam es confessus.

§. 9. ¶De necessitate credendi aliqua explicite & quæ. Sciendum ſm B. Tho. 2. 2. q. 1. & 2. ꝙ semper fuit necessarium credere aliquid explicite. Et in veteri testamento apud omnes nationes sufficiebat credere illa duo quæ ponit Apost. ad Heb. 11. Accedentem ad Deũ oportet credere, quia est & ꝙ inquirentium se est remunerator, & in diuino esse includuntur oĩa quæ credimus in Deo æternaliter existere, vt trinitatem & perfectiones omnes in quibus nostra beatitudo consistit. In fide autem prouidentiæ quę ibi notatur cum dr̃, ꝙ inquirentium se est remunerator includuntur oĩa quæ a Deo temporaliter dispensantur ad hominum salutem, quæ sunt uia in beatitudinem vt redẽptio facta per Christum in qua implicite cõtinentur incarnatio, passio, resurrectio, & huiusmodi. Minores ergo credendo illa duo expresse, credebant implicite omnes articulos fidei, & hoc sufficiebat eis. Maiores vero ut prophetæ & alii habuerunt de quibusdam articulis explicitam fidem. In nouo autem testamento post tps gratiæ reuelatæ, non sufficit illa duo credere explicite, sed oportet ꝙ oẽs tam maiores q̃ minores habeant explicitam fidem de mysteriis Christi, vt incarnationis, passionis resurrectionis, ascensionis, & huiusmodi, præcipue de his quæ communiter solẽnizat ecclesia, & quę publice proponuntur, aut ét de mysterio trinitatis quantũ ad numerum, & distinctionem personarum, quia hoc exprimitur in mysterio incarnationis vt dictum est supra hoc. n. per se est obiectũ fidei quia illud proprie & per se ad obiectum pertinet, per quod homo consequitur beatitudinẽ, & quod est via hominibus veniendi ad beatitudinem hoc est mysterium incarnationis, & passionis, & huiusmodi, vnde Aug. Firmissime tene & nullatenus dubites oẽm hominem qui per cõcubitum viri, & mulieris concipitur cum originali peccato nasci, mortiq, subiectũ ob hoc naturaliter nasci filiũ irę, a qua ira nullus liberatur nisi per fidem mediatoris hominis Iesu Christi, de conse. dist. 4. Sed vt dictũ est in veteri testõ implicitam, nunc explicitã in nouo testõ quoad adultos. Per accidens aũt & secundario ptinẽt ad obiectum fidei oĩa q̃ ĩ scriptura sacra diuinitus tradita continent. Sicut ꝙ Abrahã habuit duos filios, ꝙ Dauid fuit filius Isai. & hmõi, & quantum ad ista q̃ secundario pertinent, nõ tenetur homo explicite credere sed solum implicite, & in præparatione animi inquãtũ paratus est credere quicquid in sacra scriptura cõtinetur. Sed tunc tenetur explicite credere qñ hoc ei cõstiterit in doctrina fidei contineri. ¶Sed cõtra hoc põt sic argui, nullus tenet̃ ad id ꝙ non est in eius ptãte, sed credere aliquid explicite non est in eius potestate. Dicitur. n. ad Ro 10. Qũo credent ei quem non audierunt? Qũo audient sine p̃dicantes? qũo p̃dicabunt nisi mittãtur? Sed ad multos non est missus p̃dicator, ergo &c. Rñdet bea. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 5. ꝙ si in potestate hoĩs dicat̃ aliquid esse excluso auxilio gr̃æ, sic ad multa tenet̃ hõ ad q̃ non potest sine gratia præparare, sicut ad diligẽdum deum & ꝓximum, & similiter ad credendum articulos fidei sed tñ hoc põt hõ cum auxilio gratiæ, ꝙ quidem auxilium diuinæ gratię qbuscunque diuinitus datur & misericorditer a deo datur, quibus aũt non datur ex iustitia in pœnã p̃cedentis peccatis saltem originalis nen datur, vt

Argñ qđ nullus obligat̃ ad id quod in sua ptãte nõ est.

Aug. dicit in lib. de natura & gratia. Et ad hoc facit qd hī de pē. dist. 2. Quicunq; ab illa, &c.

¶ *De obiecto fidei quod est ueritas prima. Cap. 4.*

DE obiecto fidei sciendū q̄ obiectum fidei est veritas prima. Sed pro huius maiori declaratione nota fm B. Tho. 2.2.q. 1.arti. 1. q̄ cuiuslibet cognoscitiui habitus obiectum duo habet. s. id quod materialiter cognoscitur qđ est sicut materiale obiectum, & id per quod cognoscitur qđ est formalis ratio obiecti. Sicut in scientia Geometriæ materialiter scita sunt conclusiones. Formalis vero ratio sciendi sunt principia demonstrationis per quæ conclusiones cognoscuntur sicut etiam quoad potentiā visiuam obiectum materiale est color siue coloratum, & quasi formale obiectū est lux quæ mediante vī coloratum. Sic igitur si in fide consideremus formalem rationem obiecti, nihil est aliud q̄ veritas prima. Non. n. fides de qua loquimur assentit alicui, nisi q̄a est a Deo reuelatum. Vnde ipsi veritati diuinę innititur tanquam medio. Si vero consideremus materialiter ea quibus fides essentit, non solum est ipse Deus, sed etiam multa alia quæ sub assensu fidei non cadunt, nisi fm q̄ habent aliquem ordinem ad Deum prout. s. per aliquos diuinitatis affectus homo adiuuatur ad tendendū in diuinam fruitionem, & ideo ēt ex hac parte obiectum fidei est quoddammodo ueritas prima inquantum nihil cadit sub fide nisi in ordine ad Deum. Sicut & obiectum medicinæ est sanitas, quia nihil medicina considerat nisi in ordine ad sanitatem. Et sic ea quæ pertinent ad humanitatem Christi vel ad sacramenta ecclesiæ vel ad quascunq; creaturas, & omnia illa quæ in sacra scriptura creduntur, cadunt sub fide, inquantum per huiusmodi ordinamur ad Deum, & eis etiam assentimus propter diuinam veritatem. Est autem tale obiectum fidei aliquid non visum circa diuina, neq; visione corporali, neque uisione intellectuali. s. clare & demonstratiue, visum tamen est illud aliquo modo in generali. s. sub cōi ratione credibilis. Non. n. crederet quis nisi videret ea esse credenda, vel pp̄ euidentiam signorum, vel aliquid hmōi. Et eadem ratione idem est non scitum, quia omnis scientia hī per aliqua principia per se nota, & per consequens visa. Vnde oportet quæcunq; sunt scita aliquo modo esse visa, sed fides est de nō visis, seu de nō apparentibus fm Apostolū & Aug. Contingere tñ pt q̄ id quod est visum vel scitum ab uno homine ēt viatore, vt q̄ Deus sit vnus, sit ab alio creditū qui hoc demōstratiue non nouit, id quod cōiter horibus proponitur, vt credendum est cōiter non scitum. Rationes aūt quæ inducuntur a sanctis ad probandū ea quæ sunt fidei, non sunt demonstratiuæ sed persuasiones quædam manifestantes non esse impossibile quod in fide proponitur, vel procedunt ex principiis fidei. s. ex auctoritatibus sacræ scripturæ. Ex his aūt principijs bene probatur aliquid apud fideles, sicut ēt ex principiis naturaliter notis probatur aliquid apud oēs.

Quid sit obiectū fidei.

¶ De distinctione credibiliū per articulos. Nota fm B. Th. 2.2.q. 1.art. 6 q̄ nomen articuli ex græco dī deriuatum, arthoron. n. græce quod in latino articulus dī, significat quādam coactionem aliquarum partium distinctarum, & ideo particulæ corporis sibiinuicem coaptatæ dicuntur membrorum articuli. Et similiter in grammatica apud græcos dīr articuli quædā partes orationis coaptatæ aliis dictionibus ad exprimendum genus earum, numerum & casum. Vnde credibilia Christianæ fidei dīr per articulos distingui, inquantum ad quasdā partes diuiduntur habentes aliquam coaptationē ad inuicem. Est autem obiectum fidei aliquid non visum circa diuina, & ideo vbi occurrit aliquid speciali rōne nō visum, ibi est specialis articulus, vbi vero multa fm eandē rōnem sunt cognita vel incognita, ibi non sunt articuli distinguendi, sicut aliam difficultatē habet ad videndum q̄ Deus sit passus, & aliā q̄ mortuus resurrexit, & ideo distinguitur articulus resurrectionis ab articulo passionis. Sed q̄ sit passus mortuus & sepultus, vnā & eandem difficultatem habent ita q̄ una suscepta non erit difficile aliā suscipere. Et propter hoc oīa hæc pertinent ad vnum articulum. ¶ Et sciendum q̄ distinctio credibilium per articulos fit de his de quibus est fides fm se, & non de his de quibus est fides in ordine ad alia. Sicut. n. in aliis scientiis quædam proponuntur ut per se intenta, & quedā per manifestationē aliorum. Item credibilia aliqua sunt de quibus est fides fm se aliqua sunt de quibus non est fides fm se, sed solum in ordine ad alia. Quia vero fides principaliter est de his quę uidenda speramus in patria, ideo per se ad fidē pertinent illa, quę q̄ uidendā directe nos coadiuuant ad vitam æternā. Sicut sunt tres personæ oīpotentia Dei, mysteria incarnationis Christi, & hmōi. Et fm ista distinguuntur articuli fidei. Quædā vero proponuntur in sacra scriptura vt credibilia non quasi principaliter intenta, sed ad prædictorum manifestationem, sicut q̄ Abraham habuit duos filios quod ad tactum ostium Hælisei suscitatus.

§. 1. De distinctione articulorū.

Qđ fides sit d̄ his, q̄ uidenda speramus.

tus est mortuos, & hmõi alia quæ narrãtur in sacra scriptura ad manifestationẽ diuinęmaiestatis vel incarnationis Christi. Et scd̃m talia nõ oportet articulos distinguere. Quod autem diffinitur a quibusdã articulus sic, q̃ est inuisibilis veritas de Deo, arctans nos ad credendũ, magis dat talis diffinitio scd̃m ethymologiã quãdã nominis prout habet deriuationẽ latinã, q̃ scd̃m verã eius significationẽ prout a grẽco deriuatur, quẽ et põt saluari, qa licet ad credẽdũ necessitate coactionis nullus arctetur cũ credere sit voluntariũ, arctat tñ necessitate finis, qa accedentẽ ad Deũ oportet credere. Et sine fide impossibile est placere Deo, ad Hæb. 11. aliter saluari non potest. Tho.

§.2. ¶ De numero articulorũ. Sciendũ q̃ aliq̃ ponunt. 14. aliqui tantum. 12. Pro quorum declaratione dicit b. Tho. 2.2.q.1.art.8. q̃ illa per se pertinẽt ad fidẽ quorũ visione in vita æterna perfruemur, & p̃ quę ducimur i vitã æternam. Duo autem nobis ibi videnda proponunt. s. occultũ diuinitatis, cuius visio nos beatos facit & mysterium humanitatis Christi, per quẽ etiã in gloriam filiorũ Dei accessum habemus, vt dicitur Ro. 5. vnde dicitur Io. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solũ verũ Deũ, & quẽ misisti Iesum Christum. Et ideo prima distinctio articulorum est. Quod quidã pertinẽt ad mysterium diuinitatis, quidam ad mysterium humanitatis Christi, quod est sacramẽtũ pietatis, vt dr̃ 1. ad Ti. 4. Circa maiestatẽ vero diuinitatis tria nobis credenda proponunt. Primo q̃dẽ vnitas deitatis, & ad hoc pertinet primus articulus. Scõ trinitas personarum, & de hoc sunt tres articuli secundũ tres p̃sonas. Tertio proponuntur nobis opera diuinitatis propria, quorum primum pertinet ad esse naturę, & sic proponitur articulus creationis. Secundũ vero pertinet ad esse gratiæ, & sic proponũtur nobis sub vno articulo oia p̃tinentia ad significationẽ humanã. Tertiũ p̃tinet ad esse glorię, & sic ponitur alius articulus de resurrectione carnis, & vita æterna, & ita sunt septẽ articuli ad diuinitatẽ p̃tinẽtes. Similiter circa humanitatẽ Christi ponũtur septem alii articuli. Quorũ primus est de incarnatione seu cõceptione Christi. Secũdus de natiuitate eius ex virgine. Tertius de passione morte & sepultura. Quartus de descensu eius ad inferos. Quintus de resurrectione. Sextus de ascẽsione. Septimus de aduentu eius ad iudicium. Et sic in numero sunt quatuordecim. ¶ Quidam tamẽ distinguunt articulos in 12. sex p̃tinẽtes ad deitatẽ, & sex ad humanitatẽ. Tres. n. articulos trium personarũ cõpreheudunt sub vno, qa eadẽ est cognitio trium p̃sonarum. Articulum de operę glorificationis distinguũt in duos scilicet in resurrectionẽ carnis & glorificationẽ animæ articulum autem cõceptionis & natiuitatis cõiungunt in vnũ. Ista secũda assignatio scilicet 12. vr̃ cõmunior præcipue quoad vulgares. Et adaptatur. 12. ap̃lis, quorũ est symbolus vt ponit bea. Tho. in 3. & Hosti. in sum. ibi vide. Sed prima quę ponit. 14. videtur rõnabilior. Nam quãuis patris & filii & spiritussancti vna sit cognitio quantũ ad vnitatẽ essẽtiæ, quæ ptinet ad primũ articulũ, quantũ vero ad distinctionem p̃sonarũ, quæ est per reuelationẽ originis quodãmodo in cognitione patris inducitur cognitio filii. Nõ enim pater esset si filiũ nõ haberet, quorũ nexus est spiritussanct⁹ pp q̃ quãtum ad hoc bñ moti sunt qui posuerunt vnũ articulũ trium personarum. Sed qa circa singulas personas sunt aliqua attendenda, circa quę cõtingit esse errorẽ quãtũ ad hæc de tribus personis possunt poni tres articuli. Arrianus enim posuit patrem omnipotẽtem, sed non credidit filiũ eius coequalem & substãtialem patri. Et ideo fuit necessarium ponere articulum de persona filii ad hoc determinandum. Et hac ratione cõtra Macedonium necesse fuit ponere articulum tertium de p̃sona spiritussancti. Et similiter conceptio & natiuitas possunt poni sub vno articulo, & etiam resurrectio & vita æterna s̃m vnam rationẽ, inquãtum ad vnum ordinatur, & s̃m aliam rationẽ possunt distingui inquãtum seorsum habent speciales difficultates. ¶ Item nota q̃ quãuis vnum deũ esse, possit esse scitum per demonstrationem, q̃ probat phũs in 12. Metha tamẽ multa de deo tenemus per fidẽ quæ philosophi naturales inuestigare non valuerunt ratione, puta circa prouidentiam eius & omnipotentiam, & q̃ ipse solus sit colendus q̃ omnia pertinent ad articulum de vnitate dei. Nõ fit autẽ mentio inter articulos de sapiẽtia dei & prouidentia sicut de omnipotentia, qa omnipotentia includit quodammodo omnium scientiam & prouidentiam. Potentia enim in habentibus intellectum non operatur nisi s̃m voluntatem & cognitionem. Non enim posset omnia in istis inferioribus agere q̃ vellet, nisi haberet eorum cognitionẽ & prouidentiã. Nomen etiam ipsum deitatis importat prouisionem quandam. Et qa filio & spiritussancto cõuenit mitti ad sificãdũ creaturã, circa q̃ plura redẽda occurrũt, iõ circa p̃sonã filii & spũssancti plures articuli multiplicant q̃ circa p̃sonã p̃ris q nũq̃ mittit. Et de scõ Eucharistię inq̃tũ est sacrm habet eandẽ rõnem cũ aliis effectibus

De numero articulorũ

Error Aririani in trinitate

ctibus gr̃e sctificantis. Vnde ſm hoc reducitur ad articulum ſctam eccleſiam &c. Inq̃tum vero conſiderat̃ q; ibi corpus Xpi miraculoſe cõtinet, ſic cõcludit ſub omnipotẽtia, ſicut & omnia alia miracula quæ oĩpotentiæ attribuũtur.

§. 3. ¶ De ſymbolo in quo cõtinent̃ articuli, q̃d ſit, & quotuplex ſit. ¶ Quãtum ad primum dicit b Tho. 2. 2. q. 1. q; nomen ſymboli eſt acceptũ a collectione ſententiarũ fidei, quia in eo ſunt collecte ille ſciẽtiæ ſeu articuli, quas neceſſariũ eſt explicite credere de his quæ pertinent ad fidẽ quæ diffuſe habentur in ſacra ſcriptura. Sicut n. ait Aplꝰ ad Heb. 11. Accedentẽ ad deum oportet credere. Credere aũt non põt quis niſi veritas q̃ credat ei proponatur. Et ideo neceſſarium fuit veritatem fidei in vnum colligere vt facilius poſſit omnibus proponi ne aliquis per ignorantiã a fidei veritate deficiat, & hanc collectionẽ ſnĩarum importat ſymbolũ. ¶ Et quia eccleſia vniuerſalis errare nõ poteſt, q̃m ſpiritu ſancto gubernatur, hoc enim promiſit dominus diſcipulis dicens. Io. 16. Cum venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatẽ. Cum actoritate vniuerſalis eccleſiæ ſymbolum fit editum nil inconueniens ibi cõtineri poteſt. ¶ Eſt autem triplex ſymbolũ approbatum ab eccleſia. Primum quod dicitur apoſtolorum quaſi editum ab apoſtolis. ſ. Credo, quod dicitur ſubmiſſe ſeu occulte, quod ex eo fit quia tẽpore perſecutionis editũ fuit fide nõdum publicata. In prima autem dicii & completorio, quaſi contra tenebras erroꝝ pteritorum & futurorũ. Sed aliud ſymbolum. ſ. ſecundum editum fuit fide iam manifeſtata, & eccleſia habente pacem & ideo publice cantatur in miſſa. De iſto. ſymbolo dicitur de conſe. di. 4. Baptizandos oportet fidei ſymbolum addiſcere & epiſcopo vel præsbytero reddere. Et intelligitur de adultis, & loquitur de ſymbolo apoſtolorum. ſ. Credo in deũ patrẽ &c. vt pater di. e. ca. ante. 20. Et rationem huius & figurã aſſignat Rabanus dicẽs. Prius ipſe Chriſtus cæci nati oculos luto ex ſputo facto ſuper liniuit, & ſic ad aquas ſiloe miſit, q̃a prius debet baptizandus fide incarnationis inſtrui, & ſic ad batiſmum credulus admitti, vt ſciat cuius grę eſt in eo particeps, & cui iam debitore fiat de inceps de conſe. di. 4. ante baptiſmum. ¶ Secundum ergo ſymbolum dicitur ſymbolum patrum quod editum fuit in concilio Niceno vt dicitur in decre. diſt. 15. §. 1. Et ſciendum q; in omnibus ſymbolis eadem fidei veritas docetur. Sed quia ibi oportet populum diligentius inſtrui de fidei veritate, vbi errores inſurgunt ne fides ſimplicium corrumpatur, propter hoc fuit neceſſarium plura edere ſymbola, quia in nullo alio differũt, niſi q; in vno plenius explicatur, quod in alio implicite continetur, ſm q; exigebat hæreticorum inſtãtia. Et quia cõfeſſio fidei traditur in ſymbolo quaſi ex perſona totius eccleſiæ quę per fidem vnitur. Fides autem eccleſiæ eſt fides formata, iõ confeſſio fidei in ſymbolo traditur ſm q; conuenit fidei formatæ, vt dicatur. Credo in vnũ deum, vt etiam ſi qui fideles fidem non habent formatam ad hanc formam pertingere ſtudeant Et quia nullus error extortus fuit apud hæreticos de deſcenſu Chriſti ad inferos, ideo non fuit neceſſariũ aliquã explicationem circa hoc fieri. Et propter hoc non iterratur in ſymbolo patrum, ſed ſupponitur tanq̃ determinatum in ſymbolo apoſtolorum. Non. n. ſequẽs ſymbolum abolet præcedens, ſed potius illud exponit. Et melius dicitur in ſymbolo ſanctã eccleſiam ſine in, & communius dr̃ ſm Leonẽ ſit tamen dicatur in ſanctam eccleſiam erit ſenſus. Credo in ſpiritum ſanctum, eccleſiam ſanctificantem, ita q; refertur fides noſtra ad ſpiritum ſanctum, qui eccleſiam ſanctificat, vel ſm Aug. intelligitur q; in eccleſia conuerſans credit in deum de cõſe. di. 4. prima. ¶ Tertiũ ſymbolum eſt Athanaſij, ſ. Quicunq; vult ſaluus eſſe &c. Sed hoc non habet rationem & vim ſymboli ex eo q̃d Athanaſius compoſuit qui Patriarcha Alexandrinus fuit, non Papa ad quẽ ſolum ſpectat ſymbolum edere. Sed ex hoc q; eccleſia ſeu ſummus pontifex, videns q; illud quod compoſuit Athanaſius per modum cuiuſdam doctrinæ, integram fidei veritatẽ breuiter cõtinebat, acceptauit & approbauit proſymbolo vt quaſi regula fidei habeatur. Notãdum etiam q; in illo ſymbolo patrum facto in Nicena ſynodo, dicebatur prius in articulo de ſpiritu ſancto. Et in ſpiritum ſanctũ ex patre procedentem & patri filioq; coequalem &c. & ingeſtis primæ Epheſinæ ſynodi legitur q; perlecto ſymbolo Nicenæ ſynodi decreuit ſancta ſynodus aliam fidem nulli licere, pferre cõſcribere vel cõponere ſub anathematis pœna. & idem firmatum eſt in Chalcedoneſi concilio. Sed poſt modum ad remouendum errorẽ græcorum qui inſurrexit circa perſonam ſpiritus ſancti & veritatẽ declarandã in alio concilio vniuerſali fuit addit̃. Et in ſpiritũ ſanctũ &c. Qui ex patre filioq; procedit, nec incurrit per hoc ſententiam excommunicationis ſequens ſynodus generalis, quia addidit ad ſymbolum Nicenum, tum quia prohibitio & ſententia ſynodi Epheſinæ ſe extẽdit ad priuatas pſonas quarũ non eſt determinare de fide. Non enim

Symbolũ vnde nomen ſumpſit

Quare neceſſariũ fuit ponere ſymbolum.

Triplex ſymbolum ab eccleſia approbatur.

per

per huiusmodi sententiam generalis synodi ablata est potestas sequenti synodo nouam additionem symboli facere ad magis exponēdū & declarandum ipsa contenta in symbolo. Sic enim quęlibet synodus obseruauit vt sequens synodus aliquid exponeret supra id quod præcedens expositerat propter necessitatem alicuius hæresis insurgentis, tum etiam quia quod additum fuit seu compositum in sequenti concilio vniuersali, non continet aliam fidem quā prius, ideſt contrariam & aduersam, quod importat aliud relatiuum diuersitatis, sed eādem magis declarat. Sic exponitur etiam illud Apostoli ad Gal. 1. Siquis vobis aliud euangelizauerit præter id quod vobis, euangelizaui, etiā si angelus de cœlo anathema sit. Credendū est alios veros prædicatores Galathis prædicādo multa dixisse, quę nō di. Apostolus. Nec tamē fuerunt excommunicati, quia non dixerūt aliud quam Apostolus. i. contrarium fidei per ipsum prædicatæ. Quamuis potuerunt dicere multa que Apostolus non dixerat ad maiorē declarationem dictorum per eum.

§. 4. Papæ solli pertinet edere symbolum.

¶ Compositio symboli pertinet solum ad summum pōtificē. Et ratio est, quia editio symboli fit in synodo seu concilio generali, sed synodus generalis auctoritate solum modo, summi pōtificis pōt cōgregari, vt habetur in decre. di stin. 17. p totum ergo ad ipsum spectat editio symboli. ¶ Pro huius maiori declara. dicit be. Tho. 2. 2. q. 1. qd nouæ edictio symboli necessaria est ad vitandum errores insurgentes. Vnde ad illius auctoritatem pertinet sententialiter determinare ea quæ sunt fidei, vt ab omnib. inconcussa, fide teneatur ac tueatur. Hoc autem pertinet ad auctoritatem summi pontificis, ad quem maiores & difficiliores ecclesiæ quęstiones referuntur. Dicitur enim in decre. di. 17. Et sunt verba Pelagii papa. scribentis his qui conuenerant ad illicitā conuocationem Io. Constantiū. Multis de vno apostolicis & canonicis atq; ecclesiasticis instruimur regulis, non deberet absq; sententia Romani pōtificis cōcilia vniuersalia celebrari. Qua propter recte non concilium sed vestrum cōuēticulū vl concilibulum censeatur, & quicquid in eo actū est, irritum habeatur & vacuū. Et ita maiores & difficiliores quæstiōes vt sancta synodus statuit & beata consuetudo exegit, ad sedem apostolicum semper referantur, & 24. q. 1. dicit Innoc. Quotiens fidei ratio ventilatur arbitror, omnes fratres & coepiscopos non nisi ad Petrum, ideſt sui nominis & honoris auctoritatem referre debere quod per totū mundū possit ecclesijs prodesse omnibus. Hæc ibi. Vbi & Christus Luc. 22. Petro dixit quem summum pontificem cōstituit, Ego pro te rogaui Petre vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. Et ratio huius est sm Tho. quia fides vna dēt esse totius ecclesiæ sm illud 1. Cor. Idipsum dicatis oēs & non sint in vobis schismata, quod seruari non posset, nisi quæstio de fidæ exorta determinatur p eum qui toti ecclesię præest, vt sic eius sntia a tota ecclesia firmiter teneatur. Et ideo sequitur q ad solam auctoritatem pontificis, summi ptinet noua editio symboli, & similiter declaratio credendorū in dubiis occurrentibus, vt dictum est, vnde & Hiero. 24. q. 1. sic ait ad Damasum. Hęc est fides beatissime Papa quā in catholica ecclesia didicimus quamq. semper tenuimus, in qua si minus perite aut parum aute forte aliquid positum est, emēdari cupimus a te, qui Petri & fidem & sedem tenes. Si autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunq: me culpare voluerit, se imperitum vel maliuolum vel etiam non catholicum sed hæreticū probabit. Hæc dicit Hiero in quodā libello vbi exponit symbolum in fine. Et nota q ecclesia quæ errare non potest, & fides quæ non potest deficere, é ecclesia Romana & fides Romanę ecclesiæ. Vñ Hiero. Sācta Romana ecclesia quę semper immaculata permānsit domino prouidente a beato Petro opem ferente, in futuro manebit sine vlla hæreticorum insultatione, scilicet qualēte sm glo. atq; firma & immobilis omnis tēpore persistet. 24. q. 1. Hæc est fides. Et q. e. dicit. Lucius papa. A recta fide & apostolico tramite propter illam perturbationem nolite recedere, sciens quia beati qui persecutionem patiūtur propter iustitiam. Hæc est apostolorum viua traditio, hæc vera charitas quæ prædicāda est & præcipue diligenda fouenda & ab omnibus fiducialiter tenēda hæc sācta & apostolica mater omniū ecclesiarū christiana ecclesia q p dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis prauitatibus deprauanda succubuit, sed vt in exordio normam fidei christianę per cæpit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus illibata fide tenus manet. Vbi glo. dicit q ecclesia quæ errare non potest, dicit nō papa sed congregatio fidelium, qui scilicet tenent fidem quam docuit Pe. cum aliis apostolis. Et hæc dicitur ecclesia Romana & fides Romane ecclesiæ, siue sint Romæ siue alibi. Et p hac orauit Christus. 21. di. §. 1. Et volūtate labiorum suorum nō fraudabitur. Pelagius etiam papa dicit. di. 21. Quāuis vniuersæ per orbem catholicæ

Ecclesia non pōt errare.

recta fides.

Ecclesiæ quare nō dr Papa sed cōgregatio fideliū.

catholicæ eccleſiç vnus thalamus Chriſti ſit, tamen ſancta Romana eccleſia catholica & apoſtolica nullis ſynodaticis conſtitutis cęteris eccleſijs prælata eſt, ſed euangelica voce dñi & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es inquit Pe. & ſup hanc petram ædificabo eccſiam meã, & infra. Hæc ergo prima ſedes Petri Romana eccleſia non habens maculã neq; rugam nec aliquid hmõi glo. arguit q̃ vbicunq; ſunt boni ibi eſt eccleſia. ¶ Et nota q̃ macula põt referri ad hæreſim & ruga ad ſchiſma, vl ẽ macula ad mortale quod qui habet etſi numero, non tñ merito eſt de eccleſia, vt dicit Hiero. de peni. di. 1. eccleſia Ruga intelligi ẽt poteſt hereſis. Hinc etiam Hiero. ait. Cũ vetus oriens inter ſe populorum furore. colliſus indiſciſſam dñi tunicam, & de ſuper cõtextam minuatim per fruſta diſcrepit, & Chriſti vineã exterminãt vulpes. Inter lacus contritos qui non hñt aquam & difficile vbi fons ſignatus & hortus ille concluſus ſit, poſſit intelligi. Ideo mihi cathedram Petri & fidem apoſtolico ore laudatam cẽſui conſulendam, inde nũc animæ meę poſtulans cibum, vnde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi. Neque vero vaſtitas tanta elementi linquentis, & interiacens latitudo rerarum me a præcioſæ Margaritæ potuit inquiſitione prohibere. Vbicunque fuerit corpus congregabuntur & aquilæ, profligato a ſobole mala patrimonio apud vos ſolos incorrupta patrium omnino ſeruatur auctoritas. Ibi ceſpite terra ſecundum dominici ſeminis puritatem cẽteno fructu refert. Hic obruta ſulcis frumẽta, lolium auenaſque degenerant, nunc in occidente ſol iuſtitiæ oritur. In oriente autem Luciſer ille qui ceciderat ſuper ſydera poſuit thronum ſuum. Vos eſtis lux mundi, vos ſalterræ, vos vaſa aurea & argentea, hinc vaſa teſtea, virga ferrea & ęternum operiuntur incendium. Quamuis igitur tui me terreat magnitudo, tamen inuitat humanitas. A ſacerdote victimam ſalutarem, a paſtore præſidiũ ouis flagitio. Fatiſcat inuidia Romani dominii & culminis recedat ambitio. Cum ſucceſſore piſcatoris Chriſti diſcipulo loquor ego nullum præmium niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, ideſt cathedræ Petri communione conſortior. Super illam petram eccleſiam fundatam ſcio, quicunque extra hãc domum agnum comederit, prophanus eſt. Siquis in Noe arca non fuerit peribit regnante diluuio hæc omnia Hierony. ad Damaſum Papã. 24. q. 1. quoniam.

TITVLVS NONVS.
De diuina gratia.

¶ *De duodecim proprietatibus diuinæ gratiæ adſi. militudinem lucis materialis.* *Cap.* 1.

EMitte lucem tuam & veritatẽ tuã ipſa me deduxerũt & adduxerũt in montem ſanctum tuum & in tabernacula tua pſal. 42. Conſiderans propheta neceſſitatem diuinæ gr̃æ quam lucem vocat, quia ſine ea nullus ſaluatur, & vtilitatem, quia p eam homo bene operatur, & cauſalitatem, quia a ſolo deo datur, ſm illud quod in alio ait Pſal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus, & non alius ideo ipſam lucem gratiæ a deo petit dicens. Emitte lucem tuam &c. Loquens autem Io. euangeliſta de verbo incarnato. Erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. Et eſt ibi diſtributio accommoda ſi loquamur de lumine gratiæ. Nam de lumine gratiæ non eſt verum ſimpliciter. Nõ enim omnes homines illuminãtur a gratia vt infideles & iniqui qui Chriſtiano nomine gloriant. Sed quicũq; illuminantur nõ ab alio q̃ a Xpo illuminant, q̃ q̃dẽ inquãtum Deus dator eſt oĩs gr̃æ, vna cum patre & ſpiritu ſancto, inquantum vero homo receptor erat gratiæ, vnde dicitur Lu. 2. Gratia Dei erat in illo. Et quia vnumquodq; quãto propinquius eſt principio influenti, tanto plus recipit de influentia eius, vt patet p exẽplum de appropinquante ad ignẽ & de flumine prope mare. Hinc eſt q̃ ai a Chriſti propinquiſſima, immo vnita verbo dei a quo omnis gratia recepit copioſiſſime gratiam quaſi infinitam, ſcilicet quantum creatura eſt capax recipere, vnde & de ipſo intelligitur dictũ Io. 1. Non enim dat deus ad menſuram ſpiritum, ideſt gratiã ſpiritus ſancti videlicet Chriſto homini. Aliis quidem datur menſuratim ſm determinatam virtutem. Sed Chriſto a principio ſuæ conceptionis fuit data tanta q̃ in eo non potuit creſcere. Et ideo quando dicitur. Luc. 2. Ieſus proficiebat ętate & gratia, intelligitur non ſm habitum interiorem ſeu apparentia, quia ſm q̃ creſcebat ætate & ſtatura, ita faciebat opera quæ oſtendebant maiorẽ gratiã ſanctitatis. Nos autem creſcere poſſumus quotidie per bona opera. Et ad hoc hortatur Apoſtolus fideles dicens. 2. Cor. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. In vacuum recipit & fruſtra qui in ea ſe nõ exercet vt augeatur. Et qa vt dicit philoſophus in 8. meta. Primum in vnoquoq; genere eſt regula & cã aliorum,

Qui a gr̃a illuminantur.

aliorũ ideo cũ Christus sit primũ in genere recipientiũ gratiam nos oẽs accipimus gratiã de plenitudine eius vt scribitur. Ioã. 1. ex merito eius & exemplo eius non ꝙ de suo sit aliquid diminutum.

§. 1. ¶ Est ãt duplex gr̃a fm B. Thom. in summa, & alios doctores. s. gratũ faciens & gratis data, & vtraq; semper pleniſſime fuit in Xp̃o. Gratia vtraq; dr̃ ꝙa gratis dat & ſine meritis noſtris. Magna aũt differentia est inter vtrãq;. Primo ꝙa gratia gratũ faciens est proprie bonorũ, ꝙa nullus ſine ea est vere bonus, & oĩs bonus eam habet. Sed gr̃a gratis data est cõis bonis & malis. Nã prophetæ fuerũt aliqui boni vt Esaias, Hieremias & hmõi. Alii mali, vt Balaã, Saul. Alij miracula fecerunt vt Apoſtoli. Fecerunt & Magi Pharaonis reprobi. Et ideo ꝙ qs eã nõ habeat non habet triſtari, ex quo cũ ea poteſt esſe malus & ſine ea bonus. ¶ Secundo gratia gratũ faciens est quoddã donum habituale in aia fm Tho. 1.2.q.110. vel quidã influxus ſeu radius a diuina luce infuſus in aia ad ſui vtilitatẽ, qđ quidẽ ſemper permanet in aĩa faciens eã Deo gratã, & opera eius bona & meritoria. Sẽper dico permanet, niſi qs ſe ea priuet. Hoc aũt accidit per quodlibet mortale. Cum. n. qs aliqđ perpetrat ex toto amittit gratiã, nec est in ſua ptãte eam recuperare, niſi Deus ſua miſericordia eam infundat qđ facere ſolet reuertendo peccatorẽ ad pœnitentiã Rom. 5. Iuſtificati gratis gratia ipſius. Alias aũt Deus nunq̃ auferet hõi gratiã ſine culpa ſua. Sed gratia gratis data diuiditur in nouem genera vt ponit Apoſt. 1. ad Cor. 12. Vbi ait. Diuiſiones gratiarum ſunt, idẽ dñs. s. dator earum. Alii dat per ſpiritũ ſermo ſapientiæ. Alii &c. Et hmõi gratiæ non ſunt in aĩa per modũ habitus fixæ, ſed per modũ paſſionis tranſeuntis. Nam illi qui ſunt veri prophetæ non habent continue prophetiã in mente, vt prophetent ad placitũ ſuũ, ſed qñ Spiritus ſanctus tangit corda eorũ. Vnde & Heliſeus dixit de Sunamite. Aĩa eius in amaritudine est & dñs celauit a me. Similiter qui faciunt miracula, non ſemper pñt ea facere ad libitũ. Sed qñ Deus dat eis talẽ virtutẽ. Vnde & ſubtrahitur iſta gratia gratis data ſine culpa habentis. ¶ Tertio differũt, ꝙa gratia gratũ facientem qui habet oẽs eius partes. i. effectus ad ſalutẽ neceſſarios videlicet virtutes quæ ab ea procedunt oẽs poſſidet. Sed gratiã gratis data nulli ſimul habent oẽs partes eius. Sed qs habet prophetiã, alius uirtutẽ faciendi miracula, alter ſermonẽ ſapientiæ vel ſciẽtiæ. Et ſi aliquis haberet plura ex eis, non ſimul ea habens. Solus Chriſtus fuit qui oẽm & ſummum gradũ oĩs gratię ſemper habuit vtriuſq;. Et hoc de pẽ. diſt. 2. quærendũ & Io. 1. dr̃. Plenum gratiæ & veritatis. Quia igitur gratia gratum faciens est illa quæ est nobis neceſſaria ideo hanc poſtulat pſal. 42. di. Emitte &c. Vbi tria nota. Præcioſitatem eius admirandã. ibi. Emit. lu. tuã & ueri. tuam. Operoſitatem eius conſectandam. ibi. Ipſa me dedu. &c. Fœlicitatem exinde amplexandam. ibi. Et ad. in &c.

§. 2. ¶ Primum ſcilicet nobilitas & præcioſitas gratiæ patet ex hoc ꝙ aſſimilatur luci. Emitte inquit lu. tu. Sed quid precioſius luce eſſe valet, cum ipſe Deus lux dicatur? 1. Ioan. 1. Deus lux & tenebræ in eo nõ ſunt ullæ. Est tñ Deus lux increata & eſſentialis, gratia autem lux creata & accidentalis pẽr q̃ ipſa lux increata, ſeu veritas & verbũ diuinum nobis mittitur, & hĩ vnde poſt lucem ſubdit. Et ueritatem tuam. s. mitte. De ipſa gratia loquens Petrus in cam. ſua ait. Maxima & præcioſa nobis donauit. s. Deus vt ſimus diuinæ naturæ conſortes videlicet per lucem gratiæ. Sed vt magis clareſcat precioſitas gratiæ notabimus 12. proprietates eius ad ſimilitudinem lucis materialis. Primo est primitiua in exordiis. Secundo est multiplicatiua in mediis. Tertio est reductiua a deuiis. Quarto est declaratiua in dubiis. Quinto est ſanctificatiua in gaudiis. Sexto est penetratiua in diaphanis. Septimo est ſtatim ſparſiua in ſpaciis. Octauo est coinquinatiua a ſpurcitiis. Nono est illuminatiua in tenebris. Decimo est confortatiua in ægris. Vndecimo est augmentatiua in radiis. Duodecimo est decoratiua in eſſentiis. De primo dicit Sap. Primo omnium creata est lux, quod declarat Moyſes di. quòd primo dierum omniũ dixit. Fiat lux, & facta est lux. Hanc lucẽ dicit magiſter in hiſt. ſcho. fuiſſe quandam nubem lucidiſſimã quæ exercuit officium ſolis vſque ad quartam diem qñ creatus est ſol. Sed alii ſubtilius dicũt hanc lucem fuiſſe ſolem creatum tunc in forma ſua ſubſtantiali & materiali. Sed quarta die additã fuiſſe ei quandã proprietatem accidentalem cuius reſpectu dr̃ factus cũ luna & ſtellis Aug. adhuc profundius dicit naturã angelicã tunc formatam. s. luce gratiæ conſumatæ & confirmatã in gloria ad Deũ conuerſam & ſeparatã a tenebris malorũ qui de cęlo ceciderũt. Quocunq; modo accipiat lux est prima in exordiis dierũ. Sic lux gratiæ est primũ donũ qđ cõicat Deus creaturæ rationali, vt valeat poſſidere. Et propterea Apls in ſuis epiſtolis principium ſalutationis a gratia exordit di. Gratia vobis & pax a Deo patre & a dño Ieſu Chriſto. Hanc eis præoibus optans vt precioſius oibus. Tota enim

No. gratiam esse duplicẽ.

De gr̃a gratis data.

Præcioſitas & nobilitas gr̃æ cõparat luci.

Primum creatũ in mundo est lux.

ta enim uirtus naturæ non posset vnã animam ducere ad gloriam. Sed minimus gradus gratiæ eam perducit ad illam. Et ideo bene dicit Amb. Potior est gratia q̃ natura, de conse. dist. 2. reuera. Secũdo lux est multiplicatiua in mediis. Videmus. n. q̃ de mane orto sole lux eius est in oriente, in occidente, meridie, & septentrione, quinimmo & nocte qñ sol cursum suũ in hemisphærio quod est infra nos, complet multiplicantur radij eius vsq; ad cœlũ, & reuerberati in lunã & stellas, facit eas luminosas quæ ex se, & præcipue luna non habet lumen, sed a sole recipit. Et illa reuerberatio in lunam facit nos videre lunã & stellas qñ aer est serenus. Sed non ita illuminat aerẽ sicut in die pp nimiam distantiã. In die aũt cũ sol apparet sup nostrũ hemisphæriũ ex reuerberatione radiorum eius super terrã illuminatur aer vehementer pp propinquitatẽ aeris ad ipsam reuerberationem. Sed aer distans multũ a terra parũ illuminatur & est tenebrosus sicut de nocte. Est ergo lux multiplicatiua in mediis illuminatis. Lux aũt gratiæ illuminat oĩa opera nostra quæ debite fiunt vt sint meritoria q̃ sunt tanq̃ media perueniẽdi ad patriã. Si loquitur, si comedit, si ambulat, si operatur, si ad dormiendum accedat debita intentione in oibus meretur, vnde Greg. Nec somnus sanctorum vacat a merito. Sine gratia ãt nulla opera eleemosynæ, abstinentiæ, & hmõi, sunt meritoria vitæ æternæ. Vnde Aug. de pẽ. di. 3. Credendũ est vt cũ gratia Christi destruxerit mala priora. i. peccata, ẽt remuneret bona. s. quę quis facit in ea, & quæ fecerat prius ante lapsum in peccatum, verum q̃is bona facta extra gratiam non valeant ad vitam æternã, non tñ dẽt peccator dimittere quin oẽ bonum qđ pôt faciat, quia valent ad multa alia bona, & præcipue ad disponendum ad gratiam. Vnde dr̃ de tali. de pẽ. dist. 5. falsas. Quicquid boni pôt facere hortamur ut faciat vt Deus cor eius illustret ad pniam. s. per gratiam. ¶ Tertio lux est reductiua a deuio, sicut ait saluator & experiẽtia docet. Qui ambulat in nocte offendit, quia lux non est in eo. Io. 12. Offendit ãt aliq̃d impingendo vel lubricum patiendo vel cadendo, vel viã rectã dimittendo. Sed luce apparente perpendit deuium callem & reducitur ad viã rectam. Nunq̃ fuit aliquis ita sapiens scientia naturali vel morali qui non deuiauerit a via recta virtutum sine luce gratiæ existens. Vnde dicunt reprobi in inferno. Errauimus a via veritatis sol iustitiæ non illuxit nobis. Sap. 5. Sed Paulus cum fuit in tenebris ignorantiæ extra lucem gratiæ deuiabat, persequens Christum cũ fidelibus suis arbitratus se in hoc obsequiũ p̃stare Deo. Sed eo appropinquante Damasco, vt caperet Xp̃ianos, circunfulsit eũ lux de cœlo & prostrauit eũ auferẽdo ei ad tps lucẽ corporalẽ, in udit ei lucẽ internã gr̃æ & reuocatus est ad viã veritatis & esse spũalis, vnde dicebat. Gr̃a Dei sum id qđ sum, & ad Gal. 1. Cũ aũt placuit ei q̃ me uocauit per gratiã suã cõtinuo non acquieui carni & sanguini. ¶ Quarto lux est in dubiis certificatiua, qñ est quis in tenebris & dubitat de aliquo qđ obiicit visui, si est uere qđ existimat ad lucẽ certificat. Sicut exẽplũ habemus de duabus meretricibus cõtendentibus corã Salamone, quarũ vna. s. vera mater superuiuentis dicebat. Cũ surrexisset mane vt dare lac filio meo apparuit mortuus, sed clara luce deprehendi hunc non esse filiũ meum. 3. Reg. 3. Sic lux gratiæ clarificat mentẽ in dubiis, q̃a instigat hominẽ vt a sapiente illustretur, & si non habet quẽ consulat ipsum lumen gratiæ docet 1. Io. 1. Vnctio. i. gratia spiritussanctẽti docebit vos de oĩbus. s. necessariis ad salutem. Probat ex hoc B. Tho. 1. 2. q̃ non pôt quis extra gratiam constitutus multũ manere quin labatur in alia mortalia. Cuius rõ est, quia frequenter occurrunt homini casus repentini & dubii, in quibus oportet subito capere determinationẽ faciendi vel non faciendi aliquid, nec habebit quem consulat. In repentinis aũt cõiter hõ operatur s̃m habitum præconceptũ & finẽ sibi præstitutũ. Qui aũt est extra gratiã habet vitiosum habitũ, & pro fine. vl. cõstituit. s. aliud q̃ Deũ, vnde s̃m habitũ vitiosum deliberat in dubio peccãs contra Deũ. Et ió bñ dicit Apost ad Heb. 13. Optimũ est gr̃a stabilire cor. ¶ Quinto lux est lętificatiua. Prouerb. 15. lux oculorũ lętificat aiam. & Eccl. 11. Dẽlectabile est oculis videre solẽ, vñ & magi cũ inspexerũt lucẽ stellæ q̃ amiserant, vidẽtes stellã gaudio magno valde Matth. 2. Sed & aues videmus q̃ de nocte silent, cũ aũt lux aurore exurgit incipiũt cãtare modulisuis quasi lętãtes. Nullũ tale gaudiũ quale administrat lux gr̃æ pp qđ de sapientia q̃ est lumẽ gr̃æ dr̃ Sap. 8. Nõ habet amaritudinẽ cõuersatio, illius neq; tediũ cõuictus illius, sed gaudiũ. ¶ Sexto est penetratiua in diaphanis. Nã cũ corpus solare sit in cœlo qđ est solidũ, radius eius penetrat eos sicut ẽt penetrat feneſtrã vitreã intrãs domum absq; sciſſione eius. Vnde dr̃ Eccl. 42. Sol illuminans per oĩa respexit. Sic gratia Spiritussancti facit penetrare oĩa s̃m illud Apostoli. Spiritus oĩa scrutatur ẽt profunda Dei. Facit etiã scrutari totam vitam suam, & non solum peccata magna, sed minimas cogitationes

Lux dr̃ multiplicatiua Mediorum.

Lex ẽ de dubiis certificatiua.

Lux ẽ lætificatiua.

Lux est reductiua à deuiis.

Lux ẽ penetratiua in diaphanis.

tiones & affectiones inordinatas recognoscẽs deflet. Accidit de gra copiosa sicut de radio solis, in quo in aliquo loco reuerberãte apparẽt innumeri athomi. i. minutissimi puluisculi, vbi ãt radius nõ reuerberat, nullus talis apparet. Ita vbi radius grę illustrat, mẽs inumeros in se defectus cognoscit. Exemplũ de Paulo q cũ dixisset Plus oibus laboraui, non autẽ ego, sed gra dei mecum ait. 1. ad Ti. 1. Venit Iesus peccatores saluos facere quorũ primus. i. maximus ego sum. ¶ Septimo lux subito spargitur. Cum. n. de mane sol oritur, subito radius eius diffunditur vsq; ad occidẽtem sine mora. Propterea dixit dns ad Iob. Si scis per quam viam spargitur lux q. d. nõ vales, scire quia nõ paulatim, sed subito diffundit radium. Sic gratia spiritussanctifacit hominem promptum & velocem, non tardum ad bene faciendum. In cuius signum dicitur Actu. 2. Factus est repente de cœlo so. tanq̃ aduenientis spiritus vehe. Vbi dicit glo. Nescit tarda molimina spiritussancti gratia. Et ex hoc potest quis aliqualiter coniecturare si gratiam dei habet, quia vt dicit philosophus in lib. Ethi. Signum habitus acquisiti est prompte & faciliter operari. ¶ Octauo lux prę seruat a spurcitiis nam radius solaris transiens per lutum & quæcunq; immunda non coinquinatur, sed permanet in sua puritate, similiter gratia quæ est in sacramentis quæ administrantur per malos ministros, vtique non maculatur vel minuitur propter malitiam ministrorum. Et hoc est quod ait. Aug. 1. q. 1. Spiritualiter virtus sacramenti vt lux purissima p immundos transiens non coinquinatur. Sed & illi qui habent dei gratiam dum in ea permanent, etsi conuersentur inter pessimos conseruantur in sua bonitate, & nõ pmittunt se maculari malis exemplis aliorũ. Sine gra ẽt loca solitaria non præseruant a peccatis quod Gre. ostendit di. Quælibet occulta loca animã sine gratia saluare non possunt. s. a peccatis. Nã & Loth in ciuitate Sodomorũ iustus fuit in gratia. s. permanẽs, in monte peccauit dist. 40. quelibet. ¶ Nono lux est illuminatiua, & per cõse quens expulsiua tenebrarum. Non est. n. aliud tenebra q̃ priuatio lucis. Esa. 9. Ambulantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis, quæ scilicet tenebras tolleret. Lux gratiæ sine dubio tollit omnem tenebram peccati mortalis, quod vtiq; obtenebrat mẽtem & perducit ad tenebras infernales. Quamuis. n. gratia gratũ faciens compatiatur secum venialia, nec ea sp tollat, nullum tamen mortale secũ patitur, sed quodlibet expellit immediate vt suum contrarium omnino, vnde Apostolus ad Ti. 2. Iustificati gratis gratia ipsius. Iustificatur autem q̃s per expulsionem seu remissionem peccatorum & hoc est per gratiam. Illuminat quoq; mentẽ de agendis. Ad Ti. 1. Apparuit gratia dei saluatoris nostri &c. Et de conse. di. 4. Placuit, dr p gratiam, aperitur nobis intelligentia mandatorum dei. ¶ Decimo est lux cõfortatiua seu corroboratiua ægris. Patet per experientiam, quia de nocte qñ radius lucis solaris nõ est sup terram, infirmi deterius se habent. Quãdo ẽt aer est pluuiosus vel nebulosus, ẽt sani sunt magis debiles q̃ cũ aer est serenus & clare illuminatus. Sic lux gratiæ fortificat hominẽ ad bene operandum Ro. 8. Ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram. s. gratia sua, vnde Aug. Sine ip so operante vt velimus & cooperante vt faciamus, nulla bona opera valemus. Operatur aũt scdm Tho. per gratiam & cooperatur. Et p hę retico anathematizatur qui asserit q; gratia solum docet quid agendum, vel iuuat solum vt melius bona faciamus, sed ẽt sine ea possumus bene & meritorie facere. Ipsa gratia tanti vigoris est & ita corroborat, vt minimus gradus eius sit sufficiens ad vincendum omnem tẽtationem & sustinẽdum omnem tribulationem mundi sequẽdo instinctum eius, vnde & Paulo stimulum siue tentationem carnis patienti scdm Gre. in moral. Siue infirmitatis corporalis, scdm Aug. sup psalteriũ dictũ fuit. 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea, scilicet ad vincendum tentationem & sustinẽdum infirmitate. ¶ Vndecimo lux est augmentatiua in radiis, quia augetur a mane in meridiẽ. Vnde Eccle. Dies diem superat, & lux lucẽ, maior enim lux apparet seu magis illuminatur aer hora tertia q̃ prima, & in meridie magis hora tertia, quia radius solaris magis directe reuerberat terrã. Sic lux gratię continue augetur vel habitualiter vel dispositiue, ab electis per quodlibet virtuosum opus dispositiue augetur, sicut & corpus humanum per quãlibet comestionem disponitur ad augendum dum est in statu augmenti, etsi non actu augeat per quãlibet, Prouerbio. 4. Iustorum semita quasi lux splendẽs proficit & crescit vsq; ad perfectum diẽ. Exponit Greg. super Ezech de cõuersatione electorum dei qui crescunt per bona opera in gratia vsq; ad diem claram gloriæ. Infiniti sunt gradus gratiæ, & quanto quis magis in ea proficit tanto magis videt quantum sibi deest, & ideo laborat vt crescat cognoscẽs præciositatẽ eius & vt dicit Bernar. In via dei non prócedere, est deficere. Hinc & Apostolus ad Phil. Quæ retro sunt oblitus ad brauium sequor supernæ vocationis. ¶ Duodecimo lux est decoratiua corporum.

Lux prę seruat a fœditate

Est & expulsiua tenebrarum.

Est confortatiua ęgrotãtium.

Est augmentatiua in radijs.

Est decoratiua corporũ.

porum. Dicitur enim corpus pulchrum quod habet debitam membrorum proportionē cū quadam refulgentia. Vnde etsi corpus esset bene ꝓportionatū & nō haberet charitatē, sicut corpora. Theucrorū vel Ethyopum nō essent pulchra. Et ideo vt dicunt doctores vt opera sua q̄ facturus erat pulchra apperēt, ichoauit a luce. Ita & lux gratiæ decorat opera humana, lumen rationis cum quis operatur ſm eandem aliquantulum decorat, sed non perfecte. Sed lux gratiæ additum perfectæ, vnde Apostolus. Eramus aliquando tenebræ, nunc autē lux in domino, vt filii lucis ambulate sicut & Christus docuit lux vera filios suos dicens. Sic luceat lux vestra coram hominibus &c. Matt. 5. & Sap̄. 4. dicitur. O quā pulchra est casta generatio cum claritate. Generatio casta, est opatio generata seu procedens ab intellectu, vt a viro legitimo seminante voluntate bonum cognitum vt in vxorem, non in sensualitatē ancillam per errorem, quia tunc adultera. Et talis operatio rationis cū claritate gratiæ vtiq; est valde pulchra. Quid pulchrius vita Christianorum? Hinc beatus Ambr. in hexamerō. Illa anima a deo pingitur quæ habet in se virtutum gratiam renitentem splendoremq, pietatis. Illa anima bene picta est in qua elucet diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta est in qua est splēdor glorię & paternę imago ſubſtantię, ſm hanc imaginē quę refulget pictura præcioſa est, de pe. 2. illa. Cum ipsa ergo luce gr̄æ mittitur adeo veritas dei filius.

§. 3. ¶ Secundū principale, scilicet operositas quæ ab ea sequitur notatur cum dicitur. Ipsa me-
De gr̄æ operositate. de duxerunt, ipsa scilicet gratia & veritas, de vno ad aliud me duxerūt. Et quæ sint istæ viæ per quas gratia ducit ostēdit Psal. 83. di. Ibunt de virtute in virtutem, ideſt de opere vnius virtutis ad opus alterius virtutis. Non enim decet semper se exercere in opere vnius virtutis Sed aliquando in opere fidei, quandoque in opere spei, quandoq; in opere charitatis, vel de virtute infusæ per gratiam quę subito generatur in virtutem acquisitam habituatam per consuetudinem. Ex operibus enim frequenter multiplicatis castis & constantibus perseuerādo efficimur casti, iusti, fortes, & huiusmodi. Vel de vna, & eadē virtute imperfecta, in virtutem perfectionem. Nemo enim repente fit summus, sed a minimis quisque inchoat vt ad maiora perueniat. Gradus enim esse in virtutibus pulchre & diffuse ostendit Greg. de pe. di. 2. Dum sanctam ecclesiam, ibi vide.

§. 4. ¶ Quantum ad itertium principale quod est consecutio æternæ fælicitatis ait. Adduxerūt, scilicet demum in mortem ad mōtem sanctū tuum altissimum gloriæ vbi sunt plures mansiones differentes, scilicet præmiorum, & hæc sunt tabernacula dei in quibus habitat in gloria. Nam ait. Psal. 84. Gratiam & gloriam dabit dominus, quia gratia ducit ad gloriam. De gr̄æ acceptione multiplici.

¶ Notādum autem quod graria sumitur multiplex, vt notat Archi. post Alexan. super. c. gratia. j. q. j. ¶ Primo modo dicitur gratia donum Dei increatum quod gratis datur nobis, ideſt ipse spiritussanctus gratis dans de qua potest intelligi illud Apostoli. Gratia Dei in me vacua non fuit. ¶ Secundū dicitur gratia donum in nobis concreatum. 1. q. j. sumus ad imaginē Dei, & hoc est commune omnibus hominibus de qua potest intelligi illud Apostoli. Gratia Dei semper in me manet. Nō enim potest hoc tolli cum naturale sit. ¶ Tertio dicitur gratia donum infusum a Deo faciens animam Deo gratam & opera eius meritoria, de qua dicitur ad Ro. 6. Gratia dei vita æterna scilicet habetur. ¶ Quarto dicit gratia primus effectus gr̄æ prdictę post lapsum ideſt remissio peccatorum, & sic sumitur in principio epistolarum. Pauli cum dicitur. Gratia vobis & pax a Deo patre &c. dicit glo. ideſt remissio peccatorum & reconciliatio ad Deum. Qđ gr̄æ dicitur primus habitus virtutis ¶ Quinto dicitur, gratia primus habitus virtutis in quo manifestatur gratia, ideſt fides, & ad Heb. vltimo. ¶ Optimum est gratia ſtabilire cor. glo. i. vt habeatis fidem perfectam. ¶ Sexto dicitur gratia donum prærogatiuæ gratiæ seu dignitatis, vt facer. ordo. 1. ad Ti. 4. Noli negligere gratiam quæ data est tibi per impositionem manus ꝑ byteri, & de hac intelligitur illud. c. j. q. j. gratiā, infra. c. 3. & j. ti. 15. c. 19. ¶ Septimo dicitur gratia gratiæ signū seu gratis datę vt ꝓphetia, operatio miraculorum, & huiusmodi, de qua. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt idem vero dominus &c. Illa enim opera sunt signa q̄ in tali sit gratia, non tamen semper posito signo ponitur res. ¶ Octauo dicitur gratia quod cunquæ donum alteri communicatum nō tñ omnibus, siue temporale vt diuitiæ, siue spirituale vt scientia. Et de hac dicitur primo. Pe. 4. Vnusquisque ꝓut accipit gratiam in alterutrum illam administrantes vt boni dispensatores multiformis gratiæ dei. ¶ Nono dicit gratia vita æterna, quia maxime gratis dat̄, iuxta illud. Io. j. De plenitudine eius nos oēs accepimus gr̄am pro gratia glo. i. gr̄am glorificationis pro gr̄a sanctificatiōis, & Zach. 4. Exequabit gratiā gratię. ¶ Decimo dicitur gratia quædam virtus moralis quæ a philosophis dicitur gratitudo scilicet de bñficiis receptis, Apostolus.

Ius. 2. ad Thes. 2. In oibus gratias agite. ¶ Vndecimo dicitur gratia beniuolētia alicuius ad alterum. Sic dicitur in Gene. 39. ꝙ Ioseph inuenit gratiam coram domino suo, & postea coram principe carceris. Ad omnia ista potest adaptari illud. 2. Cor. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. De hoc etiam dicitur Gene. 6. ꝙ inuenit gratiam coram domino, ideſt beniuolentiam.

¶ *De essentia gratiæ.* *Cap. 2.*

Gratia gratū faciēs ꝙd sit.

Gratia gratum faciens est quædam qualitas seu habitꝰ supnaturalis infusa a Deo in essentia aīæ, vt in subiecto, sine merito creaturæ, realiter differens a virtutibus infusis faciēs creaturā Deo gratā, & opera ab ipsa procedētia vitæ æternæ meritoria. ¶ Vbi primo sciēdū b. Th. 1. 2. q. 110. ar. 1. ꝙ gra ſm cōem modū loquendi tripliciter consueuit accipi. ¶ Primo modo pro dilectione alicuius sicut consueuimus dicere. Iste miles habet gram regis. i. rex habet eū gratū & amat, ſm ꝙ dr Gene. 39. ꝙ dns dedit gram Ioseph in conspectu principis carceris. ¶ Secundo mō sumitur pro aliquo dono gratis dato sicut consueuimus dicere. Ego facio tibi talē gram pp quod dr Eccle. 29. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris. i. seruitium fideiussoris. Tertio modo ꝙ recōpensatione beneficij gratis dati, ſm ꝙ dicimur gratias agere & habere pro beneficijs. Ad quod etiam Apostolus hortatur. 2. ad Thes 2. dist. In omnibus gratias agite. Horum trium secundum dependet ex primo. Ex amore enim quē aliquis habet ad alium & gratum habet prouenit ꝙ dat sibi aliquod donum gratis. Ex secundo ꝓcedit tertium, quia ex beneficiis gratis receptis consurgit gratiarū actio. Quātum ad duo vltima manifestum est ꝙ gratia ponit aliquid in eo q̄ gratiam accepit primo scilicet ipsum donum gratis datum, secundo ipsius recognitionem. Sed quantum ad hoc est differentia inter gratiam Dei & gratiam hominis, nā q̄a bonū creaturæ ē ex volūtate diuina, iō ex dilectione Dei quæ vult creaturæ bonū ꝓfluit aliqd̄ bonū in creaturā. Sed volūtas hois mouet ad amandū ex bono præexistēte in rebus. Et inde est ꝙ dilectio hois nō totalr causat bonitatē rei, sed ꝓsupponit eam in toto vel in parte. Patet igitur ꝙ quamlibet Dei dilectionē sequitur aliquod bonum in creatura creatum, sed quandoque non tamen dilectioni æternæ bonum coeternum, sed secundum huiusmodi boni differentiam differens.

§. 1. ¶ Consideratur dilectio Dei ad creaturam duplex. Vna quidē cōis ſm quā diligit omnia q̄ sunt, vt dr Sapi. 11. Alia specialis ſm quā trahit creaturam rōnalem supra, cōditionē naturæ & participationem diuini boni. Et ſm hanc dilectionem dr Deus aliquem diligere simplr, q̄a ſm hāc dilectionem vult Deus simplr creaturæ bonum æternū qd̄ est ipse, sic igitur per hoc quod dr hominē gram Dei hre significatur quoddā supernaturale a Deo ꝓueniens in hoīe. Qñq; tamē gratia Dei dr ipsa æterna Dei dilectio, sed de gra habituali quæ est in homine nunc est sermo quæ gra dr, quia gratis datur a Deo sine meritis recipiētis. Gratia āt tertio modo accepta scilicet pro recognitione beneficii est virtus moralis, de qua supra in titu. de iustitia in ca. de gratia.

Duplr dilectio Dei ad creaturas cōsiderat.

¶ Quod autem gratia sit quædam qualitas in anima ostenditur per hoc quod dicit glo. super illud psal. 53. Exhilaret faciem in oleo. Gratia est nitor animæ sctm̄ concilians amorem. Nitor aūt animæ est quædam qualitas, sicut pulchritudo corporis est qualitas. Sed pro huius declaratione dicit b. Tho. 1. 2. q. 110. ar. 2. ꝙ vt dictum est in eo quæ dr gratiam hr, significat esse quidam effectus gratuitæ voluntatis Dei. Ex gratuita autē voluntate Dei hō iuuatur dupliciter. Vno mō in quātum anima hois a Deo ad aliquid cognoscēdū, volendū vel agendum illuminatur. Et hoc mō ipse gratuitus effectus in hoīe non est qualitas, sed quidā motus animæ a Deo. Alio modo adiuuatur hō ex gratuita Dei voluntate ſm ꝙ aliquod habituale donum a Deo animæ infunditur. Sit hoc ideo q̄a non est conueniens ꝙ Deus minus prouideat his quos diligit ad supernaturale donum quā creaturas quas diligit ad naturale bonum cōsequendum. Creaturis autem naturalibus sic prouidit, vt nō solum moueat eas ad actus naturales, sed etiam largitur eis formas & virtutes quasdam naturales quæ sunt principia actuum vt ſm seipsas inclinentur ad huiusmodi motus, & sic motus quibus a Deo mouētur fiunt creaturis generales & faciles, ſm illlud Sapi. 8. c. Disponit omnia suauiter. Multo igitur illis quos mouet ad consequendum bonū supernaturale æternum infundit aliquas formas seu qualitates supernaturales scdm quas suauiter & prompte ab ipso moueantur ad bonum æternum consequendum. Et sic donum gratiæ qualitas quædam est. Agit autē gratia in animam per modum causæ formalis, sicut albedo facit album iustitia iustū. Et secūdū ꝙ aīa imperfecta participat diuinam bonitatem, ipsa participatio diuinæ bonitatis quæ est gratia imperfectiori modo habet esse in anima quam

§. 2. Gratia est qualitas in anima.

q̃ aĩa in seipsa subsistat. Et ñ gratia nobilior q̃ natura aię inq̃tum est expssio vel ptícipatio diuinæ bonitatis, nõ aũt q̃tũ ad modũ essendi.

§.3. ¶ Quod gratia differat a virtutibus infusis per hoc, qa fides & spes pñt haberi sine gra, quod esse nõ posset si idem essent cum ea. Et de charitate dicit beatus Aug. qꝺ gratia præuenit charitatem, sed si idem essent cum ea non posset p̃uenire. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. 1.2.q.42.ar.3. qꝺ quidam posuerunt idem esse gratiam & virtutem ſm essentiam, sed solum ſm rationem differre, quia gratia dicitur secũdũ qꝺ facit hominẽ gratum Deo, vel quia gratis datur. Virtus aũt dicit ſm qꝺ perficit hominem ad bene operandum. Et hoc videt sensisse magister in 2. sentẽ. Siquis recte considerat rationem virtutis hoc stare non potest, quia vt dicit phũs in 7. phisic. Virtus est dispositio perfecti. Dico autem perfecti quod est dispositum ſm naturã. Exquo patet qꝺ virtus vniuscuiusque rei dicitur in ordine ad aliquam naturã p̃ existentem, quãdo scilicet vnũquodq; sic ẽ disposítum sicut cógruit naturæ suæ. Manifestũ est autem qꝺ virtutes acquisitæ p actus humanos sunt dispositiones quibus homo conuenienter disponitur in ordine ad naturã qua est homo. Virtutes autem infusæ disponent hominẽ altiori modo ad altiorem finem. Vnde etiam oportet qꝺ in ordine ad altiorẽ, hoc autẽ est in ordine ad naturam diuinam participatam, ſm qꝺ dicitur 1.Pe.2. Maxima & præciosa nobis p̃missa donauit, vt per hoc efficiamur diuinæ naturæ consortes. Et ſm acceptionẽ huius naturæ dicimur regenerari in filio Dei. Sicut igitur lumen naturale rationis est aliquid præter virtutes acquisitas, quæ dicũtur in ordine ad ipsum lumẽ naturale, ita ipsum lumen gratiæ qđ est participatio diuinæ naturæ, est aliquid præter virtutes infusas quæ a lumine illo deriuantur, & ad illud ordinant, vñ Apostolus ad Ephe. v. Eratis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filii lucis ambulate. Sicut. n. virtutes acquisitæ perficiunt hominem ad ambulandum lumini naturalis rationis cõgruenter, ita & virtutes infusæ perficiunt hominẽ ad ambulandũ conuenienter lumini gratiæ. Qđ autem. b. Augu. in li. de spiritu & littera nominat fidem per dilectionem operantẽ gratiam hoc nõ est, qa gratia sit fides, sed qa actus fidei per dilectionem operantis est primus actus, p quem gratia gratum faciens manifestatur. Reducitur autem gratia ad primam speciem qualitatis. Nec tamen est idẽ quod virtus, sed habitudo quædam quæ supponitur virtutibus ĩ fusis, sicut earum principium & radix.

Quomodo gra differt a virtutibus infusis.

Virtꝰ est dispositio perfecti secũdũ philosophũ.

¶ Est autem ipsa gratia essentia animæ sicut in subiecto non in potentia aliqua animæ. Quod patet, quia per gratiam regeneramur in filios Dei. Sed generatio prius terminat ad essentiã quam ad potentias. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. 1.2.q.110.arti. 4. qꝺ si gratia esset idem quod virtus tunc oporteret eam ponere in potentia animæ. Sed si differt realiter (vt dictum est) tunc non potest esse in potentijs, sed est in essentia. Sicut ergo gratia est prius virtute, ita oportet qꝺ habeat suum subiectum prius potentiis animæ, s. qꝺ sit in essentia animæ. Sicut enim per potentiam intellectiuam homo participat cognitionem diuinam per virtutẽ fidei, & per potentiam voluntatis amorem diuinum per virtutem charitatis, ita etiam per naturam animæ participat secundum quandã similitudinem naturam diuinam per quandam regenerationem seu recreationem. Et sicut ab essentia animę effluunt ei potentiæ, quę sunt principia operum, ita etiam a gratia ipsa effluunt virtutes in potentias animæ per quas potentiæ, mouentur ad actus virtutum. Et ſm hoc gratia comparatur ad voluntatem & mouens ad motum. Et sic gratia est principiũ meritorii operis mediantibus virtutibus. §.4.

¶ *De diuisione gratiæ. Cap.3.*

De diuisiõe gratiæ quadrupl.

QVadruplex reperitur diuisio gratiæ. Prima est in gratiã gratum facientẽ & gratis datam. Secunda est in operantem & cooperantem. Tertia est in præuenientem & subsequentem. Quarta diuisiõ gratie gratis datæ in nouem genera gratiarum. ¶ Et prima est diuisio realis. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. 1.2.q.111. Quod cum gratia ad hoc ordinetur vt homo reducatur in Deum ordine quodam, hoc quod quidam reducantur in Deum per alio secundum hoc est duplex gratia. Vna per quam ipse homo coniungitur Deo, & sic est gratia gratum faciens. Alia per quam vnus homo cooperatur alteri vt reducatur in Deũ. Huiusmodi autem donum vocatur gratia gratis data, qa super facultatẽ naturæ & supra meritum personæ homini conceditur. Sed qa nõ dat ad hoc vt homo ipse iustificet, sed potius vt ad iustificationem alterius cooperetur, ideo non vocatu gratum faciens. Et de hoc Apostolus prima ad Corin. 12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, scilicet aliorum. De prima autem dicitur ad Ephe. prima. Gratificauit nos ĩ dilecto filio suo. Ad hoc facit qđ dicit Grego. super Ezech. de pen. dist. 2. Potest discursus atq; mobilitas spiritus sic intelligi.

telligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper manet. Iuxta quasdam recessurus venit & venturus recedit. In fide enim & spe atq; charitate & aliis bonis sine quibus ad cœlestem patriam nō potest peruenire, sicut est humilitas, castitas, iustitia, atq; misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetiæ vero virtute, doctrinæ facundia, & miraculorū exhibitione, electis aliquando adest, aliquando se subtrahit. Hæc ille. Prima bona pertinent ad gratiam gratum facientem à qua fluunt. Secunda ad gratiam gratis datam, vt patet inferius.

§.1. ¶Secunda diuisio gratiæ est in operantem & cooperantem, quæ trahitur ex verbis August. dicentis in libro de libero arbitrio & gratia, & ponitur in 2. senten. Deus cooperando in nobis perficit, quod operando incipit, quia ipse vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Operationes autē Dei quibus nos mouet ad bonum ad gratiam pertinent. Vnde diuiditur in operantem & cooperantem ipsa gratia. Pro cuius declaratione dicit B. Thom. 1.2.q.111. artic.2. Gratia vt dictum est supra dupliciter potest intelligi. Vno modo pro diuino auxilio, quo nos mouet ad bene volendum & agendum. Alio modo pro habituali dono nobis diuinitus indito, vtroq; autem modo gratia conuenienter diuiditur in operantem & cooperantem. Operatio.n. alicuius effectus non attribuitur mobili: sed mouenti. In illo ergo effectu in quo solum mens nostra & mota & non mouens operatio Deo attribuitur, & secundum hoc dr gratia operans. In illo autem effectu in quo mens nostra & mouetur & se mouet operatio non solum attribuitur Deo: sed & animæ. Et secundum hoc dicitur gratia cooperans. Est autem in nobis duplex actus. Primus interior voluntatis. Et quantum ad iustum actum voluntas se habet vt mota, Deus aūt vt mouens, & præsertim cum incipit bonum velle voluntas, quę prius malum volebat. Et ideo secūdum quòd Deus mouet mentem ad hunc actum, dicitur gratia operans. Alius actus est exterior, qui cū a voluntate imperetur, etiam consequens est vt ad hunc actum operatio attribuatur voluntati. Et quia ad hunc actum etiam Deus nos adiuuat, & interius confirmando voluntatem vt ad actum perueniat, & exterius facultatem operandi præbendo respectu huius actus dicitur gratia cooperans. Sic igitur, si gratia accipiatur pro gratuita Dei motione, qua mouet nos ad bonum meritorium, conuenienter etiā diuiditur gratia in operantem & cooperātem. Si autem accipiatur gratia pro habituali dono, sic duplex est gratiæ effectus sicut & cuiuslibet alterius formæ, quorum primus est esse, secundus est operatio. Sicut caloris operatio est facere calidum, & exterior calefactio. Sic ergo gratia habitualis inquantum animam sanat vel iustificat, siue gratum Deo, facit dicitur gratia operans. Inquantum vero est principium operis meritorii quod etiam ex libero arbitrio procedit, sic dicitur gratia cooperans. Est autem eadem gratia operans, & cooperās, sed distinguitur secundum diuersos effectus. Et cum per gratiam iustificamur, Deus non sine nobis nos iustificat, quia per motum liberi arbitrii dum iustificamur, Dei iustitiæ consentimus. Ille tñ motus non est gratiæ causa sed effectus. Vnde tota operatio pertinet ad gratiā.

¶Tertia diuisio gratiæ est in prœuenientem & §.2. subsequentem, trahitur hęc ex verbis Psal. 58. dicentis. Misericordia eius scilicet Dei prœueniet me. Et in alio Psalm. 22. Misericordia eius subsequatur me. Gratia autem Dei ex misericordia eius procedit. Et ideo conuenienter & ipsa gratia diuiditur in prœuenientem & subsequentem. Pro cuius declaratione dicit Beatus Tho. 1.2.q.111. artic.3. q̄ sicut gratia diuiditur in operantem & cooperantem secūdum diuersos effectus, ita etiam in prœuenientem & subsequeutem qualitercunque accipiatur.

¶Sunt autem quinque effectus gratię gratum facientis, in nobis. Primus est vt anima sanetur scilicet a peccato. Secundus est vt bonum velit. Tertius est vt bonum quod vult efficaciter operetur. Quartus vt homo perseueret. Quintus vt ad gloriam perueniat. Et ideo gratia fm q̄ causat in nobis primum effectum dr gratia prœueniens respectu secundi effectus. Et fm q̄ causat in nobis secundum effectum dicitur gratia sequens respectu primi effectus. Et sicut vnus effectus est posterior vni effectui & prior alii effectui, ita gratia potest dici prœueniens & subsequens fm eundem effectum respectu diuersorum. Et hoc est quod Augusti. dicit in libro de natura & gratia. Prœuenit vt sanemur, subsequitur vt sanati vegetemur, prœuenit vt vocemur subsequitur vt glorificemur. ¶Quamuis autem effectus gratiæ possint esse infiniti numero, sicut sunt infiniti actus humani, tamen omnes reducuntur ad aliqua determinata in specie. Præterea omnes in hoc cōueniunt q̄ vnus alium prœcedit. Ista etiam diuisio gratiæ in prœuenientem & subsequentē non est diuisio fm essentiā eius, sed fm effectus eius varios. De hac etiam Gregor. super Ezec. ait. Semel concepta virtus ad pro-

Dupl fer. S. Thom. Gra pōt intelligi

Tertia diuisio.

Quinq; effectus gra gratum facientis.

uectum ducitur, & vltro terra. ſ. cordis fructificat, quia præueniente ſe gratia mens hominis ſpontanea ad fructum boni operis aſſurgit. de pen. diſt. 2. dum ſanctam.

¶ De diuiſione gratię gratis datę, q̃ diuidit in illa nouē, de q̃bus ait Apoſt. 1. Cor. 12. Diuiſiones gratiarū ſunt, idē vero dñs. Alij dat̃ per ſpiritū ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſciētiæ ſm eundē ſpiritū, alii fides in eodē ſpū, alii gratia ſanitatū, alii operatio virtutū alii prophetia, alii diſcretio ſpirituū, alii genera linguarū, alij interpretatio ſermonū. ¶ Pro cuius decla. dicit. B. Th. 1 2. q. 111. ar. 4. q̃ gratia gratis data ordinatur ad hoc q̃ homo alteri cooperet vt reducatur in Deum. Hō aūt ad hoc operari nō p̃t interius mouendo, hoc. n. ſolius Dei eſt. Sed ſolū exterius dicēdo vel ſuadendo. Et ideo gratia gratis data illa ſub ſe cōtinet q̃bus hō indiget ad hoc vt alterū inſtruat in rebus diuinis q̃ ſunt ſupra rōnem. Ad hoc aūt tria requirunt̃.

Gra gratis data ad quid ordinat̃.

Quòd q̃s aliū vult inſtruere tria req̃runtur.

¶ Primo quidem vt homo ſit ſortitus plenitudinem cognitionis diuinorum, vt ex hoc poſſit alios inſtruere.

¶ Sc̃do vt poſſit cōfirmare, vel probare q̃ dicit.

¶ Tertio vt ea quæ concipit poſſit conuenienter auditoribus proferre.

¶ Quantū igit ad primū tria ſunt neceſſaria ſicut ét apparet in magiſterio humano. Primo q̃dē oportet q̃ ille qui dét inſtruere aliquē in aliqua ſcia, vt principia illius ſcię ſint ei certiſſima. Et quantū ad hoc ponit fides q̃ eſt certitudo de inuiſibilibus rebus q̃ ſupponuntur ut principia in catholica doctrina. Sc̃do oportet q̃ doctor ſe habeat recte circa cōcluſiones principalis ſciæ. Et ſic ponit ſermo ſapientię q̃ eſt cognitio diuinorū. Tertio oportet vt abundet exēplis & cognitione effectuū, per quos interdū oportet manifeſtare cauſas. Et quantum ad hoc ponit ſermo ſciæ, quę eſt rerū humanarū cognitio, q̃a inuiſibilia Dei per ea q̃ facta ſunt intellecta Dei conſpiciuntur. ¶ Quantū ad ſm confirmatio eorū q̃ ſubdunt rōni eſt per argumenta. In his aūt q̃ ſunt ſupra rōnem diuinitus reuelata, cōfirmatio eſt per ea quę ſunt diuinæ virtuti propria. Et hoc dupl̃r. Vno modo vt doctor ſacræ doctrinæ faciat q̃ ſolus Deus facere p̃t in operibus miraculoſis, ſiue ſint ad ſalutē corporis, & quantū ad hoc ponit gra ſanitatū, ſiue ordinentur ad ſolam diuinæ ptātis manifeſtationem, ſicut q̃ ſol ſtet, aut tenebreſcat, aut q̃ mare diuidat̃, & hmoi, & quantū ad hoc ponit operatio virtutū. Sc̃do vt poſſit manifeſtare ea q̃ ſolius Dei eſt ſcire, & hæc ſunt contingentia futura, & quantū ad hoc prophetia, & ét occulta cordiū, & quantū ad hoc ponitur diſcretio ſpirituū. ¶ Quantū ad tertiū, facultas pronunciandi p̃t attēdi, vel q̃tum ad idioma in quo q̃s p̃t intelligi loquēdo, & ſm hoc ponunt̃ genera linguarū. Vel quantū ad ſenſum eorū q̃ proferunt, & q̃tum ad hoc ponit interpretatio ſermonū. Et ſciendū q̃ q̃uis oīa bñficia nobis collata a Deo poſſint dici gr̃ę, non tñ dñr proprie gratiæ gratis datæ, vt q̃ piſcator abundet ſermone ſciæ, & ſic de aliis. Fides ét q̃ hic ponitur inter has gratias nō eſt virtus illa theologica qua iuſtificat̃ hō, ſed importat iſta quanda eminentē certitudinē fidei, ex qua hō fit idoneus ad inſtruendū alios in his quæ ſunt fidei. Quāuis aūt gratia ſanitatū pertineat ad operationē virtutū. i. miraculorū, diſtinguitur tñ ab ea & ponitur ſpecialis, q̃a habet ſpecialē rōnem inducendi ad fidē, q̃a magis redditur quis p̃ptus ad fidem recipiendā per beneficium corporalis ſanitatis, q̃ per operationem virtutū. Similiter loqui variis linguis & interpretari ſermones, q̃uis videātur pertinere ad ſermonem ſciæ vel ſapientiæ, hñt tñ ſpeciales rōnes mouendi ad fidē, & ideo ponunt diſtincte ab illis. Sapientia aūt & ſcia hic non cōputant̃ inter gratias gratis datas ſm q̃ enumerāt̃ inter dona Spiritus ſancti prout. ſ. mens eſt bene & prompte mobilis a Spiritu ſancto ad ea quæ ſunt ſapientiæ & ſcientiæ. Sic. n. ſunt dona Spiritus ſancti, ſed ſm q̃ importat quandā abundantiā ſcientiæ & ſapientiæ, vt hō poſſit nō ſolum in ſeipſo recte ſapere de diuinis ſed etiam vt poſſit alios inſtruere & contradicentes reuincere, ſic ponitur inter gratias gratis datas ſermo ſapientiæ & ſcientiæ.

¶ Comparando autem ad inuicem gratias gratis datas ad gratiam gratum facientem, nobilior & perfectior eſt gratia gratum faciēs vnde Apoſt. 1. Corint. 12. enumeratis gratiis gratis datis, ſubdit. Adhuc excellentiorem vobis viam demonſtro. Loquens de charitate quæ procedit a gratia gratum faciente, & hoc ſic probat B. Tho. in 1. 2. q. 111. art. Vnaquęque virtus tanto excellentior eſt quanto ad altius bonum ordinatur. Semper aūt finis potior eſt his quæ ſunt ad finem. Gratia autem gratum faciens ordinat hoiem immediate ad coniunctionem vltimi finis ſeu conſecutionem. Gratiæ aūt gratis datæ ordinant hominē ad quædam preparatoria finis vltimi, ſicut per prophetiam, & miracula, & alia hmōi, homines inducuntur ad hoc q̃ vltimo fini coniungantur. Et ideo multo eſt excellentior gratia gratum faciens, q̃ gratis data. Si per gratiam gratis datam, puta prophetando, miracula faciēdo poſſet hoc agere in altero vt talis gratiā gratum §. 4.

facientem

facientem cõsequeretur, tunc esset excellentior gratia gratis data. Sicut excellentior est claritas Solis illuminantis q̃ corporis illuminati. Sed per gratiam gratis datam, homo non põt causare in alio coniunctionem eius ad Deum quam ipse habet per gratiam gratum facientem sed causat quasdam dispositiones ad hoc. ¶Et gratiæ gratis dare sũt cões bonis & malis quod deus permisit ꝓpter bea. Aug. ne nimis apeterentur, & in eis perfectio hominis æstimaretur, & non eas habẽdo homo in se multum deijceretur. Faciunt.n, habentem eas multum esse in opinione hominum & honore, & ab imperfectis appetuntur. Sed gratia gratũ faciẽs est solum in bonis, & perducens ad gloriam, & ideo præ omnibus rebus magis appetenda charipendenda & carpenda vt donũ optimũ. Et ad hoc facit quod ait August. 1.q.1. Multæ sunt operationes spiritussancti quas Apostolus cum quodam loco cõmemorasset ita cõclusit. Hæc omnia operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult. Cum ergo aliud sit sacramẽtum quod habere Simon Magus petiuit. Aliud prophetia quæ etiam in malis hominibus fieri solet, vt in Saul. Aliud operatio spiritussancti quam nisi boni habere non possunt. i. charitas, nec quilibet hæretici, & schismatici accipiãt, charitas quæ operit multitudinem peccatorum, donum est catholicæ vnitatis & pacis, nec eius in ominibus, q̃a nec eius sunt omnes Hęcillę Charitas autem sicut & omnes alię virtutes fluunt a gratia, sicut radija sole, vnde & dicitur Eccl. 40.c. Gratia dei sicut Paradisus benedictionis. Sicut.n. in Paradiso terrestri erant multę arbores fructuosę producentes suauissimos fructus, & in medio lignum vitæ, ita gratia gratum faciens cõtinet seu producit omnes virtutes, ex quibus ꝓcedunt fructus suauissimi bonorum operum & vt principalior immediate virtus charitatis.

Gratiæ gratis date quare cões sunt bonis, & malis.

¶De causis gratiæ. Cap. 4.

CAusatur autem gratia solum a deo principaliter. Ad quam requiritur prępparatio ex parte hominis, quæ tamen præparatio non necessitat deum ad dandum eam. Est autem maior in vno q̃ in alio. Nec tamen sciri potest ꝓ certitudinem si habetur. Primum ostenditur ex autoritate Ps. 83. dicentis. Gratiam & gloriã dabit dominus. Hoc autem sic probat Tho. 1. 2.q.112.art.1. Nulla res agere potest vltra suã speciem, quia semper oportet ꝙ causa sit potior effectu. Donum autem gratiæ excedit omnem facultatẽ naturæ creatę, cum nihil aliud sit q̃ participatio diuinę nature quæ excedit omnem aliam naturam. Et ideo impossibile ẽ ꝙ aliqua creatura causet gratiam. Sed necesse est ꝙ solus deus deificet cõmunicando consortium diuinæ naturę, per quam dei similitudinis participationem habeamus. Sicut est impossibile ꝙ aliq̃d igniat nisi solus ignis. Quod autem dicitur 1. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, verum est principaliter, tamen virtute suæ diuinatis non ab humanitate. Nam cum humanitas scd̃m Damascẽ. Sit vt quoddã organum deitatis sicut instrm nõ agit actione propria, sed virtute principalis agẽtis. Sic humanitas Christi non causat ī nobis principaliter gratiã, sed virtute deitatis adiunctę ex qua actiones humanitatis Christi sunt nobis salutares. Similiter etiam ꝑ sacramẽta nouæ legis quæ deriuãtur a Christo causat̃ in nobis gratia instrumẽtaliter, prĩcipaliter autem per virtute m spiritussancti.

Deꝰ est cã grãe principaliter.

¶Quod autem dicantur angeli purgare, illuminare, & perficere angelos inferiores & etiã homines scd̃m Dionysi. hoc non est intelligendum quod faciant iustificando vel causando gratiam, quia hoc (vt dictũ est) solius dei est, sed ẽ hoc ꝑ modũ cuiusdã instructionis. Vñ & ipse Dio.n. dicit ꝙ ista purgatio, illuminatio, & ꝑfectio, nõ ẽ aliud q̃ diuinę scientię assũptio & est vna operatio realiter. Sed triplex ponitur propter diuersos respectus. Purgatio quidem dicitur inquantum perficitur vt scientia. Illuminatio inquantum confortat & roborat intellectum illuminãti, sicut calidũ appropinquãs ad ignem confortatur & augetur in eo calor. Perfectio vero inquantum habetur notitia de eo quod prius non habebatur sicut in illuminatione aeris inquãtum remouẽt tenebræ, ꝑt dici purgatio, inquantum recipitur lumen in aere, illuminatio inquãtum aliquid coloratũ cernitur ab homine perfecto. In manne datione sine discrimine vel sexus vel ętatis Gomor singuli ęqualiter collegerunt. Vnde apparet, Christi indulgentiam & cœlestem gratiã post modum secuturam, æqualiter omnibus diuidi sine sexus varietate, sine annorum discrimine, sine acceptatione ꝑsonæ super omnem dei populum spiritualis gratiæ munus infundi. s. a deo. Hęc Cypr. de consecr. dist. 4. nec quenquam. Idem in d.c. Si dies omnibus ęqualiter nascitur, & si sol super omnes pariter ęquali luce diffunditur, quanto magis Sol Christus & dies verus in ecclesia sua lumen vitæ æternæ pari æqualitate largitur? Hæc ille. Quod videt intelligendum ex parte se prępparantium & facientium æqualem prępparationem.

Angeli superiores dñr purgare illuminare, & ꝑficere Angelis inferiores.

§.1. ¶ Quantum ad ſm.ſ.de præparatione ad gratiam q̃ requiratur patet ex eo quod dr̃ Amos 4.Præparare in occurſum Dei tui Iſrael. Et 1. Reg.7.Prępara e corda veſtra dño. Pro cuius declaratione dicit b.Tho.1.2.q.112.q̃ vt dictũ eſt ſupr.Gratia dupliciter accipitur. Vno mõ pro habituali bono.Alio mõ ꝓ auxilio dei mouentis animam ad bonum.Primo modo accipiẽdo præexigitur ad gratiam aliqua gratiæ præparatio,quia nulla forma poteſt eſſe niſi in materia diſpoſita.Sed ſecundo modo accipiendo gratiam.ſ.pro auxilio Dei mouẽtis animam ad bonum,ſic nulla præparatio requiritur ex parte hominis quaſi præueniens diuinum auxilium,ſed potius quęcunq; prępparatio in homine poteſt eſſe,eſt ex auxilio dei mouentis animam ad bonum.Et ſm hoc ipſe bonus motus liberi arbitrii,quo mediante quis præparatur ad gratiæ donum ſuſcipiendum eſt actus liberi arbitrii moti a Deo.Et quãtum ad hoc dr̃ hõ ſe præpărare,ſm illud prouerb.16. Hominis eſt præparare animum. Et eſt a deo principaliter mouente liberum arbitrium. Et ſm hoc dicitur a Deo voluntas hominis prępparari,& greſſus hominis dirigi. ¶ Sciendum etiã q̃ duplex eſt præparatio hominis ad gratiam. Vna eſt quæ eſt ſimul cum gratiæ infuſione. Et talis prępatio eſt meritoria, non quidem gratiæ quę iam habetur,ſed gratiæ quæ non dum habetur.i.augmentationis eius. Eſt alia ꝓparatio q̃ eſt gratię gratum facientis, quæ tñ eſt a Deo mouente,ſed nõ ſufficit ad meritum hoĩs nondum p gratiam iuſtificati, quia nullũ meritũ poteſt eſſe niſi ex gratia.Item iſta præparatio adidonum gratiæ recipiendum nondũ habitę contingit dupl̃r.Cum.n. vt dictum eſt, fit a deo præueniente & mouente voluntatem hoĩs ad bonũ.Quandoq; deus mouet hominẽ ad bonum,non tñ perfectũ,& talis præparatio præcedit gratiam gratum facientem etiam tẽpore.Sicut mouet frequenter permanentes in peccato ad faciendum eleemoſynas,ieiunia,& orationes,& hmõi.Sicut mouit beatus Augu. ante conuerſionem ad audiendum prædicationes Ambroſij,exhortationes Simpliciani,exẽpla Antonij.Vnde dicitur de pæ.diſt.5.admonemus,de perſeuerante in odio vel alio crimine q̃ quicquid boni poterit faciat.ſ.eleemoſynas,ieiunia,orationes,& hmõi,vt deus eius cor illuſtret.ſ.p gr̃am gratum faciẽtem.Quãdoq; vero deus ſtatim mouet hominem ad pfectũ bonum,& ſubito homo accipit gratiam,vnde dicitur Eccle.11.Facile eſt in oculis dei ſubito honeſtate pauperem,& Ioan.6.Omnis qui audit a patre &didicit venit ad me. Sicut accidit in Saulo,qui cum actu perſequeret eccleſiam & iter ageret ad capiendum chriſtianos ſubito luce circũfulſus recepit gratiã. Act.9. Cum ergo a deo ſit iſta præparatio, nõ refert q̃ fuit ſtatim vel paulatim. Agens.n. infinitæ virtutis deus,ſicut nõ exigit materiam vel diſpoſitionem materię quaſi pſuppoſitam ex alterius cauſæ actione,ita non eget tẽpore, ſed ſubito põt materiam diſponere & formam introducere,& ẽt prius tempore diſponere materiã paulatim, & poſtea formã inducere,ſicut in ſanitate contingit q̃ aliq̃n paulatim introducit,aliq̃n ſubito in ſanatione miraculoſa.

De duplicir hominis præparatione ad gr̃am.

¶ Quãtum ad tertium.ſ.q̃ prępparatio hoĩs ad gr̃am,non neceſſitat ad gram. Patet hoc ex eo q̃ homo comparatur ad deum ſicut lutum ad figulum,ſcd̃m illud Hiere.18.Sicut lutũ i manu figuli,ita & vos in manu mea aitdñs. Lutum autem non accipit ex neceſſitate formam a figulo quantumcunq; ſit figuratum. Pro cuius declaratione dicit bea.Tho.1.2.q.112. art. 3.q̃ præparatio hoĩs ad gratiam eſt a deo ſicut a mouente,& a libero arbitrio ſicut a moto. Põt igitur gratiæ conſideratio dupliciter accipi. Vno mõ prout eſt a libero arbitrio,& ſcd̃m hoc nullam neceſſitatem habet ad gratiæ conſecutionem,quia donum gratię excedit omnẽ præparationẽ virtutis humanæ. Alio modo põt conſiderari ſcd̃m q̃ eſt a deo mouẽte,& tũc habet neceſſitatẽ ad id,ad quod ordinatur, non quidem neceſſitatem coactionis,ſed infallibilitatis,quia intentio dei deficere nõ põt,ſcd̃m quod dicit bea.Aug. deprædeſtinatione ſanctorum q̃ per beneficia dei liberantur certiſſime quicunq; liberantur Vnde ſi ex intentione dei mouẽtis eſt,q̃ homo cuius cor mouet gratiam conſequatur,infallibiliter illam conſequitur,ſcd̃m illud Ioan.6.Omnis qui audit a patre & didicit venit ad me.Quod autem dicit glo.ad Roma.5.Deus recipit eum qui confugit ad ſe,aliter eſſe in eo iniquitas,intelligitur de illo qui confugit ad eum per actum liberi arbitrii iam per gratiam informati, quem ſi non reciperet,eſſet contra iuſtitiam quam ipſe ſtatuit. ¶ Et ſciendum quod defectus gratię prima cauſa eſt ex nobis.Sed collationis gratię prima cauſa eſt ex deo, ſecundum illud Oſeæ 13.Perditio tua Iſrael tantum ex te,ex me auxilium tuum. §.2. Prępparatio hoĩs ad gr̃am non neceſſitat deũ ad dãdum. Defect' gr̃æ ẽ ex nobis.

¶ Quantum ad quartum.ſ q̃ non ſit in omnibus æqualiter gratia manifeſtatur ex hoc qd dicit Apoſtolus ad Eph.4.Vnicuiq; veſtrũ datur gratia ſcd̃m mẽſurã donationis Chriſti. Sed quod menſuratur nõ æqualiter datur &c. Et hoc ſic declarat beatus Thom.1.2.q.112. §.3. Gr̃a non eſt in omnibus æqualr.

habere

ar. 4. Habitus duplicem habitudinem habere pót. Vnam ex parte finis vel abiecti, ſcdm q̃ dicitur vna virtus nobilior altera, quia ad maius bonum ordinatur. Alio modo ex parte ſubiecti, quod maius vel minus participat habitum inhærentem. Secundum ergo primam habitudinem gratia non poteſt eſſe maior & minor, quia gratia ſcdm ſui rõnem coniungit hominẽ ſummo bono quod eſt Deus. Sed ex parte ſubiecti põt ſuſcipere magis & minus, prout. ſ. minus vel perfectius illuſtratur a lumine gratiæ vnus q̃ alius. Cuius diuerſitatis ratio eſt ex aliqua parte præparantis ſe ad gratiam. Qui. n. ſe magis ad gratiam præparat pleniorem gratiam recipit. Sed ex hac parte non poteſt accipi prima ratio diuerſitatis huius, quia præparatio non eſt hominis niſi inquantum liberũ arbitrium eius præparatur a Deo. Vnde prima cauſa huius diuerſitatis eſt ex parte Dei quia diuerſimode ſuæ gratiæ dona diſpenſat ad hoc q̃ ex diuerſis gradibus gratiæ pulchritudo ecclefiæ conſurgat & perfectio. Sicut etiam & diuerſos gradus rerum inſtituit vt eſſet perfectum vniuerſum. Vnde Apoſtolus ad Eph. 4. Enumeratis pluribus gratiis ſubdit ad conſummationem ſanctorum in ædificationem corporis Chriſti. Quod autem dicitur Sap. 6. Aequaliter ipſi eſt cura de omnibus, non intelligitur q̃ det dona gratiæ ęqualiter, ſicut nec naturæ gradus, ſed quia vnico actu & ſimplici maiora & minora diſpenſat Cypria. de conſec. diſt. 4. ſicut ait. Plane eadem gratia ſpiritualis quæ a baptiſmo æqualiter a credentibus ſumitur, in conuerſatione atque actu noſtro poſtmodum vel minuitur vel augetur, vt in euangelio Dominico. Cum ſemen æqualiter ſeminatur, ſed pro varietate terræ aliud abſumitur. i. deperditur, aliud in multiformẽ copiã, vel 30. vel 40. vel centeſimum fructum exuberat cumulatũ. Hæc ille. Sed quòd dicit æqualiter dari gratia intelligitur in paruulus verum ſecundum communem legem. Secus per priuilegium, vt Nicolao & aliis. In adultis aũt quoad facientes æqualem præparationem. Et quod gratiã dicit minui intelligitur quoad feruorem. Nã quoad habitum nõ minuitur per mortale, ſed corrumpitur.

§. 4. ¶ Quantum ad quintum. ſ. q̃ non ſciri poſſit certitudinaliter ſi homo habet gratiam, proba

Nemo ſcit certitudinaliter ſe hꝛe gratiam.

tur per hoc quod ſcribitur Eccleſiaſti. 9. Nemo ſcit an odio vel amore ſit dignus, ſed gratia Dei eſt, quæ facit hominem dignum amore Dei ergo &c. Pro huius declaratione ſciendum quòd tripliciter poteſt aliquid cognoſci. Vno modo per reuelationes, & hoc modo poteſt quis ſcire ſe habere gratiam. Reuelauit hoc Deus aliquando ex ſpeciali priuilegio aliquibus vt ſecuritatis gaudium in hac vita in eis incipiat & confidentius & fortius magnifica opera proſequantur, & mala vitæ præſentis ſuſtineant. Sicut Paulo dictum eſt 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea, & Abrahæ fuit dictũ. Nunc cognoui q̃ timeas Deum Gene. 22. i. cognoſcere te feci. Et loquitur de timore caſto q̃ non eſt ſine gratia. Secundo modo poteſt aliquid per ſeipſum & certitudinaliter cognoſci, & ſic nullus poteſt ſcire ſe habere gratiam. Et ratio eſt, quia certitudo non poteſt haberi de aliquo niſi poſſit diiudicari per proprium principium. Sic enim certitudo habetur de cõcluſionibus demonſtratiuis per indemonſtrabilia vniuerſalia principia. Nullus autem põt ſcire ſe habere ſcientiam alicuius concluſionis ſi principium ignoret. Principiũ autem gratię & obiectum eius eſt ipſe Deus, qui ꝑpter ſui excellentium eſt nobis ignotus, ſecundum illud Iob 9. Si venerit ad me non videbo eum, ſi autem abierit non intelligam. Et ideo homo non põt p certitudinem diiudicare ſi habet gratiã, ſecundũ illud. 1. Cor. 4. Sed neque meipſum iudico, qui aũt me iudicat dominus eſt. Tertio modo cognoſcitur aliquid coniecturaliter & per aliqua ſigna, & hoc modo põt aliqs cognoſcere ſe habere gratiam inquantũ ſ. percipit ſe delectari & contẽnere res mundanas, & inquãtum non eſt conſcius alicuius peccati mortalis ſcdm quem modũ põt intelligi illud Apoc. 3. Vincenti dabo manna abſcõditum, quod nemo nouit niſi qui accipit, quia ille qui accipit, per quandam experientiam dulcedinis nouit quam non experitur qui nõ accipit. Iſta tamẽ cognitio imperfecta eſt, vnde & Apoſtolus 1. Corin. 4. poſtq̃ dixit. Nihil mihi conſcius ſum ſubdit. Sed non in hoc iuſtificatus ſum, quia vt dicitur in Pſ. 18. Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me domine, hęc bea. Tho. Item quia actus virtutum infuſarum quę procedunt a gratia ſunt omnino ſimiles actibus procedentibus a virtutibus acquiſitis, iõ q̃uis videat quis ſe facere opera iuſtitiæ, miſericordiæ charitatis, penitentiæ, non poteſt ſcire per certitudinem ſi tales actus procedunt a virtutibus infuſis vel acquiſitis. Vnde nec ex hoc q̃ habeat gratiam cognoſcere poteſt.

¶ *De neceſſitate gratiæ.* *Cap.* 5.

GRatia Dei adeo eſt homini neceſſaria q̃ ſine ea non poteſt Dei præcepta ſeruare, nec vitam æternã mereri, nec reſurgere a pec-

cato, nec abstinere a peccato. Sed nec potest per se prꝑparare se ad gratiã. Nec postꝙ eam consecutus est, potest bonũ facere & vitare peccatum sine auxilio gratiæ, nec perseuerare. Pot tñ sine gratia cognoscere veritatem multarũ rerum, & facere aliqua bona naturalia, & diligere Deũ super oĩa. ¶ Quantum ergo ad primum. s. ꝙ sine gratia gratum faciente non potest homo oĩa Dei præcepta implere. Probatur per B. Aug. qui dicit. Credere scilicet ꝙ possit quis mandata Dei sine gratia implere pertinet ad hæresim Pelagianorum. Vnde de consecra. distin. 4. dicitur. Placuit vt quicunque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt qđ iubemur per liberum facere arbitrium facilius possumus implere per gratiam tanquam etsi gratia non daretur non quidem facile, sed tamen possumus & sine illa implere mandata diuina, anathema sit. ¶ Pro cuius declaratione dicit B. Tho. 1.2. q. 109. art. 4. ꝙ implere mandata legis contingit dupliciter. Vno modo quantum ad substantiam operis, vt scilicet homo operetur iusta, fortia, & alia virtutum opera. Et hoc modo in statu naturæ integræ potuit omnia mãdata legis implere. Alioquin non potuisset in statu illo non peccare, cũ non fit aliud peccatum quã transgredi legem Dei. Sed in statu naturæ corruptæ non potest implere oĩa mandata sine gratia sanante. Quod autem ait Apost. ad Ro. 2. Gentes quæ legem non habent cum naturaliter quæ legis sunt implent, ipsi sunt sibi lex. Intelligendum est ſm B. Aug. Gentes legem implere per naturã ad viam scilicet & reformatam gratia. Alio modo possunt impleri mandata legis non solum quantum ad substantiam operis, sed etiã quantum ad modum agendi vt scilicet ex charitate faciant. Et sic nec in statu naturę integrę, nec in statu naturæ corruptę potest homo implere absq; gratia mandata Dei. Vnde B. Aug. in lib. de correptione & gratia, cum dixisset ꝙ sine gratia, prorsus bonum homines faciunt, subdit, non solum vt ministrante ipsa quod faciendum est sciant, verum etiam vt præstante ipsa faciant cum dilectione quod sciunt. Indigent insuper in vtroque statu auxilio Dei mouentis ad mandata implenda. Nec est contra quod B. Hierony. dicit. Maledictus oĩs qui dicit Deum aliquid impossibile præcepisse. Sed impossibile videtur quod per se homo facere non potest, vt mandata seruare. Nam id quod possumus cum auxilio diuino non est nobis omnino impossibile, ſm illud philosophi in 3. Ethico. Quod per amicos possumus, aliqualiter per nos possumus. Vnde & beatus Hierony. ibi subdit. Sic fatemur liberum esse arbitrium nostrum, vt dicamus semper nos diuino auxilio indigere

Sine gra non põt qs implere p̃cepta.

¶ Quantum ad ſm punctum. s. ꝙ sine gra non possumus vitam æternam mereri, dicit Apost. ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Quod ideo dr ſm glo. ibi. vt intelligamus Deum ad vitam æternam pro sua miseratione perducere. Sic ergo exponitur, vita æterna nobis datur gratia Dei. i. suo munere. Ratio huius est secundũ Tho. 1.2. q. 109. arti. 5. quia actus perducentes ad finẽ oportet fini esse proportionatos. Nullus autem actus excedit proportionem principii actus sui. Et ideo videmus in naturalibus ꝙ nulla res perficere potest effectum per suã operationem qui excedat virtutem actiuam, sed solum potest producere per operationẽ suam effectum suæ virtuti proportionatum. Vita aũt æterna est excedens proportionẽ humanæ naturæ. Et ideo homo per sua naturalia non põt producere opera meritoria proportionata vitę æternæ, sed ad hoc exigitur altior virtus quæ est virtus gratiæ. Et ideo homo sine ea nõ potest mereri vitam æternam, sed potest facere opera perducentia ad aliquod bonum connaturale homini, sicut laborare in agro, comedere, bibere, habere amicum, & hmõi vt dicit B. Aug. Quod autem dominus dicit. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, intelligendum est, voluntate sua facere opera meritoria, ita tamen ꝙ ipsa voluntas prius prꝑaretur ad hoc per gratiam, vt dicit Bea. August. Item si obiiciatur quod vita ęterna est vltimus finis hominis, sed quælibet res naturalis per sua naturalia potest consequi finem suum ergo multo magis homo qut habet altiora naturalia debet per se posse consequi finem suum scilicet vitam æternam. Respondeo ꝙ hoc est verum de fine connaturali rei. Sed natura humana ex hoc ꝙ est nobilior potest ad altiorem finem produci quam naturalem sibi cuius est vita æterna. Sed indiget altiori auxilio quam virtus naturalis sua sit scilicet auxilio gratiæ. §. 1. Nec meri vitã ęternã.

¶ Quantum ad tertium scilicet quòd non potest quis rufurgere a peccato sine auxilio gratiæ probatur sic per beatum Thom. 1.2. quæstio. 109. articu. 7. Peccatum transit actu, sed remanet reatu, & ideo non est idem resurgere a peccato quod cessare ab actu peccati, sed resurgere a peccato est reparari hominem ab his quæ peccando amiserat. Incurrit aũt homo triplex detrimẽtum peccando. s. maculam corruptionem naturalis boni, & reatum penę. Maculam quidem inquantum priuatur quis §. 2. Nec resurgere a pctõ.

decore

decore gratiæ ex deformitate peccati. Bonum autem naturæ corrumpitur inquantum natus ra hominis deordinatur voluntate hominie non subiecta deo, hoc. n. ordine sublato constr quens est vt tota natura hominis peccātis ino dinata remaneat. Reatus pæne est, quia peccā do mortaliter meretur damnationem ęternā. Manifestum est autem q̄ de singulis horū triū non repararetur nisi per deum. Cum. n. decor-gratię proueniat ex illustratione diuini luminis, non potest talis decor in anima reparari nisi deo denuo illustrāte. Vnde requiritur habituale donum quod est gratiæ lumen. Similiter ordo naturę reparari non potest vt scilicet voluntas hominis subiiciatur deo, nisi Deo voluntatem hominis ad se trahente. Similiter & reatus pœna æternæ remitti non potest nisi a deo in quem est offensa commissa, & qui est hominum iudex. Et ideo requiritur auxilium gratię, & quantum ad habituale donum, & quantum ad interiorem Dei motionem. Q̄d aūt dicitur. Eph. 5. Exurge a mortuis & illumi nabit te Christus, non sic est intelligēdū q̄ to a exurrectio a peccato prędat illuminationem gratiæ, sed quia cum homo per liberum arbitrium a Deo motū surgere conatur a peccato recipit lumen gratiæ iustificantis.

§. 3. Nec abstineri a peccato non potest sine gra.

¶ Quātum ad quartum. s. q̄ sine gratia nō potest homo a peccato abstinere, hoc sic declarat beat. Tho. 1. 2. q. 109. art. 8. De homine possumus loqui dupliciter. Aut ſm statum naturæ integræ, aut ſm statum naturæ corruptæ. Et ſm statum naturæ integræ poterat homo sine dono gratiæ habituali non peccare nec mortaliter nec venialiter, quia peccare non est aliud q̄ recedere ab eo, quod est ſm naturam, quod vitare homo poterat in statu naturę integræ, non tamen hoc poterat sine auxilio Dei in bono conseruantis quo subtracto ipsa etiam natura in nihilum decideret. Sed in statu naturæ corruptæ indiget hō gratia habituali natura sanante ad hoc q̄ omnino a peccato abstineat. Hæc sanatio primo fit in præsenti vita ſm mentem appetitu carnali nondum totaliter reparato. Vñ Apls in persona hominis reparati dicit Ro. 7. Ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. In quo quidem statu potest homo abstinere a peccato mortali q̄d est in ratione. Non autem potest abstinere ab omni peccato veniali propter corruptionem inferioris appetitus sensualitatis. Cuius motus singulos ratio reprimere potest & ex hoc habent rationem peccati & voluntarii. Non autem omnes, quia dum vni resistere nititur, fortassis alius insurgit. Et quia ratio non potest semper peruigil esse ad huiusmodi motus vitandos. Sic igitur antequam ratio hominis, in qua est peccatum mortale repararetur per gratiam iustificantem, potest singula peccata mortalia vitare, & secūdum aliquod tempus, quia non est necesse q̄ cōtinuo peccet in actu, sed q̄ diu maneat absq; peccato mortali esse non potest. Vt enim dicit Greg. super Ezech. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Et huius ratio est quia sicut rationi subditur inferior appetitus, ita etiam ratio debet subdi Deo, & in ipso constituere finem suę voluntatis. Per finem autem oportet q̄ regulentur omnes actus humani sicut per rationis iudicium regulari debent motus inferioris appetitus. Sicut igitur inferiori appetitu non totaliter subiecto rationi non potest esse quin insurgant inordinati motus in appetitu sensitiuo, ita i ratione hominis Deo non subiecta, consequens est q̄d insurgant multæ inordinationes in ipsis actibus rationis. Cum enim homo non habet cor suum firmatum in deo, vt pro nullo bono consequendo vel malo vitando ab eo separari velit occurrunt mala propter quę sequenda & vitando hō recedit a deo præcepta eius contemnendo, & ita peccat mortaliter quia in repentinis hō operatur ſm finem præconceptum & habitum prędistentem, vt philosophus dicit in 3. ethic. quamuis ex præmeditatione rōnis hō possit aliquid agere præter ordinem finis præcōcepti, & præter inclinationem habitus. Sed quia hō non pōt semper esse in tali præmeditatione non pōt contingere vt diu permaneat quin operetur ſm consequentiam voluntatis deotdinatæ a deo, nisi cito per gratiam repararetur. Nec est contra quod dicit beatus Aug. s. q̄ nemo peccat in eo quod vitare non potest. Sed non potest sine gratia peccatum vitare, ergo &c. q̄a potest homo vitare singulos actus peccatorum, sed non omnes nisi per gratiam. Et tamen quia ex eius defectu est q̄ non sit præparatus ad gratiam habendam, per hoc non excusatur a peccato, quia sine gratia peccatum vitare non possit.

§. 4. Nec se pparare ad gratiam.

¶ Quantum ad quintum scilicet q̄ homo nō potest se præparare ad gratiam per seipsum, ostenditur per illud quod dicitur. Ioan. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eum. Hoc autem sic declarat b. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 6. Duplex est præparatio voluntatis humanę ad bonum. Vna quæ prędisponit ad bonum operandum meritorium & fruendum deo. Et talis præparatio voluntatis non pōt esse sine habituali dono gratiæ, q̄d sit principium

cipium boni operis meritorii. Alio modo pōt intelligi ꝓparatio voluntatis humanę ad consequendum ipsum donum habitualis gr̄ę. Ad hoc aūt ꝙ se ꝓparet voluntas ad susceptionē huius doni habitualis gr̄æ, non opertet ꝓsupponere aliquod alind donū habituale in aia, ꝙa sic procederet in infinitū, sed oportet præsupponere aliqđ auxiliū dei gratuitū mouētis interius aīam seu inspirantis bonū propositū. His igit duobus modis indigemus diuino auxilio ad bene operandum. Quod aūt indigeamus auxilio dei mouentis aīam, ostenditur ex hoc ꝙ cum deus sit primū mouēs simpliciter, ex eius motione est ꝙ oīa in ipsam conuertantur ſm cōem intentionē boni ꝙam intēdit vnūquodq; assimilari deo ſm modū suū. Vnde Diony. dicit in li de di. no. ꝙ deus cōuertit oīa ad seipsum. Sed hoīes iustos conuertit ad seipsum sicut in spāłem finem quem intendūt & cui cupiunt adherere vt bono ꝓprio, ſm illud ps. 72. Mihi aūt adherere deo bonum est. Et ideo ꝙ hō connertat ad deum, hoc non pōt esse nisi deo conuertente, ipsum ad se, hoc aūt est ꝓparare se ad gr̄am quasi ad deū conuerti. Sicut ille q̄ hēt oculū auersum a lumine solis, ꝓ hoc se præparat ad recipiendum lumen solis ꝙ oculos suos conuertit uersus solē, vñ patet ꝙ non pōt se ꝓparare ad lumen gr̄ę recipiendū nisi ꝓ auxiliū gr̄æ interius mouentis. Nec est cōtra qđ dr̄ Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos. Conuerti non est aliud q̄ se ad gr̄am ꝓparare. Vnde vr̄ ꝙ ꝓ se pōt ꝓparare, se, alias quo imperaret ꝙ non esset in eius ptāte. Nā conuersio hominis ad deum fit per liberū arbitrium. Et ſm hoc hoī præcipitur ꝙ se ad deum conuertat. Sed liberum arbitrium ad deum conuertit non pōt nisi deo ad ipsum conuertente illum, ſcd̄m illud. Hiere. 31. Conuerte me dn̄e & cōuertar, ꝙa tu es dn̄s deus meꝰ. Vnde cum dr̄ hō facere quod in se est in præparando se ad gratiam dicitur hoc esse in potestate hominis ſcd̄m quod est motus a Deo.

Quid sit cōuerti ad deū.

§. 5. Existēs in gratia adhuc indiget auxilio gratiæ.

¶ Quātum ad sextū. ſ. ꝙ consecutus iam gr̄am habituale donum adhuc indiget auxilio gr̄æ prout importat motionem interiorem dei ad bonum. Quod sic declarat beatus Tho. 1-2. q. 109. art 9. Homo ad recte viuendum indiget dupl̄r auxilio Dei. Vno mō quātum ad donū habituale ꝓ qđ sanatur natura humana corrupta ꝓ peccatum & sanata eleuatur ad faciendū opera vitæ ętnæ meritoria q̄ excedunt proportionem naturæ humanæ. Alio mō indiget auxilio gr̄æ vt moueatur ad agendum. Quātū igitur ad primū auxiliū hō in gr̄a existēs non indiget alio auxilio. ſ. gratiæ habitualis quasi alio habitu infuso. Sed quantum ad ſcd̄m auxilium, vt. ſ. moueatur a deo ad recte agendum, sic iam habens habituale donum gratię adhuc indiget tali auxilio. Et hoc propter duo. Primo ratione generali ꝓp hoc ꝙa nulla res creata potest in quemcunq; actum prodire nisi virtute motionis diuinę. Secūdo ratione ſpeciali ꝓp conditionem humanę naturę corruptæ, q̄ licet per gratiam sanetur quantum ad mentē, remanet tn̄ in ea corruptio & impfectio quantū ad carnem, per quam seruit legi peccati, vt dr̄ ad Rom. 7. Remanet ēt quędam ignorātię obscuritas ī intellectu ſcd̄m quā dr̄ ad Rom. 8. Quid oremus sicut oportet nescimus, ꝓpter varios. n. rerum euentus. Et quia ēt nos ipsos non pfecte cognoscimus, nō possumus ad plenū scire quid nobis expediat. Et ideo necesse est nobis vt a deo dirigamur & protegamur ꝙ omnia nouit, & omnia potest. Et propter hoc ēt renatis in filios Dei ꝓ gratiam conuenit dicere. Et ne nos inducas in tentationem. Et fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, &c. q̄ continent in oratione dn̄ica ad hoc pertinentia. Nec ex hoc ꝙ post gratiam habituale donum acceptum indigeamus auxilio dei nos mouentis ad bonū, pōt concludi ꝙ tale habituale donū sit in vacuum, vel imperfecta, gratia, quia etiam in statu glorię qn̄ erit gratia consummata, homo diuino auxilio indigebit, & quantum ad hoc ēt imperfecta gratia hoc ostendit in quantum hominem non totaliter sanat.

§. 6. ¶ Quantum ad septimum. ſ. ꝙ in gratia constitutus indiget auxilio gratię, non quidē prout est donum habituale ipsa gratia, sed prout est auxiliū Dei ꝓtegens hoīem. Quod beat. Tho. declarat sic 1.2.q.109.art.10. Perseuerātia tripl̄r dr̄. Vno mō prout significat habitū mentis ꝓ quem hō firmiter stat ne moueat ab eo, qđ est ſcd̄m veritatē ꝓ tristitias irruētes. Secūdo mō pōt dici ꝓseuerātia habitus q dā ſcd̄m quē hō hēt propositum perseuerandi in bono vsq; in finem. Et vtroq; istorū modorū semper ꝓseuerantia simul cum gratia infunditur, sicut & cęteræ virtutes. Tertio modo dicit perseuerātia quædam bonitatis vsq; ad finem vitę. Et ad talem ꝓseuerantiā habendam hō in gratia constitutus non indiget aliqua habituali gr̄a, sed diuino auxilio ipsum ꝓtegente & dirigēte cōtra tentationum impulsus. Et ideo postq̄ aliquis est iustificatus ꝓ gr̄am necesse hēt petere ꝓdictę perseuerantię donum, vt. ſ. custodiat a malo vsq; ad finē vitę. Multis. n. datur gratia quibus non datur perseuerare in gratia.

§. 7. ¶ Quantum ad octauum scilicet ꝙ sine habituali dono gratię possumus multa intelligere, ſcd

Sine grā nō posſumus multa intelligere.

ſed non ſine auxilio dei mouētis intellectum. Quod ſic declarat b.Tho.1.2.q.109.ar.1. Sicut omnes motus corporales reducuntur in motū cœleſtis corporis ſicut in primū mouēs corporale, ita oēs motus tā corporales q̄ ſpūales reducuntur in primū mouēs ſimpliciter qđ eſt deus. Et ideo quantumcūq; aliqua natura corporalis vel ſpūalis ponat perfecta, non pōt in ſuū actū ꝓcedere, niſi moueatur a Deo quę qđē motio eſt ſcđm ſuę ꝓuidētię rōnem, nō ſm neceſſitatē naturæ, ſicut motio corporis cœleſtis. Nō ſolū aūt a deo eſt oīs motio ſicut a primo mouēte, ſed ab ipſo ēt eſt oīs formalis perfectio ſicut a primo actu. ¶ Sic igit actio intellectus & cuiuſcūq; entis creati depēdet a Deo dupliciter. Vno mō inquantū habet formā per q̄ agit. Alio modo inquantū ab ipſo mouetur ad agendū. Vnaquęq; aūt forma indita rebus creatis a Deo habet efficaciā reſpectu cuiuſdā effectus determinati ī quē pōt ſcđm ſuā ꝓpriatē. Vltra aūt non pōt niſi per aliq̄ aliam formā ſupadditam. Sicut aqua nō pōt calefacere niſi calefacta ab igne. Sic igitur intellectus humanus habet aliq̄ formā. ſ. ipſum intelligibile lumen qđ eſt de ſe ſufficiēs ad quędā intelligibilia cognoſcēda, ad ea. ſ. in quorū noticiam per ſenſibilia poſſumus deuenire. Altiora vero intelligibilia intellectus humanus cognoſcere non pōt, niſi fortiori lumine gratię, vel ꝓphetię qđ dr lumē gratiæ inquantū eſt natura ſupadditum. Sic ergo dicēdum eſt ꝙ ad cognitionem cuiuſlibet veri indiget hō auxilio diuino, vt, ſ. intellectus a Deo moueat ad ſuū actum. Non aūt indiget ad cognoſcēdum veritatē in oibus noua illuſtratione ſupaddita naturali illuſtrationi, ſed in quibuſdā quę excedunt naturalē cognitionē, & tñ qñq; deus per ſuam grām miraculoſe inſtruit aliquos de his quę per naturalē cognitionē haberi poſſunt, ſicut & qñq, facit miraculoſe quidā quæ natura facere nō pōt. Cum aūt dicitur ꝙ omne verū a quocūq, dicat eſt a ſpiritu ſācto ſcđm Amb. Intelligendū ē hoc ſecūdū b.Tho. ꝙ eſt a ſpiritu ſācto ſicut infundēte naturale lumē, & mouente ad intelligendū & loquendū veritatem non aūt ſicut inhabitante per gratiam gratum facientem, vel ſicut largiente habituale donū habere, ſuperadditum naturali lumini.

§.8. ¶ Demū quantum ad volendum vel faciendū bonum aliter indiget homo gratia in ſtatu naturæ corruptæ. Aliter indiget in ſtatu naturę integræ. Nam in ſtatu naturæ integrę indiget homo virtute gratuita ſuperaddita virtuti naturę quantum ad vnum, ſ. ad operandum & volendum bonum ſuper naturale. Sed in ſtatu naturę corruptæ quantum ad duo. ſ. vt ſane tur, & vlterius vt bonum virtutis operet meritoriū. In vtroq; autem ſtatu indiget homo auxilio diuino vt a deo moueatur ad volendum & agendum ſicut a primo mouente. Et ſicut vtroq; modo poteſt intelligi illud ad Romanos. 9. Non eſt volentis neq; currentis, ſed dei miſerentis. Velle enim & operari meritorie eſt a Deo mediante gratia ſua gratum faciente. Velle autem & operari ea quę ſunt naturę vel artis, vt ędificare, plantare, intelligere, & huiuſmodi, etiam in peccatoribus eſt a Deo vt primo motore omnium ad agendum.

¶ *De effectu gratiæ operantis quæ eſt iuſtificatio impij. Cap. 6.*

IVſtificatio impij quæ eſt effectus gratiæ operantis dicitur a iuſtitia. Iuſtitia autē dicitur tripliciter ſm Tho. 1.q. 113.ar.1. Vno modo prout importat rectitudinem ordinantem actum hominis in compatatione ad alium ſingularem hominem. Et ſic eſt iuſtitia particularis & virtus cardinalis. Secundo modo prout ordinat ſcđm rectitudinē actu hominis in cōparatione ad bonū cōmune multitudinis, quæ dicitur inſtitia legalis. Tertio modo dicitur iuſtitia ſcđm ꝙ importat rectitudinē quādā hominis in diſpoſitione interioris hominis ꝓut ſcilicet ſupræmū hominis ſubiicitur deo, & inferiores vires animæ ſubduntur ſupremę. i. rationi. Et hanc iuſtitiā philoſophus. 5. Ethico. appellat metaphoricam. Ab hac igitur iuſtitia tertio modo ſumpta ſumitur iuſtificatio paſſiue accepta. ſ. pro fieri iuſtum, non pro facere iuſtum. Et hoc etiam nō per modum ſimplicis generationis, quia ſic etiam poſſet cōpetere ei qui non eſſet in peccato, dum iuſtitiam acciperet a deo, ſicut Adam in principio accepit iuſtitiam originalis peccati, cum adhuc non haberet peccatum, ſed potuit peccare. Huiuſmodi iuſtificatio in homine includit rationē motus de cōtrario in contrariū. Et ſic iuſtificatio importat quandā tranſmutationē de iuſtitiæ ſtatu ad ſtatum iuſtitiæ prędictę. Et de iſta iuſtificatione hic agitur. De qua ad Romanos. 4. Et autem qui nō operatur credēti aūt in deū qui iuſtificat impium. Et ad Roma. 8. Quos vocauit hos & iuſtificauit. ¶ In hac. n. iuſtificatione impii concurrunt quatuor per ordinem, ſi mul quidem tēpore, etſi naturaliter ſeu ordine nature vnum ꝓcedat aliud videlicet. Gratię infuſio. Motus liberi arbitrii per fidem formatā in Deum. Tertium eſt motus liberi arbitrii in peccati deteſtatione. Quantum eſt remiſſio

Quatuor cōcurrūt ad iuſtificationem impii.

missio culpæ. Quæ secundum Pet. de Tarantasia in quarto notatur in ver. illo, etsi nō dicto ordine. Cōmouisti terrā tuā. s. tu dne, terrā. i. peccatorē deditū terrenis. Et hoc mouēdo libe rū arbitriū suū totum in te, vt s. in te credat & te super oīa amet, ideo cōmouisti dne. i. totum mouisti. Et si oīs motus est a primo mouente Deo, modo speciali est hic motus ab eo, ad se eū cōuertēdo q̄ prius erat auersus, vnde Aug. ait. Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te, vt. s. dirigente ad Deū. ¶ Scdo dicit, Conturbasti eam. s. per motū sui arbitrii in detestationem peccati, de qua cōturbatione in alio Ps. 6. dicit pœnitens ipse. Aīa mea turbata est valde. Conturbasti ait. i. totam simul turbasti dolore compunctionis. Oportet enim pœnitentem ait bea. Aug de pœ. di. 6. de omni peccato dolere si mul alias non esset penitens, si voluntarie permaneret in aliquo non iustificaretur. ¶ Tertiū est peccati remissio qd̄ ibi notatur. Sana contriciones eius. Aīa enim est cōtrita in malam partē. i. quasi tota destructa, fracta minutatim in diuersas affectiones per peccatum. Quando qs habet magnā febrem, vt aliam infirmitatem, totum corpus videtur tritum & fractū. Et sic p peccatū aīa grauiter infirmata mirabiliter debilitata est & quasi fracta inepta ad quodcunque bonū. Sed cū peccatū remittitur, sanatur Ps. 102. Qui sanat oēs infirmitates tuas, & modū præmittit. Qui propitiatur oībus iniquitatibus tuis. ¶ Quartū est gratiæ infusio vñ ista omnia ꝓcedunt, quod notat cum dicit. Quia cōmota est. s. a te per illuminationē gratię. Vñ in figurā. Cū intrauit Iesus Hierosolimā cōmota est vniuersa ciuitas dicēs. Quis est hic? Matthei. 21. Intrat dns Iesus in ciuitatem animæ per gratiā, & oēs sensus & affectiones tunc mouentur per admirationem. Rationem aūt qua re ista quatuor ponūtur in iustificatione impii assignat b. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 6. dicēs. Iustificatio est quidā motus quo aīa mouet a Deo a statu culpę ad statum iustitiæ. In quolibet ät motu quo aliquid ab altero mouetur, tria requruntur. Primum est motus ipsius mouentis. Secundo motus mobilis. Tertio consummatio motus siue peruētio ad finem. Ex parte igitur motionis diuinę accipit gratię infusio. Ex parte liberi arbitrii moti accipiuntur duo motus ipsius scd̄m recessum a termino a quo & accessum ad terminū ad quē. Consummatio autem siue peruentio ad terminū huius motus importatur in remissione culpæ. In hoc enim iustificatio consummatur, secundū illud Esa. 27. Hic est omnis fructus vt auferatur peccatum.

¶ Quod requiratur primum ad iustificationē impii, patet per id qđ scribit a Roma. 3. c. Iustificati gratis per grām ipsius. Hoc autē sic declarat be. Tho. 1. 2. q. 113. Homo peccando deū offendit. Offensa aūt non remittit alicui nisi ꝑ pter hoc q̄ aīus offensi pacatur offendenti: Et ideo peccatū scd̄m hoc remitti dr̄, q̄ deus nobis pacatur. Quæ quidē pax cōsistit in dilectione qua deus nos diligit. Dilectio aūt dei quantū est ex parte actus diuini est æterna & immutabilis, sed quātum ad effectū quem in nobis imprimit, qñq; interrumpitur, prout. s. ab ipso quandoq, deficimus, & qñq, iterū recupamus. Effectus autem diuinę dilectionis in nobis qui per peccatum tollit est gra qua homo fit dignus vita æterna, a qua peccatum mortale excludit. Et ideo non potest intelligi remissio culpę, nisi adesset gratię infusio. Et q̄uis cōtingat aliquādo apud hoīes q̄ vnus homo aliquē nec diligit nec odit, tamen sit eū offendat q̄ ei dimittat offensam, hoc nō pōt cōtingere nisi ex speciali beniuolentia. Beniuolentia aūt dei ad hoīem reparari dicit per donū gratiæ. Et ideo licet anteq̄ homo peccet possit esse sine culpa & sine gratia vt in statu innocētię, tū post peccatum non pōt esse sine culpa nisi ꝑ grām habeat. Item q̄ deus non imputet alicui peccatum scd̄m illud. Ps. 31. Beatus vir cui nō imputauit dns peccatum, importat quædam gratiæ effectum in ipso cui peccatum non imputatur: Quod enim alicui non imputetur peccatum a Deo ex sua dilectione procedit.

Gra in fusio ad iustificationem impij requiritur

¶ Quod requirat ad iustificationē impii motus liberi arbitrii in deum qui est per fidē formatā, patet per illud quod dicit Christus Ioā. 6. Omnis qui audit a patre & didicit, venit ad me. Sed addiscere non est sine motu liberi arbitrii. Nam discens consentit docenti. Et q̄ ille sit motus fidei ostēdit Apostolus ad Roma. 6. di. Iustificati ex fide pacē habeamus ad deū. Primum sic declarat beatus. Tho. vbi supra arti. 3. Iustificatio impii fit a deo mouente hominem ad iustitiam. Deus autem mouet omnia ſm modum suum. i. vniuscuiusque rei. Sicut videmus in naturalibus q̄ aliter mouētur ab eo leuia, aliter grauia, propter diuersam naturam vtriusque. Vnde & homines mouet ad iustitiam ſm conditionem humanæ naturæ. Homo autem habet ſm propriam naturam q̄ sit liberi arbitrii. Et ideo in eo qui habet vsum liberi arbitrii non fit motio a deo ad iust'tiam absq; motu liberi arbitrii. Sed ita infundit donum gratiæ iustificantis quod etiam simul cum hoc mouet liberum arbitrium ad donū gratiæ acceptandum in his quæ sunt motionis huius capaces. Vnde qđ pueri in baptismo iusti §. 2. Motus liberi arbitrii ēt requirit ad iustificationē impij.

mo iuſtificentur ſine motu liberi arbitrii, hoc eſt quia nondum ſunt capaces huius motus. Et ideo mouentur a Deo ad iuſtitiam per ſolam informationem animæ ipſorum, qđ non fit abſq; ſacramento Baptiſmi. Et apte vt ſicut peccatū originale a quo iuſtificantur non propria voluntate ad eos peruenit ad carnalē originem, ita etiam per ſpiritualem regenerationem a Chriſto in eos gratia deriuatur. Et ꝙ Salomon dormiendo, vnde & ſine motu liberi arbitrii conſecutus ſit donum ſapientiæ, vt patet 3. Reg. 3. Dicendum ꝙ non meruit nec accepit tunc ſapientiam, ſed in ſomno declaratū eſt ei ꝙ pp præcedens deſiderium daretur ei ſapientia. Eſt autem iſte motus liberi arbitrii in Deum qui reperitur in iuſtificatione motus per fidem. Et ratio eſt ſm B. Th. vbi ſupra art. 4. quia Deus mouet animam hominis in iuſtificatione conuertendo eam ad ſeipſum. Vnde dr̄ in pſal. 84. ſecundum aliam litteram. Deus tu conuerſus viuificabis nos. Sed prima conuerſio mentis in Deum fit per fidem, ſecūdum illud ad Hæb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt. Et ideo motus fidei requiritur ad iuſtificationem. Requiritur aūt actus fidei in iuſtificatione quātum ad hoc ꝙ homo credat Deum eſſe iuſtificatorem hominū per myſterium Chriſti, ſm ad Rom. 4. Credenti ei qui iuſtificat impium, imputabitur ei ad iuſtitiam. Et quia motus fidei non eſt perfectus niſi ſit charitate informatus, ideo in iuſtificatione impii cum motu fidei eſt ēt motus charitatis. Mouetur autem liberum arbitrium in Deum ad hoc ꝙ ſe ei ſubiiciat. Vnde ēt concurrit ſimul & actus timoris filialis, & actus humilitatis. Contingit. n. vnum & eundem actū liberi arbitrii diuerſarum virtutum eſſe, ſecundum ꝙ vna imperat & alia imperatur, prout actus eſt ordinabilis ad diuerſos fines.

Motus fidei requiritur ad iuſtificationem.

§. 3. ¶ Requiritur & tertium in iuſtificatione. ſ. motus liberi arbitrii in peccatum deteſtandum. Iuxta illud pſal. 31. Dixi confitebor a diuerſum me iniuſtitiam meam dño, & tu remiſiſti impietatem peccati. Vnde etiam B. Aug. Nemo poſtq̄ fuerit ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus poteſt nouam inchoare vitam, niſi eū pœniteat veteris vitæ, de pœn. diſt. 1. tres ſunt. Et hoc ſic declarat B. Tho. vbi ſupra, art. 5. Iuſtificatio impij eſt quidam motus quo mouet humana mens a Deo a ſtatu peccati in ſtatum iuſtitiæ. Sicut aūt ſe habet corpus aliquod motū localiter ab aliquo mouēte ad duos terminos, ſcilicet a quo & ad quem, ita ſe debet habere anima in motu iuſtificationis per liberum arbitrium. Sed in motu locali corporum manifeſtum eſt ꝙ ita ſe habet corpus motum ꝙ recedit a termino a quo, & accedit ad terminum ad quem, ita & mens humana cum iuſtificatur oportet ꝙ per motum liberi arbitrii recedat a peccato, & accedat ad iuſtitiam. Receſſus autē in motu liberi arbitrii intelligitur per deteſtationem, ſicut acceſſus intelligitur per deſiderium. Sic ergo oportet in iuſtificatione impii ꝙ ſit duplex liberi arbitrii motus. Vnus quo tendat in Dei iuſtitiā quaſi terminum ad quē. Alius quo tendat in deteſtationem peccati, vt terminum a quo recedit. ¶ Et ſi arguitur in cōtrarium ſic. Si in iuſtificatione requirit motus liberi arbitrii ad deteſtationem peccati cum oporteat ſingula deteſtari, tunc requiritur magnum tempus ad recogitandum ſingula, cum tamen iuſtificatio fiat in inſtanti vt dicetur. Reſpondet B. Tho. ꝙ in tpe præcedente iuſtificationem, oportet ꝙ homo ſingula peccata quæ commiſit deteſtetur, quorum memoriam habet. Et ex tali conſideratione præcedenti ſequuntur in aīa quidam motus deteſtātes vniuerſaliter oīa peccata commiſſa, inter quæ ēt includuntur obliuioni tradita. Et quia vt dr̄ de pœn. diſt. 7. Apud nullas patitur moras ueniæ conuerſio, cum ſubito quis conteritur & iuſtificatur. Debet tñ ſuperuiuens ſingula peccata recogitare & deteſtari, ſecundum Pe.

Deteſtatio pcti ēt requiritur.

¶ Ex prædictis tribus ſequitur quartum, ſ. peccatorum remiſſio, quę vtiq; in inſtanti fit ſicut infuſio gratiæ. Vnde glo. ſuper illud Act. 2. Factus eſt repentē de cęlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, dicit glo. Neſcit tarda molimina Spirituſſancti gratia. Hoc autem ſic declarat B. Thom. vbi ſupra. articul. 7. Tota iuſtificatio impii originaliter conſiſtit in infuſione gtatiæ. Per eam enim liberum arbitrium mouetur & culpa remittitur. Gratię autem infuſio fit in inſtanti abſque ſucceſſione. Cuius rō eſt, quia ꝙ aliqua forma ſubito non imprimatur ſubiecto, contingit ex hoc ꝙ ſubiectum non eſt diſpoſitum, & agens indiget tempore ad hoc ꝙ ſubiectum diſponat. Vnde videmus ꝙ quia dyaphanum eſt ſubito diſpoſitum ad recipiendum lumen ſubito illuminatur a corpore lucido in actu. Dictum eſt autem ſupra, ꝙ Deus ad hoc ꝙ gratiam infundat animæ non requirit aliquam diſpoſitionē niſi quam facit. Facit autem huiuſmodi diſpoſitionem gratiæ quandoque quidem ſubito, quandoquidem paulatim & ſucceſſiue, vt dictum eſt upra. Quod enim agens naturale non poſſit ſubito diſponere materiam, contingit exhoc quòd aliqua indiſpoſitio eius quod reſiſtit in materia citius diſponitur.

§ 4. De peccatorū remiſſione, & qualiter fiat.

Cum

Cum igitur virtus diuina sit infinita, pōt quātamcunq; materiam creatam ad formā dispōnere, & multo magis liberum arbitrium hoīs cuius motus pōt esse instantaneus ſm naturā. Sic igitur iustificatio impii fit a Deo in instanti Motus igitur liberi arbitrii in iustificatione concurrens est cōsensus ad detestandū peccatum & accedendum ad Deū, qui quidē cōsensus subito fit. Contingit aūt q̄ prȩcedit aliqua deliberatio q̄ non est de substātia iustificationis, sed via in iustificationē, sicut motus localis, est via ad illuminationē & alteratio ad generationem. Liberum ēt arbitrium in iustificatione similiter detestat peccatū & conuertit se ad Deū. Ideo. n. detestat peccatū q̄a est cōtra Deū, sicut corpus q̄d mouet simul recedit a termino a quo, & accedet ad terminū ad quem. Notandum ēt q̄ q̄uis ista quattuor sunt simul tpe, q̄m fiunt in instanti, ordine tn̄ naturæ gr̄æ infusio, q̄ est causa oīm aliorū triū, est prior sicut cā est prior effectu, & hoc ex parte Dei iustificantis. Sed ex parte hoīs iustificati vr̄ prior remissio culpę q̄ infusio gratię ordine naturæ. Datur exemplū in sole. Nā sol per suā lucē operatur ad remouendū tenebras. Et ex parte quidē solis prius est illuminare q̄ remouere tenebras. Ex parte autē aeris illuminandi prius est purgare tenebras q̄ consequi lumen ordine naturæ, quāuis sīl sint tpe. Et ſm hoc intelligitur illud b. Ambr. 32. q. 1. Cū renunciat improbitati, ſtatim ascisciturvirtus. Egressus. n. maliciæ virtutis operat ingressum. Eodemq; ſtudio quo vitium excludiui, innocentia copulatur.

§. 7. ¶ Notandū aūt q̄ iustificatio impii est maximū opus Dei ſm magnitudinem eius qd fit, & est aliquo modo miraculosum. Quantū ad primū aliquod opus dr̄ magnū ex parte modi agēdi, & sic opus creationis est maximum in quo ex nihilo fit aliquid. Scdo modo dr̄ magnū opus pp magnitudinem eius quod fit. Et secundum hoc maius est opus iustificationis impii q̄ terminatur ad bonū æternū diuinæ participationis q̄ creatio cœli & terræ quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis. Et ideo cum dixisset Aug. q̄ maius est q̄ ex impio fiat iustus q̄ crea re cœlū & terrā, quasi rōnem assignans subdit Cœlum. n. & terra transibit. Prædestinatorum aūt salus iustificatio permanebit. Sciendū ēt q̄ magnū q̄d fit dr̄ aliquid dupliciter. Vno modo absolute. Et hoc mō donū gloriæ est maius dono gratiæ iustificantis impium. Et sic ēt sanctorū glorificatio est maius q̄ iustificatio impii. Alio modo dr̄ aliquid magnū quantitate proportionis, sicut dr̄ mons paruus & cœlum magnū. Et hoc modo donum gratiæ iustificantis impiū, est maius q̄ donum beatificantis iustum, qa plus excedit dignitate impii, donum gratiæ qui impius erat dignus pœna, q̄ donum gloriæ dignitatē iusti, qui ex hoc ipso q̄ est iustificatus est dignus gloria, vnde B. Aug. ibidē dicit. Iudicat qui potest. Vtrum maius sit Angelos iustos creare q̄ impios iustificare. Certe si ęqualis est vtrunq; potentiæ, hoc tn̄ est maioris misericordiæ. Vnde & psal. 144. Miserationes eius super oīa opera eius. Et in collecta. Deus qui omnipotentiam tuam maxime parcendo & miserando manifestas &c. Et bonum gratiæ vnius est maius q̄ bonum naturæ uniuersi. ¶ Quomudo autem sit iustificatio miraculosa sic declarat B. Tho. vbi supra articul. 10. In operibus miraculosis tria possunt inueniri, quorum vnum est ex parte potentiæ agentis, quia scilicēt sola diuina virtute fieri possunt. Et hoc modo tam iustificatio impii q̄ creatio mundi, & omne opus quod a Deo solo fieri potest, potest dici miraculosum. Secundo in quibusdam operibus miraculosis inuenitur q̄ forma inducta est supra naturalem potentiam talis materiæ. Sicut suscitatio mortui est supra naturalem potentiā talis corporis. Et quātum ad hoc iustificatio impii nō est miraculosa, qa naturaliter anima est gratiæ capax, eo enim q̄ facta est ad imaginem Dei, est capax gratiæ. Tertio modo in operibus miraculosis inuenit aliquid præter solitum & consuetum ordinem causandi effectum sicut cum aliquis infirmus assequitur subito sanitatem perfectam, præter solitum cursum sanationis quę fit a natura vel arte. Et quantū ad hoc iustificatio impii q̄nq; est miraculosa, q̄nq; non. Est. n. iste cōis & consuetus cursus iustificationis vt Deo mouente interius aīam, homo conuertatur ad Deum. Primo quidem conuersione imperfecta, & postea deueniat ad perfectum. Vnde dr̄ de pœni. dist. 2. Nemo repente fit summus, sed a minimis quisque inchoat vt ad maiora perueniat. Q̄nq; vero tam vehementer Deus aīam mouet vt ſtatim quandam iustitiæ perfectionem assequatur sicut fuit in conuersione San. Pauli, adhibita ēt exterius miraculosa prostratione. Et ideo conuersio Pauli, tanquam miraculosa in ecclesia commemoratur celebriter.

Iustificatio īpij est maximū opus Dei, & qūo.

Et quodammō miraculosum.

¶. *De merito qui est effectus gratiæ cooperantis. Cap. 7.*

Quid sit meritū vel mercēs.

MEritum hominis apud Deum esse non potest, nisi secundum præsuppositionem diuinæ ordinationis vt scilicet, id homo consequamur a Deo per suam operationem quasi

quasi mercedem, ad qđ ei deus virtutē operā di deputauit, mouens seipsum ad agendum p liberum arbitrium. Pro cuius declaratione dicit b. Tho. 1.2.q.114.ar.1 ꝙ meritum & merces ad idem referuntur. Id.n. merces dr qđ ali cui recompensatur pro præcio operis sui vel laboris quasi quoddā præciū ipsius. Vnde sicut reddere iustū præcium pro re accepta ab aliquo est actus iustitiæ ita recōpensare ēt mercedem laboris vel operis alicuius est actus iustitiæ. Iustitia aūt est quædam æqualitas. Et iō iustitia simplex est inter eos inter quos est æqualitas simpliciter. Sed inter eos inter quos non est simpliciter æqualitas, nō est ēt simpliciter iustitia, sed scđm q.d. i. quidam modus iustitiæ pōt esse. Sicut inter patrem & filium, vel inter dñm & seruum nō est iustum simpliciter sed quidam modus iustitię pp inæqualē distātiā eorū. In his ergo in quibus est simpliciter, ratio iusti, ad est & simpliciter rō mercedis & meriti. Sed in his in quibus non est simpliciter ratio iusti sed ſm q.d, vt cōtingit inter ęquale multum, vt. s. inter pārem & filiū ibi nō est simpliciter rō meriti & mercedis, sed scđm aliquē modum, inquantū. s. ibi seruat ratio iustitię aliquo modo, etsi nō perfecte. Et sic aliq.d dr mereri filius a patre, & seruus a dño. Manifestum est aūt ꝙ inter deū & hoīem est maxima inæqualitas, qa in infinitū distant, & totū qđ est hoīs bonū est a Deo. Vnde non pōt esse iustitia hoīs ad Deū ex suis opib. scđm absolutā æqualitatē, sed scđm ꝓportionē quādam, inquātū .s. quilibet operatur scđm modū suū. Modus āt & mēsura virtutis humanæ est a deo ī hoīe. Et (vt dictū est) meritū hoīs apud deū esse non pōt, nisi scđm psuppositionē diuinæ ordinationis. Et ex hoc sequit ꝙ deus ex opibus nostris non efficit. simpliciter debitor nobis, sed sibi ipsi inquantū debitum, est vt sua ordinatio impleatur. Ordinauit.n. ꝙ homo faciendo bona opera per liberū arbitrium motū tamen p gratiam suam cōsequatur vitā ęternā. Cum enim coronat merita nra remunerat munera sua, qa scilicet ipse dedit virtutē operandi gratis.

§. 1. ¶ De merito igitur humano, sciendū primo ꝙ

Nec sine grā mereri pōt vitā æternam. sine gratia mereri nullo modo hō pōt vitam æternā in innocētia cōstitutus. Ratio est scđm b. Tho 1.2.q.114.arti.2.qa ex institutione diuinæ prouidentiæ est vt nihil agat vltra virtutem suā. Sed vita æterna est quoddā bonum excedēs ꝓportionē naturæ creatę, & excedit cognitio nē & desideriū eius, scđm illud 1. Cor. 2. Oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascēdit quę præparauit deus diligētibus se. Et inde est ꝙ nulla natura creata est sufficiens principium actus meritorii vitæ æternæ nisi addat aliq.d diuinū supernaturale ꝙ gratia dicitur. Sed si in hoīe addat peccatum vt cōtingit in oībus natura vitiata in Adam saltem per originale, non pōt quis mereri seu actum meritorium agere, nisi prius excludat peccatū, quod fit per gram. Ad hoc pōt facere quod ait Greg. di. 40. Quęlibet occulta loca aiam sine gratia saluare nō possunt. Nam & Loth in ciuitate inter pessimos Sodomitas iustus, fuit in mōte peccauit. s. cum filiabus. Sed quid ista dicimus cum maiora nouerimus, quid iocūdus cœlo, quid securius paradiso, & tn Adam peccando de paradiso expulsus est Angelus de cœlo eiectus? Hæc ille, cum fuit in gratia nō fuit eiectus, sed postea eū per peccatū amisit. ¶ In gratia āt constitutus meret per opa sua bona vitam æternam ex condigno ex parte grā. Ex congruo, ex parte liberi arbitrii. Pro cuius decla. dicit b. Tho. 1.2. vbi supr. ar. 3. Opus meritoriū pōt dupliciter cōsiderari. Vno mō scđm ꝙ pcedit ex libero arbitrio. Alio modo scđm ꝙ pcedit ex gratia spiritus sancti. Si ergo cōsideret scđm substātiā opis, vt scđm ꝙ pcedit ex libero arbitrio, sic non pōt ibi esse cōdignitas pp maximā inequalitatem. Et scđm hoc dicebat Apostolus Ro. 8. Nō sūt cōdignę passiones huius tēporis ad futuram gliam. s. quātum ad substantiam operis. Sed est ibi congruitas pp quandā æqualitatē ꝓportionis. Congruum.n. videtur vt operanti scđm suā virtutē deus ſm excellētiam suæ virtutis recōpēset. Si autem loquamur de opere meritorio scđm ꝙ pcedit ex gratia spūs sancti, sic ē meritoriū ex cōdigno Sic.n. valor meriti attendit ſm virtutem spūs sancti mouentis nos in vitam ęternā, ſm illud Ioan. 3. Fiet in eo, fons aquæ salientis in vitam ęternā. Attenditur etiā precium opis ſm dignitatem grā per quā homo consors factus diuinæ naturę adoptat in filium dei. Cui debetur hæreditas ex ipso iure adoptionis, ſm illud Ro. 8. Si filii & hæredes. Vnde gratia spūs sancti etsi non sit filis glię in actu, est tn filis in virtute, sicut & semē arboris in quo est virtus ad totam arborē. ¶ Notandum etiam ſm beo. Tho. vbi supra arti. 5. ꝙ nemo potest sibi mereri primam gratiam, tum quia omne meritum repugnat gratię. 1.q.1. Ait Leo papa. Gratia si non gratis datur gratia non est, tum qa vt dictum est excedit ꝓportionē naturæ, tū etiam qa ante gratiā in statu peccati homo habet, impedimentū ꝓmerēdi gram. s. ipsum peccatum. Retractauit autē ante qđ aliquando dixerat. s. fidem esse ex nobis a deo, & sic cōsequitur primā gram. Vnde nō pōt esse meritorius

Quo merito homo per opa bona meretur vitā ęternā.

Nemo potest sibi mereri vitam ęternā.

primæ

primæ grãæ. Cum igitur dicit q̃ per fidem iustificatur homo, non sic est intelligendum quod fides mereatur iustificationem. s. credẽdo. Sed dum iustificatur homo credit eo qđ motus fi dei requiritur ad iustificationem (vt dictum est.) Et qđ dicitur Deus dare gratiam non nisi dignis, non ita intelligendum est qđ prius ipsi fuerint digni, sed Deus facit eos dignos.

§.2. ¶Sciendũ etiã scđm b. Tho. vbi supr. ar. 6. Qđ nullus põt alteri mereri primam grãm ex condigno nisi Christus. Ratio est, qa vnusquisq; nostrum mouetur a Deo per donum grãæ vt ip se ad vitã æternã perueniat. Et ideo meritum condigni vltra istam motionẽ non se extẽdit. Sed aĩa Christi mota est a Deo per grãm, non solũ vt ipse pueniret ad vitam æternã, sed etiã vt alios induceret in gloriam inquantũ est caput & auctor salutis ſm illud Heb. Qui multos filios in gl̃iã adduxerat &c. Sed merito congrui põt quis mereri alteri primã grãm. Quia .n. homo in gratia constitutus adimplet volũtatem dei, congruũ est ſm amicitiæ ꝓportionem vt deus impleat voluntatẽ eius in saluatione alterius. Licet possit habere qñq; impedimentum exparte illius cuius purificationẽ desiderat. Et sic intelligitur illa auctoritas Hiere. 16. Si steterit Moyses & Samuel coram me non est anima mea ad ppſm istum. Erat enim impedimentum ex parte illorum de populo.

Rõ quare null' põt alteri mereri ex cõ digno.

§.3. ¶Gratia est principium meriti principalius p charitatẽ q̃ per alias virtutes. Vnde Christus dixit Ioan. 14. Si quis diligit me diliget a patre meo, & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum, qđ ptinet ad vitam æternã. s. manifestatio dei. ¶Pro cuius declara. dicit b. Tho. vbi supra ar. 4. Qđ humanus actus habet rõnẽ merẽdi ex duobus (vt dictũ est.) Primo & principaliter ex diuina ordinatione, ſm q̃ actus dicit meritorius esse illius boni, ad quod homo diuinitus ordinatur. Secundo vero ex parte liberi arbitrii inquantum homo habet præ cæteris creaturis vt per se agat voluntarie agens. Et quantum ad vtrũq; principalitas meriti pœnes charitatem consistit. Primo .n. considerandum est q̃ vita æterna in dei fruitione cõsistit. Motus autem humanę mentis ad fruitionẽ diuini boni ẽ ꝓprius actus charitatis per quem oẽs actus aliarũ virtutum ordinatur in hunc finem ſm q̃ aliæ virtutes imꝑantur a charitate. Et ideo meritũ vitę ęternę primo ptinet ad charitatem, ad alias autem virtutes secũdario scđm q̃ eorũ actus imꝑãtur a charitate. Similiter manifestum est q̃ id quod ex amore facimus, maxime volũtarie facimus. Vnde etiam scđm q̃ ad rõnem meriti requiritur q̃ sit volũtariũ principaliter meritũ charitati attribuit.

Quod humanꝰ actus habet rõnẽ merendi ex duobus.

¶Sciẽdum etiam q̃ nullus põt sibi mereri reparationem post lapsum, nec merito cõdigni, nec merito cõgrui. Merito quidẽ cõdigni hoc non põt sibi mereri, qa ratio huius meriti pẽdet ex motione diuinæ gratiæ, quæ maxime in terrũpitur per sequens peccatũ. Meritũ etiam cõgrui quo qs mereť alteri pænitẽtiam impedit ne cõsequat effectum in eo cui quis meretur. Multo ergo magis impedit talis meriti efficacia ꝓpter impedimẽtum qđ est etiã in eo qui mereť & in eo cui meretur. Vtrũq; n. hoc in vnã ꝑsonam cõcurrit. Vnde simpliciter hõ post lapsum non põt sibi mereri reparatione. Vnde Ezech. 18. dicit. Si auerterit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatem oẽs iustitię eius non recordabunt. Vbi bea. Greg. Considerãdum nobis est, qa in ꝓpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorũ præteritorum de pæ. di. 4. ¶Notãdum etiã q̃ homo põt mereri augmentũ gratiæ & charitatis in merito cõdigni, ſm be. Tho. vbi supr. ar. 8. Huius ratio est qa vt dictum est. Illud cadit sub merito cõdigni ad qđ motio diuinæ gratiæ se extendit. Motio autẽ alicuius mouẽtis non solũ se extẽdit ad vltimũ terminũ motus, sed etiam ad totum ꝓgressum in motu. Terminus aũt motus gratiæ est vita æterna. Progressus aũt in hoc motu est scđm augmẽtũ charitatis vel grãæ, secũdũ illud Prouer. 4. Iustorũ semita quasi lux splẽdes ꝓcedit, & crescit vsq; ad ꝑfectũ diẽ q̃ est gl̃iæ. In quo verbo bea. Greg. super Ezech. In iustorũ aio bonum desiderium atq; intellectus lucis intimę iam pars diei est. Sed quia vsque in finem vite in virtute ꝓficiunt ad perfectũ diem nunc veniunt qñ ad regna cælestia ꝓducti in ea luce quã desiderant iam minus aliqd nõ habebunt, de pæ. dis. 2. non reuertebãt.

Quolibet actu meritorio meretur hõ augmentũ grãæ.

¶Et sciendũ q̃ quolibet actu meritorio meretur homo augmẽtum gratiæ, sicut & gratiæ consummationẽ, quę est vita æterna. Sed sicut vita æterna nõ statim redditur, sed suo tempore ita & grãa nõ statim augeť per quodlibet opus meritoriũ, sed suo tẽpore, cum. s. aliquis sufficiẽter dispositus est ad augmẽtũ gratiæ. ¶ Itẽ nota q̃ pseuerantiã in bono vsq; in finem nullus põt mereri. Ratio est scđm b. Tho. vbi supra ar. 9. qa ista depẽdet solum ex diuina motiõe quæ ẽ principium oĩs meriti. Sed deus gratis donũ ꝑseuerantiæ largitur quibuscũq; largit. Nec obstat quia pro ea habenda oramus quasi possumus eam mereri, qa ẽt quę nõ meremur, orando impetramus. Nã & peccatores deus exaudit, veniam nõ merẽtes quã petunt & accipiunt. Alioquin frustra dixisset publicanus.

nus. Deus propitius esto mihi peccatori. Similiter & perseuerantiæ donum aliquis petendo a Deo impetrat sibi vel alii, quamuis non cadat sub merito.

§.4. Vtrũ bona tpalia cãdãt sub merito.

¶ De bonis tpalibus qũo cadant sub merito, sic declarat B Tho. 1.2.q.vlt.arti.vlt. Id quod cadit sub merito est prẽmium vel merces qd habet rationem alicuius boni. Bonum autem hominis est duplex. Vnum simpliciter aliud ſm quid simpliciter quidem bonum hominis est vltimus finis, ſm illud psal.72. Mihi adherere Deo bonum est. Et per cõsequens oĩa illa quæ ordinantur vt ducentia ad hunc finem, & talia simpliciter cadunt sub merito. Bonũ aũt hominis non simpliciter: sed secundum quid, est illud quod est ei bonum vt nunc, vel quod ei secundum aliquid est bonum, & hmõi non cadunt sub merito simpliciter, sed secundum quid. Secundum ergo hoc dicendum, & tpalia bona prout sunt vtilia ad opera virtutum, quibus perducimur ad vitam ẽternã, ſm hoc directe cadunt & simpliciter sub merito, sicut & augmentum gratiæ, & oĩa illa quibus homo iuuatur ad beatitudinem post primã gratiam. Tantum.n.dat Deus iustis de bonis tpalibus & ẽt de malis, quantum eis expedit ad perueniendum ad vitam ẽternam, & intantum sunt simpliciter bona hmõi tpalia. Vnde dicitur in psalm.33. de timentibus Deum. Non deficient omni bono. Et alibi non vidi iustum derelictũ. Si autem considerentur tpalia bona ſm se, sic non sunt simpliciter bona hominis, sed secundum quid. Et ita non simpliciter cadunt sub merito, sed secundum quid. ſ. inquantũ homines mouentur a Deo ad aliqua tpaliter agenda, in quibus suum propositũ consequuntur Deo fauente, vt sicut vita ẽterna est simpliciter prẽmium operum iustitiæ per relationem ad motionem diuinam (vt dictum est supra) ita temporalia bona in se considerata habent rõnem mercedis habito respectu ad motionem diuinam, qua voluntates hominum mouentur ad hæc consequenda. Licet interdum in his homines nõ habeant rectam intentionem. Cum autem dicitur Eccl. 9. Vniuersa ęque cunctis eueniunt iusto, & impio, bono, & malo, &c. Hoc verum est quantum ad substantiam bonorum, & malorum tpalium, sed non quãtum ad finem. Nam per hmõi boni manuducuntur in beatitudinem, non autem mali. Item qꝫ temporalia bona fuerint promissa in veteri lege vt merces iustitiæ, vt patet Deuteron. 18. Dicit B. Aug. qꝫ in illis fuerunt figuræ futurorum, scilicet spiritualium bonorum quæ implentur in nobis.

Qõ tẽporalia cadunt sub merito.

Qđ in veteri lege tpalia bona fuerint ꝓmissa.

TITVLVS DECIMVS.
De donis Spiritussancti.

¶ *De septem donis eiusdem in communi. Cap. 1.*

ASCendisti in altum cępisti captiuitatẽ dedisti dona hoibus. psal.67. Nostra tñ translatio habet. Accepisti dona in hoibus. Quod potest exponi dupliciter. Accepisti tu Christe, de quo proprie loquitur in hoibus 1. inter hoies constitutus accepisti. ſ. a Deo dona Spiritussancti. Vel dona quæ a te infusa in Apostolis intensorum desideriorum accepisti, accepisti ex quibus misisti dona Spiritussancti copiosissime. Sed sequendo primam litteram q̃ inducit Apost. ad Ephe. Ascendit Christus in altum, absolute, qa in supremũ locum cœli empyrei, quo nil altius. Vel in altum crucis cępit captiuitatem i. multitudinem sanctorum, q̃ Diabolus tenebat in Lymbo carceris obscuri captiuã ꝓp debitum originalis nondum solutum. Et per crucem quidem de manibus eius liberando. In ascensione aũt cępit, ſ. secum ducendo in cęlum, & in possessionem cęli mittendo seu ponendo. Post quod dedit dona hoibus, ideſt Apostolis dona Spiritussancti. Vnde B. Augu. dicit. Quę dona vtique Spiritum sanctum, qui tale donum est, qualis est, ipse. Vere magnus dñs & magna misericordia eius, qui donum dat æquale sibi. Donum.n. eius Spiritussanctus est a quo dono increato procedunt in plurali septem dona data hoibus. De quibus Esa. 11. Requiescet super eum, scilicet Christum hominem, & etiam super quodlibet membrum Christi mistici, Spiritus domini, ideſt gratia Spiritussancti, a qua fluunt dona siue virtutes infusæ. Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis. Et replebit eum Spiritus timoris domini. Quamuis autem ista dona Spiritussancti fuerint in oibus electis Dei, qui fuerunt in veteri testamento, tñ copiosius & vniuersalius fuerunt data in nouo post Christi ascensionem Apostolis, & ipsis prædicantibus per orbem aliis innumeris. Vbi etiam notandum qꝫ gratia ista septiformis, i. septem donorum, amittitur per quodlibet mortale peccatum. Et ideo statutum fuit antiquitus, vt pro quolibet mortali imponeretur pœnitentia septennis vt patet 22.q.1. Prædicandum, vt. ſ. sicut per peccatum abiecit a se septiformem gratiam Spiritussancti, ita per septennem pœnitentiam satisfaciat & recuperet eam. In cuius figuram hr, qꝫ Maria superbiens & murmurans contra Moysen,

Enumeratio 7. donorũ .ſſ.

Quare antiquitus ponebatur pœnia septennis.

ſen, infecta lepra ſtetit ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea ſanata. Numeri 12. Et hoc ponitur 33.q.2. hoc ipſum §. ſequenti, in glo.

§.1. ¶ Fuerunt autem & ſunt figurata iſta ſeptem dona multipliciter in veteri & nouo teſtamento. Dona enim ipſa prout lætificant ciuitatem eccleſiæ militantis, vel animam rationalẽ ad aptantur ſeptẽ ſeptennarijs. Primo quidem in ſeptem diebus quibus formatus eſt mundus. Sic mundus minor formatur vt ſit perfectus per iſtum ſeptenarium. Prima enim diei facta eſt lux, ſignificans donum timoris, per quem incipit Deũ efficaciter cognoſcere, qa initium ſapientiæ timor dñi. Secunda die fit firmamentum diſtinguens aquas ab aquis. i. firmitas ſanctæ conuerſationis, per donũ ſcientiæ diſcernens falſas doctrinas & ſuaſiones & exempla ad malum, vt inferiores ab aquis ſuperioribus verę doctrinæ ſuaſionis & exemplorum. ¶ Tertia die arida ſegregata ab aquis, germinat uirentem herbam flores & fructus, quia ſegregatus homo ab aquis falſarũ opinionũ de idolis & ſuperſtitionibus, per pietatem colit verum Deum producens flores ſanctorũ deſideriorum, herbas ſalutariũ verborum & fructus operum miſericordiæ & pietatis in proximos ſubueniendo eis. Quarta die fiunt luminaria magna, Sol & Luna & ſtellæ per donum videlicet conſilij quo illuminatur ratio ſuperior circa diuina vt Sol. Ratio inferior vt Luna circa tpalia, & omnes ſenſus & motus paſſionum vt ſtellæ. Quinta die formantur piſces in aquis, & aues quæ ſuſtentantur in aere, per donũ fortitudinis in aquis tribulationum viuunt boni affectus & in tentationibus dęmonum in aere volitant cogitatus ad Deũ reſiſtendo. Sexta die formantur beſtiæ cum homine cum dominetur eis. Et per donum intellectus, homo qui eſt intellectiuum animal hñs ſenſitiuã beſtialem dominatur paſſionibus, intelligens conditionem ſuam, & ſcripturas hoc docentes. Demũ ſeptimo die requieuit Deus & benedixit diei illi. Per ſpiritum. n. ſapientiæ requieſcit mens in Deo guſtans diuinam ſuauitatem & benedictionem æternam. Sicq; compleuit Deus die ſeptimo ſeptiformi, ſ. gratia & dono Spiritus ſancti opus ſuum quod patrarat. Gen. 1. hominem perfectione vltima.

Septem dona. ſſ. figurata in ue. & in nouo teſtõ.

§.2. ¶ Significantur & ipſa dona per ſeptẽ lucernas quæ in templo dñi ardebant ipſa illuminant mentẽ ad oĩa, prȩcipue ad petitiones formandas in tẽplo vbi fiunt oĩones, vnde dicit Apls Ro 8. Ipſe ſpũs poſtulat pro nobis. i. poſtulare nos facit. Nã per donũ ſapientiæ quo guſtatur diuina bonitas, facit nos petere vt ſanctificetur nomen eius. i. vt ab oĩbus habeat ſanctũ & cognoſcatur tanta bonitas diuina. Donũ intellectus qui intelligunt angelici ſpũs & bona ſuperni regis, facit nos poſtulare vt adueniat regnũ illud in nobis. i. nos eamus ad illud. Donũ conſilii inducit nos ad flagitandũ, vt fiat volũtas Dei, non ſolũ in mandatis eius adimpleat, ſed ẽt in conſiliis. Donũ pietatis vrget ad rogandum pro pane gratiæ & ſubſtantiæ tpalis neceſſariæ di. Panem noſtrũ quoti. Donũ ſcię qđ facit cognoſcere peccata ꝓpria & defectus aliorũ ſupplicat pro remiſſione eorũ inquiẽs. Dimitte nobis debita no. &c. Sed donũ fortitudinis qa intelligit ſine Dei adiutorio nõ poſſe reſiſti tentationibus dicit. Et ne nos induc. Non petit vt non tentetur, ſed ne vincatur, ſed fortiter reſiſtat. Demum quia per timorem domini oĩs declinat a malo, vt dicitur Eccle. 1. ideo timor domini ſanctus concludit. Sed libera nos a malo. mediante ſancto timore.

Septem dona. ſſ. p ſeptẽ ſpũs neq; ſ. peccata mortalia.

§.3. ¶ Deſignãtur & iſta ſeptẽ dona per ſeptẽ filios Iob ſm Gregor. in 1. & 2. moral. qui faciebant conuiuia ſinguli per ſingulos dies hebdomade quilibet in die ſua cum ſororibus eorũ tribus, & in domo quadrangulari. Paſcunt. n. mẽtem q̃ inhabitant ſpirituali refectione. Et hoc ſimul cũ tribus ſororibus, i. tribus virtutibus theologicis, fide, ſpe, & charitate, & ædificio ſpirituali quadrangulari formato in quatuor virtutibus cardinalibus. Prudentia, iuſtitia, fortitudine, & tpantia. Vnuſquiſq; facit conuiuiũ ſuũ, quia vnũquodq; donũ ex ſuo effectu reficit modo ſpeciali mentẽ vbi eſt. Et dicit ſic. Sapiẽtia mentẽ de ęternorum ſpe & certitudine reficit. Intellectus in eo ꝙ audita penetrat reficiẽdo, cor tenebras eius illuſtrat. Conſiliũ præcipitẽ eſſe prohibet, & rõne aĩum replet. Fortitudo aduerſa nõ metuit, & cõfidẽtiæ cibos apponit. Scientia in eo ꝙ ignorantiæ nebulas ſuperat, cibos in ventre mentis reponit. Pietas cordis miſericordiæ viſcera operibus replet. Timor vero in eo ꝙ prẽmit mẽtem ne de pũtibus ſuperbiat per cibos ſpei mentem confortat, hęc b. Gre. in 1. mora. Et ſubdit oĩdens qũo vnum iuuaĩ per aliud, & ſic ſe intuicẽ reficiũt. Qũo ẽt faciunt hoĩem bene diſpoſitũ contra contraria uitia, vt ſapientia deſtruat ſtulticiã, intellectus hebetudinẽ, ſcientia ignorantiam, pietas duritiam, conſiliũ prȩcipitationem, fortitudo malum timorem, & timor præſumptionem.

§.4. ¶ Hęc dona ſunt ſeptẽ ſpũs miſſi in oẽm terrã cõtra ſeptẽ ſpũs neq̃. De qbus dr. Matt. 12. Vadit. ſ. ſpũs immũdus & aſſumit ſeptẽ ſpũs neq̃o res ſe, & ingreſſi habitãt ibi. Donũ. n. timoris expellit ſuperbiã, qa timor facit hoĩem humiliari ei

ri ei quem timet. Donum pietatis expellit spiritum inuidiæ, quæ crudelis est, & non potest pati alios bona habere, sed potius appetit sui malum cum priori malo proximi Spiritus sciẽ repellit spiritum iræ, quæ impedit animum ne possit cernere verum, ad quod scientia attendit. Spiritus consilii fugat spiritũ auaritiæ, quę nec consilia nec mãdata Dei finit implere, qui iubet vel cõsulit pauperibus indigẽtibus subueniri, sed sibiipsi congregat totum. Spiritus fortitudinis illuminat spiritum tristem accidiæ, quæ propter tedium laboris subterfugit viriliter bona operari infirmitate victus sensualitatis. Spiritus intellectus remouet spiritũ gulæ quæ mentem offuscat vt nil spirituale valeat intelligere, fumositatibus repleto cerebro. Tandem spiritus sapientię obruit spiritum luxuriæ, quæ figens se in cadaueribus fœtidis vt ibi pascatur ad arcam ecclesiæ nescit reuerti vt colũba, vbi sunt cibaria optima & suauissima. Et gustata suauitate spiritus quod fit per sapientiam, desipit omnis caro ait Bern. i. omnis

§. 7. delectatio carnalis.

Septẽ dona. ff. signata p septẽ columnas.

¶Hæc septem dona sunt septem columnæ, de quibus dr Prouerb. 6. Sapientia ędificauit sibi domũ, excidit columnas septem. i. septẽ dona spiritussancti quæ ab ipso procedunt ad firmãdam domum conscientiæ q̃. ædificauit diuina sapientia ad habitandum ibi, & cotrespondent septẽ verbis quę ipsa sapientia incarnata dixit in cruce docens hominem ad bene viuendum. Nam verbũ primum. s. pr̃ dimitte illis, correspondet dono consilii quo suggeritur homini non solum non facere vindictam de inimicis, sed benefacere & orare pro eis. Secundum verbum. s. hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. correspondet dono sapientiæ quo gustant bona Paradisi. Tertium verbum. s. mulier ecce filius tuus. Ioan. 19. ad pietatem pertinet, quæ præcipue parentibus prouidet. Quartum verbũ. s. Deus Deus meus vt qd dereliquisti me. Matt. 27. ad donum fortitudinis respicit, quo etsi multũ quis affligitur, non tñ descendit de cruce afflictionis, sed ad Deum recurrit petẽs ne derelinquatur. Quintum verbum, Sitio Io. 19. correspondet dono scientiæ quo quis sitit sciæ quæ suæ expediunt saluti. Sextũ consummatum est. Ioan. 19. donũ intellectus inuocat quo intelliguntur quæ in scripturis figurata erant de filio hois esse consummata. i. impleta. Vltimum aũt verbum. Pr̃ in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. dono cõgruit timoris, quo vt bonus filius totum se subiicit & committit Deo. His verbis & donis quasi septem columnis sustentatur aia ne corruat.

¶Hæc dona sunt septem mulieris in figurã de quibus dicit Esa. 4. c. Apprehendent septẽ mulieres virum vnũ, dicentes. Panem nostrũ comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tm̃ inuocetur nomen tuum super nos. Mulieres dñr dona, non pp sexum, sed pp fœcunditatem bonorum operum quę producunt. Istę apprehendent virum vnum, idest Christũ sm B. Hiero. perfectum in omni sanctitate in quo plenissime quieuerũt. Ista dona cum sint habitus quidã cooperiunt & ornant aiam ac etiã habent secum panem refectionis. Vnde & ipsa dona figurantur etiã per septem panes quibus Christus pauit turbas. Matth. 15. Qui sunt septem beatitudines pertinentes ad doctrinam noui testamenti, quas Christus docuit discipulos in monte. Sicut quinque panes hordeacei quibus altera vice pauit Christus quinq; milia hoium in monte. Io. 6. significat doctrinam veteris testamenti, quinq;. s. librorum Moysi, q̃ Christus frangens spiritualiter exponens fidelęs pascit. Per donum. n. timoris hr̃ primus panis. s. paupertas spiritus, quia per timorẽ humiliatur quis & subiicit se Deo timendo iudicia eius. Per pietatem hr̃ secundus panis, s. mitis. i. mansuetudinis quia per pietatem quã dicit Iob esse cultum Dei, homo mitescit & fit mansuetus ad audiendũ verbum Dei, acquiescens scripturis in his quæ sunt supra rõnem. Per scientiam habetur tertius panis. s. beatitudo luctus. Qui. n. addit scientiam, addit & dolorem. Eccl. 1. quia sciens peccata sua, & pericula mundi & miserias hominum nõ potest non lugere. Per donum fortitudinis habetur quartus panis. s. esuries, & sitis iustitię. i. bonorum operum. Nam fortis propter desiderium quod habet ad virtuosa opera, & hoc est esuries & sitis, maiora. s. & minora opera ardua exponit se ad omnem laborem & viriliter sustinet. Per donum consilii habetur quintus panis. s. misericordiæ. Hoc. n. consulit intus Spiritussanctus, vt misericordiam exhibeat proximo spiritualem & corporalem, etiam vbi ex præcepto non teneretur vt misericordiam ipse exinde consequatur. Per donum intellectus habetur sextus panis. s. mundiciæ cordis. Nam vt ait Saluator. Vos mũdi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Ioan. 13. Scriptura enim sacra lecta & intellecta mundificat cor. Per donum sapientiæ habetur septimus panis, scilicet pacis. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Nam per sapientiam gustatur ipse Christus qui est pax nostra, & inde cum omnibus quærit pacem, & in omnibus requiem inuenit.

§. 6. Septẽ dona. ff. signata p septem mulieres.

Per septẽ panes hordeaceos

§.7. Figuran tur ēt p septem oculos.

¶Hęc sunt septem oculi super lapidem vnum ideſt Chriſtū & quemlibet virū conſtantē qui habent nos illuminare & dirigere in ſacris & per ſacra ſeptem eccleſiæ. Quāuis.n.gra ſeptiformis recipiatur per quodlibet ſacrm vel augeat, tn quodlibet donū pt adaptari vni ſacro. Per baptiſmum.n.homo credendo incipit timere Deū offendere & eum reuereri. Per confirmationē roboratur in dono fortitudinis ad confitendum publice ſine erubeſcentia fidem Chriſti cum expedit. Per euchariſtiam quæ dr ſacrm pietatis, donum pietatis exercetur pie credendo & colendo Deum ſuum in ea. Ad vere pēnitendum exigitur donum ſcientiæ, vt ſciat cognoſcere & diſcernere peccata ſua confiteri, & a quibus oporteat cauere. In ordine ſacro exercetur donum conſilij dum ipſum habentes ſeruant conſiliū caſtitatis, & alijs. ſ. populo habent conſulere de his quæ expediunt ſaluti animarum ſuarum. Donum intellectus docet qui vtuntur ſacro matrimonij quātam rem ſpiritualem ſignificet, vt non vtantur eo ſicut equus & mulus quibus nō eſt intellectus, ſed ad prolem ſuſcipiendam, vel fornicationē vitandam in ſe vel conſorte. Per ſacramentum extremæ vnctionis præparatur anima magis ac magis ad fontem ſapientiæ, vt relicto affectu preſentis vitæ, quemadmodum ceruus deſiderat ad fontes aquarum æternæ ſapientiæ.

¶De diſtinctionibus donorum ſpirituſſancti a virtutibus infuſis, & de neceſſitate eorum, & connexione. Cap. 2.

DOna ſpirituſſancti ſunt diſtincta realiter a virtutibus infuſis & neceſſaria ſunt oīa ad ſalutem, & ſunt quidam habitus aīæ. Connexa ſunt adinuicem, ita q vnum non poteſt haberi ſine alio. Septem ſunt & non plura nec pauciora. Dignitas eorū attenditur ſm enūerationem, incipiendo tn a ſuperioribus. ſ. a ſapientia. In patria remanent in beatis. Et comparando ea virtutibus nobiliora, & perfectiora ſunt cardinalibus, ſed inferiora theologicis virtutibus. Hæc omnia ſm B. Thom. 1.2. q. 68.

§.1. De variis opinionib⁹ ſuper diſtinctione donorū a virtutibus infuſis.

¶Quantum ad primum ponit B. Tho. vbi ſupra varias ſuper hoc opiniones. Aliqui.n. dixerunt q dona non diſtinguunt a virtutibus, ſed virtutes dicuntur inquantū perficiunt hominem ad bene operandum. Dona autem inquantum a Deo cauſantur tales habitus. Alij vero dixerunt in hoc differre virtutes a donis, quia dona perficiunt liberum arbitrium ſm q facultas rationis, ſed virtutes perficiunt liberū arbitrium ſm q eſt facultas voluntatis. Tertij dixerunt q dona differūt in hoc a virtutibus, quia virtutes perficiūt hoīem ad bene operandum, ſed dona ad reſiſtendum tentationibus. Quarti poſuerunt in hoc eſſe differentiam inter ea, quia virtutes perficiunt hominem ad bene operandum ſimpliciter, ſed dona ad hoc ordinantur vt per ea conformemur Chriſto, præcipue quantum ad ea quæ paſſus eſt. Sed omnes iſtas opiniones reprobat B. Thom. 1.2. q. 68. arti. 1. rationem aſſignans reprobationis, ibi potes videre. Et ponit ipſe quintū modum dicendi quomodo differant. Dicit.n. q ad diſtinguendum dona a virtutibus debemus ſequi modum loquendi ſacræ ſcripturæ, in qua traduntur nobis non ſub nomine donorū, ſed ſub nomine ſpirituum. Dicit enim Eſa. 11. ¶Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini ſpiritus ſapientiæ, &c. Ex quibus nobis manifeſte datur intelligi q iſta dona ſeptē enumerantur ibi ſm q ſunt in nobis ab inſpiratione diuina. Inſpiratio aūt ſignat quandam motionem ab exteriori. Eſt.n. conſiderandum q in homine eſt duplex principium motiuum. Vnum interius qđ eſt ratio. Aliud exterius qđ eſt Deus, vt dictum eſt. Et ēt philoſophus hoc dicit in lib. de bona fortuna. Manifeſtum eſt aūt q omne quod mouetur oportet eſſe proportionatum motori, & hæc eſt perfectio mobilis inquātum mobilis diſpoſitio qua diſponitur ad hoc q bene moueatur a ſuo motore. Quanto.n. motor eſt altior tanto neceſſe eſt q mobile ei proportionetur perfectiori diſpoſitione. Sicut videmus q perfectus oportet diſcipulum eſſe diſpoſitum ad capiendum altiorem doctrinam a magiſtro. Manifeſtum eſt aūt q virtutes humanæ perficiunt hominē ſm q eſt natus moueri per rōnem in his quæ interius vel exterius agit. Oportet ergo in eſſe homini altiores virtutes ſm quas ſit diſpoſitus ad hoc q diuinitus moueatur. Et iſte perfectiones vocantur dona, nō ſolum quia infundūtur a Deo, ſed quia ſm ea homo diſponitur vt efficiatur pōpte mobilis ab inſpiratione diuina, ſicut dr Eſa. 50. Dns aperuit mihi autem, ego aūt non cōtradico. Et phūs dicit in li. de bona fortuna, q his quę mouentur per inſtictū diuinū, non expedit conſiliari ſm rōnem humanā, ſed q ſequantur interiorem inſtinctū, qa monent a meliori principio q̄ ſit rō humana. Et hoc eſt quod quidam dicunt q dona perficiunt hominē ad altiores actus q̄ ſint actus virtutum. ¶Quod aūt dona nominentur a Greg. in 1. mora. vel ab aliis aliqū virtutes, hoc ideo eſt, qa hńt in ſe cōem rationem virtutis, ſed vltra hoc eſt in eis aliquid ſuperueniens cōi rationi virtutis, inquantum ſcilicet

Dona aliqñ nominant virtutes

ſ. ſunt q̃dã virtutes diuinæ pficientes hoiem inquantum eſt a Deo motus. Vñ & phũs in 7. Ethi. ponit vltra cões aliam quãdã virtutẽ diuinam ſeu heroicam, ſm quã aliqui viri mouentur, vñ & ipſe b. Greg. in 1. mor. diſtinguit dona a virtutibus. Qd̃ aũt ſapĩa & ſcientia ponantur a doctoribus virtutes intellectuales, & fortitudo, moralis virtutus. Dicendum cũ iſta ſumunt ſm q̃ procedunt ex iudicio rõnis: tũc non ſunt dona, ſed dona ſunt prædicta ſecũdũ quod p ea operatur homo ex inſtinctu diuino.

§. 5. ¶ Quãtum ad ſecundum. ſ. q̃ dona iſta ſint neceſſaria ad ſalutem probatur, quia ſupremum donorũ & infimũ ſunt neceſſaria, ergo & inter media. Nam dĩ de ſapientia. Sap̃s. 7. Neminem diligit Deus niſi qui cum ſapientia habitat vel graditur. Et de timore dĩ Eccl. 1. Sine timore dñi nemo poterit iuſtificari, ergo & alia neceſſaria. Hoc ãt ſic declarat. S. Tho. vbi ſupr. art. 2. Ratio hoĩs qua hõ operatur perficitur a Deo dupliciter. Primo naturali rõne. ſ. ſm lumẽ naturale rõnis. Secũdo ſupernaturali pfectione ſcilicet per virtutes theologicas. Iſta tñ ſcda pfectio habet quaſi imperfecte, imp̃fecte, .n. cognoſcim⁹ hic Deũ, & imp̃fecte diligim⁹ Illud aũt qd̃ hẽt imperfecte formã aliquã vel. virtutẽ non põt p ſe operari niſi ab altero moueatur, ſicut luna in qua eſt imperfecte natura lucis nõ illuminat niſi illuminata a ſole & diſcipulus in medicina nõ p ſe medicat niſi edoctus a magiſtro. Quãuis ergo ratio ſm q̃ eſt aliqualr & imperfecte illuminata p virtutes theologicas moueat ad vltimum finem ſupernaturalem non ſufficit tñ iſta motio rõnis, niſi deſuper ad ſit inſtinctus & motio ſp̃ũſſancti, ſm illud Ro. 8. Qui ſpiritu Dei aguntur hi ſũt filij Dei, q̃ ſi filii Dei, & hæredes Et illud pſal. 142. Sp̃us tuus bonus deducet me in tertam rectã, qa ſcilicet ad hæreditatem illius terræ nullus põt peruenire niſi ducatur a ſp̃ũſancto per iſta bona ſua. Non ergo ita perficitur homo p virtutes theologicas & morales in ordine in vltimum finem, quin ſemp indigeat moueri quodam ſuperiori inſtinctu ſpirituſſancti. Vnde & virtutes excedunt quantum ad modum operandi, inquantum. ſ. homo per dona mouetur ab altiori principio. Quãuis etiam p virtutes hõ multa. cognoſcat & poſſit vitiis reſiſtere, tamẽ qa rõni humanę nõ ſũt oĩno cognita neq; poſſibilia, Et hoc ſiue accipiat rõ vt perfecta lumine naturali, ſiue vt perfecta virtutibus theologicis. Inde eſt q̃ nõ põt q̃tum adoĩa repellere ſtulticiã, hebetudinẽ, & alia q̃ ponit b. Greg. in 2. moral. eſſe cõtra dõa. Sed deus cui⁹ poteſtati & ſciẽtiæ oĩa ſubſunt ſua motione p dona ſp̃ũſancti nos tutos reddit, ab omni ſtultitia per ſapientiã ab hebetudine per intellectum a p̃cipitationis vitio per cõſilium, a timore malo per fortitudinẽ, ab ignorãtia p ſciẽtiã a duritia p pietatẽ; a ſuperbia p timorẽ. Iſta. n. vitia ponit b. Greg. ibi cõtrariari donis iſtis. Et ſic oſtendunt ipſa dona neceſſaria ad ſalutem.

¶ Quantum ad tertium. ſ. q̃ dona ſint habitus §. 3.
p̃batur per hoc qa Xp̃s loquens de ſp̃ũ ſancto diſcipulis ait Ioan. 14. Apud vos manebit & in vobis erit, ſed ſp̃ũſanctus nõ eſt ĩ hominibus abſq; donis eius. Manſio autem importat per manentiam & firmitatẽ, & ſic de notat habitũ qui eſt qualitas de difficili mobilis a ſubiecto. Non aũt notat tranſitũ & ſubitum motũ, put eſt paſſio vel actus. Sunt ergo dona habitus q̃dam. Vnde bea. Greg. in 2. moral. dicit q̃ in illis donis ſine quibus ad vitam non peruenit̃, ſpirituſſanctus ſemper manet in electis. ſ. dum perſeuerant in gratia.

¶ Quantum ad quartum. ſ. quare ſint ſeptẽ, & §. 4.
quõ pficiant vires animę. Sic declarat b. Tho. 1. 2. q. 63. ar. 4. Dona ſunt quidam habitus per ſicientes hoiem ad hoc qd̃ prompte ſequatur inſtinctus & motus ſpirituſſancti. Sicut virtutes morales perficiũt vires appetitiuas ad obediẽdum rõni. Sicut autem vires appetiuę natę ſunt moueri per imperium rationis, ita etiã omnes vires humanæ natę ſunt moueri per inſtinctum Dei, ſicut a quadam ſuperiori potẽtia. Et ideo in omnibus viribus hominis quæ poſſunt eſſe principia humanorum actuum ſicut ſunt virtutes, ita etiam ſunt dona. ſ. in ratione & in vi appetitiua. Ratio autem eſt practica & ſpeculatiua. Et in vtraq; conſideratur apprehenſio veritatis quæ ptinet ad inuentionem & iudicium de veritate. Ad apprẽhenſionem ergo veritatis ſpeculatiua ratio perficitur per ictellectũ. Practica per conſiliũ. Ad rectitudinẽ iudicii de re perficitur ſpeculatiua per ſapiẽtiã, practica per ſcientiã. Appetitiua autẽ potẽtia perficitur q̃tum ad ea quæ ſunt ad alterum, per pietatem quantũ ad ea quæ ſunt ad ſeipſum, per fortitudinem contra errorem periculorum. Contra cõcupiſcentiam vero delectabilium perficitur per timorẽ. Iuxta illud. Confige timorẽ tuo carnes meas, ideſt concupiſcentias carnales. Et ſic patet q̃ dona ſe extẽdunt ad omnia, ad quæ ſe extẽdũt virtutes morales, ſcilicet fortitudo, iuſtitia, temperantia. Et virtutes intellectuales, ſcilicet ſapientia, in tellectus, ſcientia, prudentia, ad quam ptinet conſiliũ. Ars autem etſi ſit virtus intellectualis, nõ tamen perficit hominem ad bene viuedũ, ſed ad opera exterius factibilia, q̃ tranſeũt

Dona ſunt neceſſaria.

Septem dona ſunt habitus.

Septem dona. ff:

Ars quare non ponũtur inter dona.

in aliã materiã. Et ideo ars non connumeratur inter dona q̃ pficiunt hominem in ordine ad bene viuendum. Iustitiæ vero imponit nomen. Imponit a rectitudine rõnis. Et ideo conuenienius est nomen virtutis q̃ doni. Sed pietas q̃ trã pertinet ad iustitiam importat reuerẽtiam quam habemus ad patrem & patriã. Et quia pr̃ omnium est deus, & pietas dei cultus nominatur fm beatum Aug'. Ideo conuenienter donum quo pp reuerentiam dei aliquis bonum operatur ad oẽs, pietas nominatur, non iustitia. Sapientia aũt & scientia prout connumerantur inter gratias gratis datas. De quibus Apostolus. 1. Cor. 12. Alii datur per spiritũ sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ. Differũt realiter a sapientia & scientia prout sunt dona spiritussancti. Nã ille dicunt grãæ gratis datæ inquantum quis p ea abundat in tantum in cognitione rerum diuinarum & humanarum q̃ põt alios instruere, & aduersarios cõfutare, q̃ possunt esse ẽt in malis hoibus. Sed dona sunt prout pficiunt mentem hois ad sequendũ instinctus spũssancti in cognitione diuinorũ vel humanorum & non sunt nisi in bonis. ¶ Differunt ista dona a sapientia & scientia q̃ sunt habitus acquisiti seu virtutes intellectuales. Similiter & fortitudo donum dei differt a fortitudine virtute morali ẽt infusa. Nam opus fortitudinis virtutis pcedit a rõne illuminata trã per gram si est virtus infusa. Sed opus fortitudinis put est donum pcedit a spũsãcto mouente mentem ad sequẽdũ suũ instinctum p tale donum habituale. s. fortitudinis. Simul trã concurrunt, quia virtutes ẽt seinuicem iuuãt in actibus suis, hñt trã diuersum respectũ, donum quidẽ vt fortiter pfiat ob reuerentiam Dei, virtus aũt ne discedat a bono rõnis. Cum ãt dona perficiant hoiem fcdm q̃ mouet a deo & virtutes theologicæ maxime nos ordinẽt ad eum, non trã ponuntur aliqua dona pertinentia ad virtutes theologicas sicut ad morales. Et rõ est fm b. Thomã vbi supr. qa rõ hois nõ mouet a spũsancto, nisi ei aliquo mõ vniatur. Sicut in instrm non mouetur ab artifice nisi p contactum vel alio modo ei vniatur. Prima ãt vnio hois ad Deum est p fidem, spem, & charitatem. Vnde istæ virtutes theologicæ præsupponunt ad dona sicut radices eorũ. Vnde omnia ista dona pertinent ad has tres virtutes sicut q̃dam deriuationes earum. Et fcdm beatũ Tho. vbi supr. ar. 8. Dona spiritussancti sũt pfectiora virtutibus omnibus intellectualibus & moralibus, quia ipse pficiunt rõnem hois vel alias potentias vt appetitiuas in ordine ad rationem. Sed dona perficiunt hois potentias in comparatione ad spiritumsanctum mouẽtem. Sed theologicæ virtutes sunt perfectiores donis, quia p eas mens humana Deo coniungit vt postea ab ipso moueat p actus doncrũ. Vñ & Greg. in 1. moral. exponens figuram q̃ filii Iob fuerunt septẽ significantes septẽ dona, & tres filiæ significantes virtutes theologicas, dicit. Ad denarii perfectionem septẽ filii. i. septẽ dona non peruenium nisi in spe, fide, & charitate fuerit oẽ quod agunt. Beatitudines aũt de quibus fit mentio. Matt. 5. Et de quibus supr. li. 7. sunt actus ipsorum donorum permaxime vel virtutem. Vnde non distinguuntur sab eis sicut diuersi habitus, sed sicut actus ad habitibus eorum b. Tho. vbi supra art. 4.

Filij Iob significãtes septẽ dõa, qa fuerunt septẽ & tres eius filiæ tres virtutes theologicas.

¶ Sũt autem ipsa septem dona cõnexa ad inuicem, vt vnum non possit haberi sine altero, quod signatum fuit in septem filii Iob in eo q̃ simul se inuicem resciebant continuis conuiuiis, quod sic declarat b. Tho. vbi supr. art. 5. Sicut vires disponuntur appetitiue per virtutes morales in comparatione ad rationẽ quia irascibilis per fortitudinem. concupiscibilis p temperatiuam, voluntas per iustitiam ita vires omnes animæ disponuntur per dona spirituſ sancti in comparatione ad spiritumsanctũ mouentem. Spiritus autem sanctus inhabitat in nobis p charitatẽ scdm illud ad Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis. Et per charitatem perficiunt potentiæ animæ, sicut & ratio ipsa perficitur per prudentiam. Vnde sicut virtutes morales connectuntur sibiinuicem in prudentia, ita dona conuictuntur sibiinuicem in charitate, ita quod qui charitatem habet omnia dona habet, qui non habet eam, nullam ex eis habet.

§. 5.

Dona sunt cõnexa ad inuicẽ.

¶ Dona autem spiritussancti aliquo modo remanẽt in patria. i. quoad aliquos actus, & quo ad alios non. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi supr. ar. 6. q̃ quantũ ad essentiam donorum vtiq; in patria remanent. Cuius ratio est, quia dona spiritussancti (vt dictũ est) perficiunt hominem ad sequendam motionem spiritussancti. Sed hoc præcipue erit in patria quando deus erit omnia in omnibus, & quando homo erit totaliter subditus deo. Et sic intelligitur illud Ps. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. Ciuitas dei est triplex. Anima rationalis, ecclesia militans, & patria supernalis. Fluuius est gratia septiformis spiritussancti, idest septem donorum. Cuius impetus est feruor qui lætificat triplicem dictam ciuitatem dei. Vnde & Io. Apocal vlt. dicit sibi ostẽsum fluuium aquæ viuæ splendidum, vt crystallum

Supr. ti. 9. c. 4 & infra titu. 15. c. 13.

fluuiũ egredientẽ a throno Dei & agni, in medio plateæ eius, a Deo.n.procedit gra Spũssancti in nobis merito agni.i. Xpi. Vnde b Ambr. de superna ciuitate ait. Ciuitas illa Dei cœlestis Hierusalẽ nõ meatu alicuius fluminis terrestris abluit sed ex fonte vitę procedẽs Spũssanctus cuius nos hic breui satiamur haustu, in illis cęlestis spiritibus redundãtius vt affluere pleno septẽ virtutũ.i.donorũ spũalium seruẽs meatu. Alio modo cõsiderando dona quantũ ad materiã aliquã circa q̃ operant ipsa dona in pnti, sic non habebunt illã operationẽ in statu gloriæ, sicut verbi gra dicit Greg. q̃ ista dona nos protegunt cõtra vitia vel tentamẽta, vt sapiẽtia cõtra stulticiã, sciam contra ignorantiã, & sic de aliis. Et quia in patria nõ erunt tentamẽta vel vitia, ideo quantũ ad hmõi dona nõ remanebũt. Ponit ẽt B. Greg. in 1. moral. duos effectus ad singula dona, quorũ vnus transit cũ vita pnti, alius remanet in patria. Dicit.n. q̃ sapientia mentẽ de spe & certitudine æternorũ reficit, horũ duorũ, spes transit & certitudo remanet. De intellectu dicit q̃ in eo q̃ audita penetrat reficiendo, cor tenebras eius illustrat. Horũ primum. s. auditus trãsit, quia in patria nullus docet aliũ. Sucundũ remanet. s. illustratio mentis, & sic de aliis. ¶ Sciendum ẽt q̃ cõparando ipsa dona adinuicem, dignitas eorũ qua vnũ præferatur alteri est attendenda fm enumerationẽ eorũ incipiendo a sapientia, vt ponit Esa. 11. Simpliciter loquẽdo fm B. Tho. vbi supra arti. 7. dicit.n. q̃ eadem est rõ in cõparatione ipsorũ & virtutũ, quia dona ad oẽs actus potentiarũ aiæ perficiunt hoies ad quos perficiunt virtutes. Vnde sicut virtutes intellectuales præferunt moralibus, & in ipsis intellectualibus contẽplatiuæ pferunt actiuis, vt sapientia intellectus, & scientia prudentiæ, & ar. & ita tñ q̃ scia præfertur intellectuali, & intellectus sciæ, sicut prudẽtia, & synesis Eubolyę, Ita ẽt in donis, sapiẽtia, intellectus, scia & consiliũ præferunt pietati & timori. In quibus ẽt pietas præfertur fortitudini sicut iustitia fortitudini, & fortitudo tpantię, sed fm q.d.i. quantum ad misericordiam fortitudo & cõsilium preferuntur scientiæ & pietati, quia fortitudo & consiliũ de arduis, scientia autẽ & pietas de cõibus. Propterea aũt maxime timor cõmendatur, non quia nobilius aliis, sed quia primordium quoddam perfectionis donorum.

Virtutes intellectuales pferunt moralibus.

¶ *De dono sapientiæ, & de triplici sapientia. Cap. 3.*

OS iusti meditabitur sapientiã, & lingua eius loquet iudiciũ psal. 36. & prou. 10. Iustus (hic & cõiter in aliis scripturæ sacræ libris) dr a iustitia, quæ est ois virtus fm phũm in li. eth prout. s. importat quandã rectitudinẽ mentis, tribuens vnicuiq; qd suum est Deo, sibi, & proximo. Os aũt in hoc loco non accipitur pro ore corporis, qa eius actus nõ est meditari, sed pro ore aiæ qđ est intellectus eius, accipiens cibos veritatis, & per meditationem masticans & traiiciens in ventrem memoriæ vt inde nutriat affectus. Meditatur ergo os. i. intellectus iusti sapientiã. i. quæ pertinent ad sapientiam, & exinde lingua corporis loquit iudicium. i. fm rectitudinem iudicii quod ex sapientia sumit. Nã vt dicit phũs. Vnusquisq; recte iudicat quæ bene nouit. Loquitur ergo fm rectum iudicium. i. æstimationem, & de diuinis rebus non errans vt hæretici, & de humanis agendis. s. operibus, quia fm diuinas regulas sapientia consulit & disponit de agendis. Sed sciendum q̃ triplex est sapientia.

Triplex est sapiẽtia.

¶ Sapientia essentialis & increata.

¶ Sapientia personalis & incarnata.

¶ Sapientia humanalis & variata

¶ Os iusti meditabitur primã & admiratur in mensitatem. Secũdam & imitatur bonitatem. Tertiam & iocundatur propter suauitatem.

¶ De prima intelligitur illud Sap. 1. Omnium est artifex omnia perspiciens, quod vtique est intelligendum de sanctissima Trinitate. Nam vt dicit B. Augusti. Sicut inseparabiles sunt. s. in essentia, ita inseparabiliter operantur. s. ab extra, de consec. dist. 4. c. 1. ¶ Nam abintra. ita pater gignit filium q̃ filius non gignit, sed est genitus, & pater ingenitus & spũssanctus ab vtroque procedit, non illi ab eo. Sed ad extra proprietates personales in creatione mundi & gubernatione quod operatur pater, idem & filius, & spiritussanctus. Vnde Christus Dei filius ait Ioan. 6. Pater meus operatur vsq; modo, & ego operor. Et 1. ad Corinth. 12. Hæc omnia operatur vnus & idem spiritus. Sicut autem omnium trium personarum diuinarũ est vna essentia, potentia, & bonitas, ita & vna sapientia quæ non est aliud secundum B. Aug. quam ipsa essentia. Nam etsi in nobis aliud sit essentia, aliud sapientia, quia quoddam accidens aduenies ei post essentiam. ¶ Non sic est in Deo cũ nil accidat ei. Sed vt dicit Boet. Accidens in Deo transit in substantiam. idest quod est accidens in nobis, vt sapientia, bonitas, & huiusmodi, in Deo est ipsa substantia seu essentia. Vnde in sequentia. Nil in Deo præter Deum, nulla causa præter eum qui causat causalia. Idem esse, idem nosse, idem velle, idem posse cũcta sunt simplicia. Distinguit tñ

§. 1.

De sapiẽtia essentiali, & increata.

a nobis ſapientia Dei a ſua eſſentia per intellectum noſtrum rõne, quia alia rõne conſideramus eius eſſentiã inquãtum per eam ſubſiſtit, & eius ſapientiã inquantũ per eã nouit oĩa, & diſponit ad debitũ finẽ pſal. 103. Oĩa in ſapientia feciſti. Et ſap. 8. Attingit ſapientia. ſ. Dei a fine vſq; ad finem fortiter & diſponit oĩa ſuauiter. Cum ergo meditatur os iuſti. i. mens hãc ſapientiã admiratur cum Apoſtolo dicens ad Rom. 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcię Dei q̃ incõprehenſibilia ſunt iudicia eius?

§. 2. ¶Sapiẽtia perſonalis & incarnata eſt Dei filius, cui per appropriationem attribuitur ſapientia ſicuti patri potentia, & ſpiritui ſancto clementia Eccl. 24. Ego ſapiẽtia prodii ex ore altiſſimi primogenita ante oẽm creaturã ex ore eius intellectus altiſſimi patris ab æterno prodiit, & Eccl. 1. dr̃. Fons ſapientiæ verbum dñi in excelſis. Et 1. ad Cor. 1. Chriſtũ Dei virtutẽ, & Dei ſapientiam. Hanc inquit Hiero. ad Paulinum, doctus Plato neſciuit. Hanc Demoſthenes eloquens ignorauit. Perdam ait dñs ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentũ reprobabo. Loquitur Apoſtolus. Sapientiam in myſterio abſconditam q̃ prædeſtinauit Deus ante ſęcula. Quia. n. primi parentes per inordinatum appetitum ſapientiæ. i. ſcientiæ boni & mali ex ſuperbia procedentẽ, perdiderunt genus humanum, & quaſi mundum totum qui pp ipſum factus eſt decuit vt Dei filius ſapientia patris humiliaret noſtra mortalitate aſſumpta vſq; ad ſtultitiã crucis. Stultitia. n. reputata eſt apud gentiles ſapientes ſm modum q̃ Dei filius mortem ignominioſam ſuſtineret. Vnde Apoſt. 1. Cor. 1. Nos prædicamus Chriſtũ crucifixum gentibus ſtultitiã. Et per humiliatam ſapientiã incarnatã ſaluatũ eſt genus humanũ, & refectus eſt mũdus. Os ergo iuſti meditabit hanc ſapientiã vt imitẽt, qa ſic ſapiẽs vere efficit. Apls. Siquis vr̃ inter vos ſapiens eſſe. ſ. ſm eſtimationẽ ſuã ſtultus fiat ſe humiliando, & Chriſtũ imitando vt ſit ſapiens. Qui. n. inquit B. Augu. ſine ſaluatore vult ſalutem habere, & ſine vera ſapientia æſtimat ſe fieri poſſe prudentẽ, non ſanus ſed ęger, nõ prudens ſed ſtultus in ægritudine aſſidua laborabit, & in cæcitate noxia demens permanebit 26. q. 2. q. ſine.

De ſapiẽtia pſonali, ſ. filio Dei cui attribuit ſapientia, quare, &c.

§. 3. ¶Sapientia tertia quæ eſt in hoĩbus hæc eſt varia. Pro cuius declaratione dicit B. Tho. 2. 2. q. 45. arti. 1. q̃ ſm philoſophum ad ſapientẽ pertinet conſiderare cauſam altiſſimam per q̃ de aliis certiſſime iudicatur, & ſm q̃ oĩa ordinari oportet. Cum aũt altiſſima dupliciter conſiderari pt̃, vel ſimpliciter vel in aliquo genere. Ille ergo qui cognoſcit cauſam altiſſimam in aliquo genere, & per eam poteſt de oĩbus quæ ſunt illius generis iudicare & ordinare, dr̃ eſſe ſapiens in illo genere. Vt in medicina qui bene ſcit iudicare de ſanitate per q̃ amittitur, & per quæ reputat dr̃ ſapiens medicus. Et ſimiliter in architectura, ſm illud 1. ad Cor. 3. Vt ſapiens architectus fundamentũ poſui. Qui aũt cognoſcit cauſam altiſſimam ſimpliciter quæ Deus eſt, dr̃ ſapiens ſimpliciter inquantũ per regulas diuinas quas docet ſcriptura & vnctio ſuggerit oĩa põt iudicare & ordinare ſaltẽ pertinentia ad ſalutẽ, hmõi aũt iudicium rectum conſequitur quis per ſpiritum ſanctum ſeu donum eius. ſ. ſapientiam dictũ, ſecundum illud 1. ad Cor. 2. Spiritualis iudicat oĩa, & ſpiritus oĩa ſcrutatur, etiam profunda Dei: Ex quibus patet q̃ variẽ dicitur ſapientia & eſt triplex.

Qđ triplex ẽ ſapientia.

¶Sapientia criminalis quæ eſt reproborum.

¶Sapientia virtualis quæ eſt bonorum.

¶Sapientia communialis quæ eſt amborum.

¶De ſapientia criminali dr̃ Hiere. 4. Sapientes ſunt vt faciãt mala, bene aũt facere neſcierunt. Apoſt. Ro. 3. Sapientia huius mundi inimica eſt Deo. Dicit aũt hmõi notitia ſapientia improprie per quandam ſimilitudinẽ. Quod ſic declarat B. Tho. 2. 2. q. 45. art. 1. Bonum dr̃ dupliciter. Vno modo quod eſt vere bonum & ſimpliciter perfectum. Alio modo dr̃ aliquid bonũ ſecundũ aliquã ſimilitudinẽ, qđ eſt. ſ. in malitia perfectum. Sicut dr̃ bonus latro qui. ſ. ſcit ſubtiliter modos aduenire & media ad furandum. Et ſicut circa ea quæ ſunt uere bona eſt aliqua altiſſima cã quę eſt ſummũ bonum, qđ eſt vltimus finis, per cuius cognitionem dr̃ hõ vere ſapiens, ita & in malis eſt adinuenire aliquid ad qđ alia referuntur ſicut ad vltimũ finẽ, per cuius cognitionẽ homo dr̃ ſapiens ad male agendum. Quicunque. n. auertitur a fine debito neceſſe eſt q̃ aliquem finẽ indebitum ſibi præſtituat, qa oẽ agens ait pp finẽ. Vnde ſi præſtituat ſibi finem in bonis exterioribus terrenis vocatur ſapientia terrena. Si in bonis corporalibus vocatur ſapientia animalis. Si in aliqua excellentia vocatur ſapiẽtia diabolica pp imitationem ſuperbię diaboli, de quo dicitur Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ quales fuerunt philoſophi. De quibus dr̃ Ro. 1. Dicentes ſe eſſe ſapientes. ſ. ex ſuperbia ſtulti facti ſunt. Tales ẽt fuerunt Magi, i. ſapientes Pharaonis & Nabuchodonoſor. Hinc B. Greg. in moral. de criminali ſapientia ait ponens cõditiones ſeu effectus eius. Huius mundi ſapientia ait eſt cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt uera oſtendere, quæ vera ſunt falſa demonſtrare.

De ſapiẽtia humanali q̃ ipſa ẽ varia.

Eſt & ſapientia criminalis.

Hanc

Hanc qui sciunt cæteros superbiendo despiciunt qui nesciunt superbi & tumdi in aliis ipsam mirantur. Hæc sibi obsequentibus præcepit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere. Irrogata ab aliis mala multipliciter reddere, cũ vires suppetũt nullis resistentibus cedere. Cum viribus possibilitas deest quicquid per malitiam explere non valet, hoc in pacifica bonitate simulare.

§4 ¶ Secunda sapientia quæ est cõmunis bonis & malis, est sapientia q̃ ponunt phĩ, & Plato & Aristoteles, virtutem intellectualẽ quæ est circa cognitionem diuinorum, Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. 2.2.q.45.art.2.q̃ sapientia importat quãdẽ rectitudinẽ iudicii scd̃m rõnes diuinas. Rectitudo aũt iudiciis põt contingere dupliciter. Vno modo scd̃m pfectũ vsum rõnis. Alio mó pp quandã cõnaturalitatẽ ad ea de quib. est iudicandum. Sicut verbi gratia, de his q̃ pertinent ad castitatem per rationis inquisitionem, recte iudicat ille qui didicit scientiam moralem, sed per quandã connaturalitatem ad ipsam recte iudicat de eis q̃ hẽt habitũ castitatis. Sic circa res diuinas ex rationis inquisitione rectum iudicium habere pertinet ad sapientiã, quæ est virtus intellectualis quã hbet theologus & metaphisicus bonus vel malus. Sed rectum iudicium habere de diuinis p quandam connaturalitatem ad ipsã pertinet ad sapientiam, quæ est donũ spiritussanẽti quod soli boni habent, vt dicetur. Stoici tñ accipiebant sapientiam pro virtute intellectuali scd̃m illud ,puer. Sapientia est viro prudentia in qua connectuntur omnes virtutes morales & notitia diuinorum. Et dicebant q̃ in animo sapientis. i. virtuosi non cadunt passiones. Peripatetici vero asserebant q̃ in sapiente cadunt passiones, sed non deducitur ab eis. i. non superatur eis acquiescendo, vt quid agat contra rationem & si motus earũ sentit. Et dicit bea. Aug. in 9. de ciui. dei, q̃ ista controuersia magis erat in voce q̃ in re. Nam quod dicebant Stoici in animo sapientis non cadere passiones, intelligebant quantum ad cõsensum cõtra rationem, nõ qnantum ad motus. Et antiquitus philosophi vocabantur sapientes. Primus aũt vt dicit bea. Aug. de ciuit. Dei, qui inuenit istud nomẽ, philosophus fuit Pythagoras, q̃ interrogatus de sua ,pfessione, cum nomen sapientis videretur sibi nomen arrogantiæ non sapientem se esse dixit, sed philosophum. i. amatorem sapientiæ. Sic. n. interpretatur philosophus. Dicitur. n. philosophus a philos græce quod latine est amor, & sophia græce quod latine dicitur sapientia, in de philosophus amator sapientiæ. Magnã aũt penuriam mundus habebat horum sapientũ, dicit bea. Aug. qñ solum septem mundi sapiẽtes fuisse quodam tempore describuntur, Qui tñ & ipsi modo suo humiles erant præferẽtes alios sibi. Vnde Thales ait. Inter sapientes illo sapientior, qui est humilior. In huius exemplũ narat Vale. Maximus lib. 4. q̃ cum quadã vice piscatoribus retia iacientibus pro capiẽdis piscibus quidam emit iacturam illam pro illa vice certo prætio. Iactatis retibus cœperunt, mensam auream. Qua educta orta est quæstio cuius esse deberet asserente emptore suã fore, quia emerat iacturam illam quæ capta erat. Piscatores econtra quia intenderunt vendere capturam piscium non aliud. Demum consulentibus super hoc Apollinem Delphicũ. Respondit. s. Diabolus per idolum illud. Illã mensam debere dari sapientiori huius mundi. Et sapientior iudicatus est Thales Milesius, & ei missa est. Qui ex humilitate reputans Biãtem sapientiorem eo misit sibi eandem. Et ipse similiter alteri ex septem quem æstimauit magis sapientem. Tandem ad vltimum ex 7. est delata vni qui dictus est Solon, qui nec eã sibi retinuit, sed dedicauit in templo Apollinis q̃ dicebatur deus sapiẽtiæ. Aurea mẽsa significat ipsam sapientiam quæ deo attribuẽda est, quia vt dicitur Eccl. 1. Omnis sapientia a dño Deo est, & cum illo fuit & est ante euum. Ista tñ sapiẽtia acquisita prout compræhẽdit cum cognitione diuinorum etiã virtutes morales acquisitas nõ sufficit ad salutem. Præterea ait dñs Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, qa. s. non saluat. Sed sapientia huius ,put comprehendit virtutes infusas cum gratia deducit ad claritatem æternam, vt dr̃ Sap. 6. Et sic vr̃ sumi in libris sapientialibus, in quibus frequenter fit mentio de sapientia, & permaxime in libro sapientiæ, a 6. c. vsq; ad 9. vbi ponunt excellentiæ eius & effectus, vt ibi. Est in ea. s. sapientia spiritus intelligentiæ multiplex, vnicus &c. Et infra inter cætera dicitur. Sobrietatem & prudẽtiam docet iustitiam & virtutẽ. i. fortitudinem, quibus in vita nil vtilius hominibus. Patet autem has esse virtutes cardinales. Et superius ait, q̃ amicos Dei constituit q̃ sit per charitatẽ. Vel melius scd̃m beatũ Thomam 2.2.q.45.artic.6. Illa omnia intelliguntur de sapientia increata qua prima se nobis vnit per donum charitatis. Et ex hoc reuelat mysteria nobis, quorum cognitio est sapientia infusa. Vnde sapientia infusa quæ est donum. non est causa charitatis, sed effectus eius. Et quia sapientia contrariatur stultitiæ,

Philosophi nomen qs primus inuenit & vñ dr

ſicut in ſcriptura ſacra. ſapiēs dr̄ virtuoſus ſm virtutes infuſas, ita & ſtultus ſeu inſipiens vitioſus. Et de hac ſapientia virtute generali dicit beatus Ambroſius in libro de fuga ſæculi. Sapiens nunq̄ eſt inanis, ſed ſemper habet in ſe amictū prudentiæ, qui dicere pōt, iuſtitiam induebam & iudicium. Hæc ſunt interna mētis velamina, quæ nemini poſſunt auferri niſi quē ſua culpa diſpoliat. His ſpoliatus Adam nudus inuentus eſt, habentur hęc de pæ. di. 2. ſapiens. Hinc & Lactantius in 3. inſtitu. Quicunq; vult ēe ſapiēs atq, beatus audiat dei vocem, ſacramentū natiuitatis ſuæ norit, vtriuſque natiuitatis Xpi diuinæ & humanæ, humana cōtēnat, & diuina ſuſcipiat, vt ſummū bonū illud ad q̄d natus eſt valeat adipiſci. Hæc ille. Et hoc eſt quod Chriſtus ait Mat. 7. Omnis q̄ audit verba mea & facit ea, ſiſtis ē homini ſapienti qui ædificauit domū ſuā ſupra petrā &c.

§. 5. ¶ Tertia ſapientia q̄ eſt ꝓpria bonorū & virtus ſpecialis diſtincta a cæteris eſt illa q̄ ponit primū & excellentius donum vnū ex ſeptē donis ſpūſſancti de quo dr̄ Eſa. 11. requieſcet ſup eū ſpūs ſapiæ & itellectus &c. Dōa enī ſpūſſancti (vt dictū eſt ſupr.) ſunt virtutes medię iter virtutes cardinalis qbus sūt excellētiores & theologicas quibus ſunt inferiores, q̄ & ſi ſint realiter diſtinctæ, ita tñ ſunt cōnexæ ꝓ qui habet iſtas, & illas habeat & q̄ vna careat nullā poſſideat. Et ſimiliter de donis. ¶ Differt aūt hæc ſapia nō ſolū a ſcientia q̄ eſt cognitio diuinorū naturalis. i. quæ p viā naturalē habet, qa hæc infuſa a Deo, illa acquiſita p ſtudiū. Sed etiam differt a fide, qua hr̄ cognitio diuinorū ſupnaturalis, & ſi vtraq; a Deo, Nā ad fidē ptinet aſſentire veritati diuinę reuelatę ſm ſeipsā. Sed ad ſapientiæ donū pertine ſm regulas diuinę veritatis habere iudiciū de rebus diuinis ſpeculādis, & humanis agēdis. Vñ ſapię donū prę ſupponit fidē, qa vnuſq; ſq; bñ iudicat quæ nouit. Differt ēt a ſapia q̄ numerat iter gratias gratis datas 1. Cor. 12. vbi dicit. Alii dat per ſpm̄ ſermo ſapientiæ &c. qa illa pōt eſſe cōmunis bonis & malis, & ptinet ad eam diuina cognoſcere, nō p acquiſitionē ſed p infuſionem, & ita copioſe ꝓ pōt alios inſtruere de diuinis efficaciter, & fidei aduerſarios refellere rōnib. probabilibus. Hæc aūt ſolum in bonis reperitur cū guſtu diuinorū quoad neceſſaria ad ſalutē. Dr̄ autē ſapia iſta aliquando pietas, ſm illud. Iob. 28. Ecce pietas ipſa eſt ſapiēria ſm tranſl. 70. interpretatum, quia ſicut pietas eſt manifeſtatiua fidei in quātum p cultum dei, ꝓteſtamur fidem, ita etiam pietas manifeſtat ſapiā, & propter hoc dicitur ſapientia pietas, & eadē ratione ſapientia dicitur timor dei iuxta illud Iob. 28 ſecundū litteram noſtram. Ecce timor domini ipſe ē ſapientia, quia per hoc oſtenditur ꝙ homo rectum iudicium habet de diuinis, quia deum timet & colit. Dicitur etiā charitas ſapientia. Vnde b. Aug. Sapientia eſt charitas dei, & Hugo de arca Noe ait. Charitas ē ſapientia, quia per ipſam guſtamus deum, guſtando cognoſcimus, Guſtate inquit pſal. 33. & videte quoniam ſuauis eſt dominus. Qui. n. diligit manet in lumine, ſcilicet ſapientię. 1. Ioan. 2. Dicitur autem ſapientia charitas quantum ad ſuam cauſam ex qua ſumitur etiā nomen ſapientiæ, ſcilicet a ſapore. Cauſatur enī ſapientia a charitate quę charitas eſt in voluntate. Sapientia vero eſſentialiter eſt in intellectu vt in ſubiecto. Et iſta ſapientia eſſe non poteſt in habente peccatum mortale. Vnde dicit Sap. 1. In maliuolam animam nō introibit ſapiētia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Cuius ratio eſt ſcdm. b. Tho. 2. 2. q. 45. ar. 4. quia ſapientia donum ſpiritusſancti facit rectitudinem iudicii circa res diuinas vel de aliis rebus per regulas diuinas ex quadam connaturalitate ſeu vnione ad diuina quæ quidem vnio eſt per charitatem, ſcdm illud. 1. ad Cor. 6. Qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. In heſio autem eſt per amorem. Charitas autē cum mortali peccato ſtare nō poteſt (vt ſupra dictum eſt.) Et ideo ſapientiæ donū nō poteſt eſſe cum mortali. ¶ Eſt autem hęc ſapientia in omnibus habētibus gratiam, etiam in paruulis & fatuis, adultis baptizatis quātum ad habitum, etſi non quātum ad actum propter impedimentum corporale. Vnde dicitur Sap. 7. Neminem diligit deus niſi qui cum ſapientia graditur. Sed omnes diligit deus qui diligunt eum, quod fit per gratiam & charitatem quod ſic declarat. b. Tho. 2. 2. q. 45. ar. 5. Sapientia importat (vt dictum eſt) quādam rectitudinē iudicii circa diuina cōſpiciēda & cōſulēda. Et quātū ad vtrūq; ex vnione ad diuina ſecūdū diuerſos gradus alii ſortiūtur ſapiētiā. Quidam enim tantum ſortiuntur de recto iudicio tam in contemplatione diuinorum q̄ ēt in ordinatione rerum humanarum ſecūdū regulas diuinas quantum eſt neceſſarium ad ſalutem. Et hoc nulli deeſt exiſtenti ſine peccato mortali per gratiam gratum facientem. Iuxtā illud. 1. Io. 2. Vnctio docet nos de omnibus. Quidam altiori gradu percipiunt ſapiētiæ donum. Et quantum ad contemplationem diuinorum in quātum, ſcilicet & altiora quædam myſteria & cognoſcūt & aliis manifeſtare poſſunt. Et quantum ad directionem humanorū

ſecundum

De ſapientia virtuali q̄ eſt bonorum.

De differentia hᵗ ſapiæ ab his virtutibus.

Sapientia virtualis in qbus ſit

fm regulas diuinas, inquantum possunt scdm eas non solum seipsos, sed etiam alios ordinare. Et iste gradus sapientiæ non est communis omnibus habentibus gratiã gratum facientẽ sed magis pertinet ad gratias gratis datas, & sic quod ait phũs in 1. metha. Sapientis est ordinare quantum ad ordinationem suiipsius, hoc agit in omnibus donum sapientiæ. ¶ Quantũ ad ordinationẽ aliorum hominum & iudiciũ aliorum quod fit per rectores & prælatos, hoc fit per sapientiam gratis datam, qualis fuit data excellentissime Salomoni hoc postulanti ad regendum bene populum Dei, vt habetur. 3. Reg. 3. hæc autem sapia non solum speculatiua est, sed ẽt practica. Quod patet ex eo qđ ait Aplꝰ ad Col. 4. In sapiẽtia ambulate ad eos qui foris sunt, hæc aũt pertinet ad actionẽ. Declarat aũt. Th. 2. 2. q. 45. ar. 3. sic. Superior pars rationis vt ait b. Aug. 12. de trini. sapientię deputatur. Inferior aũt scientiæ. Superior autem ratio ait idem intendit rationibus supernis. s. diuinis & concupiscendis & consulendis. Conspiciendis quidem fm q diuina in seipsis contemplantur consulendis aũt fm q per diuina iudicat de humanis, per regulas diuinas dirigẽs actus humanos. Et sic patet q sapiẽtia fm q est donum non solum est speculatiua, sed etiam practica. Et ex hoc patet q sapiẽtia quæ est donum est excellentior q̃ sapiẽtia, quæ est virtus intellectualis, vtpote magis de propinquo Deum attingẽs per quandã sptritus vnionem animæ ad ipsum. Et inde habet q non solum dirigat id contemplatione quod facit sapientia virtus intellectualis, sed etiam in actione circa humana. Quanto n. virtus est alior tanto ad plura se extendit, vt hr in lib. de cau. per prius tamen pertinet ad homõi sapiẽtiam contemplatio diuinorum & per posteriuis dirigere actus humanos fm rationes diuinas, nec tamen ex directione sapiẽtiæ in humanis actibus prouenit amaritudo aut labor, sed potius ꝓpter sapiẽtiã amaritudo & labor q̃ est in opibus humanis pp sapiẽtiã cõuertit i dulcedinẽ & requiẽ, scdm illud Sap. 8. Nõ habet amaritudinem conuersatio illius, scilicet sapientiæ nec tedium conuictus eius, sed gaudium. Cũ aut m ista quatuor dona, scilicet sapientia, intellectus, scientia, & cõsiliũ pertineãt ad vim cognitiuam seu potentiam intellectiuam alia tria, scilicet fortitudo, pietas, & timor ad appetitiuã, quomodo ista quatuor differãt inter se, sic declarat be. Tho. 2. 2. q. 8. ar. 6. Ista quatoor dona ordinantur ad supernaturalem cognitionem quę in nobis per fidem fundatur. Fides autem est i nobis ex auditu, vt dicitur ad Ro. 10. vnde oportet aliqua proponi hoñi ad credendum, non sicut visa, sed sicut audita quibus homo assentiat per fidem. Fides autẽ primo & principaliter se habet ad veritatem primam qui est deus Secundario ad quędam circa creaturas consideranda, vt incarnationẽ seu Christi humanitatem, creationem gubernationem creaturarum, iustificationem hominũ & huiusmodi. Vlterius tertio se extendit ad directionem humanorum operũ, scdm q̃ fides per dilectionem operatur, vt scil icet credat agenda esse ab hominibus scdm regulas diuinas quę tradũtur in sacra scriptura, vt sunt mandata Dei. Sic ergo circa ea quæ ꝓponũtur nobis credenda duo requiruntur ex parte nostra, primum est vt intellecta penetrẽtur seu capiantur vt credenda, quod fit per donum intellectus per quem habetur quasi quædã certitudo non demonstrationis, sed efficacis psuasionis sic esse firmiter assentiendũ his quę sunt fidei. Secundo oportet vt homo de his habeat iudicium rectum vt æstimet his esse inherendum & ab eorum oppositis recedendum vt falsis. Et hoc iudicium quantum ad res diuinas pertinet ad donum sapientiæ, quantum vero ad res creatas pertinet ad donum scientiæ quã tum vero ad applicationem, a particularia opera pertinet ad donum consilii. Sapiens vt dicit Isido. in lib. etimoł. dictus est a sapore quia sicut gustus est aptus ad discretionem saporis ciborum, sic sapiens dicitur ad dinoscentiam, rerum & causarum circa diuina & agenda. Et huic opponitur stultitia, vt dicit b. Greg. 1 mor. tanquam contraria ei quæ dicta est a stupore. Secundum Isido. importat quandam hebetudinem cordis & obtusionem sensuum. Et idem est insipientia cum stultitia. Vnde insipiẽtia quasi sine sapore discretionis. Et ꝓcipue videtur esse aliquis stultus, & insipiens qui deficit in sententia iudiciis circa altissimam causam accipiens pro altissima causa & pro ultimo fine aliquod bonum terrenum vel creatũ bea. Tho. 2. 2. q. 46. arti. 1.

De sapientia, quæ est donũ, & quæ est virtus.

¶ Ponit autem Iacobus Apostolus. in 3. c. suæ epistolæ septem proprietates seu effectus huius sapientiæ. Dicit enim. Sapientia quæ desursum est. Primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordiæ & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Et possunt figurari per septem columnas de quibus dicitur Prouerbio. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, scilicet animę, excedit columnas septem, quibus scilicet sustenteturædificium spirituale, miscuit vinum feruentis dilectionis

§. 6.

Septem effectus, hꝰ sapiẽtiæ.

ctionis, posuit mẽsam, refectionis spũalis, quę est pax mẽtis, q̃ ẽ thronus Salomonis q̃ dictus est rex pacificus & sapiẽtissimus. Et dns de eo. Et erit ipse mihi in filiũ. 2. Reg. 7. Correspondet. n. dono sapientię septima beatitudo qua dr. Beati pacifici qm̃ filii dei vocabuntur, vbi dicit Aug. de sermone dni in monte. Sapiẽtia conuenit pacificis in q̃bus nullus motus est rebellis, sed obtemperans rationi. Et vt dicit. be. Tho. 2. 2. q. 45. arti. 6. Congrue septima beatitudo prædicta adaptat̃ dono sapientię, & q̃tũ ad meritũ & quantum ad prẽmium. Ad meritum quidem pertinet quod dicitur. Beati pacifici. Pacifici enim dr̃ quasi pacem facientes, vel in seipsis vel in aliis, quorum vtrũq; cõue nit per hoc q̃ ea in quibus pax constituitur ad debitum ordinem rediguntur. Nã pax est trãquillitas ordinis, vt dicit. bea. Aug. 19. de ciui. dei. Ordinare autem pertinet ad sapientiam, vt patet per philosophũ in j. metha. Et ideo eẽ pacificum conuenienter attribuitur sapientiæ Ad præmium autem pertinet quod dicitur. Filii dei vocabuntur. Dicuntur autem filii Dei in quantum participant similitudinem filii vnigeniti & naturalis, scd̃m illud ad Ro. 8. Quos præsciuit & præd estinauit cõformes fieri imaginis filii sui qui est sapientia genita, & iõ participando donum sapientiæ ad dei filiationem homo pert ingit. Quomodo autem prædictæ septem proprietates seu effectus positi a Iacobo pertineant ad sapientiam, sic declarat bea. Tho. vbi supra. Ad sapientiam fm̃ q̃ est donũ pertinet non solum contẽplari diuina, sed etiã regulare actus humanos. In qua directione primo occurrit remotio a malis quæ contrariantur sapientiæ. Vnde & timor dicitur esse initiũ sapientiæ inquantum facit timor recedere a malis, scd̃m illud Eccli. j. Timor domini expellit peccatum. Vltimum autem est sicut finis scilicet q̃ omnia ad debitũ ordinem rediguntur qd̃ pertinet ad rationem pacis. Et ideo cõuenienter Iaco. dicit q̃ sapientia quæ desursũ est, primum pudica est quasi vitans corruptelas peccati per timorẽ, & sic ordinat hominẽ ad deum, sicut per peccatum deordinatur q̃s a Deo, nec habet pacem cũ Deo. Deinde dicit Iaco. q̃ sapientia est pacifica, quod est finalis effectus sapientiæ propter quod ponitur beatitudo ipsa pax (vt dictum est? Vñ & congrue figuratur per thronum Salomonis ad quẽ ascen debatur per sex grãdus. Ex quibus iam vnus dictus est, scilicet pudica, ideſt timorata. Alia quinq; quæ sequuntur manifestãt ea per quę sapientia ad pacem perducit quoad proximũ & quoad se & ordine cõgruo. Nam homini p

Quid sit pax secũdum Aug.

pudicitiam a corruptelis peccati recedenti primo occurrit vt quantũ est ex se, modũ in oib. teneat. Vñ dr̃ modestia. f. ipsa sapientia. Ad modestiã ptinet vt hõ moderetur actus suos exteriores in habitu, in gestu, in incessu, in affatu, in victu, & in omnib. sensationibus, vt nil fiat inordinatũ, scd̃m illud Aplĩ. Omnia honeste, & scd̃m ordinẽ fiãt i vobis. Et ad phili. 4. Modestia vestra nota sit oibus hominibus. Secũdo requiritur, vt in quibus homo nõ sibi sufficit, aliorũ monitis acquiescat. Et q̃tum ad hoc dr̃ suasibilis. Vnde & prouerb. j. dicitur. Audiens sapiens sapientior erit, scilicet acquiescens dictis aliorum. Et Salomon sapientissimus cõsiliarios habuit, & ad quid nisi vt consiliis eorũ acquiesceret. Et. b. Aug. inquit. Senex a puero, & episcopus tot annorum a collega nondum anniculo paratus sũ edoceri. 24. q. 3. si habes. Hæc autem duo, scilicet modestia & suasibilis pertinent ad hoc vt homo habeat pacem in se ipso. Sed vlterius ad hoc vt habeat pacem etiã ad alios requiritur quarto quod bonis eorum non repugnet. Et hoc est quod dicit. Bonis consentiens, scilicet non contradicens, contentionibus vacãs. Propter quod dicit Apostolus Iacob. in epistola ca. 3. Quis sapiens inter vos ostendat ex conuersatione sua operationem bonam in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelũ amarum habetis & cõtentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Dicit enim glo. Vix fieri potest vt contentio non extorqueat aliquid cõtra ueritatem, ne victus confusus, esse videatur. Quinto requiritur q̃ defectibus proximi compatiat in affectu & subueniat in effectu, & hoc est quod dicitur. Plena misericordię & fructibus bonis. Quomodo enim qui diuina degustat considerans proximum factũ ad Dei imaginem & summi boni capacem, deũ præcipientem. Estote misericordes Matth. 6. Et date elemosynam & huiusmodi, non poterit non cõpati, & non subuenire iuxta posse indigentiis proximorum. Sexto & vltimo requirit̃ vt charitatiue emẽdare peccata satagat. Et hoc est q̃ dicit. Iudicans sine simulatione, ne scilicet correctionem præcedens odium intẽdat explere. Vnde Leo papa. Odio habeantur peccata non homines. Corripiãtur timidi, tolerentur infirmi. Et qd̃ seuerius castigare necesse est non seuientis plectatur animo sed medentis disti. 86. odio. ¶ Est etiam sciendum quod scriptura sacra etiam dicit̃ sapiẽtia. Iuxta illud. Deu. 4. Hæc est vestra sapientia coram omnibus populis, scilicet lex diuina quæ comprehẽdit totam scripturam, quæ maxima sapientia dicit̃, quia

Sacra scriptura quare dicit̃ sapia.

quia per maxime de Deo & de his quæ ordinant hominem ad Deum copiosius certius & apertius loquitur quam Metaphisica vel quęcunq; alia humana sapientia. Sed de ipsa in titu. sequenti.

¶De vita contemplatiua. Cap. 4.

DE vita contemplatiua in qua gustat̃ per maxime donũ sapientiæ psal. 62. Loquẽs ad Deum de pluralitate vitæ ait. Melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabũt te. Vbi tria nota.

¶Primo vita beata omnibus proponitur, ibi. Melior est misericordia tua.

¶Secundo vita plurima præsens ostenditur, ibi. Super vitas.

¶Tertio vita mixta vt præcipua eligitur, ibi. Labia mea.

¶Primo notatur vita beata, in eo quod dicit. Misericordia tua. Et dr̃ hic misericordia prout est misseriam adimens. i. tollens. Hoc aũt non fit ex toto nisi in vita beata vbi remouebit a sanctis oĩs miseria, vbi dr̃ misericordia, quasi mira suauitas riga nscorda. Et de hac psal. Dñe in cęlo misericordia tua, vbi. s. nulla miseria. Hęc aũt misericordia quæ absolute dr̃ vita, vtique melior est super oẽs vitas vitæ præsentis, vt exponit b. Amb. In quo dã sermone. Qũocunq; diuidatur vita, vel ſm phũm vel ſm b. Augu. vel per alium modum de quibus distinctionibus hic dr̃ in isto. §. Et vt dicit Greg. in Homel. Temporalis vita æternæ vitæ comparata mors potius dicenda est q̃ vita. ¶Quantũ ad secundum, qa dicit in plurali super vitas. Sciendum principaliter esse duas vitas, actiuã & contẽplatiuam. Et cõparando eas adinuicem probatur meliorem contẽplatiuam actiuã decẽ rationibus. ¶Quantũ ad tertium quia ad illas duas additur tertia. s. mixta ex vtraq; parte cõposita. Istam vt meliorem illis duabus elegit psal. 62. dicens. Labia mea &c. Nam per contemplatiuam laudat Deũ in oratione labiis mẽtis. i. cogitationibus & affectibus. Sed per actiuam laudat prædicatione & instructione aliorum. Et de ista mixta agitur in 3. §.

Quas habes infra §. 2.

§. 1.

¶Notandum ergo primo q̃ quãuis philosophus in 2. Ethi. dicat esse tres vitas hominum excellentes, s. voluptuosam quæ ponit finem in delectationibus corporis. Ciuilem quę pertinet ad actiuam, & cõtemplatiuam & b. Aug. in 19. de ci. Dei, ponat tria genera vitę. s. otiosum quod pertinet ad contẽplatiuam. Actiosum quod pertinet ad actiuam. Et ex vtroque compositum quod dr̃ vita mixta quæ cõgruit prælatis & p̃dicatoribus. Alii assignant vitam ſdm inchoationẽ, profectionẽ, & perfectionẽ tñ diuisio magis propria vitæ humanæ est, q̃ ponit Greg. super Ezech. & in 6. mora. s. q̃ duę sunt vitæ. s. actiua & contẽplatiua, figuratæ in sacro eloquio per duas sorores. In veteri testõ per Lyam, & Rachelem, Lya figurat actiuam exercens se in septẽ operibus misericordię corporalibus & spiritualibus signatis per septem filias Liæ nã septima fuit Dina, Rachel venũsto aspectu quæ interpretat̃ visum principiũ, signat contẽplatiuam quæ ad principium rerum. s. Deũ subtiliter speculat̃. In nouo. n. testõ figurantur per Martham & Mariam, Martha actiuam insinuans quæ sollicita erat turbata erga plurima, Maria contemplatiuam quę sedens secus pedes dñi audiebat verbum illius Luc. 10. Quod ista sit sufficiens diuisio & propria sic decla. b. Th. 2. 2. q. 179. Vnũquodq; viuens oñditur viuere ex operatione sibi maxime propria ad q̃ maxime inclinatur, sicut plantarum vita dr̃ in hoc consistere q̃ nutriuntur & generantur, animalium vero in hoc q̃ sentiunt & mouentur, hominũ vero in hoc q̃ intelligunt ſdm rõnem agunt. Vnde in hoibus vita vniuscuiusque vr̃ esse id in quo maxime delectatur, & cui maxime intendit. Et in hoc vult qlibet p̃cipue conuiuere amico suo. Quia igit quidã hoies per maxime intendunt contẽplationi veritatis. Quidã vero principaliter intendunt exterioribus actionibus. Inde est q̃ conuenienter vita hoĩs diuidit̃ in actiuam & contẽplatiuam. Nam vita voluptuosa q̃ phũs ponit tertiã non conuenit homini in quantum est rationale aĩal agens ſcundũ rõnem. Est. n. bestialis talis vita cõis nobis & brutis. Vita aũt mixta q̃ ponit b. Aug. tertiã post p̃dictas duas virtutes cõtinetur in eis sicut media in extremis ex quibus conficit, vt tepidũ in calido & frigido. Vita vero incipientiũ qui resistũt passionibus spectat ad actiuam, & ẽt cõiter proficientiũ perfectorũ ad contẽplatiuã. Datur. n. ista diuisio de vita hoĩs ſdm intellectum, qui vtiq; est aut practicus aut opus intẽdens exterius p̃ mechanica, & agibilia, vel interius mortificando passiones. Aut speculatiuus intendẽs veritatem speculari præcipuæ circa diuina.

Primo posuit triplicẽ vitã excellentẽ.

¶Contẽplatiua vita simpliciter loquendo est melior q̃ actiua, ſdm b. Tho. 2. 2. q. 182. arti. 1. Ad qđ probandũ inducit octo rõnes philosophi quas ponit 10. Ethic. Harum prima est qa vita contẽplatiua cõuenit homini ſcundũ id qđ est optimũ in eo. s. ſcundũ intellectum, & respectu propriorum obiectorum, s. intelligibilium. Vita autem actiua occupatur circa exteriora

§. 2.

De contemplatiua q̃ sit melior ponũtur rõnes.

teriora. Vnde Rachel per q̃ significat vita cōtēplatiua interpretat visum principiū. Actiua aūt significat per Lyā quæ erat lippis oculis ſm Greg. 6. moral. ¶ Scda rō est, qa contēplatiua pōt esse magis continua, licet nō quantum ad summū contēplationis gradū. Vnde & Maria per q̃ significat contēplatiua, describit secus pedes dñi sedens. Non. n. pōt homo ita cōtinue exerceri in operibus misericordiæ corporalibus vel spiritualibus, qđ pertinet ad actiuam, quia non habet semper modū paratū ad exhibendum eleemosynam, vel ad docendū sicut habet vitā paratam ad legendū, orandū, meditandū & hmōi, quę pertinent ad contēplatiuā. ¶ Tertia rō est quia maior est delectatio contemplatiuę q̃ actiuæ. Vnde b. Aug. dicit, q̃ Martha quæ designat actiuam turbabatur, Maria epulabatur. Vnde de sapiētia quæ gustatur in contemplatione dr̄ Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius neq; tediū conuictus illius sed gaudium. Et Greg. super Ezech. dicit q̃ contēplatiua vita amabilis valde dulcendo est. Est. n. delectabilis ſm B. Tho. vbi supra q. 180. art. 7. Et rōne obiecti inquantum. ſ. quis per eam intuetur vtcunq; rem amaram. ſ. Deum sicut delectatur quis videndo amicum dilectum. Sed o rōne ipsius actus, qa unicuiq; est delectabilis operatio conueniens ei ſm propriam naturam vel habitū. Sed speculatio veritatis conuenit homini ſm propriā naturam inquantum aial rōnale. Tertio adhuc fit magis delectabile istud si habeat habitū sapientiæ vel sciæ ex quo accidit q̃ sine difficultate cōtemplat. Et contēplatio quidē diuinorū etsi in via imperfecta sit, est tn̄ delectabilior omni alia speculatione veritatis quantūcunq; perfecta. Vnde phūs. Accidit circa illas honorabiles existentes substantias minores nobis existere theoricas. Sed etsi modicū attingamus eas tn̄ pp honorabilitatē cognoscendi delectabilius ēt aliquid hñt q̃ ēt nos oīa. ¶ Quarta rō est, qa in contēplatiua homo est magis sibi sufficiēs, quia paucioribus ad eam indiget q̃ in actiua, in qua eget adiutorio aliorū vt possit exercere eam. Vnde Christus Luc. 10. Martha sollicita es & turbaris erga plurima. ſ. circa quę versat & quibus indiget. ¶ Quinta, qa contēplatiua magis pp se diligit. ſ. vt Deus cognoscatur, & veritas quæ perficit intellectū vt ameī vbi figitur. Sed actiua ad aliud ordinatur. ſ. ad subueniendū proximo, nec ibi figit sed vt proximus inde in Deum proficiat. Vnde in psal. 26. Vnā petii a dño hanc requirā vt inhabitē in domo dñi oībus diebus vitæ meæ vt videā voluntatem dñi. Et Christus Luc. 10. Vnum est necessarium. Vnumquodq; aūt perfectius est quod est per se q̃ qđ pp aliud, sicut finis magis q̃ ea quæ sunt ad finē vt sanitas melior medicina quæ ordinatur ad illam. ¶ Sexta qa contēplatiua consistit in quadā vacatione & quiete, ſm illud psal. 45. Vacate & videre qm̄ suauis est Deus. q. d. Non potestis uidere & gustare quā suauis est Deus, qđ pertinet ad contēplationē nisi vacando & cessando ab operibus. Sed actiua consistit in motu, sicut dr̄ prælato cuilibet Prouer. 6. Discurre festina, suscita amicū tuū, ne des somnum oculis tuis. Perfectior aūt est quies q̃ motus cęteris paribus. Vnde B. Aug. dicit in 19. de ci. Dei. Ociū sanctū. ſ. contēplatiuæ vitæ, q̃rit charitas veritatis. ſ. diuinæ cui maxime intendit contemplatiua. Et signanter dicit otium sanctū ad excludendū otiū pigritiæ, qđ est malū & sentina oīm vitiorū. Vnde b. Ber. ait. Vacare Deo nō est otiū. ſ. malū, sed negotium negotiorū est. n. exercitiū vitæ beatæ ſm illud B. Aug. in fine de ci. Dei. Ibi vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus sine fine. ¶ Septima ratio est, qa contēplatiua est ſm diuina, actiua ſm humana. Quis aūt dubitat diuina humanis pferenda, sicut creator creaturę? Vnde B. Aug. super Io. In principio erat verbū, ecce q̃ Maria audiebat. i. contēplatiua cui vacat ſ. audiendo diuina. Et verbū caro factū est. Ecce cui Martha ministrabat. i. actiua. ſ. humanitati egenti subueniendo. Ipsa ēt consideratio mysteriorū Christi. ſ. natiuitatis, vitæ, passionis, & hmōi ad contēplationē pertinet manuducentes nos ad cōtēplationē diuinitatis ſm illud qđ canit in pfatione. Dū visibiliter Deū cognoscimus. i. mysteria humanitatis, per hunc inuisibiliū amorē rapiamur. ¶ Octaua rō, qa contēplatiua est magis ſm id. qđ est proprium homini. i. ſm intellectū. In operationibus aūt vitę actiuę cōmunicant nobis etiam vires inferiores quæ sunt cōmunes nobis & brutis. Vnde in psal. 35. Postq̃ posuit id qđ est cōe nobis, & brutis dicit. Homines & iumenta saluabis dñe, subdidit post, quod est speciale homini. ſ. in lumine tuo videbimus lumen. Vnde & ipsa contemplatiua vita transfert ad quandam mentis libertatem vires inferiores quæ deseruiunt actiuæ in moderatione passionum, & in aliis habent quandam seruitutem. Vnde & Boetius de philosophica cōsolatione ait. Liberiores aīas necesse est cum se in mentis diuinæ speculatione conseruent, minus vero cū dilabuntur ad corporalia. Et B. Greg. dicit super Ezech. q̃ actiua vita seruitus, contemplatiua libertas vocatur. ¶ Nonam causam secundum Beatus Thom.

ponit

ponit Christus. ſ. quia diuturnior, cū dicit, Maria optimā partē elegit quæ non auferetur ab ea. Vbi Aug. dicit. Non tamen malam elegit Martha. Sed illa Maria meliorē. Audi vñ melior quia non auferetur ab ea. Auferetur q̄nq; onus neceſſitatis. i. opus in quo exercet actiua. ſ. paſcere eſurientem, docere ignorantē & hmōi quæ ſunt hic neceſſaria. Sed in vita beata iſta indigētia non hr̄, ſed ęterna eſt dulcedo veritatis quę hr̄, ibi, quod pertinet ad cō templationem. ¶ Quamuis aūt non ſit idē modus contemplandi in via qui & in patria, quia hic imperfectus, tamen dr̄ manere cōtemplatiua in alia vita & non auferri ratione charitatis, in qua habet principium & finem. Vnde b. Greg. dicit ſuper Ezech. q̄ contemplatiua hic incipit vt in futuro perficiatur. Diuturna autem poteſt dici. Primo quia verſatur circa incorruptibilia & immobilia ſcilicet circa diuina. Secundo quia non habet contrarietatem. Actioni enim quę eſt in cōſiderando nihil eſt contrarium. Tertio quia eſt ſcd̄m partē animę incorruptibilem actio talis, ideſt ſcd̄m intellectū. Quarto quia in operibus cōtemplatiuæ nō laborat. Poteſt aſſignari & decima rō, quia ſcilicet contemplatiua eſt maioris meriti. Vnde b. Greg. 6. moral. ait. Magna ſunt vitæ merita actiuæ ſcilicet, cōtemplatiuę potiora. Qd ſic declarat b. Tho. 2. 2. q. 182. ar. 2. Radix metendi eſt charitas. Hęc autem conſiſtit in dilectione Dei & proximi. Diligere autem deū ſm ſe eſt magis meritorium q̄ diligere proximū & ideo quod directus pertinet ad dilectionem dei eſt magis ex ſuo genere meritorium quā illud quod pertinet ad dilectionem proximi quæ eſt propter Deum. Contemplatiua autem directe & immediate pertinet ad dilectionem Dei. Actiua autem directe ad proximum ordinatur quia ſatagit circa frequens miniſterium & ideo contemplatiua eſt maioris meriti quā actiua. Et hoc eſt quod dicit bea. Greg. in 3. Homel ſuper Ezech. Cōtemplatiua maior eſt merito q̄ actiua, quia hæc in vſu præſentis operis laborat, in quo ſcilicet neceſſe eſt ꝓximis ſubuenire. Illa vero ſapore intimo venturam iam requiē deguſtat ſcilicet in cōtēplatione Dei. Poteſt tamen contingere q̄ aliquis in operibus vitæ actiuæ plus meretur q̄ alius in operibus vitæ contemplatiuę, puta ſi propter abundantiam diuini amoris vt eius volūtas implea tur propter ipſius gloriam interdum ſuſtineat a dulcedine diuinę contemplationis ad tēpus ſeparari. Item quāuis ſimpliciter loquēdo cōtemplatiua ſit melior actiua, tamē ſcd̄m quid .i. in aliquo caſu eſſet vt melius eligenda actiua ſcilicet propter aliquam neceſſitatē tēporalem, & multo magis ſpiritualem. Vnde philoſophus dicit, q̄ quāuis philoſophari ſit magis q̄ ditari, tamen neceſſitatem patienti melius eſt ditari. i. ſibi ſubueniri. In glo. 2. q. 7. in ſancta dicitur q̄ iſte duæ vitæ habent ſe ſicut excedentia & exceſſa. Excedit enim contemplatiua actiuam, quia eſt magis quieta & ſecura. Actiua autem contemplatiuam, quia eſt magis fructuoſa proximis, etſi minus videat vt Lia quæ habuit plures filios, quam Rachel, vt dicitur extra de renum. niſi cum pridem. Et q̄uis (vt dictum eſt) ſimpliciter loquendo ſit melior contemplatiua, tamen quia pauci ſunt apti ad eam, ideo dixi Chriſtus. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, ideſt contemplatio, puta quia ex ſpeculatione incurrit errores, erue eū, ideſt dimitte & propritice abſte. Vnusquiſq; ergo in hoc ſequatur rd in quo magis proficit & quod cernit Deum velle ab eo.

¶ Tertium genus vitæ. ſ. mixtam, vt perfectiorē eligere videtur pſal. 62. dum ait. Labia mea laudabunt te. Laudatur deus labiis oris admonendo & prędicando quod eſt præcipuū in vita actiua. Laudatur deus labiis oris, ore & corde in oratione cogitationibus & effectibus deuotis quod ſpectat ad cōtemplatiuam. Vtrāq; pſalmiſtam nō eſt dubium habuiſſe. Actiuam in gubernatione regni. Contemplatiuā in ædi tione & decantatione pſalmorum. Hanc vitā mixtā Chriſtus vt perfectiſſimā tenuit, & in ſe oſtēdit. Nam licet cōtinue cōtēplaretur anima eius & frueretur verbo cui erat vnita limpidus q̄ quicunq; ſanctus in patria, tamen qa hoc hominibus erat ignorum, aliquando ibat in deſertum locū aptum contemplationi. Vel aſcendit in montem ſolus orare. Et aliquando erat pernoctās in oꝛone, vt referūt euāgeliſtę. Aliqñ diſcurrebat p̄dicando. ſanādo infirmos corrigēdo hoies, paſcēdo famelicos, vinū ꝓcurādo in nuptiis egētibus, cōſolādo afflictos vt Marthā Mariā & alios. Hanc mixtā tenuerunt apli, pfectiſſimi ſancti p̄dicando, orando. Vnde & ait Petrus ad ſedādū murmur ex ortū in eccl̄ia primitiua. Nō eſt equum nos dimittere verbū dei & miniſtrare menſis. Eligite vobis &c. Nos vero oꝛoni & p̄dicationi vacabimus. Actu. 6. Et qa plati & p̄cipue pontifices & p̄dicatores tenēt locū ap̄lorū debēt ꝓ poſſe imitari in vita mixta implētes illud Pſ. 44. Memoriā abūdātiæ ſuauitatis tuæ eructabūt. Et plenitudine interiori diuinæ ſuauitatis q̄ deguſtātin oꝛone, lectione, & contemplatione dñt poſtea ꝓpīs dei myſteria & monita propinare. Hæc mixta figurant in Lazaro reſuſcitato, q̄ poſtea fuit.

Modus cōtēplandi in patria erit alius q̄ hic in via

Quid ſit maioris meriti.

§. 3. De tertio genere vitæ, ſ. mixtę

Quia Xps tenuit vitam mixtam, vt pefectiſſimam.

Alīqñ melius ē ditari, q̄ philoſophari.

fuit episcopus sanctus frater Marthę & Marię. Dicitur autem Io. 11. Diligebat Iesus Martha designantem actiuam, Mariam contemplatiuam, & Lazarum tenẽtem mixtam. Vtrũq; cõplexi sunt eximii illi prophetæ prædicatores veteris testamẽti. Esaias Hieremias. Et licet Hieremias cum mitteretur a dño ad prædicãdum, vnde ad actiuam se difficilem redderet, excusans se & dicens. A. a. a. dñe Deus ecce nescio loqui, Hiere. 1. timens quietem & suauitatem cõtemplationis amittere, & Esaias ad prædicationẽ se offerret dicens. Ecce ego mitto me Esa. 6. lucca salutis proximorum appetens acq̃rere. Tamen nec Hieremias omnino recusauit accusationẽ sibi a domino impositã prędicationis, nec Esaias prius se obtulit q̃ purgatum se vidit carbone ignis. Sin prædicaret qs sine igne charitatis factus esset velut æs sonãs aut cymbalum tinniens. 1. Cor. 13. se cõsumẽs per mortale, & aliis ꝓficiẽs. Tangit hoc Greg. 8. q. 1. In scripturis hinc & Inno. 3. cuidam volenti renunciare episcopatũ, vt vacaret quieti contemplationis ait. Contemplatiuus esse vales & actiuus legislatoris exemplo. s. Moysi qui nunc ascendebat in montem; vt ibi gloriã domini cum maiori libertate cerneret, nunc descendebat in castra, vt cum vtilitate necessitatibus proximi ꝓuidere, extra de renũ. nisi cũ pridẽ. Et cum quæritur quem Christus magis dilexit. Petrum vel Ioannẽ euangelistã, vtriq. magna priuilegia prę cæteris apostolis concessit Ioanni matrem suam, Petro ecclìam commendauit. Respondeo q̃ Christus magis dilexit Petrũ ad actiuam cui regendam commisit ecclesiam, Ioannem magis ad contemplatiuã cui non solum mrem contemplatiuam sed & ipsam summam speculationem deitatis suæ tradidit mundo insinuandã in suo euãgelio ꝑ maxime. In principio erat verbũ inchoanti, Petro dixit. Sequere me. s. per tolerantiam passionis. qđ ptinet ad actiuã, de Ioãne vero. Sic eum volo manere donec veniam pro eo qñ nõ quidem auferetur contemplatiua, sed perficietur. Simpliciter autem videtur magis delexisse Ioannem ex pluribus priuilegijs concessit, vterque tamen actiuus & contemplatiuus.

Quem dilexit Christꝰ Petrus an Ioan.

Beatitudo consistit in cõtẽplatione visionis Dei.

¶ *De his quæ pertinẽt ad contẽplatiuã vitã. Cap. 5.*

QVis dabit mihi pennas sicut columbę & volabo & requiescam, Ps. 54. Vltimus finis noster & beatitudo cõsistit in contemplatiõe primæ & summę veritatis seu visione dei. Sed philosophi gentiles sapientiores cæteris vt Aristoteles non inteligentes claram cognitionem diuinorum quæ habetur in gloria, posuerunt summam hominis fœlicitatem q̃ hic possit haberi in contemplatione primæ causæ & substantiarum separatarum, ideſt angelorũ, Et quãuis in præsenti vita pauciſſimi vacẽt cõtemplationi ꝓꝑ occupationes necessarias & ineptitudinem hominum ad speculationem & penè omnes etiam boni fideles vacent actioni tamen nullus quantũcũq; necessario occupatur in actionibus, debet omittere quin aliquãdo vacet contemplationi. i. cõsiderationi diuinorum. Vnde in figuram Leui. 11. declarantur immundi pisces in aquis qui non habent pennulas. i. paruas alas quibus possint aliquando saltum facere extra aquã, vt patet in tinchis. Pisces continue versantes in aquis sunt homines cõtinuo occupati in actionibus sæculi. Verum & hi hñt habere alas saltem paruas alicuius contemplationis & considerationis diuinorum, saltantes per eas extra tumultũ secularium negociorum, aĩs immundi sunt, corã deo. Nec dñt comedi. 1. icorporari seu imitari mores talium, qui semper immersi morantur in mũdo q̃a etsi delectabilis tamen noxius cibus saluti vt anguillæ, sed q̃libet perfectus cum psal. appetit magis inherere cõtẽplationi dicẽs. Quis dabit mihi &c. In quibus verbis quatuor possunt notari quę exigunt ad contẽplatiuãvitã. ¶ Per oꝝones frequẽtatio, ibi. Quis dabit mihi ¶ Per morales mortificatio, ibi. Pennas sicut columbæ. ¶ Per considerationes eleuatio, ibi. Volabo. ¶ Per speculationes delectatio, ibi, requiescã. ¶ Quantum ad primum cum sufficientia nra ex deo sit ſm Apl'm etiã minima cogitare, vel operari, multo magis maxima vt fit in cõtemplatione. Et ideo oportet orationes frequentare. Si quis vꝝm indiget sapientia postulet a deo & dabitur ei Iaco. 1. scribitur. Sapientia autem ptinet ad contemplationẽ, q̃a est cognitio diuinorum. Vñ & psal. hic. Quis mihi dabit pennas ad volandũ. q d. nullus nisi deus. Nam doctrina & scientia philosophorum dat ad volandum per superbiam, non ad deum, q̃a sciẽtia inflat, sed dat ad volandum adiutoriũ deus per gram non tamen dat nisi desideranti & petenti Luc. 11. Dabit spiritum bonum petentibus se, spiritum. s. sapientiæ & intellectus, vt dicitur de sancto viro. Impleuit eum spiritu sapientiæ & intellectus, Sic sapiens inquit. Inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ. Sapi. 8. Sed hæc oratio vt sit decens præsupponit lectionem vel auditionem sacrarum doctrinarum, vt ex his sciat qũo mentem debeat dirigere, vt scilicet nõ imaginetur loqui ad Deum

quatuor sũt quæ ad cõtẽplãdã requirunt & iuuãt.

§. 1.

Quia sacrę scripturæ auditio vel lectio cõtemplationi deseruit.

vt ad

vt ad hoīem corporeū, cum ſit Deus ſpūs non corpus. Sicut accidit Serapioni abbati magnæ abſtinentiæ viro, qui credebat Deū hr̃e mẽbra. Et cū orabat dirigebat mentẽ ſuã ad Deū vt ad hoīem formans ſibi in mẽte de Deo formam corporeã qđ ab eccleſia eſt reprobatū vt hęreſis Deū ſ. habere membra corporea, vt 24 q. 3. c. penult. Accedentes autem ad eū venerabilis Ioan Caſſianus cū ſocio ſuo gr̃a viſitationis, & audientes opinionẽ eius falſam ex ignorantiam q̃ habebat, vix rõnibus plurimis ab errore illū reuocauerunt. Et cū ſimul genua flecterent ad orandū gratias Deo agendo de dimiſſione erroris cępit ille Serapion flere di. Tulerunt dn̄um meū & neſcio quo vertã vel dirigã aīum meum. Oratio ergo ex lectione formata pręcipue debet poſtulare perſeueranter & feruenter virtutes neceſſarias ad ſalutem & contemplationis actum, de quibus in §. ſequenti.

§. 2. ¶Secundū qđ requiritur ad contẽplatiuã vitã eſt mortificatio paſſionū & vitiorū quæ fit per virtutes morales, & hæ ſunt pennę pertinentes ad duas alas. Ille n. quæ mortificant paſſiones & vitia ſenſualitates. ſ. concupiſcibilis & iraſcibilis, vt fortitudo & tpantia ſunt in ala dextra, quę in ſeipſo bene regulatur & a terra eigitur. Quę aũt mortificant vitia volũtatis prauę, vt iuſtitia & partes eius ſunt in ala ſiniſtra, quibus bene ordinatã qs ad proximū. Sed oportet q̃ hę ſint alę colũbæ. Quis inquit pſal. 54. dabit mihi pennas ſicut columbæ In columbę ſpecie Spūſanctus viſus eſt ſuper Chriſtū baptizatū. Vnde pennæ colũbæ deſignant uirtutes morales infuſas a ſpūſancto. Nã morales acqſitæ tñ valent quidẽ ad contẽplationẽ philoſophica, non ad ſpeculationẽ theologicã guſtatiuam & ſalutiferã. Colũba ẽt eſt aīal immolatitiū, qa mortuū offerebat Deo in ſacrificiū, & eſt aīal quietū non leſiuum. Oportet ergo per prius mortificare per virtutes tpantiæ delectationes venereas per caſtimoniã. Guſtus per abſtinentiã & aliorū ſenſuū per modeſtiã. Iras & triſtitias per manſuetudinem & patientiã. Iſta maxime pręexiguñt ad contẽplationẽ. Sicut. n. per luxuriã abſorbeẽ intellectus & per gulã hebetatur, & per irã offuſcat. Ita per caſtitatẽ eleuatur ſupra ſe, per abſtinentiã acuitur, per patientiã quietat. Vnde Daniel & ſocii eius qa fuerunt abſtinentes & caſti fuerunt multū contẽplatiui & acuti ad intelligendum viſiones & reuelationes diuinas. Moyſes qui fuit mitiſſimus hoīum cũ Deo frequenter loquebatur, vt homo cũ amico ſuo. Oportet propriã voluntatem per obedientiã mortificare cupiditatẽ per liberalitatem vel paupertatem extinguere. Per pęnitentiam uitia expellere, neminem lędere, quæ oĩa pertinent ad iuſtitiã. Mortificatio aũt vitiorū & paſſionū ſm B. Tho. 2. 2. pertinet ad vitã actiuã. Vnde nõ põt qs ad contẽplatiuam bene peruenire niſi prius fuerit exercitatus in tuoſe in actiua. In cuius figurã Iacob prius fuit vocatus q̃ Iſrael idem nuncupatus. Iacob interpretatur ſupplantator. Iſrael videns Deum. Non põt aũt quis Deũ videre in contẽplatione niſi prius ſupplantauerit Diabolũ & vitia per actionẽ. Et idẽ Iacob q̃ uis ſeruierit multũ tpe & laborioſe pro Rachele habenda in vxorem, quæ contẽplatiuam ſignificat, fuit tñ prius ſibi data Lya quæ ſignificat actiuã. Et dũ conquereretur de hoc cũ Laban ſocero ſuo rñdit. Non eſt conſuetudinis huius regionis vt minores prius tradantur ad nuptias. Quãuis. n. contemplatiua ſit prior nobilitate & perfectione, eſt tñ poſterior in uia generationis & adeptionis. Et hoc cõiter accidit abrenunciantibus ſæculo, vt. ſ. cũ intendant ſe ſubito tradere contẽplationi & orationi prius exercentur in exterioribus actionibus vt mortificeẽ propria voluntas & multa ſuſtinent tentationes, vel carnis vel impatientiæ, quas prius non ſenſerant quibus fortiter oportet reſiſtere, per actiuã ergo oportet prius eos mortificari. Vnde in figuram dicit dn̄s Exo. 19. Beſtia quæ tetigerit montẽ lapidabitur, quia. ſ. hõ adhuc ſubditus paſſionibus ſenſualitates quæ ſunt cões nobis & beſtiis, ſi montẽ contemplationis velit tangere per exercitium, lapidibus percutitur errorũ. Prius ergo oportet habere pennas virtutum moralium.

Quia mortificatio paſſionum multum valet ad contemplandũ.

Religioſi debẽt prius exercitari in exterioribus actionibus quõ & quare.

§. 3. ¶Tertium qđ occurrit ad contemplationẽ eſt eleuatio mentis per conſiderationes quibus quaſi volatur dũ ſupra ſe tendit ſecundũ illud Thren. 3. Erit ſolitarius & tacebit & leuabit ſe ſupra ſe. Triplex eſt aũt conſideratio quibus anima volat uerſus Deum. Vnde dicit pſal. 54. in auctoritate inducta, volabo & requieſcam.

Triplici cõſideratione hõ ad Deũ uolat.

¶Conſideratio effectuum diuinorum ex qua conſurgit ſtupor.

¶Conſideratio Dei iudiciorum ex qua inſurgit timor.

¶Conſideratio Dei beneficiorum ex qua exurgit amor.

¶Quantum ad primũ pſal. 118. Mirabilia teſtimonia &c. Oẽs creaturæ ſunt Dei effectus. Vñ ſicut effectus teſtimoniũ reddit ſuæ cauſæ, qa cauſam manifeſtat, ſicut pictura oñdit cũ pulchra eſt artẽ perfecta magiſtri, ita cũ creaturæ Dei habeãt mirabiles & inumerabiles virtutes pulchritudinẽ, ordinẽ, durabilitatẽ & hmõi, teſtificantur de magnitudinæ ſapiẽtiæ potẽtię ęternitatis, & bonitatis Dei. Vñ aĩa merito obſtupeſcit

Daniel pp eius abſtinentiã fuit ĩ diuinis multum contẽplatiuus.

ſtupeſcit. Abac. 4. Dñe cõſideraui opera tua & expaui admirando. ¶ Conſideratio ſecunda. ſ. Dei iudiciorũ mẽtem eleuat ita tñ vt timeat. Cum. n. quis conſiderat q̃ populus Iudęorum qui fuit peculiaris a Deo dilectus reprobatus eſt. Et gentilis qui fuit reprobus & idolatra electus ſibiipſi timere habet, ne & ſi nunc bonus & deuotus, demũ reprobus inueniat. Noli ait. Apoſt. Rom. 9. altũ ſapere ſed time. Et deſcendendo ad particulares cãs conſiderando Iudã proditorem, qui vocatus a Chriſto ad Apoſtolatum miſſus ab eo ad prædicandũ & miracula faciendũ auditor talis doctrinæ & tanti magiſtri ad ſacram admiſſus dñici corporis & ſanguinis cõmunionem. Et demũ in eum intrans diabolus magiſtrũ prodidit, & exinde ſeipſum ex deſperatione peremit. Saul in Iſrael melior eo non erat, factus rex dñi iuſſu quaſi inuitus declinans a mandato dñi peſſimus effectus eſt ſeipſum occidens, vt patet 1. Reg. 15. Dauid quem dñs inuenit ſm cor ſuũ ex ſublimibus contemplationibus diuinorum ſecretorũ quę patent in pſalterio, in adulterium cum Berſabeę proditionem & homicidium lapſus eſt 2. Reg. 11. Moyſes qui clare vidit diuinã eſſentiam ſm B. Tho. in ſum. poſt B. Aug. poſt tanta miracula & ſummam ſapientiam & Dei tantam familiaritatem ad aquascõtradictionis de Deo diffidens charitatem amiſit, ſm Gratia. de pẽn. diſt. 2. Et Pe. de Palu. in 4. Licet tã ipſe q̃ Dauid vere pẽnitens de peccato ſuo magni ſunt in regno cœlorum. Quis ergo nõ timeat? Venite inquit Pſal. 65. & videte opera Dei conſiderando, terribilis in conſiliis, ſuper filios hominum circa ea quæ diſponit de eis iuſte reprobando, vel cadere permittendo. Et vt homo non ſolum timeat, ſed & confidat de Dei miſeri cordia immenſa maximos peccatores reduxit ad viam ſalutis & pniam, vt patet in Saulo Act. 9. In Magdalena Lu. 7. In Manaſſe rege Iuda peſſimo 4. Reg. vl. Volandũ eſt ergo vt columba per conſiderationẽ Dei iudiciorũ, aliq̃n in imo lapſus, conſiderando facta ſanctorum & inde ſe humiliãdo. Aliq̃n in altũ ex cõſideratione peccatorũ reuerentiã confitẽdo, vt ſic perſecutionẽ accipitris infernalis euadat. Volet tertio mens per cõſiderationẽ bñficiorũ Dei quæ innumerabilia ſunt. Q̃nq; ſufficiẽter conſiderabit vel recompenſabit beneficiũ creationis ſuæ ad imaginem Dei. Aut gubernationis & continuæ prouiſionis animæ & corporis. Aut futuræ gloriæ ſibi paratæ hæc oia trahũt mentem ad dilectionem feruidam Dei. Vt. n. ait B. Auguſt. Nulla eſt maior prouocatio ad amorem q̃ præuenire amando. Nullus enim tam feræ mentis qui & ſi non vult impẽdere, vult tñ rependere. Per maxime meditatio, ſeu conſideratio dñicę incarnationis & paſſionis. Vnde Bern. ſuper oia te mihi reddit amabilẽ o bone Ieſu calix quem bibiſti, opus redemptionis noſtræ. Et ad volandum ad hunc locũ ſcilicet per conſiderationem inuitatur ſponſa Chriſti cum dr Canti. 2. Surge propera amica mea, columba mea, & veni in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Petra ait Apoſtolus erat Xps. Foramina huius petræ ſunt vulnera manuũ & pedũ. Cauerna macerię eſt vulnus lateris latius aliis. Maceria dicit murus ſiccus, ideſt cõpoſitus ſine cęmento ex lapidibus. Et ſignificat Chriſtum cuius mẽbra corporis fuerunt ſine cęmento humani ſeminis formata. Incitatur ergo per inſpirationem aia ad conſiderandũ vulnera Chriſti. i. paſſionem, nec. n. apte põt requieſci in contemplatione diuinorum, niſi vt quadam manuductione volet ad conſiderationem humanitatis Chriſti, vt dum viſibiliter Deũ cognoſcimus, per hunc in inuiſibilium amorem rapiamur, dr in prẽfatione. ¶ Quantũ ad quartũ qd eſt perfectio contemplatiuæ, hæc extat quietatio in ſpeculatione ipſius diuinæ veritatis & maieſtatis. Inquietũ eſt cor nr̃m donec requieſcat in te, ait B. Aug. in lib. confeſ. Requieſcit aũt in Deo aia noſtra perfecte per viſionem eius ad q̃ ſequitur fruitio ſeu ſumma delectatio & quies. Hæc aũt viſio Dei & delectatio hic incipit per cotemplationem, & in patria prẽficitur. Vnde Sapien. 7. dr. Ingrediens domum meam. ſ. mentis conquieſcam cum ea. ſ. ſapientia quæ in contemplatione percipitur. Et de Maria Magdalena quæ vitam contemplatiuam ſignificat. Luc. 10. Maria ſedens ſecus pedes dñi audiebat verbũ illius. Et Ioan. 11. dicitur. Maria domi ſedebat, quod pertinet ad quietem. Quæ quies nõ tollit motum intellectus ſpeculantis, quia in actu conſiſtit contemplatio non in habitu, ſed tollit motum occupationum exteriorũ & paſſionum. Vis. n. appetitiua mouet hominem ad aliquid inſpiciendum ſenſibiliter vel intelligibiliter, quandoq; propter amorem rei in ſe, quandoq; propter amorem ipſius cognitionis quam quis ex inſpectione conſequitur, & propter hoc conſtituit B. Grego. contemplatiuam vitam in charitate Dei inquantum, ſcilicet aliquis ex dilectione Dei inardeſcit ad eius pulchritudinem inſpiciendam. Et qa vnuſquiſq; delectatur cum adeptus fuerit, id quod amat, ideo vita contemplatiua terminatur ad delectationem quę eſt in affectu ex qua ẽt amor intenditur. Et licet contemplatio ẽt extendatur ad ſpe- §. 4.

ad ſpeculationē veritatis circa creaturas, potiſ ſima tñ eſt ſpeculatio ipſius ſummæ veritatis ad deguſtandū,& ibi eſt maxima delectatio ſu per oēs alias quæ habet quietare mentē,ſcđm illud pſal. 15. Delectationes in dextera tua. i. contēplatiua vſq; in finē. i. ad quietandū & finiendū appetitū, vt in patria eſt. Vñ b. Aug. in 1. de trin. Contemplatio Dei promittit nobis actionū oīum finis atq; ęterna perfectio gaudiorū q̄ in futura vita erit nobis pfecta qñ videbimus eū facie ad faciē, nunc āt imperfecta, qa imperfecte videmus, qñ per ſpeculum non per eſſentiā. Vnde per eā fit in nobis hic q̄dam inchoatio beatitudinis. Vnde & phūs 10. ethi. ponit vltimā fœlicitatē hoīs in contēplatione optimi intelligibilis. Dicit ergo pſal. Volabo, per conſiderationē, & requieſcā, per contēplationē. Vnde b. Greg. ſup Ezec. dicit, q̄ contēplatiua vita amabilis valde dulcedo eſt, vbi exponit figurā de Iacob faciētis luctā cū angelo in aurora, p̄miſſis prius ante ſe aīalibus, & oī familia ſua. In qua lucta licet pręualens cōtra angelū, tñ percuſſus ab angelo in femore claudus permāſit, benedictionē tñ accepit, & noīs mutationē. ſ. Iſrael nūcupatus. Dixitque. Vidi dñum facie ad faciē, &c. Iacob qui interpretat ſupplantator. ſ. vitiorū, ſignat contēplatiuum, quē oportet vitia ſupplantaſſe, & aīalia. i. paſſiones præmittere. i. ſedaſſe & occupatū famulū dimittere, & tunc ſolus in mēte inchoante lumine grāe luctat in contēplatione. Quia ſicut ille q̄ luctat. ſ. ad brachia ludēdo cū alio aliq̄n p̄ualet cōtra aliū quaſi inclinat vniuerſus terrā, aliq̄n quaſi ſuccūbit inclinatus ab alio, ita in contēplatione cū intelligendo, & ſentiendo de circūſcripto lumine aliquid deguſtat quaſi tūc ſuperat. Ex defectu intellectus noſtri & ex grauitate corporis qđ ad ima detrahit dū non valet ſe figere in ipſa ſpeculatione quaſi ſuccūbit. Iſta āt pugna in contēplatione nō eſt ex contrarietate veritatis q̄ cōtemplamur, ſed ex conditione corporis corruptibilis, ſcđm illud Sap. 9. Corpus qđ corrūpitur aggrauat aīam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantē. Sed ſicut in re pro qua qs pugnat cū adeptus fuerit cęteris paribus magis delectat, ſic pertingendo ad contēplationē veritatis pro qua habēda laborabat magis amat & delectat & grauitatē corporis impediētis odit, vt dicat cū Apoſtolo Ro. 7. Infęlix ego hō qs me liberabit de corpore mortis huius? Et hoc ſignificatur qa pręualens Iacob arefecit femur, qa. ſ. voluptatem carnis interemit. Guſtato. n. ſpiritu ait B. Bern. deſipit oīs caro. Claudus autem efficitur quia debilitate amore ſęculi, neceſſe eſt vt conualeſcat qs ad amorē Dei. Pes meus eſt amor meus, ait b. Aug. Dexter pes eſt Dei, alter ſęculi amor. Sed deguſtata ſuauitate Dei in contemplatione quaſi figit in amore Dei, & alium pedē. ſ. amorē ſęculi ſeu proximi trahit poſt illū oīa ad Deū ordinans. Benedictionem accepit fiduciæ futuræ gloriæ. Iſrael vocat qđ interpretatur videns Deū. ſ. in contēplatione. Qđ aūt dicit. Vidi dñm facie ad faciē, non eſt intelligendū q̄ viderit per eſſentiā, ſed clariori modo q̄ modo cōi, quia ex quantacunque contemplatione ſublimi, hic videri non poteſt Deus in eſſentia ſua ſecundum B. Grego. ſuper Ezech. & B. Tho. niſi eſſet omnino alienatus a ſenſibus etiam interioribus, vt phantaſia, & huiuſmodi. Et rationem habes 2. 2. q. 180. art 7.

¶ *De raptu ſiue exceſſu mentis, & de raptu Pauli. Cap. 6.*

DE raptu qui ptinet ad contēplationem, & ſermo de Paulo Apoſt. de cuius raptu in ſua cōuerſione pōt apte intelligi illud pſal. 67. Ibi Beniamin adoleſcentulus in mētis exceſſu. ¶ Pro cuius declaratione ſciendū q̄ Iacob habuit 12. filios. ſ. Ruben, Simeon, Leui, Iudam, Dan, & Neptalim, Gad, & Aſer, Yſachar, & Zabulō, Ioſeph, & Beniamin. Hi ſunt duodecim patriarchę principes, & capita duodecim tribuū vnde deriuatū eſt totū genus Iudæorū. Ioſeph aūt habuit duos filios. ſ. Manaſſen, & Effraim, quos Iacob in morte in ſuos filios adoptauit pro eo, vnde effecti ſunt 13. principes 13. tribuū. Iacob ſignificat Xp̄m ſupplantantē diabolū. i. vincentē. Duodecim filii eius ſunt 12. Apoſtoli, quos ipſe vocauit filios dicēs Io. 14. Filioli adhuc modicū vobiſcū ſum, geniti ſpiritualiter ab eo. Vno autē ſubtracto ex 12. additi ſunt duo. Iuda. n. remoto, loco eius appoſitus eſt Matthias & annumeratus cū 11. Act. 1. Additus eſt tredecimus. ſ. Paulus a Xp̄o de cęlo vocatus, q̄ plus oībus laborauit, vt ipſe ait. Ex his genitus eſt totus populus Iſrael. i. fidelium toto orbe diffuſus & multiplicatus nimis. Iuxta illud pſal. 138. Dinumerabo eos & ſup arenā multiplicabunt. Hi tranſito Iordane baptiſmi per deſertū pnīæ, cibati māna gratiæ deuictis hoſtibus. i. vitiis, intrant terrā promiſſionis. i. gloriā. Et cū Iacob moriēs benediceret filios ſingulis prēnuncians q̄ ventura erant in nouiſſimis tpibus. i. deſcendentibus ab eis ad Beniamin v. timū filiū veniēs inquit Beniamin lupus rapax, mane rapiet prædam & veſpere diuidet eſcas. Gen. 49. B. Auguſt. in ſermo. dicit Iacob in his verbis prophetaſſe de conuerſione

De prophetia Iacob đ conuerſione S. Pauli Apoſtoli.

sione Apostoli Pauli. Ipse.n. descendit de tribu Beniamin, vt idem de se testatur. Hic itaque fuit lupus rampax, qñ furiis inuectus per totã iudæam ferebatur sanguine Christianorũ sitiens vt Christi membra laniaret in terris. Et ad hoc epistolas acceperat a principe sacerdotum. Mane & vespere (ait b. August.) significat prius & posterius. Prius ergo. s. ante cõuersionem rapiebat prædam fideles capiens. Postea post cõuersionem diuidebat escas verba Dei, discurrens per synagogas post baptismũ immediate affirmans qm̃ Christus Iesus hic est filius Dei. ¶ Vbi etiam notandum q̃ moriens Rachel mater eius in parturiendo ipsum vocauit Benoni, qui interpretat filius doloris mei. Sed pater vocauit eum Beniamin, qui interpretatur filius dexterę. Mater. n. synagoga mater eius secundũ carnem, quæ viuebat in obseruatione legalium. Post partum huius mortua inutilis est ostensa in ipsa obseruatione legalium post diuulgatum Euangeliũ, & maxime per prædicationem Pauli, & ideo sibi fuit dolori, p̃ quod maxime persequebatur Paulum vt occisorem matris synagogæ. Sed Christus pater vocauit eum filium dexteræ, q̃a vocatus ab eo cum esset ad dexterã patris. i. in cœlo vbi alii vocati sunt in terris. Filius ẽt dexteræ dr̃ quia copiosius aliis laborauit, sicut per dexteram plus homo operatur quam per sinistram. Nam vbi alii Apostoli vnam prouinciam sibi decretam docuerũt, vt Ioan. Græciam, Petrus Italiam, & hmõi, ipse per totũ mundum prædicauit. Vnde in oratione eius dicit. Deus qui vniuersum mundum beati Pauli prædicatione docuisti. De isto ergo Beniamin tenerrimea Christo dilecto. s. Paulo, dicit psalm. 67. ibi Beniamin &c. vbi tria nota, scilicet.

¶ Eius conuersio veneranda, ibi. Beniamin.

¶ Eius conuersio imitanda, ibi adolescẽtulus.

¶ Eius speculatio admiranda, ibi. in mentis excessu.

§. 1. ¶ Quantum ad primum. s. de conuersione hęc notatur cum dicit. Ibi Beniamin. Illud ibi refertur ad id qđ in uersu præcedenti dixerat. In ecclesijs benedicite, &c. Ibi ergo in ecclesijs reperitur Beniamin. i. Paulus ortus ex tribu Beniamin. Hoc aũt fuit in sua conuersione. Tunc enim inuentus est in ecclesia qui prius erat extra per errorem. Et tũc impletum est quod ait Iob 32. Ferrũ de terra tollitur, & lapis caloris solutus in ęs conuertitur. Qđ exponens Greg. in moral. ait. Ferrum de terra tollitur, cũ fortis propugnator ecclesiæ, vt Paulus a terrena quam prius tenuit actione separatur. Nõ ergo debet despici in eo quod fuit, quia incipit esse qđ non fuit, dist. 50. ferrũ. Non solũ ferrũ per crudelitatẽ, sed lapis p duritiã erat Saulus. Et lapis ille solutus a sua duritia calore diuini amoris conuersus est in ęs sonorũ prædicatorẽ gentiũ, & doctorẽ veritatis. Et ideo nõ debet despici q̃a fuit crudelis & durus persecutor, sed venerari q̃ conuersus est effectus maximus p̃dicator. ¶ Vbi notandũ q̃ cũ multi sancti ex peccatoribus cõuersi sint ad Deũ & perfectissimi viri, & magni doctores ecclesiæ effecti, vt B. Aug. B. Cyprianus, abbas Moyses, & hmõi, nullius tñ conuersionẽ ecclesia celebrat nisi Pauli. Et rõ est, quia fuit magis miraculosa q̃ aliæ. Siquidem ois conuersio peccatoris est aliquo modo miraculosa sed m B. Tho. inquantum. s. solũ fit diuina virtute, sed m illud Hiere. Cõuerte nos dñe ad te, & cõuertemur. Et psal. 84. Deus tu conuertens iustificabis nos sed m aliã literã. Et ita est admiranda & veneranda ista conuersio, sed m quod dicit B. Aug. Maius est conuersio seu iustificatio impij (qđ idem est) q̃ creatio ęli & terræ. Ex parte quidẽ Dei operantis vtrunq; est ei facile vnũ sicut & aliud, & equalis potentiæ, sed ex parte rei quæ fit maius dr̃ iustificatio seu conuersio pec catoris. Tum q̃a melius. Maioris. n. perfectionis est gratia per q̃ iustificatur impius & disponitur ad gloriam quam natura cœli & terræ, & omnium rerũ. Vnde B. Amb. Potior est gratia quam natura, de cõsecr. dist. 2. reuera. Tum etiam quia in creatione cœli & terræ nil Deo resistit, nil concurrit, sed in iustificatione impii potest resistere liberũ arbitrium, & ad eam oportet concurrere, sed m illud B. Aug. Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te. Conuersio aũr Pauli vltra istam cõem rationẽ est alio modo miraculosa & veneranda, quia alii qui conuertuntur cõiter percipiunt gratiam incipientem & non subito perducuntur ad perfectionẽ, sed postea in processu vitæ proficiendo de gradu in gradũ. Sed Paulus subito perductus fuit ad maximã perfectionẽ & Dei visionem. In aliis ẽt cõiter fit præparatio & dispositio ad gratiã. Paulatim & per tpa, vt patet in B. Augu. Sed in Paulo subito cum esset in actu peccati. s. persecutionis fuit facta in eo præparatio & infusio gratiæ. Necessaria aũt est conuersio cuilibet ad salutem. Nam saluator ait. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut parui, non intrabitis in regnũ cœlorũ Matt. 18. ¶ Præuia aũt & quasi dispositio ad conuersionem sunt quatuor quæ signantur in cõuersione Pauli. Primũ est quadam mẽtis illustratio, vt consi derat quis finem suum, statum suum, & periculum. Vnde dicitur de Saulo. Circunfulsit

Quare ecclesia festũ cõuersioni sãcti Pauli celebrat, & non aliorum conuersorũ rõponit.

Quatuor p̃mia sũt siue dispositiones ad conuersionem.

fulsit eum lux de cœlo. Act. 9. ¶ Secundum est, a vitijs cessatio, vt abstineat quis a malis consuetis, quod innuitur in Saulo in hoc ꝙ prostratus cecidit non vltra procedens in malo illo itinere suo, prosternitur autẽ per timorem pœnarum. ¶ Tertium est a lumine mundi. i. apparẽte pulchritudine abstracto, quod significatur in excecatione eius. Beatus Aug. in sermone Omnis creatura vilescat, vt solus creator in corde dulcescat. ¶ Quartum est offensæ cognitio, cum. s. deus alloquitur mentem, ostendens vitã suã esse quãdã psecutionẽ cõtra deũ. cum tñ ipse sit saluator animę & corporis floribus omnium bonorum circundatus. Vnde dixit ei. Saule Saule quid me persequeris? Ego sum &c. Et ad hoc sequitur omnimoda ad eũ subiectio. Vnde & conuersio cũ ait. Dñe quid me iubes facere? Et dr ei ꝙ se humiliet, intret ciuitatẽ, & sibi dicet ꝑ Animam. i. platum seu confessorem imponentem ei manum absoluẽdo, & baptizatur lachrimis contritionis vnde lauatur a maculis culparum, & inde cibum sacramenti accipiens. s. eucharistiæ, confortatur & roboratur ad conuertendos alios. Effectus de Saulo superbo Paulus modicus per humilitatem. Vnde quasi interpretans suum nomen ait. Ego sum minimus apostolorum, &c.

¶ Quantum ad ſm de conuersatione. s. eius dr adolescentulus. Equidem adolescentulus erat in sua conuersione. Dicitur. n. Act. 6. ꝙ testes qui lapidauerunt Stephanum deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus. Huius aũt ętas est multũ mutabilis. Vnde dicitur. 12. q. 1. Omnis ætas prona est ad malum ab adolescẽtia sua. Nil in certius vita adolescentium. Et viam quam ꝙs sibi assumit in bono vel malo in adolescentia sua perseuerans illam postea tenet. Iuxta illud prouer. 12. Adolescens iuxta viam suam graditur, & cum senuerit non recedet ab ea. Communiter magni sancti ecclesiæ vocati sunt in adolescẽtia sua vel pueritia vt Dauid, Daniel cum sociis, Ioannes, Bernardus, Dominicus, Franciscus, & alii innumeri. Et quos Christus resuscitauit a mortuis animæ resuscitationem significans fuerunt adolescentes, de puella & filio viduæ clarum est. De Lazaro ẽt vr senem quendam ei nunciatum mortuum a filio suo non resuscitauit. Fuit autem Paulus adolescentulus spiritualiter, vnde ostenditur cõuersatio eius sancta imitanda. Hæc. n. habet tres conditiones similes adolescentiæ naturali.

¶ Est. n. adolescentia feruens ad diligendum

¶ Sufferens ad exercendum.

¶ Congruens ad sciendum.

Quòd adolescentes facilius & citius cõueriũtur, & saluanr.

Tres cõditiones adolescentiæ.

Adolescentes sunt amatiui aliorũ & vehementer, quia sanguis feruet in eis incitans ad amãdum. Sic adolescens spiritualiter idest decorus gratia feruenter amat Deum & proximũ. Vnde Cantico. 1. dicitur. Adolescentulæ dilexerunt te nimis. Quantum fuerit feruens adolescentulus noster Paulus, ipse ostendit dicẽs. Certus sum quia neq, mors neq; vita &c. separabit nos a charitate Christi, ad Roma. 7. Quantum ad charitatem proximi ait. Optabam ego anathema fieri a Christo pro fratribus meis, ad Rom. 9. Anathema interpretatur separatio. Sicut aũt est duplex vnio cum Christo in præsenti, vna ꝑ gratiam, alia ꝑ actualẽ contemplationem eius & consolationem, ita & separatio duplex. Vna a gratia Christi hanc non optabat Apostolus pro amore proximorũ quia esset contra ordinem charitatis vt quis, plus diligeret proximorum q̃ seipsum. Sed se cũdã optabat pro salute quærenda proximorum. Cũ. n. sibi esset summæ delectabile Christum cõtemplari & in eo quiescere, postponebat suam maximam consolationem saluti ꝓximi cui intendebat discurrendo, ꝑdicãdo, laborando, & hmõi. Ostendit suam nimiã dilectionẽ ad ꝓximos dum ait. 1. ad Corin. 11. Instantia quotidiana mea sollicitudo omnium ecclesiarũ. Quis infirmat, & ego non infirmor &c. ¶ Adolescens est fortis ad tolerandos labores. Thren. 3. Bonũ est viro si portauerit iugum. s. laborum ab adolescentia sua. O quis enarraret labores huius adolescentuli Pauli, & cum quanto gaudio illos sustinebat? ad Corinth. 12. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, &c. Quæ sequuntur ibi vide. Et in fine cõcludit ipsis enarratis post stimulum carnis qui dicitur a beato. Augustino infirmitas corporis, a Gregorio tẽtatio carnis, sed sine peccato. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Christi. Et alibi Supabundabo gaudio in omni tribulatione nostra. ¶ Adolescentia est apta ad discendum. Puer nondum habet plenum iudicium rationis. Sed adolescens, qui adhuc habet mentem recentem non aliis imbutam. Nam semel imbuta recens seruabit odorem testa diu. Horatius. Vnde & Nabuchodonosor adolescẽtulos ex filiis israel de semine regio fecit erudiri in omni sapientia chaldeorum. Daniel. primo. Doctissimus fuit adolescentulus. Paulus eruditus plene in sua adolescentia ad pedes doctoris Gamalielis in lege veteri. A Christo in cęlo in lege euãgelica. Neq. n. (ait ipse. Ad Galat. prima) euangeliũ meũ ab homine accepi, sed p reuelationẽ

Ieſus Chriſti Vas electionis eſt mihi iſte Act. 9. armarium. ſ. ſacrarum ſcripturarum. Epłæ eius ſunt ſumma theologię plenę etiam eloquentia & ſapientia, quas & Apoſtolus Petrus commendat in ſua epiſtola, vbi increpat, ſunt verba eius tonitrua, vbi hortatur melliflua.

§. 3. ¶ Tertium principale eſt ſpeculatio eius i qua eſt ſingularis. Nam de nullo alio ſancto dr̃ ex preſſe & indubitate q̃ uiderit Deum per eſſentiã in vita, niſi de Paulo in nouo teſtõ, & Moyſe in veteri, ſcd̃m beatũ Aug in lib. de orando Deum. Et bea. Tho. 2. 2. q. 175. vnde dicit. In mentis exceſſu quod fuit in iſta conuerſione.

Quod triplex ẽ exceſſus

¶ Vbi ſciendum ſcd̃m bea. Tho. vbi ſupr. q̃ triplex eſt exceſſus mentis qui cõtingit in cõtemplatione. Vnus eſt quo mens humana diuinitus rapit̃ ſeu eleuatur ad contemplationem diuinæ veritatis per quaſdam ſimilitudines imaginarias. Et talis fuit exceſſus Petri qñ ipſo orante (vt dicitur Actu. 10.) cecidit extaſis ſuper eum. i. exceſſus mentis. Nam extaſis ſcd̃m be. Tho. eſt nomẽ grẽcum & latine ſonat exceſſum mentis In quo exceſſu vidit cœlum apertum, & vas ſeu diſcum ſubmitti de cœlo quatuor initiis, plenum omni genere animalium immundorum. Dictumq; eſt ei. Macta & manduca. Sub qua viſione imaginaria Deus ſibi manifeſtauit conuerſionem gentilium, occiſionem eorum immundorum quoad mortificationem criminũ & manducationem. i. incorporationem eorum in eccleſia. ¶ Secundus exceſſus mentis eſt, quo mens rapitur ad intuitionem diuinę veritatis p aliquos intelligibiles effectus, ſic fuit talis exceſſus Dauid cũ dixit. Ego dixi in exceſſu mẽtis meæ omis hõ mẽdax. Cõtemplans. n. diuinam bonitatem & immutabilitatem & hoim peccabilitatem & tendẽtiam ex ſe in nihilum intellexit omnẽ hominem ex ſe fallacem comparatione Dei. ¶ Tertius exceſſus eſt cum rapitur mẽs vſq; ad claram viſionem diuinę eſſentiæ. Et hic fuit exceſſus Pauli, de quo nunc ver. Pſ. 67. dicit ibi Beniamin adoleſcentulus in mẽtis exceſſu, qñ vidi delicet raptus fuit ad tertium cęlũ. 2. ad Cor. 12. ¶ Vbi ad vertendum q̃ iſtud tertium cœlum poteſt dici cœlum ſanctiſſimę trinitatis. ¶ Eſt ergo primum cęlum materiale.

¶ Secundum intellectuale.

Ad qđ cœlũ Paulus raptus ſit, & q̃ triplex eſt cęlum.

¶ Tertium diuinale, & quodlibet eſt triplex. ¶ Nam cœlum materiale de quo Eſaias Exaltanẽ cœli a terra, eſt ſydereũ, ſub quo cõprehẽduntur cęli planetarum. Aqueum ſeu cryſtalinum, quod eſt primũ mobile, & empyreũ immobile, qui eſt locus congruens viſioni claræ beatorũ. Et ad iſtud tertiũ Paulus fuit raptus in mentis exceſſu. ¶ Secundum cęlũ. ſ. intellectuale. i. naturę angelicę, de quo in Iob. 20. Reuelabunt cœli iniquitatẽ eius. Et iſtud eſt triplex, q̃ triplex hierarchia ſcd̃m trinũ gradũ cognitionis diuinæ ab eis. Infima, media, & ſuprema Et ad iſtum ſummũ gradum cognitionis diuinorũ & viſionis raptus eſt Paulus in exceſſu mentis. Vnde & beato Dionyſio sũmo philoſopho diſcipulo eius creditur dediſſe in formationem vt capaci tam ſublimis materiæ de hierarchiis angelorũ & eorum miniſteriis quæ viderat. Ex qua edidi Dionyſius liberum de cæleſtis hierarchia, in quo magis loquit̃ de angelis quam aliquis ex antiquis doctoribus. ¶ Tertiũ eſt cęlũ ſanctiſſimę trinitatis. Vnum eſſentialiter, trinum perſonaliter, de quo. j. Io. 5. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo. Pater, verbum, & ſpiritusſanctus, Et hi tres vnũ ſunt. Et licet hi tres cœli inſeparabiliter influant & operent, tñ per quandã appropriationem & adaptationẽ dicere poſſumus q̃ a primo cælo, ſcilicet patris recepit influxũ o pationis miraculorũ, & infirmos ſanauit demones ab obſeſis effugauit, mortuos ſuſcitauit. Acęlo filii habuit influxũ ſapientię. An experimẽtum quęritis eius qui in me loquitur Chriſtus ait ipſe. Vt ſapiens architector fundamentum poſui. A cœlo ſpiritusſancti ardorẽ charitatis & fruitionẽ diuinitatis. Vnde & dicit ſe raptũ in cęlum & etiam in paradiſum vt cœlũ dicat ratione contemplationis claræ, quam habuit, Paradiſum ratione maximę delectationis inde conſequentis ſecundum beatum Thomam. ¶ Reſtat dubium vtrum in hoc exceſſu anima eius fuerit a corpore ſeparata, vel exiſteret in corpore. Quod quia ipſemet dicit ſe neſcire, cum ait. Siue in corpore ſiue extra corpus neſcio (Deus ſcit) nec nos poſſumus diffinire. Verum vt dicit beatus Thoñ. ſecunda ſecundę. q. 175. artic. 6. Apoſtolus in hoc exceſſu nõ fuit in cęlum raptus in anima & corpore, vt quidam dicebant. Quod beatus Augu. reprobat, ſed ſola anima fuit rapta. Et hoc ignorauit Apoſtolus. Vtrum anima omnino eſſet ſeparata corpore iacente mortuo. Vel eſſet puræ coniuncta corpori vt forma vtens tñ potentia vegetatiua non autem ſenſitiua. Nã & hoc eſſe poteſt, quod anima in corpore alie nata ab omni ſenſatione interiori & exteriori vt viſu, auditu, phãtaſia, memoria, & huiuſmodi, ſolum vtens operatione potentię vegetatiuæ, videat Deum per eſſentiam in præſenti. Sed quod vtatur potentiis ſenſitiuis, non poteſt eſſe. Et ſic intelligitur illud Exodi. 33. Nõ videbit me homo & viuet, ſcilicet vita ſenſitiua,

fitiua, ſed oportet q̃ ſit oīno a ſenſibus alienatus. Ratio huius eſt ſm b. Tho. vbi ſupra art. 4. Diuina eſſentia non pōt ab homine uideri per aliam uim cognoſcitiuam q̃ per intellectum. Intellectus aūt humanus nō conuertit̄ ad ſenſibilia niſi mediantibus phantaſmatibus q̃ per ſpecies intelligibiles a ſenſibilibus accepit, & in quibus cōſiderans de ſenſibilibus iudicat & ea diſponit. Et ideo in oī operatione qua intellectus noſter abſtrahitur a phātaſmatibus, neceſſe eſt q̃ abſtrahat a ſenſibus. Intellectus aūt hoīs neceſſe eſt q̃ abſtrahatur a phantaſmatibus, ad hoc vt videat Dei eſſentiam dum eſt in via. Non. n. per aliquod phantaſma poteſt Dei eſſentia videri, quinimmo nec per aliq̃ ſpeciē intelligibilem creatam, qa eſſentia Dei in infinitum excedit nō ſolum oīa corpora quorum ſunt phantaſmata, ſed ēt omnem intelligibilē creaturam. Oportet aūt cum intellectus hoīs eleuatur ad altiſſimam diuinæ eſſentiæ uiſionem, vt tota mentis intentio illuc aduocetur, ita. ſ. vt nihil intelligat aliud ex phantaſmatibus ſed totaliter feratur in Deum. Impoſſibile eſt ergo vt in p̄ſenti videat hō Dei eſſentiam ſine abſtractione a ſenſibus. Vidit aūt Paulus Deum tunc mediante lumine gloriæ ſine quo ab intellectu creato Deus videri nō p̄t. Quod lumē dupliciter participari pōt. Vno modo per modū formæ permanentis, & ſic participatio facit beatos in patria. Alio mō per modū paſſionis tranſeuntis, ſicut fit in prophetia quo ad illuſtrationē, & ſic fuit a Paulo illud lumē tūc participatū. Vnde nō fuit ſimp̄r beatus, qa de rōne beatitudinis eſt ſtatus ſeu permanentia, ſed fuit beatus ſm q.d. Poſtq̃ aūt Paulus ceſſauit uidere Dei eſſentiā, memor fuit illorū q̃ in illa uiſione cognouerat per aliquas ſpecies intelligibiles habitualiter, ex hoc in eius intellectu relictas, ſicut ēt abeunte ſenſibili remanēt aliquæ impreſſiones in aīa ad quas poſtea cōuertens ſe aīa memorat, vñ nec totā illā cognitionē cogitare poterat, aut verbis exprimere.

Quō vel mediante quo Paulꝰ vidit Deū.

¶ *De cognitione quæ pertinet ad ſapientiā. Cap. 7.*

SIcut audiuimus ſic & vidimus in ciuitate dñi virtutū in ciuitate Dei noſtri Deus fundauit eā in æternū pſal. 47. Loquit̄ prophetа in pſona cōprehenſorū, qui ſicut hic exiſtētes in ciuitate dñi uirtutū. i. ſtatu eccleſiæ militantis audierunt magna & multa bona haberi a ſanctis in patria ſuperna, ſic mō vident & poſſident. Et eſt ſimilitudo in genere non in particulari. Nam nec auris audiuit, nec oculos vidit hic nec in cor hoīs aſcendit quæ præparauit Deus diligentibus ſe in ciuitate ſuperna Hieruſalē, vt ait Apoſt. 1. ad Corin. 2. In cuius figurā hr̄ 3. Reg. 10. & 2. Paral. 9. q̃ regina Saba veniens de terra ſua audita fama Salomonis in Hieruſalē cū uidiſſet magnificentiā eius & ſapientiā, ordinē domus ſuæ ſibiq; aſtantium cibos & veſtes &c. præ admiratione quaſi deficiens inquit. Veſus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis, & vidi oculis meis, & probaui q̃ media pars mihi nunciata nō fuerit. Beati ſerui tui qui ſtant corā te ſemper. Iſta Regina ſignificat eccleſiā collectam de gentibus militantē, quæ multa audiuit hic de Salomone ſapientiſſimo dño Ieſu Chriſto vere pacifico magnalia. Sed cū peruenit ad ſupernam Hieruſalem vbi manifeſtat ipſe gloriam ſuam uidet experiētia multa maiora bona in eo q̃ hic audierit, & ſapientiæ eius gloriæ ſanctorū & refectionis ſeu fruitionis ut uere ſint beati qui ſtant coram Deo. Apte igitur dicere valent. Sicut audiuimus &c. Vbi notandum q̃ tria audiuimus de ſuperna gloria.

¶ Primo Deum eſſe beatum & quemlibet ibi applicatum.

¶ Secundo Deum eſſe trinum & unum.

¶ Tertio talem ſtatum eſſe perpetuatum.

¶ Quod audierimus Deum fore beatum patet ex his quæ dicit Apoſt. 1. ad Thimo. vlt. Oſten de beatus & ſolus potens rex regum & dñs dominantium qui habet immortalitatem ſolus ideſt immutabilitatem. Deum autem eſſe beatum, probat Tho. in. 1. contra gen. ca. c. tribus rationibus, quarum prima eſt. Per beatitudinem omne deſiderium quietatur, ea. n. habita nil aliud reſtat deſiderandum cum ſit ultimus finis. Oportet igitur eum eſſe beatū qui perfectus eſt quātum ad oīa quæ deſiderare poteſt. Vnde Boet. dicit q̃ beatitudo eſt ſtatus oīum bonorum aggregatione perfectus. Sed talis eſt diuina perfectio quæ omnem perfectionem in quadam ſimplicitate apprehendit. In genere enim cauſæ efficientis ſit reductio ad unā cauſam primam quæ Deus eſt, a quo ſunt oēs res ne ſit proceſſus in infinitum. Oportet igitur q̃ quicquid actum eſt in quacunq; re illa inuenire eminentius in Deo q̃ in illa re cum cauſa ſit nobilior effectu inquantum cauſa eſt, ergo Deus eſt perfectiſſimus habens in ſe oēm perfectionem, vnde Moyſi deſideranti faciem ſeu gloriam ſuā uidere ait Exo. 33. Ego oſtendam tibi omne bonum. Et commentator, etſi infidelis dicit q̃ perfectiones oīm rerū ſunt in Deo. Habet igitur oīa bona quæ poſſunt deſiderari vnde beatus eſt. ¶ Secunda ratio eſt. Illud eſt maxime deſideratum uel uolitum ab intellectuali

§. 1. Quòd Deus eſt btūs beatitudine pfectiſſima. Rōnes ponunt.

lectuali natura quod est perfectissimū in illa & hoc est eius beatitudo. Perfectissimū aūt in vnoquoq; est perfectissima operatio eius. Nā potentia & habitus per actus perficiuntur. Vnde phūs dicit fęlicitatē esse operationē pfectā, pfectio aūt operationis dependet ex quatuor. Primo ex suo genere, vt s. sit manens in ipso operante. Dico aūt operationē in ipso operāte manentē per quā nō fit aliud præter ipsam operationē sicut videre, audire, & hmōi. Istę enim sunt pfectiones eorū quorū sunt operationes. Et pnt esse vltimū, quia nō ordinantur ad aliquod factum quod sit finis. Operatio vero vel actio ex qua sequitur aliq̄d actu præter ipsam est pfectio operati nō operātis & comparantur ad ipsum sicut ad finē. Et talis operatio intellectualis naturæ non est beatitudo siue fęlicitas. Secundo attēditur pfectio operationis ex principio eius, vt s. sit altissimæ potētiæ, vnde secūdū operationē sensus nō est nobis fęlicitas, sed secūdū operationē intellectus & habitū pfecti. Tertio attēditur ex operationis obiecto & pp hoc in nobis vltima fęlicitas est intelligēdo altissimū intelligibile. Quarto attēditur ex forma operationis, vt s. pfecte, faciliter, firmiter, & delectabiliter operetur. Talis aūt est Dei opatio cū sit intelligens, & suus intellectus altissima virtutū sit, nec indiget habitu pficiente, qa in seipso perfectus est. Ipse aūt seipsum intelligit q̄ est summū intelligibiliū pfecte absq; oī difficultate & delectabiliter, est ergo beatus. ¶ Tertia rō est, Deus nō pōt velle aliq̄d imposſibile. Impossibile est aūt ei aliq̄d aduenire qd nondū hēat cū ipse nullo modo sit in potētia, sed est actus purissimus. Nō pōt igitur velle se habere quod nō hēt. Quicquid igitur vult hēt nec aliq̄d male vult. Est igit beatus, fm q̄ beatus dī a quibusdā qui hēt quicquid vult, & nihil mali vult. Est aūt beatitudo Dei ipsa sua essentia fm b. Th. vbi sup. c. 101. Quod sic ꝓbat Beatitudo eius est intellectualis operatio eius. Sed ipsum Dei intelligere est sua essentia, igit sua beatitudo est sua essentia, quod nulli cōuenit creaturæ. ¶ Nā neq; angeli neq; aiæ humanæ intelligere eius est eius essentia, nec velle eorū est eorū essentia. Et iō beatitudo eorū non est eorū essentia, sed eis aduenit post essentiā. Probatur idē sic. Vnusquisq; ordinat in beatitudinē suā quicquid vult. Ipsa enim est quæ propter aliud nō desideratur, & ad quā terminatur motus desiderij vnū propter aliud desiderantis ne sit infinitus. Cum igitur Deus oīa alia velit pp suam bonitatem quę est sua essentia, oportet q̄ ipse sicut est sua essentia & sua bonitas, ita ēt sit sua beatitudo. Ad idem. Impossibile est esse duo summa bona. Si enim in nullo different, nō duo sed vnum essent. Si in aliquo tunc esset hoc ex eo q̄ vni deesset aliq̄d quod alter hēret, & sic neutrū summū & pfectū eēt. Sed Deus est summū bonū, & beatitudo est summū ex hoc q̄ est vltimus finis, ergo Deus & beatitudo sunt idē, & sic Deus est sua beatitudo. ¶ Ex quo seqtur q̄ beatitudo Dei sit pfectissima. Quod multipliciter idē b. Tho. ꝓbat vbi sup. c. fi. Primo sic. Quod est p essentiā potius est eo qđ est ꝓparticipationē, sicut natura ignis pfectius inuenitur in ipso igne q̄ in reb. ignitis. Deus aūt p essentiā suā est beatus, qđ nulli alij cōpetere pōt. Nihil enī aliud ꝑter ipsum est summū bonū, vt ex ꝓdictis patere pōt. Et oportet q̄ quicunq; alius ab ipso beatus est, participatione dicatur beatus. Diuina igitur beatitudo oēm aliā beatitudinē excedit. Secundo sic, beatitudo imꝑfecta in intellectus opatione cōsistit, (vt ostēsum est.) ¶ Nulla aūt alia intellectualis operatio eius operationi cōparari pōt. Quod patet non solū ex eo q̄ est operatio subsistēs, sed qa vna eius operatione Deus seipsum perfecte intelligit sicut est & oīa alia quæ sunt & quæ non sunt bona & mala. In alijs aūt intelligētibus intelligere ipsum nō est subsistēs, sed actus subsistētis. Nec ipsum Deū q̄ est summū intelligibile aliq̄s ita pfecte pōt intelligere sicut perfecte est, cū nullius esse perfectū sit sicut diuinū, esse nec alicuius operatio possit esse perfectior q̄ sua substātia. ¶ Nec est aliq̄s alius intellectus qui ēt oīa quę Deus facere pōt cognoscat, quia sic diuinā naturā alias potētiā cōprehenderet. Ille etiam quæ intellectus alius cognoscit nō oīa vna & eadē operatione cognoscit. Incomparabiliter igitur Deus super oīa est beatus. Tertio beatitudo quæ est in Deo incomparabiliter excedit oēm beatitudinē seu fœlicitatē huius vitæ p̄sentis si qua est. ¶ Nam phī posuerunt fęlicitatē huius vitæ in contēplatione seu cognitione substantiarū separatarū præcipue diuinæ quę tamen cōtemplatio imperfecta est. Fatigationes enim & occupationes quibus necesse est cōtemplationē nostrā in hac vita interpellari. Errores, dubitationes, casus varij ostendunt hanc fœlicitatem esse imperfectā, quæ omnia omnino remota sunt a diuina beatitudine. ¶ Ostēditur ēt pfectio diuinæ beatitudinis ex hoc q̄ oēs beatitudines cōprehēdit perfectissimo modo. De contemplatiua enim fęlicitate habet perfectissimam sui & aliorum cōsiderationem perpetuam. Virtutes quoq; contēplatiuę conueniunt Deo permaxime. Nam cū sapientia cōsistat in cognitione altissimarū causarum

Quis sit beatus.

Dei beatitudo p fectissima p essentiā.

Quòd etiā Deo conueniūt virtutes cō templatiuæ.

ſarum ſecūdū Philoſophū in principio Metaphiſicæ. Ipſe aūt Deus ſeipſum cognoſcat, nec aliq̄d cognoſcit niſi cognoſcendo ſeipſum (vt oſtēſum eſt) quia ipſe eſt oīum cā prima. Manifeſtum eſt q̄ ſapiētia ſibi maxime dēt aſcribi. Vnde dr Iob 9. Sapiens corde eſt, philoſophus ēt dicit in princ. Metha. q̄ ſapiētia eſt diuina poſſeſſio non humana. Quo aūt ad ſcientiā ſic ꝓbatur. Sciētia eſt rei cognitio per propriā cām. Ipſe autē Deus oīum cauſarū & effectuum ordinē cognoſcit, & per hoc ſingulorū ꝓprias cauſas nouit, ex quo ſeq̄tur q̄ in ipſo ꝓprie eſt ſcientia, nō tn̄ q̄ ſit per ratiocinationem cauſata, ſicut ſcientia noſtra ex demonſtratione cauſatur. Vnde 1. Reg. 2. Deus ſcientiarū dns eſt. Similiter patet de intellectu. Nā ſi immaterialis cognitio aliquarū rerum abſq; diſcurſu intellectus eſt, vt q̄ oē totum eſt maius ſua parte, & hmōi. Deus autē de omnibus hmōi cognitionē hēt, quia ſ. ſine diſcurſu ſequitur q̄ in eo ſit intellectus. Vnde Iob 12. Ipſe hēt conſilium & intelligentiam. Hæ ēt virtutes in Deo, ſunt extra res exēplares noſtrarum ſicut perfectum imperfecti. De fœlicitate vero actiua non vitę vnius hois, aut vnius domus, aut vnius ciuitatis, aut regni, ſed totius vniuerſi gubernationē hēt. ¶ Sciendum ēt q̄ virtutes in Deo ſunt quæ pertinēt ad vitam actiuam, nō tn̄ proprie loquēdo q̄ ſunt circa paſſiones, ſed q̄ ſunt circa actiones. Ita tn̄ q̄ virtutes non ſunt in eo habitus ſicut in nobis, ſed ſunt ipſa eſſentia eius. Et q̄ ſint virtutes in eo ex hoc probatur. Sicut enim eſſe eius eſt vltr perfectum oīum entium perfectiones in ſe quodammodo comprehēdens ita & bonitas eius oportet q̄ omnium bonitatem in ſe quodammodo comprehendat, virtus autem eſt quædam bonitas virtuoſi. Nam ſecundū eā dr quis bonus, & opus eius bonum. Oportet ergo bonitatem diuinam oēs virtutes ſuo modo cōtinere vnde nulla earū ſecūdū habitum in Deo dr ſicut in nobis. Deo enim nō conuenit bonū eſſe per aliquod aliud ſuperadditum ei, ſed p eſſentiam ſuam cum ſit omnino ſimplex. Nec ēt per aliquid eſſentiæ ſuæ additum agit cum actio ſua ſit ſuum eſſe. Non igitur virtus in eo eſt aliquis habitus ſed eſſentia eius. Præterea habitus eſt de genere accidentis. In Deo autē nullum eſt accidens, igitur virtus in eo nō eſt habitus. Virtutum autē q̄ circa vitam actiuam ſunt quædam ſunt circa paſſiones, quædā circa actiones. Circa paſſiones ſunt fortitudo, & temperantia. Et quia paſſiones quæ habēt moderari per eas ſunt in parte ſenſitiua, ideo aūt non eſt pars ſenſitiua, ſed ſolum intellectiua, ideo tales virtutes non ſunt in Deo ſm ꝓprias rōnes. Et quia quædā harum ſunt ſm inclinationē appetitus in aliquod corporale bonum delectabile ſm ſenſum, vt cibi, potus, venerea, cōtra quorum cōcupiſcētias ſunt ſobrietas, caſtitas, tēperātia, & hmōi. Ideo eum corporales delectationes a Deo ſint remotę ꝑdictæ virtutes nec ꝓprie nec metaphorice de Deo dicuntur in ſcripturis. Aliæ vero quæ ſunt paſſiones ſm inclinationē appetitus in aliquod bonum ſpirituale, ſicut eſt honor, dñium, victoria, vindicta, & hmōi, quę ſunt circa timores, & audacias, & hmōi vt fortitudo, magnanimitas, mā ſuetudo, patiētia, & hmōi, quāuis in Deo proprie nō ſint, eo q̄ ſunt circa paſſiones q̄ in Deo nō ſunt, tn̄ metaphorice in ſcripturis dicuntur de Deo p ſimilitudinē effectus, vt 1. Reg. 2. Nō eſt fortis ſicut Deus noſter. Et Num. Quærite manſuetum. ¶ Sed ille virtutes quæ ſunt circa actiones, vt magnificentia, veritas, iuſtitia, liberalitas, prudētia, & intellectus, & hmōi. Hę diuinæ perfectioni non repugnant. Hmōi enim virtutes ſunt quædā perfectiones voluntatis & intellectus q̄ ſunt principia operationū abſq; paſſione. In Deo autē eſt voluntas & intellectus nulla carens perfectione, igitur hæ Deo deeſſe non pōt. ¶ Et quantum ad prudentiam cum cognitio ordinās voluntatē ad agendum prudentia ſit, quia ſm Philoſophum. 6. ethic. Prudentia eſt recta rō agibilium. Diuina autē voluntas determinatur ad vnum in his q̄ ſunt alia ab ipſo per cognitionē ſuā, ergo in ipſo eſt prudētia. Vnde dr Iob 26 Apud ipſum eſt prudentia, & fortitudo. ¶ Quantum ad iuſtitiā ſic ꝓbatur. Ex hoc q̄ Deus aliq̄d vult, & illa q̄ requiruntur ad ipſum. Quod autē ad perfectionē alicuius reqritur eſt debitum vnicuiq;. Ad iuſtitiā autē pertinet vnicuiq; quod eſt ſuum diſtribuere, igitur in Deo eſt iuſtitia. Vnde in Pſal. 10. Iuſtus dns & iuſtitias dilexit. Quantū ad liberalitatem ſic patet. Deus non vult communicare alicui ſuam bonitatem, vt aliquid inde ſibi accreſcat. Sed quia ipſum cōicare eſt ſibi conueniens vt fonti bonitatis. Dare autem non pp aliquod commodum ex datione expectatum, ſed pp ipſam bonitatem & conueniētiam dationis eſt actus liberalitatis, vt patet p Philoſophum 4. ethi. Deus igitur maxime eſt liberalis. Vnde Auic. dicit. Ipſe Deus ꝓprie liberalis dici pōt. ¶ Nam omne aliud agēs ꝑter ipſum ex ipſa ſua actione aliquod bonū acquirit, quod eſt finis intētus. Eius liberalitatē oñdit Pſal. 148. dicēs. Aperis tu manum tuā, &c. ¶ Quantum ad veritatē oſtenditur ſic. Omnia q̄ a Deo eſſe accipiūt, neceſſe eſt vt ipſius ſimi-

Quòd virtutes q̄ ad vitā actiuam pertinēt ſunt in Deo, & quomodo.

Quòd in Deo eſt prudentia.

Iuſtitia quomodo.

Libera'itas quomodo.

Veritas.

litudinẽ gerant, inquantũ sunt & inquantum bona sunt, & proprias rõnes in diuino intellectu hñt, hoc aũt ad veritatem pertinet ſm philosophum 4. ethi. vt. ſ. in sanctis, & in dictis ali quis talem ſe exhibeat qualis eſt. Eſt igitur in Deo veritas. Ro. 3. Eſt aũt Deus verax. ¶ Quãtum ad virtutem artis patet. Omnium. n. eorũ q̃ a Deo ꝓdeunt in eſſe rõ propria in intellectu diuino eſt. Rõ aũt rei fiendæ in monte faciẽtis ars eſt. Dicit aũt philoſophus. 6. ethi. ꝙ ars eſt recta ratio rerum a nobis factibilium. Eſt igit proprie ars in Deo. Vnde dr̃ Sap. 7. Omnium artifex docuit me ſapientiam. Quæ tñ ars in mente diuina non eſt accidens vt in mẽte artificis hoĩs, ſed ipſa eſſentia ſua. Sunt ẽt in Deo ꝓfectiſſime amor & gaudium ſeu delectatio, non prout ſunt paſſiones appetitus ſenſitiui. Nullę. n. tales paſſiones proprie ſunt in Deo cũ ſenſittua non ſit in eo, quia affixa organo corporeo, Deus autem corpus nõ hẽt. Et ſi in ſcriptura de Deo aliq̃ dicatur, vt ꝙ ſit iratus pœnitens, & hmõi, per ſimilitudinem effectus dicuntur. Sed ſunt amor & gaudium prout ſunt ſm actum voluntatis. Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te. Philoſophus dicit ꝙ Deus ſemper gaudet vnica & ſimplici delectatione. ¶ Quidã ẽt philoſophi poſuerunt rerum principium Dei amorem, cui conſonant verbũ Dionyſij dicentis. Diuinus amor nõ permiſit eum ſine germine eſſe. Ealſa aũt fœlicitas terrena non hẽt niſi quãdam vmbrã illius pfectiſſimę fœlicitatis, vt dicit idem, eo. ca. Conſiſtit. n. in quinq; ſm Boetium de philoſophica conſolatione. ſ. in diuitiis, in voluntate, in poteſtate, fama, & dignitate. Hẽt aũt Deus excellentiſſimã delectationem de ſe & vniuerſale gaudium & de omnibus bonis abſque alicuius contrarii admixtione. Pro diuitiis hẽt omnimodam ſufficientiam in ſeipſo omnium bonorum. Pro poteſtate habet infinitam virtutem. Pro dignitate habet omnium entium primatum & regimen. Pro fama habet admirationem omnis intellectus, ipſum vtcunq; cognoſcentis.

quod in deo ẽ ars proprie, & qũo.

Quod ī Deo eſt delectatio excellẽtiſſima, & gaudiũ uſe.

§. 2. ¶ Audiuimus ẽt ex ſacra ſcriptura ex qua fides, q̃a fides ex auditu per verbum Chriſti ad Rom. 10. In ciuitate dñi virtutum. i. eccleſia militanti, q̃ eadem eſt cum ciuitate Dei noſtri .i. cum triumphanti differẽtes ſm pfectam & imperfectam viſionem & poſſeſſionem dei, ꝙ quilibet ibi exiſtens eſt pfecte beatus, ſm illud Pſ. 83. Beati qui habitant in domo tua dñe. Beatus aũt eſt qui hẽt quicquid vult. ſ. boni. Hoc autem ibi poſſidetur. Nam tũc impletur omne deſiderium hoĩs, ſm illud Pſ. 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Et oẽ humanum ſtudium ibi conſummationem ſuam accipit. Quod quidem patet diſcurrenti per ſingula ſm beatum. Tho. in 3. contra gentiles ca. 64. ¶ Siquidem ſeptem deſideria in homine reperiuntur, quæ hic nunquam impleri poſſunt, ſed tñ ibi. Primum eſt deſideriũ cognitionis, Secundum deſiderium virtutis. Tertium deſiderium honorationis. Quartum deſiderium famę ſeu nominationis. Quintum deſiderium diuitiarum poſſeſſionis. Sextum deſideriũ delectationis. Septimum deſiderium vitæ conſeruationis. ¶ Quantum ad primũ oẽs homines natura ſcire deſiderant, (vt ait philoſophus,) quod quilibet in ſe experitur. Et quia q̃nque ſcire quęrit q̃ non ſibi conueniunt, vel indebito mõ vitium incurrit curioſitatis. Propter qđ dr̃ Eccl. 3. In pluribus operibus eius. ſ. Dei nõ fueris curioſus. Eſt igit naturale deſideriũ hoĩs inquantum eſt intellectualis naturæ de cognitione veritatis, quod habebis hic vtrunq; per ſtudium vitæ contemplatiuæ, ſed imperfecte. Vnde dr̃ Sap. 9. Difficile ęſtimamus q̃ in terra ſunt, & q̃ in proſpectu ſunt, cum labore inuenimus, q̃ aũt in cęlis ſunt quis inueſtigabit. ſ. vt inueniat. Et Mercurius Trimegiſtus dicit ꝙ ea q̃ ſcimus ſunt minima pars eorũ q̃ ignoramus. Nunquam ergo hic ſatiatur iſtud deſiderium, ſed ſemper cupimus magis ac magis ſcire. Sed in ciuitate Dei noſtri triumphanti in viſione beatifica Dei omnia quæ natura intellectus ſcire deſiderat ei innoteſcent. In eo. n. vt in ſpeculo relucent rationes & virtutes omnium creaturarum. Vnde Hiere. 31. dicitur. In die illa non docebit vnuſquiſque proximum ſuum di. Cognoſce dominum. Omnes. n. ſciẽt me a maiori vſque ad minorem. ¶ Eſt & ſcđm deſiderium hoĩs ſcđm qđ habet rationẽ qua inferiora poteſt diſponere. Quod quidẽ proſequuntur homines per ſtudium vitę actiuæ & ciuilis, quod deſiderium principaliter eſt ad hoc, vt tota vita hoĩs ſcđm rationẽ diſponat, qđ eſt viuere ſcđm virtutẽ. Cuiuſlibet enim virtuoſi finis in operando eſt propriæ virtutis bonum, ſicut fortis vt fortiter agat prudentis vt prudenter agat, & ſic de aliis. Sed clarum eſt ꝙ nullius hic impletur deſideriũ tale vt ſemper virtuoſe operetur ſine aliquo defectu. Sed vt dicitur 3. Reg. 8. Non eſt homo ſuper terrã qui faciat bonum, & non peccet. Et in prouer. 24 Septies in die cadit iuſtus. Sed impletur hoc deſiderium in patria omnino, quia ratio in ſummo vigore erit diuino lumine illuſtrata, ne a rectitudine deficere poſſit. Apocal. 14. Sine macula ſunt ante thronum Dei. i. ſine aliquo defectu vitiis. Cõſequuntur autem ciuilẽ

Septem deſideria quæ nunquã hæc impleri poſſunt, ſed in pria.

vitam

vitam quædam bona quibus homo indiget ad ciuiles operationes vt honoris sublimitas. ¶ Est igitur tertium desideriū hominis de honore. Multum enim appetitur. Vnde Tullius. Honos alit artes, quiq; ad studia accendūtur gloria. Hāc sublimitatem honoris homines inordinate appetētes ambitiosi & supbi fiunt, & multa mala faciunt cōtra Deū & cōtra proximum, vt patet de Hieroboam q timens amittere regnū si populus Israel accederet ad tēplū in Hierusalem iuxta mandatū Dei fecit vitulos aureos quos populus adoratet. 3. Reg. 12. Et Absalon fecit coniurationem cōtra patrem. 2. Reg. 15. Sed nec istud desiderium impletur hic. Vnde Alexander magnus cum audisset ab aliquibus phīs q̄ erāt plures mūdi, cæpit suspirare, eo q̄ vix adhuc vnum in dñio suo haberet, quasi deliderans & aliis dñari. Sed in ciuitate dñi per Dei visionē ad summū honoris & potētię sublimātur inquātum Deo quodāmodo vniūtur. Et propter hoc cū Deus sit rex sęculorū & ipsi Deo cōiūncti reges dicūtur. Apocal. 20. Regnabūt cum Christo &c. ¶ Cōsequitur etiam ciuilem vitā & aliud appetibile. Quartum. s. famæ celebritas per cuius inordinatum appetitū homines efficiunt vanę glorię cupidi. Et vt dicit Sen. Nulla est tam excelsa virtus quæ dulcedine gloriæ nō tāgatur. Sed vt dicit Boe. de philosophica cōso. O gloria gloria quid aliud es q̄ in milibus hoīum inflatio quædā aurium? Beati autem in ciuitate superna per illā visionem reddunt celebres & famosi, nō scd̄m æstimationē vel laudem hominū, quę aliquādo est falsa, qa vt dicitur Prouer. 2. gloriātur cū male fecerint, sed vera ī Dei & sanctorū aliorū iudicio. Et ideo in scriptura sæpe beatitudo illa gloria nominat, vt in ps. 150. Exultabūt sancti in gloria. ¶ Est & aliud quintū genus bonorū q̄ appetitur in ciuili vita. s. diuitię per quarū inordinatum appetitum hoīes efficiūtur auari, illiberales, iniusti multipliciter. Sed vt dicit Amb. super Lucam. Mens auari vinculis cupiditatis astricta semper aurum videt. s. mente semper argētū cogitat, gratius aurū quā solem intuetur. Ipsa enim oino a deo petit aurū. Sed nec satieras vnquā nec finis aderit cupiditati. dist. 47. Sicut hi, & Poeta. Nunquā pecunia tristis satiatur auarus, potib. hydropicus arditate focus. In illa autem beatitudine est oīum bonorū sufficiētia in quantum beati per fruūtur illo qui compræhendit oīum bonorū perfectionem. Propter quod dicitur Sapien. 7. Venerūt mihi oīa bona pariter cum illa. Et in ps. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. ¶ Sextum desideriū hoīs est quod est sibi & aliis aīalibus cōmune vt delectationibus perfruantur qd̄ hoīes cōsequūtur per vitā voluptuosam, & per eā efficiūtur intēperati & incōtinentes, & inde mortē sibi accellerāt, infirmitates incurrunt famam perdūt, plures occidit voluptas q̄ gladius ait Sen. Sed nec tū his satiantur imo bestiales fiūt. In illa aūt ciuitate est delectatio pfectissima, tātoq; pfectior ea quæ p sensum est quāto illud bonū in quo delectabimur maius est omni sensibili bono & magis intimū & magis cōtinue delectās, quanto etiā illa delectatio est magis ab oī pmixtione cōtristantis libera ps. 15. Delectationes in dextera tua. i. in gloria vsq, in finē. i. quę fiunt & qui etāt appetitum, vt nil est desiderandum. Vñ illa fruitio figurat in scriptura p nuptias & magna conuiuia in quibus hoīes cōsueuerunt delectari & gaudere vt per cōuiuium Regis Assueri qui interprætatur beatitudo. Hester. 1. c. Per cœnam euangelicā. Luc. 14. & hmōi be. Bern. Illud est verū gaudiū qd̄ nō de creatura sed de cratore cōcipitur, qd̄ cū accęperis nemo tollet a te. Cuius cōparatione oē dulce amarum, oē pulchrum sædum, omne qd̄ pōt delectare molestum. ¶ Septimū desiderium qd̄ est oibus rebus cōe naturaliter est q̄ desiderāt cōseruationem sui esse quantū possibile est, p cuius desiderii immoderantiā hoīes efficiuntur nimis timidi, & nimis laboribus sibi parcentes ne vitam amittāt, & pp hoc efficiunt periuri, isorti legi, multa bona necessaria ad salutem omittētes. Sed vt dicit b. Au. 11. q. 3. Timendo mortē carnis tuę, dabis mortem aīæ tuæ. Sicut Petrus qui ex timore Christum negauit, & quāuis quilibet hoc naturaliter desideret, tñ vt dr Eccl. 9. Nemo est q̄ semp viuat, aut qui huius rei habeat fiduciā. Sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo, ita & hoīes tpe malo. s. mortis ex insperato. Impletur aūt hoc desideriū in ciuitate Dei vbi erunt ab oī nocumento securi. Apoc. 21. Non esurient neq; sitient amplius, nec cadet super illos sol, aut ullus æstus, qm̄ priora transierūt. Et Esaię. 25. Faciet dñs in monte hoc cōuiuiū grāde, cōuiuiū pinguiū & medullatorū, cōuiuiū vindemię defecatæ, & præcipitabit mortē in sempiternum. Sicut ergo audiuimus, ita & vidimus, dicunt sancti, quia per beatam visionē consequuntur intellectuales substantię verā fælicitatē in qua omnino desiderium quietatur quæ scd̄m Arist. ad fœlicitatem requiritur, quia ibi est status omnium bonorum aggregatione perfectus. ¶ Audiuimus talē statū btōrū eē verū statūq̄ §. 3. sp statī ppetuū. Vñ dicit deus fundauit eā in ęternū, illā. s. ciuitatē fœliciſſimā beatorū, vt in perpe-

in perpetuū maneat, & nūquā deficiat. Audiuimus dñm dicentem Esa. 33. Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatē opulentā, tabernaculū quod nequaquā trāsferri poterit, nec auferētur claui eius in sempiternū, & Matth. 25. Ibunt iusti in vitam æternam, & Apocal. 3. Qui vicerit faciam illū columnā in tēplo Dei mei, & foris non erit amplius. Et Psal. 83. Beati q̄ habitāt in domo tua, in sęcula sęculorū laudabunt te. Et sicut audiuimus hic, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri, pñr sancti dicere. Sed & nos dicere possumus hoc vidisse ratione naturali non solū fide. Nam pluribus rōnibus probat B. Tho. lib. 3. contra gentiles. c. 63. illam fœlicitatem esse perpetuam. Quarum prima est talis. Creatura rōnalis non peruenit ad vltimum finem, nisi quando eius desiderium naturale quietatur. Sicut autem natura desiderat fęlicitatem, ita naturaliter desiderat fęlicitatis perpetuitatem. Cum enim in sua substantia sit perpetua, illud quod ꝓpter se desiderat & non ꝓpter aliud desiderat illud vt semper habendum. Non ergo esset fęlicitas perfecta vltimus finis, nisi perpetuo permaneret. Quod autem fęlicitas naturaliter appetatur, q̄libet experiē in se. Et Boetius etiam ait, Inserta est naturaliter mētibus hominū, veri summiq; boni cupiditas, quod si non posset cōsequi, frustra eēt in horibus tale desiderium. Sed secūdū phūm. Deus & natura nihil frustra operātur. ¶ Secūda rō est talis. Omne illud quod possidetur cū amore, si sciatur q̄ quandoquē amittatur, tristitiam generat. Visio autē illa quæ beatos facit, s. visio Dei, cum sit maxime delectabilis & maxime desiderata vtiq; a possidēt. eā amatur. Non ergo posset hoc non tristari eos si scirent se quandoq; eos amissuros. Si autem non esset perpetua talis visio, hoc vtiq; scirent. Nā (vt dictum est supra) videndo diuinam substātiam, etiam alia cognoscūt quę naturaliter scīri possunt. Vnde multo magis cognoscūt qualis sit illa visio. Vtrum perpetua vel aliquando amittenda. Non ergo esset talis visio eis sine mixtura tristitię cum scirent eis deficiendam, & sic nō esset vera fęlicitas quæ ab omni malo immunem reddere debet. ¶ Tertia ratio impossibile est q̄ aliquis a bono quo fruitur velit discedere nisi propter aliquod malū quod in fruitione illius boni æstimat fore, saltem cum propter hoc æstimat impedimentū maioris boni. Sic enim nihil desiderat appetitus nisi sub ratione boni. Sed in fruitione illius boni non potest esse aliquod malum, cum sit optimū ad quod creatura intellectualis peruenire potest, neq; ēt eē potest q̄ ab eo quod visione fruitur æstimetur in ea esse aliquod malū vel aliquid eo melius, cum visio illius summæ veritatis, oēm falsam æstimationē excludat, impossibile est igitur q̄ substātia intellectualis quę Deū videt, vnquā illa visione carere velit. ¶ Quarta ratio est, quia studiū alicuius quo prius aliqs delectabiliter fruebatur, fastidiat, accidit ex hoc q̄ studiū illud vel actio aliquā immutationem facit in re vel corrumpēdo eā vel debilitando virtutem eius. Et propter hoc vires sensibiles quibus accidit fatigatio in suis actionibus propter mutationē corporaliū organorum a sensibilibus, a quibus etiam si fuerint excellentia corrūpuntur, vt tactus ab igne & hmōi, fastidiunt post aliquod tempus frui eo, quod prius delectabat. Et propter hoc ēt intelligendo fastidium patimur post longam meditationē, quia fatigantur potētiæ vtentes corporalibus organis, siue quia desideriū intellectus nostri cōpleri non potest. Diuina autem substantia non corrūpit, sed magis perficit intellectū. Neq; ad visionem eius concurrit aliquis actus qui p organa corporalia exerceatur. Impossibile est ergo q̄ illam visionē aliquis fastidiat, qui prius ea delectabiliter fruebatur. ¶ Quinta rō, nihil quod cum admiratione considerātur potest esse fastidiosum, q̄a quādiu sub admiratione est adhuc desideriū mouet. Diuina aūt substātia a quolibet intellectu creato, semper cum admiratione vr; cum nullus intellectus creatus eam cōprehendat. Impossibile est ergo q̄ substantia intellectualis illam visionē fastidiat, & ita non potest esse q̄ ab illa visione se per propriam voluntatem desistat.

Fęlicitatem esse perpetuā probatur rationibus multis.

¶ Audiuimus tertio sed potius primo dicēdū Deū esse trinū in psona, sed vnū in substantia. Sic enim confitet ecclesia in decretali, extra de sum. Trin. & fide cath. Quod mysteriū innuit Psal. 47. dicēs. In ciuitate dñi virtutū, s. patris, cui attribuitur ois virtus seu ptās. In ciuitate Dei nostri, s. filij qui præcipue dr noster ꝓpter incarnationem. Caro enim & frater noster est Gene. 37. Deus fundauit eam, s. Spiritussanctus, cui attribuitur amor fundans & firmans ciuitatem supernam in æternum. Vnitas autē essentiæ trium personarū notatur, quia in singulari dicitur fundauit nō fundauerunt. Sicut ergo audiuimus, sic vidimus, sancti in patria dicere possunt, quia vt ait Beatus Bernar. Mysterium trinitatis in vnitate, & vnitatis in trinitate, s. personarum inuestigare, s. per rationem naturalem & demonstrationem temeritas est, credere pietas est, nosse vita æterna est. Vnde & ipse Christus nō solum viator, sed ēt cōprehēsor tunc, quod clarissime videbat trinitatem §. 4.

nitatem ipsam anima sua nobis manifestauit dicens. Ioan. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant, & hoc est videre te, s. patrem ad quem loquebatur & Iesum Christum, qui est filius eius quem misisti, idest incarnari fecisti, quod opus fuit per Spiritum sanctum. Sic enim fatemur. Qui conceptus est de Spiritu sancto. Et has tres ꝑsonas solũ Deũ vnũ, s. in substantia. Hoc autẽ mysteriũ trinitatis sicut audiuimus ita & vidimus, etsi non clare vt beati, tñ vt hic videri possũt mysteria fidei. Et hoc tripliciter. ¶ In doctrinis. ¶ In figuris. ¶ In creaturis.

Mysteriũ trinitatis tripliciter aliquo modo in via possumus videre & si non clare vt beati.

¶ Non solũ scripturæ Christianorũ & Iudæorũ quæ satis copiose de hoc mysterio loquuntur, sed etiam doctrinæ gentiliũ philosophorum hoc videntur exprimere. Et in nouo quidem testamento inquit Ioannes euangelista. Tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnũ sunt, quid aptius dici potuit? Paulus quoq; Apostolus ad Galath. 4. Misit Deus scilicet Pater Spiritum sanctũ filij sui, a quo scilicet Filio ꝓcedit sicut ab ipso, in corda nostra clamantem, i. facientem nos clamare cum desiderio intenso orare. Abba pater in singulari, quia tota trinitas, vnus pater noster est creando, gubernando, & saluando. Et dñs Iesus Christus ad discipulos. Matth. vlti. Baptizate oẽs gentes. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. In nomine dicit in singulari, ad innuendum vnitatẽ substãtiæ, i. inuocatione & virtute. ¶ In veteri testamento doctrina nõ solum nostra, sed & Iudęorũ, & male intellecta ab eis & falso exposita. Gen. 1. In principio creauit heloy cœlũ & terram. Heloy autẽ est plurale, cuius singulare est Hely. Et sicut Hely interpretatur Deus, ita Heloy interpretatur Dij, i. personæ diuinę. Ecce pluralitas personarũ, vnitas aũt essentiæ ibi innuitur. Creauit in singulari. Quæ autem sint ipse plures ꝑsonæ in diuinis & nomina eorum exprimuntur in diuersis locis & libris veteris testamẽti, ꝑcipue in Psal. Nã de patre dicit Psal. 88. Ipse scilicet filius ait, pater inuocauit me. Pater meus es tu, quod pluries egit incarnatus, vt post vltimam cœnam in oratione. Pater clarifica filium tuum. Ioan. 17. Et in fine vitæ Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum. Lucæ 23. De filio autem inquit. Psal. 2. in persona eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie, idest æternaliter genui te. De Spiritu sancto ait. Psal. 50. Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Et ꝙ quælibet ꝑsona ex his tribus sit Deus, & tñ non tres Dij, sed vnus est Deus, ondit dicẽs in alio Psal. 66. Benedicat nos Deus, s. Pater, Deus noster, s. filius noster factus ꝑ humanitatẽ assumptã similis nobis. Bñdicat nos Deus Spiritus sanctus. Et bñdicere suũ est bñfacere, cõferẽdo naturalia & addẽdo gratuita. Et vt intelligatur vnitas essentię, subdit in singulari, metuant eũ oẽs fines terræ, sm b. Gre. in moral. Et 2. Reg. 7. Ero illi in patrẽ & ipse erit mihi in filiũ. Et quãuis videat loq de Salomone, tñ Apostolus ad Hebrę. j. arguit ex his verbis ꝓbãs Dei patris filiationẽ secũdũ sensum litteralẽ intelligendam, ostendens & de Spiritu sancto. Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinę effugiet fictum. ¶ Dimittendo alia testimonia sacræ scripturę plurima, veniamus ad doctrinam ethnicorũ. Cum dixerit Mercurius Trimegistus. Monas genuit monadem, & in seipsum flectit ardorem. Nonne videtur insinuasse mysterium Trinitatis? Monas i. vnus genuit monadem, i. vnum, i. ꝑter filiũ Ardor reflexus est Spiritus sanctus, qui vt dicit b. Hiero. est amor patris in filium, & filij in patrem, non quidem accidentalis & transiens, vt amor noster, sed substantialis & subsistens. Cũ enim virtus effectuum reperiatur in causis eorum nobilibus quàm in ipsis effectibus. Et virtus generãdi vere reperiatur in creaturis, quæ omnes sunt effectus primę causæ, s. Dei, multo nobilius debet hæc generationis virtus reperiri in ipso Deo, non quidẽ materialiter cũ spũs sit Deus sed mẽtaliter, sicut mẽs hois generat verbũ suũ, i. cõceptũ. Intelligit enim secundus ab æterno, & tãtũ quãtus est q̃ immẽsus est, & ipse intellectus est filius suus. Vnũ in substãtia cũ eo, ꝙa eius intelligere est sua essentia secũdũ b. Tho. primo cõtra gẽtiles. Nõ põt aũt optimũ verbũ gignẽdo ipsum non amare, cũ amor sit boni, & ꝙa infinitũ bonũ infinitus amor patris ad filiũ genitũ & filij ad patrẽ generantẽ. Et ipse amor Spũsscũs est ꝑsona subsistẽs tertia in trinitate illa sanctissima. Si q̃s autẽ dicat ꝙ nõ fuit intellectus Trimegisti loq de trinitate cũ ethnici philosophi nõ cognouerint hoc mysteriũ. In cuius figurã legit in Exodo, ꝙ magi. i. sapiẽtes Pharaonis defecerũt in tertio signo, ꝙa in notitiã Trinitatis, vt dicit Magister sent. in 1. li. Nã de verbo æterno seu filio Dei multa dixit Plato & q̃ plura Sybillæ gentiles & satis clare. Tamen etsi sic nihil ꝓhibet æstimare ꝙ plura pertinentia ad mysteria fidei potuerit Deus loqui quæ ipsi non intellexerunt. Sicut locutus est Deus p asinã Balaam, & per Cayphã quæ ipse nõ intellexit. Vidimus hucusq; in doctrinis mysterium trinitatis & vnitatis sicut audiuimus ex fide, videamus figuras.

Patet ex doctrina ethnicorum.

Mysterium trinitatis.

¶ Ex

§.5. ¶Ex figuris etiam vidimus, & prima est cum Abrahæ stanti in meridie in conualle Mābræ occurrerūt ei tres viri Angeli in forma humana, tres vidit & vnum adorauit &c. Gen. 17. Expositionem ob breuitatē omitto, vbi etiam innuitur quo cum gestu reuelatur mysterium trinitatis, quia ęxistentibus in conualle humilitatis & in feruore charitatis & in ostio mortalitatis. ¶Secunda figura habetur Dan.5. de tribus digitis vnius manus scribentis in pariete contra faciem Balthasar regis in Babylone conuiuantis cum suis Mane, Thechel, Phares. Tres digiti tres personæ diuinæ, parer & filius & spiritussanctus, de quibus dicitur. Qui appendit molem terræ tribus digitis, idest sustentat mundum virtutæ trium personarum quæ sunt vnus Deus, vna manus vna essentia & virtus diuina, quæ in mente humana scribit numerum beneficiorum quæ quis recepit. Appendit, idest ponderare facit grauitatem & multitudinem peccatorum quæ egit. Diuidit, idest distribuere facit gratias quas percepit. ¶Tertia figura est Esa.6. vbi ait. Vidi dñm sedentem &c. Seraphin clamantia. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus sābaoth. Ter sanctus dicunt ad innuendum tres personas. Dominus Deus in singulari scribit ꝑꝑ vnitatem essentie, quia hi tres vnum sunt. Clamant autem, quia cum admiratione ardent in ipsius dilectione Dei quem clare vident esse summū & infinitum bonum. ¶Innotuit quoq; Ioan. Baptista mysterium trinitatis qñ in baptismo vidit filium Dei in carne baptizatum, patrem audiuit in voce dicentem. Hic est filius meus dilectus. Matth. 3. Vidit Spiritum sanctum in forma columbę. Sed quia in processu tꝑis quidam hęretici vocati Arriani voluerunt violare veritatem fidei de mysterio trinitatis dicentes esse plurium & diuersarum essentiarum. Ad confirmationem veritatis fidei de vnitate essentię ostendit Deus hoc grande miraculum in illo tꝑe in oriente vbi cępit talis error. Nam in quodam festo sacerdote missam decantante visum est ab oibus tres guttas ad modū aquę simul descendere superaltare, & vnam gemmam ex eis effectam quæ reposita cum magna reuerentia fuit & reseruata inter reliquias ad manifestandum quod hi tres vnum sunt.

Trinitas ꝑsonarū in veteri testō mł tipłr figurata.

§. 6. ¶Tertio manifestatur in omnibus creaturis vestigium sanctissimæ trinitatis. Et primo in generali. Secundo in speciali. Tertio in singulari. Et in generali quidem, quia vniuersum est vnum a Deo totum creatum distinctum in triplex genus creaturarum. Nam vnū est substantiarum spiritualium i. angelorum. Aliud genus substantiarū partim spiritualiū partim corporalium, vt hominū. Tertium est substantiarum oīno corporalium. Ad innuendum ꝙ hi tres. s. pater & filius & spiritussanctus vnum sunt sicut vnū est vniuersum & tripartitum in genere. Et angelus substantia in se inuisibilis representans patrem, & a nobis non est visus hō rōnalis Dei filium qui hominē assumpsit. Creatura irrationabilis spiritum sanctum qui apparuit in specie rei irrationabilis vt ignis. In quolibet aūt horū reperimus vestigiū oñdens quia hi tres vnū sunt. Nā natura angelica vna est cōis in spiritualitate naturæ nihil hñs materię. Sed triplex est hierarchia. Et quęlibet hierarchia triplex est in ordine. ¶Nam infima est in ordine Angelorū, Archangelorū, & Principatuū. In scđa est ordo triplex. s. Potestatū, Virtutū, & Dñationum. In tertia triplex ēt, quia Thronorū, Cherubin, qui interpretat̄ plenitudo scientię, filiū qui est sapientia patris, Seraphin qui interpręta t̄ incendiū, spiritū sanctum q dr̄ amor. Est in quolibet angelo reperire tria ſm Dionysium. s. essentiā, virtutē, i. potentiā, & operationē, & tñ hæc sunt vnus Angelus ad innuendum quia hi tres vnū sunt. In creatura rationali adhuc expressius hr̄ imago trinitatis. Vnde & ipse Deus dixit Gen. 1. Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram. Hæc imago pōt cōsiderari vt formula naturaliter vt informata ꝑfectionaliter, vt reformata pęnitentialiter, vt oīno formata perpetualiter. Et oīa hæc perfectissimā trinitatem & vbiq; eius similitudo. ¶Quantum ad imaginē formatam naturaliter vbi dicit Aug. in lib. de tri. Licet mens nostra nō sit eius naturæ cuius est Deus ibi tñ querenda est imago eius cuius nihil est melius. Anima siquidem nostra vna est tres habens potentias quarum una non est altera, s. memoria, intellectus, & volūtas. Et vna procedit ab alia ſm actum. Nam intellectus non intelligit nisi memoriæ illud occurrit, & voluntas non vult nisi quod mens recolit, & intellectus aliquo modo intelligit. Sic pater & filius & spiritussanctus tres personæ, una substantia, una essentia, & filius quidem nascitur de patre, sanctus spiritus ꝓcedit ab vtroq; &c. Hæc imago formatur & decoratur per virtutū perfectiones in quibus etiam reducet uestigiū trinitatis. Nam virtus vna est conuenientibus oībus in hoc vnum quod ait philosophus in li. ethic. ꝙ virtus est quæ bonum facit habentem & opus eius bonum reddit. Sed ista tripartita est secundum diuersa ad quæ ordinat̄. Est. n. virtus theologicalis, virtus moralis & virtus intellectualis. Primū genus virtutum quo anima

Vestigiū Trinitatis in oīb creaturis.

Tria gña virtutū.

anima informatur a ſanctiſſima trinitate fides, ſpes, charitas; tria hæc vt dr̃. 1. Cor. 13. Hęc reſpiciunt ad Deum, vt obiectũ ſuũ, ſed fides innititur ei vt primę veritati quæ filio attribuitur. Spes reſpicit Deũ & potẽtem iuuare ad bene operandum & ipſum beatificandum. Poteſtas attribuit patri, charitas vnit aiam Deo vt ſummo bono, & bonitas attribuitur ſpiritui ſancto. Vnum ergo ſunt per reſpectũ ad unũ obiectum Deũ. Tres ſunt habẽtes diuerſum reſpectum ad eum, ſic hi tres vnum ſunt Virtus moraliter perficit hoiem in ciuilitate humana & hoc tripliciter ſm hois triplicẽ potentiam q̃ perficit. ſ. iuſtitia fortitudo, & temperantia ſm phũm in Ethi. Et iuſtitia perficit voluntatẽ hominis in ordine ad proximum vt ipſum non lædat, ſed ius ſuũ vnicuiq; tribuat. Fortitudo perficit irascibilem potentiã vt aggrediatur arduа opera & firmus ſit & cõſtãs in aduerſis. Tẽperantia perficit concupiſcibilẽ potentiã vt ab itineat ab illicitis delectationibus, & hæ tres vnum ſunt in moralitate. Virtus intellectualis perficit intellectũ & eſt hæc triplex dimittẽdo intellectum, qui eſt de principiis per ſe notis, & artem quæ eſt de mechanicis, videlicet ſcientia, prudentia, & ſapientia. Et ſciẽtia quæ eſt de cõcluſionibus cõprehẽdat quadruuium, ſed ẽt triuium. ſ. grammaticam, logicam, & rethoricã. Et grammatica quidẽ docens loqui & ſcribere, logica verũ a falſo diſcernere, rethorica orantẽ perſuadere. Prudentia eſt recta ratio rerum a nobis agibiliũ. Quæ quidẽ prudentia integratur ex tribus (vt dicit Señ. in li. de 4. virtutibus,) videlicet prẽterita cogita, & dr̃ memoria, prẽſentia ordina & dr̃ intelligẽtia, futura prẽcaue & dr̃ puidentia. Sicut ergo tres iſtæ partes prudentiæ diſtinctæ conueniunt in vna communẽ rõnẽ prudentię, ita hi tres pater, filius & ſpiritusſanctus vnum ſunt. ¶ Sapientia aũt ſeu phiſica diſtinguitur in phiſicã quæ eſt notitia de rebus naturalibus quæ ſunt infra cęlũ cui deſeruit medicina, & moralẽ notitiã cui ſeruit lex ciuilis & canonica. Et diuidit in monasticam quæ hominẽ dirigit in ſeipſum economicã quæ docet regere familiam, & politicã q̃ docet ciuitatẽ dirigere & regnũ. Et ſic hæ tres vna moralis philoſophia eſt. Tertia philoſophia ſuprema quę oẽs excellit ſciẽtias metha phyſica vel potius theologica, hæc cõtinet triplicẽ legẽ Dei. ſ. intrinſeca, vt decalogum moſaycam vt cerimonialia & iudicialia, & euangelicã de Deo loquẽs & angelis ſup oẽs alias ſciẽtias, & de ſanctiſſima trinitate. ¶ Reformatur aũt imago Dei quę eſt in homine deformata p peccatũ a ſanctiſſima trinitate per pœnitentiã nec alio mõ poſt batiptiſmũ reformari valet. Hęc aũt penitẽtia vna eſt & trina. Nam vt dr̃ de pœni. di. 3. Perfecta in corde cõtritio, in ore cõfeſio, in ope tota humilitas. i. ſatisfactio hęc eſt vera & fructuoſa pnia. Et ſcdm b. Th. in 4. Cõtritio attribuit pri, qa maxime potẽtię eſt iuſtificatio impii, qd̃ fit p contritionẽ. Cõfeſio filio, qa fit p verbum, qd̃ dr̃ filius. Satiſactio q̃ cõplet bonitatẽ pniæ ſpũſſancti, cui appropriat bonitas. Et ſatisfactio q dẽ ſcdm b. Tho. & alios in. 4. conſiſtit tribus. ſ. eleemoſyna, orone, & ieunio. De qbus dr̃ Thob. 12. Bona eſt oro cum eleemoſyna & ieiunio. Et per illud deſtruit illud maledictũ ternariũ dyaboli, de quo. 10. Io. 2. dr̃. Omne q eſt ī mũdo aut eſt cõcupiſcẽtia carnis, aut cõcupiſcẽtia oculorũ, aut ſupbia vitę. Concupiſcentia carnis atteritur per ieiuniũ. Cõcũpiſcẽtia oculorũ reprimit p eleemoſynã. i. auaritia. Supbia vitæ tollit p humilẽ oronẽ. Sed adhuc melius reformat imago per ternariũ eſsẽtiale religionis, q excedit oẽm ſolemnẽ pniam, vt dr̃. 33. q. 2. Admonere. ſ. caſtitatẽ, paupratem, & obedientiã. Et hoc eſt illud triduũ itineris in deſerto religionis quo Deus vocat ſuos ad ſe ſibi ſacrificandũ Exo. 4. Sicut ergo tres partes in pœnitẽtia vel in religione, & tñ vna pœnitẽtia & vna eſt religio, ita hi tres pater & filius & ſpũſſanctus vnũ ſunt. ¶ Tertiũ genus creaturarũ vbi relucet veſtigiũ trinitatis, eſt genus rerũ mere corpalium. Et hoc eſt in cœlis, in elemẽtis & elemẽtatis. Et cœlũ qui de m vnũ eſt. i. inq̃tum oẽs cõueniũt i materia incorruptibili. Tres aũt ſunt. Nã differentes in motu, qa empyreũ vbi ſancti reſidẽt nõ mouetur. Cryſtallinũ mouet ab angelo, & mouet alios Sydereũ. ſ. firmamẽtum cũ cęlis planetarũ qd̃ non mouet alios cœlos, ſed mouet. Et ſol in medio cũſiſtens planetarũ tres habet ſub ſe. ſ. lunã, Mercuriũ, & Venerẽ. Tres ſupr. ſe. ſ. Martẽ, Iouẽ, & Saturnũ. Elemẽta oia i hoc vno cõueniũt, qa ſunt in materia corruptibili, ſed in triplici dr̃ia. Nam ſupræmũ. ſ. ignis eſt lucidũ in quo ẽt reperit veſtigiũ trinitatis. Nam eſt in eo cõſiderare eſſentiã, ſplẽdorẽ, & calorẽ, & eſsẽtia nõ ꝓcedit a ſuo ſplẽdore, ſed ecõuerſo. Et calor a ſua eſſentia & ſplendore, ita pr̃ a nullo ꝓcedit, filius a patre, ſpũſſanctũ ab vtroq, Et hi tres vnum ſunt, ſicut vnus eſt ignis. Mediũ elementum qd̃ eſt duplex, eſt dyaphanum. i. tranſparens, ſcilicet aer, & aqua. Et in aqua eſt veſtigium trinitatis per pulchre. ſ. in aqua quę egredit e terra, vt in fonte, & tranſit eadem in ſubſtãtia per aqueductum, & extenditur in riuum ſeu fluuiũ, vna eſt aqua ſeu vnus fons, & tñ fons nõ ꝓcedit a cõductu, ſed ecõuerſo, ſic filius

De imagine reformata quõ i ea inueniatur veſtigiũ Trinitatis.

De triplici genere creaturarũ .ſ. mere corporalium.

[Mediũ elemetũ eſt duplex.

filius a patre, qui solus coopertus est carne nostra, vnde & ipse dicit. Ego quasi aqueductus, &c. Eccle. 24. Fluuius ꝓcedit ab vtroq; sic spiritussanctus qui dr̃ fluuius Paradisi ſm be. Augu. Vltimum elementū est terra, quæ est in se obscura. Et hæc tripartita, quia in Asiam Europam & Africam, vna terra & tres eius partes. Sic hi tres vnum sunt. ¶ In elementatis patet, ꝙa quodlibet est vnū repræsentās prem. Vnde Hylarius. In patre vnitas, & aliq̃ speciē habent per formam suam, & ad aliquid ordinantur. Secundum representat filium, & finis spiritūsanctū. Ad quod facit quod dr̃. Sap. Omnia in pondere, numero, & mensura constituisti dn̄e. Omnis. n. res est vna numero. Mēsurā habet determinatæ perfectionis per formam suam per q̃ in specie constituitur. Pondus suū est finis ad quē ordinatur. Et hi tres vnū sunt. Sicut ergo eccleſia militans hic est regina stās ante deum a dextris virtutum in vestitu deaurato sapientiæ, circūdata varietate statuū. Sic & eccleſia triūphans assistit vt regina mundi a dextris Dei. s. ciuitate superna, in vestitū deaurato gloriæ, quę in tribus cōsistit repræsentātibus sanctissimā trinitatē. s. visione, tēsione, & fruitione sanctissimæ trinitatis, circundata varietate præmiorum. In qua ꝓexistentes dicere valent. Sicut audiuimus sic vidimus &c.

TITVLVS VNDECIMVS.
De dono intellectus.

¶ Donum intellectus vltra lumen naturæ necessario a Deo petitur. Cap 1.

MAnus tuæ fecerunt & plasmauerunt me. Da mihi intellectum ut discam mandata tua Ps. 118. Manus dn̄i sunt non corporales sed spirituales. s. sapientia & virtutes eius. Et istę fecerunt & faciūt quęlibet horem sicut & alias creaturas quoad corpus ꝓ propagationē a parentibus. Et ipsum primū horem fecit de limo terræ. Gene. 1. Et plasmauerunt & plasmant q̃libet aiam de nouo creando ex nihilo. i. nō ex aliqua alia re, & fundit. Vnde illa sancta mulier dicebat filiis suis exhortans ad patiētiam. Filii nescio quō in vtero meo apparuistis, Neque spiritum & aiam donaui vobis, & singulorum membra non ego ipsa compegi, sed est mundi creator. Hinc & bea. Hiero. in epistola contra Ruffinum. Inter illas secreti veneris angustias manus dei sꝫp opatur, idēq, creator corporis pariter & animæ. Noli despicere bonitatē figuli q̃ te plasmauit, & fecit vt voluit. Ipse Dei Virtus & sapiētia, distincti. 57. nasci. ¶ Quamuis autem homini sit datum lumen naturale ad intelligēdū quæ agēda sunt scd̄m dictamen rationis in vita politica, tamen quia homo ordinatur ad quoddā bonum quod excedit naturalem cognitionem, scilicet supernā beatitudinē, ideo indiget quodam lumine supernaturali ad intelligēdum quæ ſm fidem ꝓponuntur. Et hoc vocatur donum intellectus, quod quia ex nobis nō est, ꝑs. postulat a Deo sibi dari dicens. Da mihi intellectum vt discam mandata tua psal. 118. Mandata Dei sunt non solum de agendis, scd̄m decalogum, scd̄m illud Matthei. 19. ca. Si vis ad vitam ingredi, seruа mādata. Sed etiam de credēdis, iuxta illud Ioan. 13. Creditis in Deum, & in me credite, ait Christus, quia non solum mysteria diuinitatis, sed etiam humanitatis Christi nobis mā datur credere. De sperandis datur mandatū psal. 61. Sperate in eo omnis congregatio, populi quæ figurabatur in spe bonorum temporalium in veteri testamento, promissorum. Mandatur dilectio Dei & proximi Deutero. 6. Quod in nouo testamento inducitur & firmatur Matthe. 22. & Lucę. 10. Diliges dn̄m Deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua, & proximū tuum sicut teipsum. Ista mandata præsupponuntur ad decalogum, non. n. ibi continentur. Et ad ista intelligenda intime vt credenda & seruāda indiget homo dono intellectus. Omnis qui audit a ꝓre meo & didicit hic venit ad me. ait Christus Ioā. 6. Fides autem ex auditu, auditus per verbum Dei Roma. 10. Sed non sufficit credere auditis, immo oportet addiscere per donū scilicet intellectus capere vt agēda. Et sic venitur ad Christū cōsequendo æternum præmiū scd̄m illud. Intellectus bonus omnibus faciētibus eum, laudatio eius manet i sæculū sęculi. §. 1.

¶ Sed ad tollendum equiuocationem. Sciēdū ꝙ intellectus sumitur multipliciter. Nā aliq̃n intellectus dr̃ ipsa animæ essentia, denominatur enim anima ab intellectu, quasi a sua principalior virtute, sicut dicitur in prin. 3. de aīa ꝙ intellectus est quædē substantia. Angeli ēt dicunt̄ intellectus seu intelligentiæ. ¶ Secundo dicitur intellectus quędam potētia animæ distincta contra voluntatem. Et iste intellectus distinguitur realiter in duas potētias, scilicet. intellectum agentem, & intellectum possibilē Vnde dicit philosophus in tertio de anima. Quod necesse est esse in anima has differētias intellectum, scilicet possibilem & agentem. Intellectus autē possibilis diuiditur in tres scd̄m tres status eius. Quandoque enim est in potentia

De multiplici intellectus acceptione.

tentia tm̃,& sic dr̃ intellectus possibilis. Q̃q; in actu primo qui est scientia,& sic dicitur intellectus in habitu. Quandoq; in actu secundo qui est considerare, & sic dicitur intellectus in actu seu intellectus adeptus. De prædictis habes in prima parte. ¶Tertio dicitur intellectus quædam virtus intellectualis, quæ dicitur habitus principiorum, quæ per se sunt nota, siue speculabilium, vt de quolibet est affirmare vel negare de neutro ambo. Omne totum est maius sua parte, vel practicabilium, vt malum est fugiendum, nulli est iniuria facienda & hmõi. ¶Quarto modo dicitur intellectus vna pars prudentiæ ſm Macrobium quam Tullius vocat intelligentiam, de hoc dicit philosophus in 6. Ethic. Quod est cognoscimus extremi, idest alicuius primi singularis & contingentis operabilis propositionis, s. minoris quam oportet esse singularem in syllogismo prudentię. Hoc autem primum singulare est aliquis finis singularis. Est ergo istæ intellectus quædam recta æstimatio de aliquo particulari fine, vt verbi gratia. Ratio in operando primo sumit vniuersalem, vtputa. Omne malum est fugiendum. Intellectus istę sumit minorem sub illa di. Committere hunc actũ fornicationis qui menti occurrit est malum. Et prudentia concludit. Ergo hæc fornicatio fugienda. ¶Quinto dicitur intellectus quoddam donum spiritussancti quæ importat quandã acutã penetrationẽ diuinorũ vel agendorũ ſm regulas diuinas. Et de isto nunc agit. §.2. ¶De dono intellectus. Dicitur Esa. 11. Requieſcet super eum spiritus domini spiritus sapientiæ,& intellectus &c. Et de iusto dicitur. Repleuit eum dominus spiritu sapientiæ & intellectus, stola gloriæ induit eum. ¶Pro cuius declaratione dicit B. Thom. secunda secundæ. q. 8. art. 1. quòd nomen intellectus importat quandam intimam cognitionem. Dicitur enim intelligere quasi intus legere. Et hoc maxime apparet cõsiderantibus differentiam intellectus & sensus. Nam cognitio sensitiua occupatur circa qualitates sensibiles exteriores. Cognitio autem intellectiua penetrat usque ad essentiam rei. Obiectum enim intellectus est quod quid est, vt dr̃ 3. de anima Sunt autem multa genera eorum quæ interius latent ad quæ oportet cognitionem hominis quasi intrinsecus penetrare. Nam sub accidentibus latet natura rerum substantialis. Sub verbis latent signa verborum, sub similitudinibus & figuris latet veritas figurata. Res. n. intelligibiles sunt quasi interiores respectu rerum sensibilium quæ exterius sentiuntur. Et in causis latent effectus & econuerso, unde respectu horũ oium potest dici intellectus. Sed cum cognitio hois a sensu incipiat quasi ab exteriori, manifestum est ꝙ quanto lumen intellectus est fortius, tanto magis potest ad intima penetrare. Lumen aũt naturale nostri intellectus est finitæ virtutis. Vnde vsq; ad determinatũ aliquid pertingere põt. Indiget ergo hõ supernaturali lumine, vt vlterius penetret ad cognoscendũ quædam, quæ per lumen naturale cognoscere non valet. Et illud lumen supernatutale homini datum vocatur donum intellectus. Et cum potentia intellectus habeat duos actus, scilicet percipere & diiudicare. Donũ intellectus ordinatur ad percipiendum diuina & agenda in ordine ad Deum. Sapientiæ donum ordinatur ad actum iudicandi de eis ſm rõnem seu regulas diuinas. Sed scientiæ donũ ſm regulas humanas. i. rationis, & in hoc differunt. ¶Ratio autem quare hoc donum dr̃ donum intellectus potius quam rationis est ista ſm B. Tho. vbi supra. Discussus rationis semper incipit ab intellectu & terminatur ad intellectum ex aliquibus. Ratiocinamur. n. procedendo ex quibusdam intellectis, & tunc rationis discursus perficitur qñ ad hoc peruenimus vt intelligamus id qd̃ prius erat ignotum. Quod ergo ratiocinamur ex aliquo intellectu procedit. Sed donũ gratiæ non procedit ex lumine naturæ, immo superadditur ei quasi perficiens ipsum, & ideo ista superadditio non dr̃ ratio sed magis intellectus, qa ita se habet lumen superadditum ad ea quæ nobis supernaturaliter innotescunt, sicut se habet lumen naturale ad ea quæ primordialiter cognoscimus. ¶Ratio ẽt quare aliquod donũ dicat̃ intellectus & nullũ voluntas, cum tm̃ intellectus distinguat̃ cõtra voluntatẽ, vt patet in 3. de aĩa, est ista ſm b. Th. vbi supra qa voluntas nominat simpliciter appetitum motũ absq; determinatione alicuius excellentiæ. Sed intellectus nominat quãdam excellentiam cognitionis, s. penetrandi ad intima. Ideo supernaturale donum magis nominatur nomine intellectus quam voluntatis. §.3. ¶Quomodo donũ intellectus simul maneat cum fide. Ad quod sciendum opus est duplici distinctione ſm B. Tho. 2. 2. q. 8. art. 2. Vna est ex parte fidei, alia est ex parte intellectus. Ex parte fidei distinguendum est, ꝙ quædam per se & directe cadunt sub fide quæ naturalem rationem excedunt, sicut Deum esse trinum & vnũ, & filiũ Dei esse incarnatũ. Quidã vero cadunt sub fide quasi ordinata ad ista ſm aliquẽ modum, sicut sunt oĩa quæ in scriptura diuina continentur. Ex parte vero intellectus distinguen-

Quid importat nomẽ intellectus.

Quare nõ donũ voluntatis.

ſtinguendū eſt, q̄a dupliciter poſſumus aliqua intelligere. Vno modo perfecte, qñ. ſ. pertingimus ad cognoſcendū eſſentiam rei intellectæ, & ipſam veritatē enunciabilis intellecti ſm q̄ in ſe eſt, & hoc modo ea q̄ cadunt ſub fide dicte nō poſſumus intelligere durāte ſtatu fidei. Sed quædam alia ad fidē ordinata ēt hoc modo intelligi pñt. Alio modo contingit aliquid intelligi imperfecte, qñ. ſ. ipſa eſſentia rei vel veritas propoſitionis nō cognoſcitur quid ſit, aut qūo ſit, ſed tm̄ cognoſcitur q̄ ea quæ exterius apparent veritati nō contrariant inquantū hō intelligit q̄ pp ea quæ exterius apparent nō eſt recedendū ab his quæ ſunt fidei. Et ſecundum hoc nihil prohibet durāte ſtatu fidei intelligere ea etiam quæ per ſe ſub fide cadunt. Fides aūt quæ connumeratur ab Apoſtolo inter duodecim fructus ſpiritus ad Gal. 5. nō eſt fides quæ eſt virtus theologica, ſed eſt quædā certitudo eorum quę ſunt fidei, quæ hm̄ per donum intellectus. ¶Eſt autem intellectus donū non ſolum ſpeculatiuus, ſed etiam practicus. Vnde in pſal. 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Quod ſic declarat B. Tho. 2. 2. q 8. arti. 3 Donum intellectus non ſolum ſe habet ad ea quæ primo & principaliter cadunt ſub fide, ſed etiam ad oīa quæ ad fidem ordinantur. Operationes aūt bonæ quændam ordinem habent ad fidem. Nam fides per dilectionem operatur, vt dr̄ ad Gal. 5. Et ideo donum intellectus ēt ad quædam operabilia ſe extendit, non quidem vt principaliter circa ea verſetur, ſed inquantum in agendis regulamur rationibus æternis, quibus cōſpiciendis & conſulendis inheret ſuperior rō, vt ait Augu. quæ dono intellectus perficitur. Quāuis aūt rō naturalis dirigat hominem in actibus humanis, tm̄ regula humanorum actuum eſt non ſolum ratio humana, ſed ēt lex æterna. Lex aūt æterna excedit rōnem humanam naturalē. Et ideo cognitio humanorum actuum ſecundū q̄ regulantur a lege ęterna excedit rationem naturalem & indiget ſupernaturali lumine doni ſpiritus ſancti intellectus vel alterius.

§. 4. In q̄bus fit donū intellectus & in quibus non.

¶Eſt aūt donū intellectus in oībus habētibus gratiā gratum facientē, & extra gratiā exiſtentibus abeſt, primū ſic probat Tho. 2. 2. q. 8. art. 4. In oībus habentibus gratiam neceſſe eſt eſſe rectitudinem voluntatis, quia per gratiā reparatur voluntas hois ad bonum, vt dici B. Aug. voluntas autem hominis non poteſt recte ordinari in bonum niſi præexiſtente aliqua cognitione veritatis, quia obiectum voluntatis eſt bonum intellectum, vt dicitur in 3. de anima Sicut autem per donum charitatis ſpiritus, ſi ordinat voluntatem hoīs vt recte moueatur in bonū quoddā ſupernaturale, ita per donū intellectus illuſtrat mentem hoīs vt cognoſcat veritatē quandā ſupernaturalē in quā oportet tēdere voluntatē rectam. Et ideo ſicut in oībus habentibus gratiam eſt donū charitatis, ita & donū intellectus. Et q̄uis aliqui habentes gratiā gratum facientē poſſint pati hebetudinem circa aliqua quę ſunt prēter neceſſitatem ſalutis, tm̄ circa ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis ſufficienter inſtruunt a ſpūſancto, ſcd̄m illud. Vnctio docet vos de oībus 1. Io. 2. Quāuis. n. non oēs habentes fidē plene intelligant ea quæ proponuntur credenda, intelligūt tm̄ ea eſſe credēda, & q̄ ab eis pro nullo eſt deuiandum. Et qd̄ B. Greg. ait in 2. moral. q̄ gr̄a intellectus & aliorū donorū aliqñ vtiliter habentibus gratiā ſubtrahitur, qñq; n. dum aīus ad ſublimia intelligenda ſe in elatione erigit, in rebus vilibus & imis hebetudine pigreſcit, nō ſic eſt intelligendū q̄ donū intellectus ſubtrahatur ſanctis quantū ad neceſſaria ad ſalutem dū in ſanctitate manent, ſed circa alia interdū ſubtrahitur vt non oīa ad liquidū penetrare poſſint per intellectū. Et hoc vt ſubtrahat eis materia & occaſio ſuperbiæ. ¶Secundum aūt. ſ. q̄ donū intellectus nō habeant extra gratiam conſtituti ſic probat. Dona ſpirituſancti (vt ſupra dictū eſt) perficiunt hoīem ſecūdum q̄ eſt bene mobilis a ſpirituſancto. Sic ergo intellectuale lumen gr̄æ ponit donū intellectus inq̄tum intellectus hoīs eſt bene mobilis a ſpirituſancto. Huius autē motus conſideratio in hoc eſt q̄ hō apprehendit veritatē circa finem. Vnde niſi vſq; ad hoc moueat intellectus humanus a ſpirituſancto, vt rectā ęſtimationē de fine habeat nondū eſt aſſecutus donū intellectus quantūcunq; ex illuſtratione ſpiritus alia quædā præambula cognoſcat. Rectam aūt ęſtimationē de vltimo fine non habet niſi ille qui circa finem non errat, ſed ei firmiter inhæret tanq̄ optimo. Et hoc eſt ſolum habentis gratiā gratum facientem. Sicut etiam in moralibus rectam ęſtimationem habet homo de fine per habitum virtutis. Vnde donum intellectus ſine gratia gratum faciente haberi non poteſt. Et quod Aug. dicit prēuolat intellectus ſequit̄ tardus aut nullus effectus. Vocat B. Aug. intellectum quandam mentis illuſtrationem quæ tm̄ non pertingit ad perfectam rationem doni intellectus. Sed cum mens hominis deducitur vſque ad hoc vt habeat rectam ęſtimationem circa finem tunc ſequitur effectus quod ſit donum intellectus. Quod etiam dicitur Dan. 10. Intelligentia opus eſt in viſione. ſ. prophetica. Talis

Quòd gr̄a intellectus & aliorum donorū aliqñ q̄buſdam ſubtrahitur, quare & quō intelligitur.

ca. Talis intelligẽtia non est donũ intellectus, sed quædam mentis illustratio ad intelligendum quæ prophetis reuelantur, qđ potest esse cõe bonis & malis. Sed illustratio mentis circa ęstimationem rectã de vltimo fine solum conuenit bonis quæ pertinent ad donum intellectus. Et quãuis donũ intellectus correspõdeat virtuti fidei & eam præsupponat nõ tñ sequitur q̃ sicut fides potest esse sine gratia gratum faciente, vt fides informis, ita & donum intellectus. Et tró diuersitatis est, qa fides solũ importat assensum ad ea quæ proponunt̃ credenda, qui pót esse per aliquã illustrationẽ mentis absq; gratia. Sed donum intellectus importat quandã perceptionẽ & penetrationẽ veritatis
§.5. circa finem vltimũ, quæ nõ pót esse sine gratia
Cõtra- gratum faciente. Quo aũt differat intellectus a
ria sapiẽ sapientia & scientia a cõsilio dictum est supra.
tiæ. Et secundum beatum Gregor. sicut sapientiæ opponitur insipientia vel stultitia quæ facit peruerse iudicare circa communem finem vitæ. i. vltimum finem. Sic econtra, sapientia facit rectum iudicium circa vniuersalẽ causam & finem vltimum Deum. Et scientię dono opponitur ignorantia, per quam homo non habet rectum iudiciũ circa particulares causas. i. creaturas. Et consilio præcipitatio opponit̃ per quam homo ad actionem procedit ante deliberationem rationis. Ita intellectui opponitur hebetudo, hebetudo enim acuitati opponitur. Dicitur autem per similitudinem intellectus acutus quando potest penetrare ad intima eorum quæ proponuntur. Et quãuis donum intellectus circa principia prima sit aliter tamen quam intellectus virtus intellectualis. Nam intellectus virtus est habitus naturalis primorum principiorum cognoscitiuus quæ per se naturaliter cognoscuntur. Intellectus donum est habitus primorum principiorũ cognoscitiuus non naturalis, sed gratuitæ, aliter tñ quã fides. Nam ad finẽ pertinet assentire solũ talibus principiis cognitionis gratuitæ. i. articulis fidei. Ad intellectum vero donum pertinet penetrare ea quæ debentur fidei. Et in cognitione siue practica siue speculatiua eorũ quæ sunt fidei intellectus penetrat, sed sapientia de eis iudicium præstat.

§.6. ¶Huic dono intellectus correspondet sexta
Quia beatitudo sm B. Aug. s. beati mũdo corde &c.
beatitu- Matt. 5. Et hoc conuenienter quantũ ad meri-
do 6. cor tum, qđ est mũdicia cordis, & quantũ ad præ-
respon- mũ qđ est visio Dei sm B. Tho. 2.2. q. 8. arti. 7.
det do- Et quantum ad meritum sciendum q̃ duplex
no intel est munditia. Vna prę̃bula & dispositiua ad
lectus. Dei visionem. Et hæc est deputatio affectus ab inordinatis affectionibus. Et hæc munditia cordis fit per virtutes quæ pertinent ad nim appetitiuam, vt tẽperantia, fortitudo, & iustitia. Alia munditia cordis est quæ est quasi cõpletiua respectu visionis diuinæ. Et hęc est mũdicia mẽtis depuratæ a phantasmatibus & erroribus vt. s. ea quæ proponunt̃ de Deo, nõ accipiantur per modũ corporalium phantasmatũ aut sm hęreticas peruersitates. Et hãc munditiã facit donum intellectus. Similiter est duplex visio Dei. Vna quidẽ p̃fecta, qua vi Deus per essentiam. Alia vero imperfecta per q̃ etsi nõ videamus de Deo quid sit, videmus tamen qd non est. Et tanto Deũ in hac vita perfectius cognoscimus, quanto magis intellectus noster cognoscit Deum excedere quicquid intellectu comprehenditur. Vtraq; Dei visio pertinet ad donum intellectus. Prima consumatiue sm q̃ habetur in patria. Secunda inchoatiue secundum q̃ habetur visio de Deo in uia.

¶*De scripturæ sacræ nobilitate, qualitate, & vtilitate. Cap. 2.*

DEclaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis psal. 118. Sermones Dei de q̃bus psal. loquitur sunt verba sacræ scripturæ quibus nobis locutus est Deus per prophetas vt in veteri testamento, vel per se incarnatum & Apostolos eius vt in nouo. Sed tenebrosa aqua in nubibus aeris, inquit psal. 27. idest obscura scientia in prophetis, qa omnia in figuram contingebant illis. In nouo quoq; dixit Christus Io. 6. Verba quæ loquor vobis spiritus & vita sunt. i. spiritualiter intellecta viuificabunt vos. Caro non prodest quicquam. i. superficialiter intellecta non proficiũt homini, vt illud quod dixerat de sacramento corporis sui. Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. quia aliqui ex discipulis secũdum litteram superficialiter intellexerunt, scandalizati sunt, sic & oẽs hæretici errauerunt. nõ intelligentes scripturas. Ad capiendum igitur cognitionem & veram notitiam de eis quæ sunt in scriptura, spiritussanctus per donum intellectus menti declarat sermones Dei. Vnde & de Saluatore dicitur Luc. vlti. q̃ post q̃ resuscitatus apparens discipulis comedens cũ eis ait. Hæc scripta sunt &c. Et tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas quas, s. exponebat eis. De ipsa igitur scriptura sacra quæ continet sermones Dei, uidendum de qua in dictis verbis psal. tria uidentur notari.

¶Primo innuitur eximia auctoritas. ibi. Declaratio sermonum tuorum.

¶Secundo conceditur magna vtilitas, ibi, illuminat.

¶Tertio exigitur ad eam plurima humilitas, ibi intellectum dat paruulis.

§.1. ¶Auctoritas scripturæ maior esse non potest, quia scilicet a Deo est reuelata. Ideo dicit declaratio sermonum tuorum, qui scilicet sunt a te Deo proferente. Vt.n. ait Petrus in cano.2. Spiritusancto inspirati locuti sunt omnes sancti Dei homines, scilicet auctores librorum sacræ paginæ. Et b.Paul.ad Heb.1. Multipharie multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, scilicet in veteri testamento nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Hinc etiam b.Amb. in Epistola ad Coloss. ait. Omnis ratio supernæ scientiæ vel terrenæ creaturæ in eo est, qui est caput earum & auctor, vt qui hunc nouit nihil vltra quærat, quia hic est perfecta virtus & sapientia, quicquid alibi quæritur, hic perfecte inuenitur. In Daniele & Salomone ostendit infidelibus se esse auctorem totius sapientiæ, quod infideles non putant: quia non legunt in euangelijs, & prophetijs, astrologiam & alia huiusmodi quæ despecta sunt, quia nihil valent ad salutem, sed mittit in errorem. Et qui his studeut curam animæ non habent dist.37.§. Hinc etiam filius. Et qa Deus est verax, omnis autem homo mendax psal.115. Hinc est q̃ doctrinæ hominum reperiuntur cum admixtione alicuius erroris. Sed doctrina sacræ scripturæ plena veritate, quia a Deo qui mentiri non potest Ioan.17. ait Christus. Sermo tuus veritas est. Vnde Chry. dicit, q̃ sicut sacerdos est debitor vt veritatem, quã audiuit a Deo, s. in scripturis libere prædicet, ita & laicus est debitor vt veritatem quam audiuit a sacerdote probatam in scripturis defendat fiducialiter, quod si non fecerit, perdidit veritatem. De auctoritate & ueritate eius habetur infra. Quod nulla falsitas insit scripturis sacris nec liceat dubitare de vetitate eius ostendit bea. Aug. dicens in epistola ad Hiero. Si ad scripturas sacras admissa fuerint uel officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis, quæ tandem de scripturis illis proferet cuius pondere contentiosæ falsitatis obseretur improbitas, distin.9. In decretis idem B. August. dist.ea. Quis nesciat sacram scripturam canonicam, tam veteris quam noui testamenti certis terminis suis contineri eamq; posterioribus oĩum eorum litteris ita præponi, vt de illa dubitari aut disceptari non possit vtrũ verũ vel vtrum rectũ sit quicquid in ea constiterit. ¶Secundum scilicet magna vtilitas scripturæ sacræ patet ex effectu, quia illuminat. Ad quod etiam facit qđ idem Psal.ait Psal.118. Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen semitis meis. Et Petrus in cano. sua. Habetis propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco Et licet scientię seculares etiam illuminent in multis, aliter tamen & aliter. Ille quidem vt nocti lucent in nocte, & interpolatim. Hæc autem sacra doctrina vt radius a sole iustitiæ procedens domino Deo semper, & totum orbem. Illuminatio siquidem illarum scientiarũ defectibilis est, quia siue speculatiuæ siue sint practicæ vel morales tamen ordinant hominem ad fœlicitatem quæ in præsenti haberi potest politicam vel speculatiuã, non autem futuram quam non nouerunt auctores illarum. Vnde b.Hierony. tractans illud Eccl.10. Labor stultorum perdet eos, quia nescierunt pergere in ciuitatem. Nominat ibi plures philosophos Platonem, Aristotelem, Permenidem, & alios, quos stultos appellat, quia non habuerunt rectum iudicium de ultimo fine Deo. Nam etsi multum laborauerunt in speculando, & inquirendo veritatem in multis, tamen ex suo labore nõ reportauerunt fructum vitæ æternæ, sed perditionis. Et hoc quia nescierunt pergere in vrbem supernam. Non enim eorum doctrinæ habent tale lumen, sed sapientia quæ vtiq; est sacra scriptura perducit ad claritatemęternam docens copiosissime de ultimo fine uero Deo & veriſſimo & modo perueniendi ad eum consequendum, qui est lux uera & indeficiens. ¶Vbi notandum q̃ tria debent considerari. ¶Primum est q̃ perfectio hois cõsistit in imitatione Dei quę est per dilectionẽ. ¶Secũdum est q̃ dilectio præsupponit cognitionẽ. ¶Tertiũ est q̃ cognitio ordinata & uera de Deo & diligendis hĩ per scripturæ sacræ lectionẽ vel auditionem non scientiarum secullariũ. ¶Primo ergo sciendum q̃ imitatio Dei ad quẽ pro posse homo debet tendere, & perfectio eius simpliciter est per dilectionem. Vnde Apostolus ad Ephes. Imitatores Dei estote sicut filii charissimi. Et quasi modũ docẽs huiusmodi subdit. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos. Similiter cũ Christus dixisset discipulis. Estote perfecti sicut & pater uester perfectus est Matt.5. Subdit exemplum de dilectione, non solum amicorum, sed & inimicorum. Exemplo Dei qui solẽ suum oriri facit super bonos & malos materialiter & spiritualiter. Et Apost. ad Colos. 3. Super omnia charitatem habete quæ est vinculum perfectionis. ¶Secundo considerandũ q̃ dilectio prę supponit cognitionem seu ex cognitione generatur.

De nobilitate sacrę scripturę rõne auctoritatis q̃ maior nõ põt esse.

De vtilitate sacrę scripturæ.

Nam

Nam obiectum volũtatis cuius est dilectio est bonum cognitum. Vnde bea. Aug. In uisa diligere possumus, incognita nequaquã. Est. n. in anima nostra quoddam matrimonium spirituale, in quo vir est intellectus vxor voluntas quæ sterilis permanet, nisi intellectus in ea semen iactet conceptum. s. suum. Vnde & Christus dixit Samaritanæ vt apta fieret ad habendam aquam suam ꝑ missam, q̃ salire facit in vitam æternam. s. gratiam. Voca virum tuum, & veni huc. Ioan. 4. i. repræsenta intellectũ tuum, vt exponit bea. Aug. vt. s. intelligas vere & spiritualiter non carnaliter. Nam illum hominẽ cũ quo in fornicatione manebat, nõ erat suus vir. i. legitimus maritus, vnde non illum dixit vocare, hic est n. error seu falsus intellectus q̃ seminat in carne, ancillam. i. sensualitate generat illegitimos filios malorum operum quibus non debetur hæreditas gloriæ, cum non fit in eis aqua gratię, sed de carne metit, & reportat corruptionem & æternam damnationem. Post quinq; igitur viros legitimos. i. post sequelam quinq, sensuum, sm quorum appetitum operatur homo ante vsum rõnis & sine peccato, & ideo vt viri legitimi debet immediate perueniens ad vsum rationis vti vero intellectu non erroneo obumbrato. Et talis intellectus obiiciens voluntati verum conceptum gignit bonos affectus & parit filios bonorum operum.

Sacra-scriptura maxime valet ad dilectionẽ dei & ꝓximi.

¶Quod tertio aduertẽdum sequet ꝑmaxime dilectio in volũtate generata ex Deo principaliter operante, & ipsa assentiente, q̃a hõ hominem generat, & sol ex studio sacrę doctrinę. Et propterea dr̃ verbum scripturæ, ꝙ est verbum Dei ignitũ & ignis, q̃a ignẽ inducit charitatis in anima ps. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. Et dr̃s per Hierem. 33. ca. Nũquid verba mea nõ sunt quasi ignis? Exemplum in duobus discipulis euntibus in Emaus dicentibus postea. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum nobis loqueretur in via? Luc. vlt. Et Deuter. 33. dicitur. In dextera eius signea lex. i. in Christo lex charitatis. Videmus. n. ꝓ experiẽtiam ꝙ discipulus ad magistrum & doctrinam eius multũ afficitur, & in eius doctrina delectatur, & firmatur, & quasi vnit̃ spiritus eius ad eum. Sic ad propositum. Cum scriptura sacra sit de Deo sine aliquo errore, & plenissime de eo quod potest sciri de ipso in præsenti tractet de dilectione & aliis virtutibus. Aliæ aũt scientiæ diminutæ & cum erroribus, & doctores, & auctores earum fuerũt cõiter vitiosi & multa etiam friuola & noxia habebantur in talibus doctrinis lasciua & contra fidem. Ideo studendo in eis afficitur mẽs studẽtis ad talia & reueretur, & de veritate fidei vacillat. Sed exstudio sacræ scripturæ afficitur ad deũ, & ad sanctos qui ediderunt libros, & charitate inflammatur ex illuminatione de deo ex ipsa habita. Vnde dr̃ de sapientia quæ vt dictum est ꝓmaxime i scriptura sacra infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitię Dei. ¶Declaratio ergo sermonum illuminat intellectum etiã de altissimis. Sicut autem intellectus est nobilissima potentiarum, ita & operatio eius & illuminatio pfectissimum opus hinc nobilissimum intellectũ non voluntatem per prius non tempore, sed natura verbum ęternũ, ait Ioã. Dominici cardinalis in quodam opere suo, quod appellauit Noctiluca. Intellectuo actu procedens a patre lumẽ de lumine in homine nasciturus assumpsit id apetius cæteris tradentibus. Beatus Augustinus & magistro sententia. In huius potẽtiæ actu veritas prima præsentis vitæ pariter & futuræ, vno eodẽq; sermone determinauit vltimã consistere fœlicitatem dicens. Ioan. 17. Hæc est vita ęterna vt cognoscant te solũ, Deum, & quem misisti Iesum Christum. Hũc primum vt supræmum doctorem post iocundam & longam de vita beata inquisitionem, in vltimo de ciuitate Dei. Beatus Augustus inquit. Visio est tota merces. Hæc etiam veritas philosophos non latuit. Nam eorum prę cipuis Plato beatitudinem locauit in participatione diuini luminis, teste beato. Augustino in 19. de ciuitate Dei, cui & ipse assentit. Vltra. n. lumen diuinum quo tãtus doctor polebat, non ignorabat ab Aristotele iam fore validissimis rationibus demonstratum, volunta ti anteponendum esse nobilitate, & opere humanum intellectum.

¶Sequendo igit antiquorum doctorũ gymnasia probata & vera, fateamur oportet in parte intellectiua tãquam in sublimiori fastigio culmen fœlicitatis viatori possibilis ex propriis naturalibus consequẽdæ certius obseruari. Sic lego in Gen. principio fœlicẽ Adam positũ in paradiso vt operaret. s. speculando vtique non quamlibet creaturã sistens in ea, sed sic ex tota mole tendens in Deũ vt non solũ clamaret qđ iam ꝑ fidẽ inspiratam tenebat. Vnus ergo princeps ised vltra ꝓgressus nosceret attributa, & forsitan notiones illud apostolicũ ꝓbatus Inuisibilia Dei a creatura ꝑ ea q̃ facta sunt. intellecta conspiciunt. Mirabiliter ergo & copiosissime sacra scriptura de oibus illuminat. Vnde bea. Aug. qui prius ipsius velatũ vilipendebat aspectũ, post modũ intellect⁹ sui detecta caligine ad Volusianũ scribens dicebat de ea.

§. 3. De laude sacræ scripturæ.

Tanta est latinarum profunditas litterarū vt in eis quotidie proficerem si eas solas ab ineū te pueritia vsq; ad decrepitā senectutem maximo ocio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere. In quibus latet altitudo sapiētiæ, vt in nouissimis acutissimis, fragrantissimis cupiditate discendi hoc contingat quod eadem scriptura quodam loco hēt. Cum consummauerit homo, tūc incipiet. Item in li. de doct. christiana. Quicquid homo extra didicerit si noxium est, hęc damnat. Si vtile est hæc inuenitur. Et cum ibi quisq; inuenerit oīa quę vtiliter alibi didicit, multo abundantius inueniet in ea, q̄ nusquā alibi inuenire potuit. Hiero. Cui prius post litteras Ciceronis sermo huiusmodi horrebat incultus verberatus ab angelo & illuminatus, aiebat. Si iuxta Paulū apostolū Christus est Dei virtus, & Dei sapientia, ignorantia scripturarū est ignorantia Christi, dist. 37. Legimus. Et in multis capitulis p totū. Hinc & Greg. in moral. Sacra scriptura oēs scientias locutionis suę more trāscendit, quia in vno eodemq; sermone, dū narrat gestū ꝓdit mysterii ū & sicut sapientes mysteriis exercet, sic superficie simplices refouet. Habet. n. in publico vnde paruulos nutriat, & seruet, & in secreto vnde mentes sublimiū admiratione suspendat. ¶ Verū q̄a aliqui huic veræ assertioni obsistunt, asserentes voluntatē & actus eius inteller tiuæ potentiæ cū operationibus eius anteferri, cōtra quos bellat sanctus doctor Tho. in 3. cōtra gētiles, cū palma, ēt si hoc esset verū nulla scriptura iā docet recte amare, & volūtatē i omnib. dirigere sicut sacra doctrina, vt patet in libris sapientialibus, præcipue Salomonis. Vnde Hiero. ad Demetriadē. Diuinas scripturas sæpius lege, & immo nunquā de manibus tuis sacra lectio deponat. Scio in scripturis diuinis per quas solas Dei potes cognoscere volūtatē, ꝓhiberi q̄dam, prēcipi q̄dam, cōcedi q̄dam, suaderi nonnulla. Prohibētur mala, præcipiuntur bona, concedunt media, persuadentur ꝓfecta. Ad idem Chrysostomus, super Matth. In scripturis sacris ignorās inuenit q̄d discat, contumax quid timeat. Laborans ꝓmia pusillanimis mediocris iustitię cibos, qui & si pinguem non faciunt animam, mori tū non permittunt. Qui autem magni animi est, inuenit ibi spūales escas quæ ducāt eum prope ad angelorum naturam. Qui vero est dyabolo vulneratus, inuenit sibi cibos medicinales, & salutem ꝓ pœnitentiam. Item Hugo in lib. de anima ait. Nihil in hac vita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nil ita mētem ab amore mūdi separat, nil ita cōtra tētationes animū roborat, nil ita hoīem excitat & adiuuat ad oē opus & ad omnem laborem, sicut studiū sacræ scripturæ, hæc ergo doctrina & illuminat intellectum, & inflāmat affectum. Vnde Isido. in li. de sum. bono. Lectio sanctarum scripturarū geminū confert donum, q̄a mētis intellectum erudit, & a mūdi vanitatib. abstractū hoīem ad Dei amorem ꝓducit. Quid ergo prodest in mundanis proficere doctrinis, & inanescere in diuinis, caduca sequi figmenta, & cęlestia fasti dire? Hæc omnia Io. Dñici vbi supr. & d hoc sacit q̄d ait. Aristo. in lib. de vegetabilib us. Tria sunt vt ait Empedocles in tota rerū varietate præcipua. s. nobilis affluentiæ contemptus, futuræ fœlicitatis appetitus, & mētis illustratio, quorum primo nihil honestius, secundo nihil fęlicius, tertio ad amborum adeptionem nihil efficacius. Sed nulla doctrina ita illustrat.

¶ Exigitur aūt ad notitiam huius sacræ doctri §. 4.
næ humilitas. Vnde subdit. Intellectū dat paruulis. s. propria ęstimatione. Et hoc est q̄d ait Christus. Matt. 11. c. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus. s. fm sęculum sapientibus quoad scientias naturales, prudentibus quoad morales. Et reuelasti ea paruulis. s. humilibus. Vt. n. dicit Greg. Nullum maius obstaculū veritati sicut superbia, & Ptolemæus ait, q̄ inter sapientes ille sapientior qui & humilior, & in prouer. 16. c. Vbi humilitas ibi & sapientia, & quia auctores scientiarum secularīū fuerūt superbi, vt patet ad Ro. 1. Dicentes se sapientes stulti facti sunt in multis errantes. Et hinc est q̄ sciētia inflat ab inflatis tradita. Sed charitas q̄a incaluerunt auctores sacrorū librorū cū ex positionibus eorū sanctos doctoribus ędificat, fundamentū iaciens in humilitate ad oēm veritatē. Et sic Deus emittit fontes virtutū. in cōuallibus humilitatis. Hic & Pe. Damianus. Platonem latētis necesse secreta rimantē respuo, planetarum circulis metas, astrorumq; meati bus calculos affigentem cuncta ēt spherici orbis climata radio distinguentem Pythagoram paruipendo. Nichomachum quoq; tritū ephemeridibus digitos abdico. Euclidem perplexis geometricaliū figurarū studiis incuruūq; declino. Cunctos sane rethores cum suis coloribus & entimematibus distincte ptereo, oēs dialecticos cū suis sillogismis & sophisticis cauillationibus indignos hac qōe decerno. Tremant Cynici fuam iugiter amare sapientię nuditatem. Quærant Peripatetici latētem in profundo puteī veritate. Ego a te summā veritatē q̄ro, illā videlicet q̄ de terra orta est non iā in puteo ignobiliter latitantē, sed de oī mūdo testate regnātē. Quid mihi īsaniēti ū fabulosa commenta.

Ad notiā sacræ scripturæ rq̄ritur humilitas.

Pet. Dā. de laudibus sacrę. The.

commenta? Quid mihi tumentiũ tragediarũ contoruata vel cõturbata discrimina? Desinãt comicorum turbæ, venena libidinum crepantibus buccis effluere. Cessẽt satyrorum vulgus suos exclamatoriæ denunciationis amaris dapibus onerare. Nõ mihi Tulliani oratoris accurati lepide vrbanitatis trutinent verba. Nõ Demosthenici rhetores captiosę suadere argumenta versuta componant. Cedant in suas tenebras oẽs terrenæ sapientiæ fecibus delibuti. Nihil mihi conferant sulphureo caligtnosę doctrinę splendore togati, Christi me simplicitas doceat, verba sapientũ rusticitas ambiguitatis meæ vinculũ soluat, q̃a iuxta Pauli uocẽ placuit Deo per stultitiã prædicationis saluos facere credentes. Littera q̃ occidit absc̃edat, spiritus viuificator assistat. Hæc ille. Hic & Aug. ad Dioscorũ. Humilitati saluberrimæ q̃ dñs noster Iesus Christus, vt docet humiliatus esset, maxime aduersatur quædam (vt ita dixerim) imperitissima scia dũ nos scire gaudemus, q̃d Anaximenes, q̃d Anaxagoras, q̃d Democritus senserit & cęteri, vt docti & eruditi uideamur.

§.5. ¶Quod necessarium fuit ad humanã salutem esse quãdam doctrinam s̃m diuinã reuelationem, quæ dr̃ scriptura sacra. s. ueteris & noui testamenti præter philicas disciplinas quæ ratione humana inuestigant, probat B. Tho. in 1. par. sum. q. 1. ar. 1. Et hoc tripliciter. Primo q̃a hõ ordinatur a Deo ad quędã finem qui excedit cõprehensionem humanæ rõnis, s̃m illud Esa. 64. Oculus non vidit Deus absq; te quæ præparasti diligentibus te. Finem aũt oportet esse prędcognitũ hoibus, qui suas & intẽtiones, & actiones debẽt ordinare in finẽ. Vnde necessarium fuit homini ad salutẽ, q̃ nota fierent ei quædã per reuelationẽ diuinã, quæ rationem humanam excedunt. ¶Secundo q̃a ad ea quę etiam rõne humana de Deo inuestigari p̃nt, fuit necessarium hoiem instrui reuelatione diuina ex eo q̃ veritas de Deo per rõnem inuestigata a paucis & per longũ tps haberi p̃t. Nã pauci sunt qui vacent studio litterarũ siue pp paupertatẽ, siue pp occupationes in aliis, siue pp hebetudinem ingenii. Qui ẽt vacant in his oportet per lõgum tps studio intendere. Nam Methaphisica quæ de Deo docet, & probat rationibus est vltima phisicarum doctrinarum, & prę supponit alias scientias prius per tpa acquisitas, vt ergo citius, & communius habeatur notitia de Deo, & aliis necessariis ad salutem, necessarium fuit doctrinam sacræ scripturæ, cuius omnes sunt capaces, & cito, & de his quæ scire oportet de Deo & agendis. Vnde Christus dixit Apostolis. Euntes in mundum

De necessitate sacrę scripturę.

vniuersum prædicate euangelium omni creaturę. Mar. vlt. quia omne genus humanum est capax talis doctrinæ & cito. ¶Tertio quia aliæ doctrinæ per rõnem hũr, & si multas veritates de Deo & creaturis contineant, oẽs habẽt admixtos eorores, iuxta illud. Oĩs hõ mẽdax ex eo q̃ ratione naturali innituntur, quæ deficit sæpe & præcipuæ circa diuina. Vnde & oẽs phi losophi inueniuntur errasse circa ea quæ sunt necessaria ad sciendum seu credendũ. Et ideo oportuit tradi doctrinã in qua esset omnimoda veritas sine admixtione alicuius erroris, ex cuius veritatis cognitione dependet tota salus hoĩs, quæ est in Deo. Hæc est aũt scriptura sacra quæ est a Deo reuelata, quæ mentiri non potest nec falli. Vnde secure & sine aliquo dubio falsitatis ei inhereat, & s̃m veritatem eius se dirigit circa diuina & hamana. Et sic patet q̃ præter scientias philosophicas fuit necessarium & vtile haberi doctrinas sacræ scripturę, vt citius communius & certius habeatur notitia de Deo, & aliis necessariis ad salutẽ. Vnde 2. ad Tim. 3. dicit Apostolus. Omnis doctrina diuinitus reuelata vtilis est ad docendum, ad arguẽdum, ad corripiendum, ad erudiendum ad iustitiam. Et quamuis ea quæ traduntur in scriptura sacra, sint supra hoĩs rationem, nõ tñ ea quærendo fit contra illud Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris, quia non quæruntur ratione demonstratiua, vt in Methaphisica inuestigando, sed fide humiliter suscipiendo.

§.6. ¶Quod sacra doctrina est scientia & vna, & speculatiua, & practica. Primum sic declarat B. Thom. in prima part. q. 1. Duplex est genus scientiarum. Quædam. n. sunt quæ procedunt ex principiis notis lumine naturalis intellect⁹ sicut sunt Arithmetica, & Geometria, & hmõi. Quædam sunt quæ procedunt ex principiis notis lumine superioris scientiæ, sicut Musica procedit ex principiis notificatis per Arithmeticam. Et hoc secũdo modo doctrina sacra est scientia procedens ex principiis notificatis per Arithmeticam lumine superioris scientię quę est Dei & beatorum. Vnde sicut musica credit non probãs principia sibi tradita ab Arithmetica, & ex illis procedit ad argumentandum, ita sacra doctrina credit principia a Deo reuelata, vt sunt articuli fidei, ex quibus argumentatur, & probat pertinentia ad Christianam religionem. Et cum scientiæ non sint singularium sed vniuersalium in sacra doctrina multa singularia ponuntur, vt de gestis Abraham, Isahac, & aliorũ, non q̃a de eis principaliter tractetur, sed introducuntur in exemplum vitæ, sicut in sciẽtiis moralibus, ac etiam

Duplex est gen' sciarum

ad ostendendam auctoritatem virorū per quos reuelatio a Deo a nos processit. Hęc est illa scia de qua dr in lib. Sap. 8. c. Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei. ¶ Est autem vana scientia hæc doctrina fm vnā formalem rōnem obiecti, qa quęcunq; cōsiderat in ea tradita, considerat sub hac vna ratione, inquātum sunt diuinitus reuelata. Quāuis. n. hæc doctrina tractet de Deo & creaturis, non tn ex quo, sed principaliter de Deo, de creaturis aūt fm qp referuntur in Deum vt ad principium vel finē. Vnde Sap. 10. dr singulariter. Dedit illi scientiam sanctorum. ¶ Licet aūt in aliis scientiis alia sit speculatiua, alia practica scientia, tamen sacra doctrina comprehendit sub se vtrunq; sicut & Deus, cuius scientia est eadem scientia qua se cognoscit, & ea quæ facit. Magis tn est speculatiua q̄ practica, quia principalius agit de rebus diuinis, q̄ de actibus humanis, de quibus agit fm qp homo ordinatur per eos ad perfectam Dei cognitionem, in qua beatitudo æterna consistit.

Qđ sacra scriptura est scia vna.

§. 7. ¶ Quod huius scientię subiectum sit Deus, sic declarat b. Th. vbi supra ar. 7. Sic se habet subiectum ad sciam, sicut obiectum ad potentiam vel habitum. Proprie autem assignatur obiectum alicuius potentiæ vel habitus, illud sub cuius ratione oia referuntur ad illam potentiam vel habitum, sicut homo & lapis referuntur ad potentiam visus inquantum sunt colorata. Vnde coloratum est obiectum visus. Omnia autem quæ tractantur in sacra scriptura tractantur sub ratione Dei, vel quia sunt ipse Deus, vel quia hńt ordinem ad Deum vt principium & finem. Vnde sequitur qp vere Deus sit subiectum in hac scientia. Et hoc ēt patet ex principiis huius scientiæ, quæ sunt articuli fidei quæ est Deo. Idem autem est subiectum principiorum & totius scientiæ, cū tota scientia virtute contineatur in principiis. Patet ēt hoc ex nomine. Dicitur. n. ista scientia theologia. a theos quod est Deus, & logos qđ est sermo, quasi sermo de Deo. Et quāuis in qualibet scientia supponatur de subiecto quid est. In sacra autem doctrina hoc non supponitur, qa non potest fm Dam. de Deo scire quid est in præsenti, tamen vtimur in hac doctrina eius, vel naturæ vel gratiæ loco diffinitionis ad ea quæ de Deo in hac doctrina considerantur, sicut in aliquibus scientiis phisicis demonstratur aliquid de causa per effectum, accipiendo effectum loco diffinitionis causæ.

Sacræ scripturę subiectū quid sit.

Theologia vnde dicitur.

§. 8. ¶ Hęc doctrina nobilior est cęteris scientiis, & sapientia permaxime dicitur. Quod sit nobilior aliis scientiis sic probat B. Tho. vbi supra art. 5. Cum ista scientia sit speculatiua & practica quantum ad aliquid transcendit omnes alias scientias tam speculatiuas quā practicas. Scientiarum. n. speculatiuarum vna est altera dignior, tum propter certitudinem, tum pp dignitatem materiæ. Et quantum ad vtrunq; hæc scientia oēs speculatiuas sciētias excedit. Et fm certitudinem quidem, quia aliæ scientiæ habent certitudinem ex lumine naturalis rationis humanæ quæ potest errare. Hæc aūt ex lumine diuinæ scientiæ quæ decipi non potest. Secundum autem dignitatem materiæ, quia ista scientia est de his principaliter quæ sua altitudine rationem transcendunt. Aliæ vero scientiæ considerant tantum ea quæ rōni humanæ subduntur. Quantum autem ad practicas scientias, illa est dignior quę ad vtiliorē finem ordinatur sicut ciuilis militari. Nam bonum exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur. Finis autem huius doctrinę inquantū est practica est beatitudo æterna ad quā sicut ad vltimum finem ordinantur omnes fines aliarum scientiarum practicarū. Et sic fm omnem modum est omnibus dignior, vnde aliæ scientiæ dicuntur ancillæ eius, hæc aūt domina. Iuxta illud prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum &c. misit ancillas suas vocare ad menia ciuitatis. Et q̄uis de principiis aliarū scientiarū dubitari nō possit, sed de principiis huius sciæ quę sunt articuli fidei ab aliquibus dubitetur, non pp hoc est minus digna aliis. Nam nihil prohibet quod est certius fm naturam esse minus certum quoad nos, quod cōtingit pp debilitatē intellectus nostri qui se habet ad manifestissima rerum, sicut oculus noctuæ ad lumen solis, vt dicitur in 3. Methaphisicæ. Vnde dubitatio quæ accidit aliquibus circa articulos fidei, nō est pp incertitudinem rei de qua est, sed pp debilitatem intellectus nostri, & tn minimum quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum, est desiderabilius q̄ certissima cognitio quæ habet de infimis rebus, vt dicitur in 11. de animalibus. ¶ Quod etiam hæc scientia accipiat aliqua a philosophicis disciplinis, vt patet in libris sanctorum doctorū, beati Augustini, Hiero. & aliorum qui multa inducunt testimonia & declarationes de philosophis ethnicis, hæc non est quasi necessario eis indigeant, sed ad maiorem manifestationē eorum quæ in hac scientia traduntur. Non. n. accipit sua principia ab aliis scientiis sed immediate a Deo per reuelationem. Et ideo non accipit ab aliis sententiis tanquam a superioribus, sed vtitur eis tanq̄ inferioribus & ancillis, sicut architectores vtūtur sub ministrationibus

De nobilitate sacrę scripturæ.

Oēs alię sciæ sūt ancillæ scripturæ.

Sacræ scripturæ utit aliis sciētiis philosophicis.

nibus,& ciuilis militari. Et hoc ipsum q̄ sic vtitur eis non est propter defectum vel insufficiētiam eius, sed propter defectum intellectus nostri, qui ex eis quæ per naturalem rationem ex qua procedunt aliæ sciētiæ cognoscuntur, facilius manu ducitur in ea quæ sunt supra ratio
§9 nem quę traduntur in scriptura sacra.

¶Doctrina sacrę scripturę permaxime dicitur
Q̄ sacra scriptura ē maxima sapia. sapientia. Vnde Deute.3. in principio legis dicitur. Hęc est vestra sapientia & intellectus coram populis. Et vt dicit beatus Tho. in prima parte.q.j.arti.6. Inter omnes sapientias humanas non solum in aliquo genere tantum, sed simplr est maxima sapientia. Huius ratio est. Cum sapientis sit ordinare & iudicare. Iudiciū autē per altiorem causam de inferioribus habeatur. Ille sapiens dicitur in vnoquoque genere qui altissimam causam iudicat illius generis. Sicut in genere ędificii artifex qui disponit formam ędificiis domus dicitur sapiens architector respectu inferiorū artificum qui dolant lapides & parant cęmētum. Vnde dicit.j. Corin.3. Vt sapiens architector fundamētum posui. Et in genere totius humanæ vitæ prudens dicitur sapiens, inquantum ordinat humanos actus ad debitum finem. Vnde dicitur Prouerbio.10. Sapientia est viro prudentia. Ille igitur qui considerat simpliciter altissimam cām totius vniuersi quę est Deus, maxime sapiens dicitur. Vnde & sapientia dicitur esse dignior cognitio quæ habeat fm hoc. Augu.12. de trini. Sacra autem doctrina pprijssime determinat de Deo scd̄m q̄ē altissima causa, q̄a non solum quantum ad id quod est per creaturas cognoscibile, quod philosophi cognouerunt scd̄m illud ad Romanos primo. Quod notum est Dei manifestū est i illis, idest quod cognosci potest de deo per naturalem rationem fuit illis notum. Sed etiam quantum ad id q̄d est notum sibi soli de seipso & aliis per reuelationem cōmunicatum, scd̄m illud.j. Corinth. 11. Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit q̄ præparauit deus diligentibus se, nobis reuelauit deus per spiritum suum. Vnde hęc doctrina sacra nō supponit sua principia ab aliqua sciētia humana, vt (dictum est supra) sed a scientia diuina a qua sicut a summa sapientia omnis nostra cognitio ordinat̄, nec ad eā pertinet, pbare principia aliarum scientiarum, sed solū iudicare de eis. Quicquid in aliis scientiis inuenitur cōtrariū huic doctrinæ, totum condemnatur vt falsum scd̄m illud.2. Corin.10. Arma nostra.s. scripturæ sacrę non sunt carnalia, sed spūalia Deo, cō silia destruentia, & omnem altitudinem extollentem se aduersus sciētiam Dei. Et vt agnoscatur differentia huius sapientię. i. doctrinę a sapientia quæ est donum spūssancti. Sciendum est, q̄ cum iudicium ad sapiētem pertineat fm duplicem modū iudicandi. Sic dupliciter dicitur sapientia. Vno enim modo contingit aliquem iudicare p modum inclinationis, sicut qui habet habitū virtutis recte iudicat de his quæ agenda sunt scd̄m illā virtutem, inquātū ad illa inclinatur. Alio modo contingit aliquē iudicare per modum cognitionis, sicut aliquis bene instructus in scientia morali, bene iudicare potest de actibus virtutum etiam si non haberet habitum earum. ¶Primus ergo modus iudicandi de diuinis pertinet ad sapientiam q̄ est donū, scd̄m illud.j. Corin.2. Spiritualis oia iudicat. Sed secundus modus iudicandi de diuinis pertinet ad hanc doctrinam quæ sapientia dicitur, scd̄m quod per studium habetur licet eius principia per reuelationem sint.

¶Doctrina sacræ scripturę est argumētatiua. §10.
Vnde dicit Apostolus ad Titum.j. Amplectentem eum qui scd̄m doctrinā est fidelem sermonem vt potens sit exhortari in sana doctrina, & eos qui contradicunt arguere. ¶Pro cuius declaratione sciēdum scd̄m beatū Tho. in prima parte.j.articu.8. Sicut aliæ scientiæ non argumentantur ad sua principia probanda, sed ex ipsis principiis argumentantur ad aliqua alia ostendenda in ipsis scientiis. Ita hæc doctrina non argumentatur ad sua principia probanda quę sunt articuli fidei, sed ex eis procedit ad aliquid ostendendum. Sicut Apostolus. j. ad Corin.15. Ex resurrectione Christi argumentatur ad resurrectionem communem probandam. Sed tamen considerandum quod in scientiis philosophicis inferiores scientię nec probant sua principia, nec contra negantem sua principia disputant, immo hoc relinquūt superiori scientiæ. Suprema vero inter eas quę est Methaphisica disputat contra negātem sua principia, si aduersarius aliquid concedat. Si autem nihil concedit nō potest cum eo disputare, potest tamen soluere rationes ipsius. Vnde cum sacra doctrina non habeat superiorem scientiam disputat cum negante sua principia, arguendo quidem si aduersarius aliquid concedat eorum quæ per diuinam reuelationem habentur, sicut per auctoritates sacræ scripturæ disputamus contra hęreticos Et per vnum articulum disputamus contra negantem alium. Si vero aduersarius nihil concedat eorum quę sunt diuinitus reuelata scilicet in sacra scriptura vt pagani non remanet amplius via ad probandum articulos fidei per

Q̄ sacra scriptura ń argumēt ad sua principia p banda.

rationem, ſed abſoluendum rationes ſi quas inducit cõtra fidẽ. Cũ.n. fides infallibili veritati innitatur. Impoſſibile autem ſit vero demõſtrari contrarium manifeſtum eſt probationes quę cõtra fidẽ inducuntur non eſſe demonſtratiuas ſed argumenta ſolubilia. ¶ Non ergo ex argumentis humanæ rationis proceditur ad probãdum quę ſunt fidei, ſed ex articulis fidei argumentatur per hanc doctrinã ad alia probanda. Et ſic non eſt cõtra qđ ait beat. Ambr. Tolle argumenta vbi fides quæritur, quia loquitur de argumentis rõtionis humanæ ad ꝓbandum fidem. ¶ Et notãdum diligẽter ſcdm b. Tho. vbi ſupr. ꝙ argumentari ex auctoritate eſt maxime ꝓprium huic doctrinæ eo ꝙ principia huius doctrinę ex reuelatione habentur, & ſic oportet ꝙ credatur auctoritati eorũ quibus reuelatio facta eſt. Nec hoc derogat dignitati huius doctrinæ. Nam licet locus ab auctoritate q̃ fundatur ſuper reuelatione humana ſit infirmiſimus, vt de hoc loquit̃ Boet. dum dicit, locum ab auctoritate debiliſſimũ. Locus tñ ab auctoritate q̃ fundat̃ ſuper reuelatione diuina, cuiuſmodi eſt auctoritas ſacræ ſcripturæ eſt efficaciſſimus. Vtit̃ tñ doctrina ſacra ratione humana non quidem ad probandum fidem, qa ꝓ hoc tolleretur meritum fidei, ſed ad manifeſtandum ea q̃ traduntur in hac doctrina. Cum.n. gratia non tollat naturam ſed perficiat, oportet ꝙ naturalis rõ ſubſeruiat fidei, ſicut & naturalis inclinatio voluntatis charitati obſequit̃. Vñ Apoſtolus 2. ad Cor. 10. In captiuitatem redigentes oẽm intellectum in obſequiũ Xp̃i. Et inde eſt ꝙ ẽt auctoritatibus philoſophorũ ſacra doctrina vtitur qui ꝓ rationẽ naturalẽ veritatem cognoſcere potuerunt. Sic Paulus Act. 17. Inducit verbum Arati dicens. Sicut & quidam poetarum veſtrorum dixerũt, genus dei ſumus. Sed tñ ſacra doctrina his argumentis vtit̃ quaſi extraneis argumentis, & probabilibus. Auctoritatibus autẽ ſanctorũ doctorum vtit̃ quaſi arguendo ex propriis ſed ꝓbabiliter. Innitit̃r. n. fides nra reuelationi Apoſtolis & prophetis factæ, quę canonicos libros ſcripſerunt, nõ aũt reuelationi ſi qua fuit aliis doctoribus facta. Vnde dicit beat. Aug. in epiſtola ad Hiero. Ego ſolis eis ſcriptoribus q̃ iam canonici appellantur, didici hunc timorẽ honorem q; referre, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeã credere. Aut ſi in eis aliquid offendero qđ videatur contrarium veritati, nihil aliud q̃ vel mendoſum eſſe codicẽ, vel non eſſe aſſecutum interprætem, quod dictum eſt, vel me minime intellexiſſe non ambigã. Alios aũt ita lego vt quantalibet ſanctitate quanta vt doctrina polleant, non ideo verũ putẽ, quia ita ipſi ſenſerint, ſed qa mihi alios auctores vel canonicas vel probabiles rõnes ꝙ a vero non abhorreant perſuadere poterunt. Hæc ille. Et habetur diſt. 9. Ego. Idem in 3. de trinit. in prologo. Noli meis litteris quaſi canonicis ſcripturis inſeruire, ſed in illis quodcunq; credebas, cum inueneris incunctanter crede. In iſtis autem quod certum habebas niſi certũ intellexeris noli firme tenere diſt. eadem.

Quod arguere ex auctoritate eſt propriũ ſacræ ſcripturæ.

§. II.

¶ Doctrina ſacra vtitur metaphoris. Vñ dñs dicit. Oſeæ. 12. Ego viſionem multiplicaui eis & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum. Tradere aũt aliquid ſub ſimilitudine pertinet, ad metaphoram. Quod autem ſit conueniens ſacrę ſcripturæ tradere diuina & ſpiritualia ſub corporaliũ metaphoris, ſic probat b. Tho. in 1. parte. q. 1. art. 9. Deus omnibus prouidet ſm ꝙ competit eorum naturæ. Eſt autem naturale homini, vt per ſenſibilia ad intelligibilia deueniat, quia omnis noſtra cognitio a ſenſu habet initium, vnde conuenienter nobis in ſacra ſcriptura ſub metaphoris traduntur diuina & ſpiritualia. Et hoc eſt quod dicit Diony. in li. cęleſtis hierarchiæ. Impoſſibile eſt nobis aliter lucere radium diuinum niſi veritate ſacrorum velaminum circũuelatum. Conuenit hoc etiam ſacræ ſcripturæ, quia cõmuniter ipſa proponitur tam rudibus q̃ doctus ſcdm illud Rom. 1. Sapientibus & inſipientib. debitor ſum. Vt ergo ſaltem vel ſic rudes capiant diuina & ſpiritualia, qui ad intelligibilia ſcdm ſe capiẽda non ſunt idonei, conuenienter ſub ſimilitudinibus rerum corporalium, ſpiritualia in ſcriptura ſacra traduntur. Et quãuis poetica q̃ eſt infinita ſcientiarũ vtat̃ metaphoris, non tñ eadem rõne qua & ſacra doctrina quæ eſt maxime digna ſuper altas. ¶ Triplici autẽ ex cauſa vtitur quis metaphorica locutione, videlicet ꝓp repræſentationem, propter neceſſitatem, & propter vtilitatem. ¶ Propter primã cauſam vtitur poetica metaphoris. ſ. propter repreſentationem vt delectet. Repreſentatio. n. eſt homini delectabilis, vnde & meretriculę dicuntur præcipue poetica, quia demulẽt aures, & delectant legentes. ¶ Propter ſecundam autem cauſam & tertiam ſacra doctrina vtitur metaphoris principaliter, etſi hoc etiam delectat propter neceſſitatem videlicet, quia (vt dictum eſt) aliter non poſſent homines prę cipue rudes capere ſpiritualia niſi per ſimilitudines rerum materialium. Nec ex hoc radius diuinæ reuelationis deſtruitur propter figuras ſenſibiles quibus circũuelatur vt dicit Diony. ſed remanet in ſua veritate vt mentes quibus reuelatio

Triplici de cauſa vtit̃ qs metaphorica locutione.

velatio fit nō permittat in similitudinibus remanere, sed euellet eas ad cognitionē intelligibiliū. Et per eos quib. reuelatio facta est, alii ēt circa hoc instruant, vñ ea q̄ in vno loco traduntur sub metaphoris in alio loco expressi exponuntur. Propter vtilitatem ēt quę est tertia causa metaphorarū, sacra doctrina vtit metaphoris, vt quia ipsa occultatio veritatis sub figuris est vtilis ad exercitiū studiosorū, vt manibfricantes spicas laborando ad latentia grana. perueniant more discipulorū vnde reficiātur, & de obstrusis fauorū cellulis mel educentes, spūm super mel dulcē degustēt fideles, qui forte de apertis elocutionibus fastidirent. Tū etiā q̄ per hoc occultat veritas infidelibus ne ea quæ sunt fidei irrideant, vñ & Xps ait Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis Margaritas vestras ante porcos, q̄a sic secreta fidei infidelibus non sunt pandenda, vt exponit. Origenes dist. 43. in mandatis. ¶ Notandū etiam sicut docet Diony. in 2. c. cœlestis hierarchiæ. q̄ magis est conueniens q̄ diuina nobis tradant sub similitudinibus viliū corporū q̄ nobiliorū triplici ex causa. Prima q̄a p hoc magis liberatur aius noster ab errore, manifestū. n. apparet q̄a hæc sēd̄m ꝓprietatē nō dicūtur de diuinis, q̄ posset eē dubiū si sub figuris nobiliorū corporū diuina traderent, maxime apud illos q̄ nihil aliud a corporibus nobilibus excogitare nouerunt. Secundo q̄a hic modus est cōueniētior cogitationi q̄ de Deo habemus in hac vita. Magis. n. manifestat nobis in vita ista quid nō est, q̄ quid est. Et iō similitudines eorum quæ magis elongant a Deo veriorem in nobis faciūt æstimationem de deo q̄ sit supra id q̄ de eo dicimus vel cogitamus. Tertio p hōmi vilia magis occultant idignis.

§. 12. ¶ De quadruplici sensu seu mō exponendi sacræ scripturæ. s. litterali, allegorico, tropologico, & anagogico. Vñ versus. Littera, gesta docet q̄d credas allegoria. Moralis q̄d agas, quo tendas anagogia. Sicut verbi gratia. Hierusalē sēd̄m litteralē sensum cum de ea agitur in scriptura, significat ciuitatem quandam quæ destructa fuit a Romanis principibus, sēd̄m allegoricū sensum significat ecclesiā, sēd̄m tropologicū significat animā, sēd̄m anagogicum insinuat supernam patriam. Vnde Greg. dicit in 15. mo al um q̄ sacra scriptura omnes scientias ipso locutionis suæ more transcendit, q̄a vno eodemq; sermone dum narrat gestum, p̄dit mysterium, idest innuit spirituale intellectum qui diuiditur in triplicē vt dicē. ¶ Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. in prima parte. q. j. ar. 10. q̄ auctor sacræ scripturæ Deus est in cuius potestate est vt non solū voces accommodet ad significādū q̄d ēt hō facere pōt, sed ēt res ipsas. Et iō cū in omnibus scientiis voces significent hoc habet ꝓpriū ista scientia q̄ ēt res significatæ per voces ēt aliquid significant. Illa ergo significatio prima qua voces significant res, pertinet ad primū sensum qui est sensus hystoricus seu litteralis. Illa vero significatio qua res significatæ per voces significant alias res. Dicitur sensus spiritualis qui fundatur super litteralen & eum supponit. Hic autem sensus spiritualis tripharian diuiditur. Sicut enim dicit Apostolus. Lex vetus figura est nouę legis. Et ipsa noua lex est figura futurę gloriæ, vt dicit ipse Diony. In noua etiam lege ea quæ in capite sunt gesta, sunt signa eorum quę nos agere debemus. Secundū ergo ea quæ sunt veteris legis significant ea q̄ sunt nouæ legis, & est sensus allegoricus. Secūdum vero ea quę facta sunt in Christo, vel significant Christum sunt signa eorum quæ nos agere debemus. Et est sensus moralis, prout vero significant quæ in futura gloria sunt eū sensus anagogicus. Quia vero sensus litteralis est ille quē auctor intendit, auctor autē sacræ scripturę deus est, q̄ omnia simul suo intellectu comprehendit, non est inconueniens, vt b. Aug. dicit in 12. confes. si etiā sēd̄m sensum litteralē in vna littera sacræ scripturę plures sensus reperiuntur. Sicut verbi gratia. Illud q̄d a Deo dicitur. 2. Reg. 7. de filio Dauid Salamone. Ergo ero illi in patrem, ipse erit mihi in filium &c. Dupliciter exponitur secūdū litterā. Vno modo de Christo, ideſt Dei filio incarnato. Et ad istū intellectum inducit Apostolus ad Heb. j. auctoritatem ad probandū Christū Dei filium procedendo sm sensum litteralem dictæ auctoritatis. Nam allegoricus nō est argumentatiuus. Et quod sequitur in textu. Si quando deliquerit arguam eum in virga virorum, si referatur ad Christum intelligit de corpore eius mystico, vel refertur solum ad Salomonem. Alio modo ad literam exponitur de Salomone qui fuit filius Dei per adoptionē dū bonus fuit. Et ex verbis sequentibus arguunt, aliqui Salomonem etsi a Deo auersum ꝓpter amorem mulierum tādem ad eum reuersum per pniam & punitum in virga virorum insurgentium contra eum. Vnde subditur. Misericordiam autem non auferam ab eo. Notandum etiam q̄ cum b. Aug. dicat q̄ illud quod uetus testm continet traditur quadripharian, scilicet sēd̄m historiā, sēd̄m etymologiā, secūdū anagogiā, & sēd̄m allegoriā, vt dicit b. Th. Prima tria pertinent ad sensum litteralem.

De quadruplici mō, vel sensu sacræ scripturę.

Auctor sacræ scripturę est deus

Nam

Quid sit historia Etymologia.

Anagogia. Allegoria.

Nam historia est (vt dicit. b. Aug.) cum simpliciter aliquid proponitur. Etymologia cum cā dicti assignatur, sicut cum dominus assignauit causam quare moyses permisit dari libellū repudii, scilicet propter duriciam cordis eorū Mat. 19. Anagogia vero est cum veritas vnius scripturæ ostenditur veritati alterius non repugnāte. Allegoria autem quam quarto loco ponit comprehendit alios tres sensus scripturę. s. moralem, anagogicum, & allegoriam.

Sensus parabolicꝰ sub quo sensu continetur.

¶ Item sensus parabolicus sub litterali sensu continetur. Nam per voces significatur aliud proprie, aliud figurate nec est litteralis sensus ipsa figura, sed significatum per figuram. Non enim cum scriptura nominat brachium Dei est sensus litteralis de membro corporali eius sed de virtute operatiua sua. Et similiter quod Christus in parabolis ait de vinea culta & agro sato, & nuptiis, & huiusmodi, ad sensum litteralem pertinet id quod Christus intendebat p illas parabolas, vt de ecclesia vel verbo prædicato. & huiusmodi. Siquis autem exponeret parabolam de vinea, de anima in particulari, iā ille esset sensus tropologicus seu moralis. Nec oportet omnem auctoritatem scripturæ aut etiam hystoriam exponere scd m istū quadruplicem sensum, sed mō scd m vnū, modo ſm alium, vt dicit Origenes tractans illud de arca Noe, q̄ erat bicamerata & tricamerata, & quod dicit. b. Greg. in moral. vel alii doctores q̄ aliquando scriptura non pōt intelligi ſm litteram, intelligitur ſm superficiē seu corticem litteræ, nō quia scriptura in omni parte sua habeat intellectum verum litteralem qui non occidit sed viuificat. Sicut verbi gratia cum ait ps. 78. Comederunt Iacob &c. secūdū litteram, ideſt corticē litteræ nusq̄ inuenitur Iacob comestus, & ideo nō potest itelligi hoc ſm litteram, ideſt corticem litteræ. Sed sensus litteralis ē q̄ populus ille in deorum dictus Iacob (qm̄ ab eo descendit) fuit pluries pp peccata sua quasi ad nihilum deductus diuersis flagellis, sicut id quod comeditur ad nihilum deducitur. Item ex multiplicitate horum sensuum non sequitur aliqua cōfusio ī sacra scriptura, cum omnes sensus fundentur sup vnū scilicet litteralem. Ex quo solo potest trahi argumentum. Non autem ex his quę ſm alium triplicem sensum dicuntur. b. Aug. ad Vincentium Donatistam. Nec tamē ex hoc depit aliquid sacræ scripturæ, quia nihil sub spirituali sensu cōtinetur fidei necessarium quod scriptura alibi per litteralem sensum non tradat. Sicut verbi gratia, ad ostendendum q̄ Christus voluntarius accessit ad passionem est figura quia Isaac permisit se sponte ligari ab Abrahā, ad victimandum, sed illud expresse habetur. Esaiæ. 53. vbi dicitur. Oblatus est, quia ipe voluit &c. Et quod Hieron. ait ad Paulinum qđ vitiosissimū genus dicendi est de prauare scripturas & ad sensum suum scripturam trahere etiam repugnantem, videtur intelligendum quoad expositionem scripturę litteralem. Nā quoad sensum spiritualē omnis expositio scripturæ fundata in veritate fidei & congruenter aptata bona est, & omnes doctores talibus vtūtur. Quandoq; etiam id quod male gestum est ſm litteram seu hystoriam significat spiritualiter aliquid bene factum, vt dicit. b. Gregori. in moral. Quid enim sceleſtius Dauid in adulterio & occisione Vrie? Et quid fidelius Vria? Et tamen (vt ipse exponit) Dauid signat Deum, & Vrias ppm̄ iudeorum reprobatum.

¶ De septem regulis quæ ab aliquibus dicunt claues, quia p eas aperitur intellectus in multis ad intelligendū scripturas sacras, quas posuit Isid. in lib. de sum. bon. & b. Aug. in lib. de doctrina christiana. Et dicit eas fuisse Tyconii, vt refert Nico. de Ly. in prologo super Pentatheucon. Qui ét dicit q̄ volenti proficere in §. 13. Septem regulæ ad intelligendū sacram scripturam. studio sacræ scripturæ necessarium est incipere a sensu litterali, qa ille est fundamentum, & ex solo illo argumentari potest circa dubia fidei et morū, nō ex sensibus spiritualib. ¶ Est ergo prima regula seu clauis sapientiæ de dño nostro Iesu Christo & eius corpore mystico q̄ est ecclesia, qa p cōnexionem capitis ad corpus sacra scriptura sub vno cōtextu quasi sub eadem persona aliquādo loquitur de vtroque de vno trānsiens ad aliud. Verbi gratia Esa. 61. Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Quod enim dicit quasi sponsum loquit de Christo. Et qđ sequitur, quasi sponsam ornatam monilibus suis, intelligitur de ecclesia. Similiter quod dicitur Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera eius vino. Quod dicit. Osculetur me osculo oris sui, verbum est sponsę frui sponso desiderantis. Quod autem subdit, qa meliora sunt vbera eius vino, verbum est spōsi ecclesiam commēdantis, siue de duobus præceptis dilectionis, ex quibus elicitur lac refectionis puræ superantis vinum mundanę delectationis, siue intelligitur de duobus testamentis scripturę. Vnde exprimit lac doctrinę excedentis secularem omnem scientiam. ¶ Secunda regula est de corpore domini mystico vero & simulato. Ecclesia enim est sagena nondum tracta Secūda

ad litus,

ad litus, continens piſces bonos & malos permixtos, ſed ſeparando ab inuicē in fine mundi, vt dr̄ parabolice. Matth. 13. Et ideo in ſacra ſcriptura mali cōmendantur cū bonis quibus ſunt permixti, ſicut Oſeæ 11. Iſrael & dilexi eum. Et econuerſo, aliq̄n boni vituperant cū malis. Sicut Eſa. 2. Cognouit bos poſſeſſorē ſuum, & aſinus præſepe dn̄i ſui, Iſrael aūt non cognouit me. Aliquando in eodem contextu exprimitur quid ad bonos pertineat, quid ad malos. Sicut Canti. 1. Nigra ſum ſed formoſa ſicut tabernacula cedar, ſicut pelles Salomonis. Verba ſunt ſponſæ eccleſiæ, quæ ratione malorum dr̄ nigra, & ratione bonorū formoſa. Et quod ſubditur pro exemplo. Sicut tabernacula cedar. Hoc refertur ad malos. Et cedar enim deſcenderūt ſaraceni, nigri vitiis. Quod additur, ſicut pelles Salomonis applicatur ad bonos, Salomon nō ſignificat hic Deum. Pelles tabernaculi quod poſtea tranſiuit in templum quibus cooperiebatur hyacintinę & rubricatę ſunt uirtutes ſapientiæ & charitatis, quæ ope

Tertia. rit multitudinem peccatorum. ¶ Tertia regula eſt de ſpiritu & littera, ſm q̄ accipitur ſub eadem littera ſenſus hyſtoricus & myſticus, quia veritas hyſtoriæ eſt tenenda & ad ſpiritualem ſenſum referenda. Sicut Ap̄s loquens ad Gal. 4. dicit. Is qui ſm carnem natus eſt. i. Iſmael perſequebatur eū qui ſm ſpiritum natus eſt. i. Iſaac trahendo eum ſe alliciendo ad malum & figurat ſpiritualiter malos in eccleſia perſequi bonos, ſaltem moribus prauis. Poteſt etiā aliter exponi dicta regula ut referatur vtrunq; ad ſenſum litteralem tantū qui q̄nq; eſt duplex. Sicut illud quod dn̄s dicit 1. Paral. 17. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium, hoc intelligitur ſm litterā de Salomone & de Chriſto, vt dictū eſt ſupra. Sed prout intelligitur de Chriſto poteſt eſſe ſenſus ſpiritualis ſm quid in inquantū. ſ. Chriſtus fuit fi-

Quarta. guratus in Salomone. ¶ Quarta regula eſt de ſpecie & genere ſeu de parte & toto, cum de vno tranſitur ad aliud. Sicut Eſa. 13. Primo loquitur contra Babylonem ſpecialiter cū dicit. Onus Babylonis, ideſt flagellum & malum inducendum ſuper talem ciuitatem, & tranſit ad intelligendū verbum de toto mūdo generaliter per hoc quod ſubditur. A ſummitate cœli dn̄s & vaſa furoris eius vt diſperdat oēm terram. Poſtea reuertitur ad loquendum de ciuitate illa Babylonie ſpecialiter cum dicit. Ego ſuſcitabo ſuper uos Medos q argentum non quærant quia. ſ. Darius Medus cum nepote ſuo Cyro cēpit Babylonem, & interfecit

Quinta. Balthaſar regem eius Dan. 5. ¶ Quinta regula eſt de tp̄alibus, quę contingit quadrupliciter. Vno modo per ſynedochem, qn̄ ponitur pars tpis pro toto, ſicut in euangelio, cū Chriſtus dr̄ fuiſſe in ſepulchro tribus diebus & tn̄ prima dies & vltima nō fuerūt cōpleti. Secūdo modo p̄p minutias tpis quæ aliq̄n cōputantur aliq̄n omittunt, & ſm ſcripturā loquens de aliquo numero annorū in pluribus locis aliq̄n ponit plures annos prædictas minutias ponēs. Alio loco pauciores, prædictas minutias omittēdo. Tertio modo cōtingit eo q̄ cōputatio annorū incipit in uno loco ſcripturæ a priori tpe in alio loco a poſteriori, ſicut Gen. 15. dictum fuit Abrahæ. Semen tuū futurū eſt peregrinū quadringentis annis, & Exo. 12 dr̄ q̄ māſio filiorū Iſrael in Egypto fuit quadringētis triginta annis, q̄a cōputatio hm̄oi maioris numeri incipit a tpe quo dictū fuit Abrahæ Ge. 12. Egredere de terra tua. Computatio uero minoris tpis incipit a natiuitate Iſahac, q̄ fuit triginta annis poſt egreſſum Abrahæ de Arā. Quarto mō cōtingit eo q̄ ſcriptura loquit̄ de futuro p modū p̄teriti, vt illud Eſa. 9. paruulus nat⁹ eſt nobis. Et hoc eſt ad denotandū certitudinē p̄phetiæ cuius euētus de futuro eſt ita certus ſicut ſi iā p̄teriſſet. Et hoc eſt p̄p certitudinē diuinæ pręſciæ ex qua fit reuelatio p̄phetis. Aduertendū tn̄ q̄ p̄dictus modus locutionis hēt totū in p̄phia p̄deſtinationis ſeu p̄ſcientiæ, nō in p̄phetia cōminationis q̄ frequenter mutāt, vt patet in exēplo Ezechiæ cui dictum fuit. Diſpone domui tuę q̄a morieris tu & non viues Eſa. 38. Et in minutis. ¶ Sexta regula eſt de re- Sexta.
capitulatione & anticipatione. In ſacra. n. ſcriptura nō ſp eodē origine geſta & facta ſcribuntur quo fiūt, & iō qn̄ p̄ponunt poſteriora dr̄ anticipatio qn̄ vero fit ecōuerſo. i. priora poſtponunt dr̄ recapitulatio, ſicut Gen. 10. dr̄. Ab his diuiſæ ſunt inſulę gentium in regionibus ſuis vnuſq; ſq; ſm lingua ſuā. Et poſtea c. 11. dr̄. Erat āt terra labii vnius & ſermonū eorūdē. Ex quo patet q̄ illud q̄d dr̄ in 10. c. de diuiſione linguarū dr̄ per anticipationē ſi'r Gen. 2. c. poſtq̄ Moyſes deſcripſerat creationē cœli & terræ or natum eorū poſtea ſubdit. Iſte ſunt gn̄ationes cœli & terræ, q̄d eſt p recapitulationē. ¶ Septi- Septima.
ma regula eſt de demone & eius corpore vt dicit b. Greg. in hom. Cærte oīm malorū hoīum caput diabolus eſt, & oēs iniqui ſunt membra eius. Et ideo p̄p connexionē capitis ad mēbra ſcriptura loquēs de vno in eodē cōtextu trāſit ad loquendū de altero, ſicut Eſa. 14. loquēs de rege Babylonis. ſ. Nabuchodonoſor qui erat diaboli mēbrum tranſit ad loquendū de principe demonū, cū ſubdit. Qūo cecidiſti lucifer qui ma-

qui mane oriebaris. Et Ezech. loquens de prin cipe Tyri quodã tyranno malo tranſit ad loquendũ de diabolo cũ ſubdit. Tu ſignaculũ ſimilitudinis plenus ſapiẽtia & pfectus decore.

¶ *De multiplici vtilitate ſacræ doctrinæ. Cap. 3.*

ET erit tanq̃ lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, qđ fructũ ſuum dabit in tpe ſuo. Loquẽs propheta ſiue Dauid ſiue Eſdras ſm Nicol. de Ly. in hoc pſal. primo prologo pſalmorum de viro iuſto & ſpe beato. proprietates eius deſcribit aſſimilans eum arbori iuxta aquas velociter currentes exiſtenti tpe cõgruo fructificanti, vt humilitas eius inſinuetur, quia in terra radicata. Studioſitas iudicetur, quia iuxta aquas ſituata. Operoſitas ſancta manifeſtetur in fructificatione declarata. Neq; enim tumidi penetrare valent profunda ſcripturarum ſanctarum. Sed vbi fuerit humilitas ibi & ſapientia teſte ſapientiſſimo Salomone, quæ humilitas ab humo deriuata ſe recognoſcere facit puluerem & limum, ibi figens radices cogitationũ. Quãuis. n. Allophili dęmonum obſtruere niterẽtur quos fodiebat pureos iuſtus Iſaac per ſeruos ſuos. ſ. cogitationes ſuggerendo, errores vel elationes non tñ præualuerunt quin perſeuerans peruenire ad aquam viuam q̃ vocauit abundantiam, ſ. virtutum quæ maxime in ſacris ſcripturis reperitur. Et i deo iuxta has aquas plantatur mẽs eius vt aſſidue has hauriat in gaudio de fontibus ſaluatoris. O quis vnquam narrare poterit profunditatẽ, vtilitatem, multiplicitatem, ſuauitatem harum aquarum? Si quidem atteſtante Caſſiodoro ſuper pſal. Ois ſplendor rethoricę eloquentię, oẽs modi poeticæ locutionis quelibet varietas decore pronunciationis, a diuinis ſcriptoribus ſumpſit exordiũ. Vnde & mox populi illius doctor & rector cui in figura oia contingebant eductus de aquis Egyptiorum doctrinarum qbus fuerat imbutus, ebullientibus ranas garrulas dyalecticorũ ſm Orige. conuerſis ẽt in ſanguinem incentiuorum libidinum & errorum in deſerto eccleſię, populum ſitientẽ ad aquas ſalutares adduxit quæ etſi amaræ prius fuerant & importabiles in, ſuperficiæ litteræ occidentis ſuaues factæ ſunt miſſo in eis ligno crucis, ita vt oĩs populus ſapientũ biberet & iumẽta ſimplicium. Ad has ſuauiſſimas inuitabat Eſa. dicẽs. c. 55. O oẽs ſitientes venire ad aquas. Qđ Chriſtus ardentius agens clamabat in tẽplo Dei. Si quis ſitit veniat ad me & bibat Ioã. 7. Nam qui biberit ex aqua q̃ ego dabo ei doctrina, ſ. euangelica gratiam continentẽ, nõ ſiciet in æternum ait inde Samaritanę Io. 4. Præ ſuauitate eius mundanorũ ſiti extincta. Multiplicitas ſenſuũ eius ſignificatur in fluuio paradiſi voluptatis irrigandi lingua eius qui ad nos deſcendens diuidit in capita. Ipſa. n. ſapientia diuinorũ quæ beatos cõtinue irrigat nobis reuelata in ſcripturis in quatuor ſenſus diſtinguit litteralem, allegoricũ, moralẽ, & anagogicũ quibus inherentes ſitim noſtrã tẽperemus. Et ſic ſpũs dñi ferebatur ſuper aquas Gen. 1. ad variandũ intellectum earũ. In his aquis Iacob mittebat virgas populeas & Amigdalinas partim decorticatas, vt in aſpectu earũ oues portantes conciperent & parerent fructus varii velleris reſperſos qa doctores eccleſiæ ſnĩas in ſcripturis poſitas, partim ſm litteram partim remoto cortice ſenſus myſticos populis ſibi ſubditis debent propinare, vt fructus bonorũ operũ varios dẽt tpe ſuo. Per hanc aquã ſapientiæ ductus in ſpiritu Ezech. propheta ad inſinuandũ in ea ſucceſſiuos profectus. Primo ipſa operæ ſunt plantæ eius, ſecundo genua ultra procedenti exinde renes. Demum tanta inuenta eſt profunditas vt tranſuadari non poſſet.

Oĩs ſcĩa ꝓcedit a diuina ſcriptura.

¶ Vtilitatẽ earũ & quot fructus ex ipſis propinatis & hauſtis nullus poterit ſufficiẽter enarrare. Iuxta aquarũ fontes nõne patriarcharũ, Iſaac, Iacob, Moyſi, ſpõſalia cũ Rebeccha, Rachel & Sephora habuerũt initia, vt intelligimus ſm Orige. illud impleri Oſeę 2. Deſponſabo te mihi in fide iuxta aquas ſcripturarũ ſacrarũ. Fides. n. ex auditu. Auditus aũt per verbum Dei, qđ in oẽm terrã exiuit Ro. 10. c. In aquis maris ſubmerſo Pharaone cũ exercitu ſuo, trãſit populus Dei liberatus ab eo, dño decantans Exo. 15. Oĩa quidẽ flumina doctrinarum in mare ſcripturæ intonat, & ipſum mare nõ redũdat vt dr Eccl. 1. in aliq̃d ſupfluitatis. Et in aquis huius maris cõfregit Deus capita draconis infernal. teſte Dauid. In cuius figurã ipſe cũ lapidibus ſumptis de torrente aquarũ funda iactatis immanẽ Goliath ad ſolũ ꝓſtrauit 1. Reg. 17. c. Qđ impletũ eſt qñ Xps̃ fortis robore & decorus aſpectu Sathanã tentationibus pugnantem auctoritatibus ſacræ paginæ deuicit ad plenũ Mat. 4. In iordanicis aq̃s huius ſacræ Sophiæ mundatus eſt lepra errorũ & vitiorũ Naaman populi gentilis nõ in fluuiis Damaſcenis Abana & Pharphar Ethnicorum doctrinis vt arbitrabaẽ 4. Reg. 5. Iam vos mundi eſtis ꝓp̃ ſermonem quẽ locutus ſum vobis inquit veritatis magiſter Ioã. 14. ¶ Hæc eſt piſcina in pomerio mundiali ad quam deſcendens Suſanna pulchra nimis, ſacroſancta videlicet

§. 1. De vtilitate ſacræ ſcripturæ.

licet ecclesia,nō hīs maculam neq, rugā se refrigerat cōtra ęstus laborū & tētationum.Sed duo falsi senex pleni mutua cogitatiōe, scribę & pharisei,quia noluit misceri cū eis pfidię eorū assentiēdo,eā de adulterio accusant spūali qa Xpo adhesit quē comprehēdere nōdum valuerunt,& morte ęterna iudicant cōdemnandā.Daniel autem puer qui natus est nobis demum cōuincet in fine de testimonii falsitate, gehennæ applicandos Dañ.13. In hanc piscinam hierosolymitanam post descensionem in ea,a magni cōsilii angelo mysteria eius p incarnationem implendo, quicunq;descēdit in vnitate fidei & dilectiōis,sanatur a quacunq, detineatur animæ infirmitate Io.5.Et nō solum cōtractus,sed & cecus natus ad natatoria Siloe illuminatus est.Io.9.Inuenit O nam aquas calidas in deserto asinas pascens Gen.36. quia dum simplices & humiles cogitationes nō elatas fouet in solitudine exteriori & interiori,se cum meditans doctrinam ipsam experitur dilectione feruentem.Ad huius humorem īmittit Deus radicem fidei in homine quod patuit in eunucho Candacis regine ethiopum.In curru enim suo per desertum transiens & legens, Esaiam prophetam demum ad aquam veniens credens baptizatus est, & ibat p viā suam gaudens &c.Actu.8.Nonne & aquæ multipli catæ in expositionibus eleuauerunt arcam ecclesiæ,seu animæ in sublimi contemplationis & spei Gen.7.vt sitiat ad Deum viuum, sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum. Et sicut audiuit ita vt videat in ciuitate dom ini virtutum.Deniq; aqua sapientiæ salutaris potauit dominus electos suos quæ docet sobrietatem, prudentiam iustitiam,& virtutem quibus nil melius in vita hominibus Sap̄.9. Puteus est aquarum viuentium istæ liber vitæ,quæ fluūt impetu de libano supernæ scientiæ,qa recreatus Helyas subcinerio pane viriliter ambulauit vsque ad montem Dei.3.Reg.19 Bibe ergo aquam de cisterna tua,vt protestatur &hortatur sapientissimus Salomon Prouerb.5. qui de ęclo descendit.Nam fons sapientiæ verbū domini in excelsis Eccli.1.Et fluenta putei tui que sunt glorioſę sanctorum doctorum doctrinæ;deriuētur fontes tui foris,qa hæc est quæ sparsa colligitur erogata reuertitur, & publicata suscipit incremētū.Et in plateis quo vniuersi concurrunt aquas tuas diuide quas arcta loca non capiunt,habeto eas solus ne sit tecū Socrates,Plato,Aristoteles,Homerus,Virgilius, vel Naso,Tullius,Varro,vel Anneus.Hi enim sunt alieni qui non debēt esse participes tui. Ita exponit Ioannes Dominici cardinal, vel habeto eas solus ruminando & operando, nec communicet alienus lucra vel honorē,& gloriam sęculi inde expectando.

§.2. De fructu sanctæ scripturæ.

¶ Quot fructus arbor,ratiōalis plantata iuxta aquas scripturarū sanctarū faciat pulcherrime ostendit Hiero. in prologo psalmorū dicens. Hic habet infans quid lactet.Puer qd laudet Adolescēs qd corrigat,Iuuenis qd sequat.Senior qd præcęt.Hic discunt fęminæ pudicitiā. Populi inueniunt pietatem. Viduę iudicem. Pauperes protectorem. Aduenę custodem. Hinc inueniant reges quid audiant. Iudices quid timeant.Hæc tristem consolatur.Lætum temperet.Iratum mitigat.Pauperem recreat. Diuitem vt se cognoscat increpat. Omnibus se suscipientibus apta medicamenta tribuit. Nec peccatorem despicit.Sed per pænitētiam remedium ei ingerit.Post hæc Deus ostendit. Simulacra irridentur.Fides asseritur. Perfidia repudiatur. Iustitia ingreditur. Prohibetur iniquitas.Misericordia laudatur. Crudelitas abdicatur. Veritas requiritur. Mendacium damnatur.Dolus accusatur.Prędicatur pæntentia. Pax sequenda promittitur. Spes certa nutritur.Sed quod his omnibus est excellentius,Christi sacramenta laudantur. Hæc Hiero.In ea reperiuntur Dei perfectiones ex ibi narratis vt omnipotentiam in Genesi. In mundi cratione. Dei clementiam in Exodo, ex liberatione.In exitu Israel de egypto.Reuerentiam & maiestatē i Leuitico. Ex sacrificiis & cerimoniis.Eius patientiam in li. Numeri. Fortitudinem in bellis Iosue. Longanimitatē & misericordiam in volumine Iudicum.Prouidentiam in libris Regum & huiusmodi.Et sic de aliis &c.Immo etiam quęcunq; ibi scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per exempla & dicta illorum q̄ ibi laudantur,curramus per viam virtutum ad brauium supernę,vocatiōis.Respice ibi & inuenies Abel deuotionem. Enoc contemplationem. Noe credulitatem.Abraæ fidelitatem. Isahac patiētiam.Iacob prudentiam. Ioseph castitatem. Moysi charitatem. Phinees sanctam emulationem.Aaron deuotam oblationem.Iude audaciam.Iosue confidentiam. Othonis rectitudinem.Sansonis fortitudinem.Booz æquanimitatem.Samuelis integritatem.Iob.redargutiones.Tobie correctiones seu monitiones. Dauid misericordiam. Salomonis pænitentiam in Ecclesiast.Helyę zelum pietatis. Helisei telum æquitatis.Esaiæ stabilitatem.Hieremiæ magnanimitatem. Ezechielis rigorem. Danielis feruorem.Matathiæ singultus.Iudæ quę Machabei cultus.Elezari amorē patriæ.

Razię

Razię virorem latrię. In nouo testamēto Christi domini obedientiam. Matris eius innocentiam. Petri longanimitatem. Angelorum exultationem. Pauli sublimitatem. Baptistę cōfessionem. Andreę magisterium in cruce. Iacobi desiderium in luce. Ioannis sapientiam. Thomę scientiam. Alpheidis iustitiam. Philippi refulgentiam. Bartholomei nobilitatem. Matthei veram sanctitatem. Simonis constantiam. Thadæi reuerentiam. Matthię humilitatem. Marci sinceritatem. Lucæ vigilantiam. Barnabæ eminentiam. Cum innumeris virtutibus legendis & tēgendis in sola philosophia quam deus pro salute nostra dignatus est mūdo misericorditer reuelare. Hæc Ioannes dominici cardinalis in Noctiluca. Sed conquæritur dominus per Hieremiam dicens. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuę, cum scilicet sacram doctrinam diuinam maiestatem gratiam virtutū gloriam beatorum docentem & inducentem, & foderunt sibi cisternas dissipatas pro aquis doctrinarum infidelium quæ continere non valent aquas. In terra scilicet mentis suæ curiositatē construentes, in qua colligant aquas errorum a potestatibus aeris descendentium, quæ continere non valent eas, quia insatiabilis est curiositas humana, noua quęrens & nunquā dicens sufficit. Semper enim tales sunt addiscentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, vt ait Apostolus. Et sicut siliquis porcorum satiari nequibat prodigus adolescens qui substantiam suam dissipauerat, scilicet doctrinis ethnicorum quæ inflant nō nutriūt, vt exponit Hiero. Et hī di. 37. Ita nec sitim extinguūt seu extinguere pñt his turbidis aquis.

¶ *Doctrinæ gentilium philosophorum uel poetarum non prosunt ad salutem: Cap. 4.*

VEruntamen in diluuio aquarū ad deum non approximabūt ps. 31. Vt scribitur Gen. 1. diuisit de⁹ aquas quę sūt sub. firmamēto ab his quę sūt sup firmamentū. Et sup firmamentū aquę q̄ sup cęlos cōstituūt, diuina scilicet oracula veteris & noui testamēti diuisę sūt ab aqs dotrinarū mundialiū q̄ in terra obscura miscentur. Nam aquæ illę superiores paginæ sacrę limpidissimę sunt, quia præceptū domini lucidum illuminans oculos. Solidissimæ sunt & vnitę, quia verba mea nō trāsibūt ait dominus Luc. 21. Aquæ quę sup cælos sunt cęlum crystallinū nuncupatæ dominum laudant, eius magnitudinem insinuantes. Scrutamini scripturas & hę sunt quæ perhibent testimonium de me Ioan. 5. dixit deus humanatus in terris. Aquæ vero inferiores doctrinę. s. gentilium perfidorum, iudeorum aut hæreticorū obscurę sunt & turbidę erroribus immixte ps. 115. Omnis homo mendax. Non stabiles sed contutatæ. Iuxta illud Mat. 15. Omnis plantatio scilicet doctrinæ quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur, & nō solum ab vnitate verę fidei recedunt, sed ēt a se inuicē diuise sibi cōtrariant. Nō laudant dñm hmōi aquæ verum, sed falsos deos & eorum scelera, quærentibus eorū auctoritatibus non ad gloriam dei, sed propriam. Hec ergo quia aquæ multæ non vnitæ de veritate tractantes, sed multæ in erroribus diuuiū gñant, dissipās terram, quod oēs extinxit viuentes nisi in arca ecclesiasticæ doctrinæ saluatos. Non ergo hoīes appropinquabunt ad deum vere intelligendū aut diligendū, aut possidendum in diluuio aquarū multarum, uñ b. Aug. in homel. sup Io aic. Fuerunt quidam phi de virtutibus & vitiis subtilia multa tractantes, diuidentes, diffinientes, rationes acutissimas concludentes, libros implentes, sapientiā suā buccis crepantibus ventilantes, qui etiam auderent dicere hominibus, nos sequiminis, sectam nostrā tenete si vultis bene viuere. Sed quia non intrabant per ostium perdere volebant, mactare & occidere. Dicant ergo pagani. Bñ viuimus. Si per ostium non intrant, quid eis prodest, vnde glorianť? Ad hoc. n. debet vnicuiq; pdesse bene viuere, vt ei deť semper viuere. Nec bñ viuere dicendi sunt qui finē bñ viuendi vel cæcitate nesciunt vel inflatione contemnunt. Non est aūt cuiq̄ spes vera & certa sem per viuendi nisi agnoscat uitā quę est Christ⁹: & p ianuā. i. fidē Christ⁹ intret in ouile. s. ecclesię. Querūt. n. plerunq; tales psuadere hoīb⁹ vt bene viuant & christiani non sunt, p aliam partem volunt ascendere & mactare pdere, nō vt pastor cōseruare. hæc b. Aug. qđ aūt in puerbiis. Aquæ furtiuę dulciores sunt doctrinæ. s. ethnicorū vel hæreticorum qui molles sunt non solidæ vt qui sup cœlos sunt, quia mollē faciunt aīum, & ad delitias & lasciuiā inducētes, quæ furtiuæ dñr, quia pciosam viri aīam rapiunt his potatā. Vel qa si qua vera illi dixerūt furati sunt ab aliis sibi gl'iam nō deo ascribentes, vel qa legi vetitę cōiter sunt dist. 37. Eps. Ideo dulciores vñr pp ornatū earū delectantē, tū qa nitimur in vetitū semp cupimusq; negata. Sed nouissima eius amara quasi absynthiū ad pditionē ducēdo. Propter hoc. n. gygantes qui fuerunt magni mundana sapīa gemūt sub. aqs, vt scribit Iob. Gēmitu sempiterno.

Quia positis, & huiusmodi doctrinę nil prosunt ad salutem.

terno. Et si igit oīs sanctus Xpi sanguine tinctus oret in tpe oportuno. s. huius seculi, p hac remissione peccatorū obtinenda de qua prædixerat, verū in diluuio aquarū hmōi doctrinarū fallaciā nō appropinquabunt eā obtinēdo, qa per ea nō exorant Deū pniam ignorantes. De phis Ethnicis loquēs Apost. ad Ro. 1. dicit obscuratū fuisse cor eorū & traditos in reprobū sensum. Repletos cū sectatoribus suarū doctrinarū oī iniquitate, subdens ex illa generalitate 21. species eius cōcludens pp hoc dignos morte, s. æterna, & Poli. lib. 7. c. 9. Cum dixisset poetas, hystoricos, oratores, mathematicos esse legendos, nocumentū exinde sequēs exprimit dicens. Cū hi in ius suū vendicant aīum si polliceant noticiā rerū, virtutis tñ deducent & submouent cultū, vnde & Cicero cū de poetis ageret, ut diligētius audiat exclamat. Clamor & approbatio populi quasi magni & cuiusdam sapientis magistri, & qui ad cōmendationem sufficiat plausu suo quos vult facit autenticos. Et illi qui tātis efferunt quantas obducunt tenebras quos metus inuehunt quas inflāmant cupiditates. Hi stupra adulteriaq; conciliant varias doli reparant artes, furta rapinas, incendia docēt. Quæ sunt vel fiunt aut fingi pūt mala exēpla proponunt oculis multitudinis imperitæ. Quæ incendia cœli succensi, aut maris inundatio aut terræ hiatus tantas fecit populorū strages, quātas isti faciunt mētiones &c. Isid. ēt in lib. de sum. bon. ait. Ideo prohibetur Christianis figmēta legere poetarū, qa animirū mentē excitant ad incentiua libidinū. Et non solū thura offerēdo dæmonibus immolantur, sed eorū dicta libentius capiendo dis. 37. Narrauerūt mihi iniqui fabulationes, inquit psal. 118. sed non vt lex tua, videte ne decipiamini per philosophiā ait Aplīs & inanem fallaciam.

§.1. ¶ Nota fm Iohannem dñici cardinalis vbi supra q vera philosophia in tribus consistit, s. in religione, moribus, & doctrina. Si. n. philosophia est diuinarū humanarumq; rerum cognitio seu creaturarū creatorisq; vtilis inquisitio, constat qa iuxta Platonis sniam in tres partes diuiditur, s. diuinalē, moralē, & rōnalem. Primam dixerunt theologicā. Secūdam ethicam. Tertiam rationalem logicam. Prima spiritum accendit. Secunda dirigit vitam. Tertia perficit naturaliter intellectū. Primā tradunt in Methaphisica. Secundā in ethica. Tertiā in phisica Peripatetieorū doctiores. Primæ partis nouimus cultorē Platonem uel potius Hermetem. Secunda magnum Socratem veneratur patronum. Tertiam summe ampliauit Aristoteles Plotinus vero philosophus singulis partibus insudauit. Et idem est q apud Platonem philosophiam diuidi. In moralem quę in actione uersatur, In naturalem quę contēplationi deputatur. Vnde sub ea theologica cōprehenditur prout ex natura & proprietate creaturæ cognoscitur. Et rationalis qua uerum a falso discernitur. Vt testatur b. Aug. 18. de ciui. Dei. Et sub rationali comprehenditur triuium & quadriuium, i. artes liberales. Sub morali, scientia iuris comprehenditur. Nam medicina sub naturali. Alii tñ distinguunt naturalem quæ est de natiuis rerum, quæ spectat ad phisicam, theologia quæ agit de Deo angelis Dæmonibus & huiusmodi, quæ tāgere videtur Methaphisica.

¶ Quod philosophia moralis gentiliū non sit vera philosophia, & ipsius philosophiæ auctores non fuerunt ueri philosophi. §.2.

Quia phia gētiliū nō sit uera phia.

Probat Ioannes dominici in Noctiluca sic. Ethica est virtus moralis aut eius peritia & ethicus moraliter virtuosus existit. A virtute vero & peritia eius oīs error excluditur vitium namq; nascitur de errore hinc puto dictū in ethica mūdi. Oīs malus ignorans. Ad ethicū aūt pertinet non solum finem pp quem oīa æstimant fienda inquirere, sed ēt inuenire & circa inuētum non errare. Nullibi. n. periculosius erratur q̄ cum de ultimo tractat, paruus. n. error in principio maximus est in fine. Ethicæ. n. principiū est ultimi finis rimatio, finis uero uirtutum inductio. Oēs autē illos ethicos philosophos & poetas & rhetores, circa diuinitatem multipliciter errasse non est dubium quāuis ultimum finem descripserint. Simili modo dici potest oēs illius ethicæ scriptores philosophos dici non posse, quia a noticia ueri Dei fuerunt extranei aut plurimum errauerunt. Præterea moralem philosophum oēs dixerunt, cuius uita doctrinæ concordat, & eam morti necessario discrimini parat, vnde apud Macrobium de somno Scipionis. Pythagoras & Plato dixerūt philosophiam meditationē esse mortis quotidie de carcere corporis intentam animę educere libertatem. Tota philosophia Cicerone referente (ait Cato) siue philosophorum uita cōmendatio mortis est. Nam quid aliud agimus, cū a voluptatibus corporis (ait Tullius) & a re familiari quæ est ministra corporis & a republica aīum reuocamus, maximeq; a corpore abducimus, secumq; esse cogimus aīum a corpore secernere, nil est aliud quā mori discere. Currat huc moralis. Senec. dicens. Facere docet philosophia non dicere. Ethæc exigit ut ad legem suam quisq; uiuat ne orationi uita dissentiat. Huic iungatur Beatus Gregorius philosophus Nazanzen. Græcus in apo-

in apologetico dicēs. Prima ſapientia vita laudabilis eſt. Ille mihi ſapiens vr q̄ pauca de virtute aī proloquit, plura aūt in ſuis operibus oñdit. Et Tullius in 1. de officijs ait. Virtutis oīs laus in actione conſiſtit. Adiiciat ad hoc q̄ virtutes oēs ſunt cōnexæ, vt q̄ vna caret oībus ſit vacuus, ſm magiſtrum ſnīarum in 3. Oiſq; virtus vni alicui vitio contratiet. Cūq; cōtraria ſimul ineſſe nō valeant qui in vno offendit multa p̄dit, vt dr Eccl. qa virtutē illā vitio contrariā, & p cōſequēs alias pp connexionē. Addatur & illud qa ſm B. Aug. vbi deeſt cognitio æternæ & incōmutabilis veritatis. ſper fidem falſa eſt virtus in optimis moribus 18. q. 1. Sed oēs gentiles phī Ethici caruerunt fide, ſpe, & charitate. Et ſi virtutes morales & pulchræ depinxerūt, multa tñ eis cōtraria peregerunt, vt eas vere non haberent. Nā & ſuperbiæ, iactantiæ, inanī gloriæ, cupiditati, laſciuiæ, mendaciis, detractionibus, adulationibus, idolatriæ, nigromātiæ reperiuntur dediti vita ipſa libris ſuis deteſtabant, ſed operibus eorū inſiſtebant. Nā Ariſtoteles ſuorū anteceſſorū gloriæ & laudis cupidus, libros aliorū ante ſe ſcribentium excerptis floribus dr cōburi feciſſe opa ſui diſcipuli magni Alexandri vt ſolū nomen ſuū vocaretur in terris. De Demoſthene maximo oratore, dicit Tullius. Leuiculus ſane nr Demoſthenes, q illa ſuſurro delectari ſe dicebat cōſitentis mulierculæ vt mos eſt in græcia. Hic eſt ille Demoſthenes, q d hoc leuius. Itē dicendus ne eſt phūs Demoſthenes, qui plus dicebat ſe lucratū fuiſſe tacendo q̄ alii perorando, & ita auaritiæ deditū, vt per phas & nephas magnatis pareret. Gorgias græcis de pace ſcribens & perorans domi ſicut leo rugiēs morabat, vt dicit Hiero. contra Iouinianū. Quid de mirabili Apuleio dicet qui cū de Dęmonibus vera ſentiret q̄ eſſent iniqui, verba ſcribere renuit ne offenderet eorum cultores, Cynicos quoq; ac Caninos patre illo nobili Diogene nemo negabit inter ſanctæ phīæ noīe venerādos, quos gentiles phōs vocant in hoc præcipuæ diſtinctos a cæteris, quo omni pudore depoſito, cū quodā Abſolone patricida & quibuſdā matris hypocritis, palā & vxores cognoſcēdas dicebant. Iſti vero cōcubinas ſiue deuotas prætulere verbis, hoīes illi modeſtiā, continentiā, patientiamq; ſermonibus multis atq; politis, quæ ſi factis impugnant philoſophi non fuerunt. Vereor hic Ariſtotelē in aſellum mutatū ſubdere fęmine, & ſarcinā talem portare. Multarum turbarum uideo mihi imminere certamen, ſi dixero intēperatū Virgilium quē Iuuenalis de vitio inordinando ſugillauit. Quid ſi faſſus fuero Ciceronē in multis culpandū, & deprauatum? Salluſtium audite de eo dicentē, homo leuis, ſupplex inimicis, amicis cōtumelioſus, nemini fidus. Senator leuiſſimus, patronus mercennarius, cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat. Lingua vana, manus rapaciſſimæ, gula immenſa, pedes fugaces, & quæ honeſte nominari non p̄t inhoneſtiſſima. Audite & vos Salluſtiani Tulliū ei rñdentem. Non qui ita viuit vt tu inquit aliter q̄ tu loqui p̄t. Nec qui ita illo te ſermone vtitur, vita honeſtior eſt. Sępius vidi grauius offendere aīos auditorum eorū eos qui aliena aperte dixerunt, q̄ eos qui vitia cōmiſerunt. Si qui aūt volentes eos excuſare a talibus vitiis dixerūt, eos fuiſſe emulos, & ideo in alterutrū inuexiſſe & fuiſſe mentitos acquieſcat eorū ſentētiis. Sed qa totius phīæ robur, vt ait Plato patientia eſt. Vnde quidā rñdendo maledictis qbus non parū fuerat mutus ſe non eſſe phūm apud Torquatū prodit. Hos ego phōs nego qui infamationibus vel diffamationibus ſine rōnabili cauſa proximos lacerarunt. Mentiuñ hiſtorici miſericordiā vitiū fore pp paſſionē triſtitię aſſiſtentē, & ſelicite occidere poſſe, vt euadant corporis pœnas. Errant Achademici incerta cuncta ponentes, & non multo minus Peripatetici oēm noſtram ſciētiam a ſenſibus ortum habere dicentes. Ita Virgilius Platonē aliqualiter ſequens mentitus eſt omne vitium a corpore originaliter pullulare, originale peccatū non credens, vbi ait. Igneus eſt ille vigor & cę leſtis origo, Seminibus quantū non noxia corpora tradant. Terra inique hebetant artus moribundaq; membra. ¶Sępe falſa ſcribunt iſti hiſtorici vel morales, fauore, odio vel amore. Hinc B. Hierony. fatetur philoſophos expreſſe mentitos, vbi ſcripſerunt Socrate ſemper eundem vultū habuiſſe, ventū eſt ad tñ errorē, vt Chriſtianus palam & impune, immo cōmendatione ſtipatus, ſequat ariolos & magos dęmonumq; cultores, quos oīum parens iuſſit a terra exſtirpandos. Nicromanticus equidem Pythagoras fuit, ſi credimus Aug. Socrates vero cunctis determinationibus ſuis dęmonis præferebat reſponſa. Iure aūt canonico quiſquis familiaris dęmoni infidelis cenſetur 26. q. 7. Non obſeruetis. Merito ergo ſancta philoſophia abiicit meretriculas ab ęgroto Torquato, ſola ſanatiua eiuſdem. Nam probante beato Aug. in lib. 18. de ciui. Dei. Litterę ſeculares ad bene viuendum non conferunt, ſed ſolæ diuinæ, quas et ſi omnes morales dico, pręcipue tamen dęmonibus recollectos tractatus in libris ſapientialibus editos, quos vtiq; omni

Robur phīæ eſt patiētia.

exceptio-

exceptione ſe mota veritate, ſententiis, facilitate, vtilitate præfero ſingulis libris, & dictis a Mercurio, Pythagora, Socrate, Ariſtotele, Plotino, Varrone, Tullio, Seneca, & aliis ethnicis. Vnde concluditur q̃ hoies in diluuio aquarũ multarũ doctrinarũ harũ, niſi notitiã & fidẽ habeant ſacræ phĩæ vtriuſq; teſtĩ, ad Deũ non appropinquabũt. Quia regimẽ Apoſtolorũ rectũ in ſpirituali & tpali ad moralẽ ptinere vr̃ philoſophiã, qđ refert Torquatus dixiſſe Platonẽ. Reſpublicas fore beatas, ſi eas ſapientes regerent, vel qui ſapientiæ vacarẽt hoc uerũ eſſe fatendũ eſt de vera ſophia, quæ in diuinis hr̃ nõ in gẽtiliũ libris. Diligite (inqt Salomõ. Sap. 1.) iuſtitiã qui iudicatis terram, ſentite de dño in bonitate, & in ſimplicitate cordis q̃rite illũ. i. ſine plica erroris & vitii quibus ethnici ſapientes qui reſpublicas gubernarunt abundabant. Meũ eſt conſiliũ inquit ſapientia ipſa in prouerbiis. Mea eſt ęquitas. Mea eſt prudẽtia. Mea eſt fortitudo. Per me reges regnant & legũ conditores iuſta decernũt. Ipſe Salomõ qui ſapiẽtiã petiit a dño ad iudicandũ populũ & accepit dũ hæc viguit rẽpublicã dilatauit, ſpacio virtutibus decorauit ſtabiliuit æquitate, diuitiis ampliauit, firmauit pace, cultu extulit celeberrimo, ſicut Regũ hiſtoriæ in li. 3. tradũt. At vbi phĩæ gentiũ aium dedit inquirendo. ſ. doctrinas eorũ cultus, parta longo tpe cuncta in breui conſumpſit quẽadmodũ in li. Eccl. nõ ambigimus recitari. Si qui ergo priſcis tpibus vñr ex ethnicis principibus fœliciter reſpublicas gubernaſſe, & augmentaſſe, qui phĩæ operam dederunt, & copioſe appræhenderunt, vt Alexãder Magnus, Africanus, Octauianus, Iulius Cæſar primus, Tyberius, Claudius, Nero, & q̃plures alii. Siendũ primo quia non vere philoſophi. i. ſapientes fuerũt niſi q̃a ſcientiis mundi referti. Nã qũo ſapientes fuerunt, cũ philoſophia principaliter conſiſtat in rectitudine vitæ qua illi caruerũt? Alexandrũ nãq; auctores referũt furioſum & incõtinentẽ. Cæſarẽ parẽ ferre non poſſe, maximo elatũ tumore narrat Lucanus. Ingluuiẽ & crudelitatẽ Tyberij refert Suet. Quis nõ deficiat recitãdo impietatẽ Caij impudicitiã, rapinã, ſuperbiam, & cætera vitia cũ comeſtore? Extitit Claudius timidus ſupra modũ & turpiſſimus ira. Nemo niſi inſipiens Neronẽ peſſimũ fatebit ſapientũ necatorẽ. Inuidentiã Galbæ, & auaritiã non admittit uera ſapiẽtia. Octauianus quo nemo in mũdo fęlicior vitiis laſciuię ſed m cronicas pluribus abũ dauit. Exinde male ſentit q̃ſquis ęſtimat reipublicæ ſpecimẽ & culmẽ cõſiſtere, p̃phas & nephas rapere aliena, ſicut p̃fati egerũt, quos vulgus p̃dicat glorioſos. Cedibus. n. rapinis & depopulationi orbis diuinitatis ignari illi vacabãt. Iuuabãt ẽt eos ſp̃ũs nequã q̃bus multipl̃r ſeruiebãt nutriẽtes hincinde principiũ & populorũ pctã. A q̃bus malis abſtinuerũt ſucceſſores cognito Xp̃o, qđ eſt ad ſummã rẽpublicã deducere, videlicet eã a vitiis purgatã virtutibus decorare. Et ſi aliq̃n fideles cũ principibus ſuis ab infidelibus oppreſſi ſunt hoc erga eos miſericorditer egit diuina clemẽtia exigẽtib⁹ demeritis populorũ ne in finẽ malis eorũ reſeruatis acerbius in futurũ ſeculũ cruciarent. Nõ enim ſp p̃ oſculat̃ filiã (ait b. Amb.) ſed aliq̃n caſtigat. Ergo cũ caſtigat̃ q̃ diligit, tũc circa eũ pieras exercet 5. q. 5. ¶ Sugat ergo adoleſcẽtuli iuriũ ubera q̃ reipublicæ regimini creſcũt, videant plene patrũ municipalia ſcripta aduerſa p̃ię vigilãti cura cõſiderẽt, aſſideãt illã moleſte ducẽtibus. Diſcãt ſuos ciues amare & ſui populi cui expectant peſſe mores cognoſcant, ut tandẽ valeãt corpus notũ nutrire creditũ eis. Alioq̃n his omiſſis q̃d ꝑderit ad moderate regendũ ſcire ſyderũ curſus, vires elemẽtorũ naturas aĩaliũ, ꝓprietates herbarũ, thracũ, ſeuitiã, duritiã Scytharũ, Saturni originẽ, amores Veneris, victorias Martis. Si dicat aſſueſcendũ eſſe iſtis & illis, nõ ſufficit ætas, debile ingeniũ hæc tria ſimul nõ capit leges ꝓphetiã & regimẽ populorũ. Sæpe cõtingit nihil ſcire eũ quæ vniuerſa ſcire contendit. Neq; legimus phos populis p̃fuiſſe nec populorũ p̃fectos phię operã dediſſe. Socrates honores & magiſtratus contẽpſit. Diogenes principũ aulas, turbã hoĩum Plato diuitias Anaxagoras multi uiſum. Plotinus ad loca deſerta cõfugit. Itẽ oportet principem eſſe cõſtantẽ quẽ fauor vel odiũ, amor ſpes, aut timor, aut q̃ uis cupiditas non concutiant. Hæc cõſtantia p̃cipue rectores firmat ad hoc vnũ vt ſubditis vniuerſis intẽdãt, & vt ait Gre. Nazã. in apologetico. Reuera mihi vr̃ ars artiũ & diſciplina diſciplinarũ regere hoĩem q̃ certe eſt inter oẽs animãtes, maxime & moribus varius & uoluntate diuerſus. Cũ ergo ut ait magnus Gre. in paſtorali. Sæpe dũ ſuſcepta cura regiminis cor per diuerſa diuerberat, & impar q̃ſq; inuenit ad ſingula dũ cõfuſa mẽte diuidit ad multa, paret clarius q̃ idẽ nõ põt ſimul recte ſtudio phĩæ & hoĩum curæ vacare. Totũ. n. hoĩem vtrunq; requirit: Si negligẽter dñi cytharedus ſpeculationi cęleſtiũ rerũ affixus populũ a Deo ſibi cõmiſſum dixerit, ita vt non corripuerit aliq̃n prauũ filiũ ſuum dicẽs, quare hoc feciſti? qui tamẽ erat gratia plenus, qũo dicemus inferiorem quempiam hominem ſimul duobus actibus diſperatis intende-

Quòd nemo pt vacare ſi mul & perfecte phĩæ, & hominũ curæ.

re, vt sunt philosophiæ studiū, & sediū sceptra tenere? Quisquis sane palato contēplationis gustat dulcorē regiminis nutrit contēptum & eiusdem odium. Quem aūt rectorem expectas legibus & consuetudine patriæ reple. Mirabor laudans mirabilem Deū si videro folium quod a vento rapitur & nunq̄ in eodē statu permanet vago flumini iunctum philosophorum curiosæ doctrinæ, tali cursu constantem effectū. Hinc Petrus Rauennas in sermone. Odibilius nihil est subtilitate vbi est sola subtilitas. Quid.n.quæso prodest in illis expendere dies suos quæ nec domi, nec militiæ, nec in foro, nec in clausтro, nec in curia, nec in ecclesia, nec alicubi prosunt nisi in scholis? Scribēs Sen. ad Lucillū ait. Quid est inqt acutius arista, & in quo est vtilis? Tale est inquit ingeniū sola subtilitate lasciuiens, nulla in se residens grauitate. Hæc Pe. Necessaria quoq; est recta conscientia & vitiorum odium terrarū magistratibus. Vnde b. Greg. in moral. Summus locus bene regitur, cū is qui præest potius vitiis q̄ hoībus dominatur. Vnde Cassiod. in psal. Publici decoris est mater mens regentis & quale fuerit dñantis arbitrium talem parit libertatis aspectum. Facilius quippe si dicere phas est, errare naturam q̄ dissimilem princeps possit formare rempublicam. Vetusti ꝯquidem dictum Socratis fuit. Qui multarum rerum potestatem habet primum purgare cōscientiam debet, vt qui delicta corrigat aliena non admittat. Non autem talem conscientiā formabit quę debeat fideles vrgere ad patriam diuinas leges humanis anteponere. Spiritui subdere carnē & opiniones proprias æternis refrenare, vt quæ est a dño inspirata catholica fides quam iuxta eloquium Pauli mundi huius principatus nō nouit. Ideoq; si alia peritia legibus dentis aīos hominum ad regimen nutritorum expedit decorari fidei cōi præmissa sacra scriptura, horum erit perfecta magistra quæ tribuit singulis casibus opportuna remedia. Cauendi sunt ergo libri ethnicorum qui exterius nitent eloquentia verborum, & interius vacui virtutis sapientia manent. Ex prædictis ergo patet q̄ ad debitum regimen requiritur peritia legis, constantia operis, & odium criminis, quæ eliciuntur ex sacris oraculis. In diluuio autem aquarum multarum ad Deum non approximabunt ad bene regendum ex doctrinis gentilium.

Dissuadent libri ethnici.

§. 3. ¶Secundam partem philosophiæ quæ dicitur theologica cedens Varroni inquit Ioan. de. cardin. vbi supra distinguo in fabulosam seu theatricam. Naturalem seu speculatiuam solis philosophis speculantibus, vel in suis scholis disputantibus reseruatam. Et in ciuilem solis sacerdotibus & sacrificiis commendatam. Prima ludit in theatris in iniuriam deorum. Secunda strepit in Gymnasiis aut mentibus tumentium philosophorum. Tertia errat in templis fastu dęmoniorum. Quæro nūc ab auctoribus eius. Nunquid hæc sit illa prophetia quę dicitur vera. Nempe poetæ qui Deos carminibus loquebantur ad populum dicti theologi, doctius nesciuntur q̄ sciuntur, qm̄ sua turpitudine mores inficiunt, puritatem impugnant, euertunt intellectum. Sanctos infamāt, & fidei fundamina verissima syrenarum more auribus prurientes pro viribus suis moliuntur extinguere. Nam quoad primum. Si quis crediderit poetis nondū illo versiculo doctus. Nam miranda canūnt, sed nō credenda poetę, mox, vt eos libido pertulerit, feruenti vt Persius ait tincta veneno magis intuebitur q̄d fecerit Iuppiter q̄ quod docuerit Plato, censuerit Cato. Hinc apud Terentium flagitiosus adolescens spectat tabulam pictā, dānem Acrisium vmbræ præcioſi metalli a Ioue rememorantem corruptam, & sue libidini patrocinium prestat dicens. Qui templa cęli summo concutit sonitu, ego homuncio id facerem. Ego vero id feci ac libens. Si vero non credunt qui legunt poetas nonne foculo innatæ luxuriæ apponit ligna stipulā naptā parat, perfundit adipē. Flatq; folle grandi, vt tandem si nulla detur opportunitas, in seipsum seandescat. Narcisus quē inopē copia fecit, aut cū Terentiano Tyare qui potius insanire contingat, nil aliud volo nisi Philomenā. Veritatis vero hostes fuisse poetas non tacuit b. Aug. Vbi eorum fabulas dicit multa mentientes & vix veri aliquid indicantes uel significantes. Hoc aūt præcipue uerum est & indubitabilis certitudo, vbi de diuina religione loquuntur, in qua theologiæ ois summa cōsistit. Virgiliū ipse b. Aug. ait more poetarum fuisse mentitū. ¶Puto quidē a puto fidei infensę ex his dici posse auctore diabolo mundi uates hos fuisse locutos, qui mendax est & pater eius. Sæpiusq; veris falsa permiscet vt ex fide verorū falsa suggerat sub qbus mortaliū mentes laborat detinere captiuas. Satis liquidoq; tertiū correlarie patet neq; solum puerorum, adolescentum, & simplicium intelligētiam lectio poetarum euertit, sed & eorum quos secundum nuncupat philosophos, vel etiam quod plus est sapientes. Et sic videtur concludendū poetas inimicos vere fidei, & procul a fidelibus abiiciendos. Quod autem Apostolus ait ad Rom. 14. Quęcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, loquitur de scriptis

Reprobatio poetriæ.

ptis in sacra pagina. ¶Secunda theologia quã physicam vel naturalem vocant, qualiter eã uenire potero in notitiam Dei veri vt notum possim amare, amando possidere, quod secundum veritatem etiam illos cogentẽ est theologiæ irrepræhensibilis finis, sub doctoribus non solum ignorantibus Deum sed maiestatẽ eius negãtibus, & id defendẽtibus erecto supcilio & buccis inflatis. Labia nostra a nobis sunt qs noster dominus est? Inter eorum inexplicabile labyrinthum, reperio diffinitũ pecuniam esse Deum quem credidit animam mundi, quam tamen verus Deus Mammonam appellauit, cui nemo potest cũ Deo seruire. Videat quisquis vult veritatem impugnare, quãtum expediat nondum roboratis in fide, vt sunt communiter adolescentuli studentes & plures alii Porphyrii videre speculationes sublimes, qui diabolici Apollinis fultus oraculo in dominũ Christum & eius cultores, acerrime ausus est blasphemare, in libris quos Elogion prophetias appellat, iudeorum sectam & cultũ christianis præponens, nec ipse ritu vel sacramentis hæbreus. Hic cum cæteris philosophis, non solum credunt racentes præteritã Christi & aliorũ factam & futurã resurrectionem, sed negant perstrepentes eam fore possibilem. Platonicus etiam quidam in eundem redemptorem ꝙ sit incarnatus insurgit, & sui magistri fretus auctoritate nequissima scribit nullus deus miscetur homini. Hi acutissimis disputant argumentis Deo scientiam futurorum inesse non posse, cõtra illud catholicum. Vocat quæ non sunt sicut ea quæ sunt. In quorum nequissimum dogma multis sophismatibus vanis armatus incidit Tullius, qui dum liberum arbitrium nititur conseruare cum in sipiente Deũ negat in corde suo, sicut in libris eius de natura deorũ, & de diuinatione monstratur. Hęresiarcham Aristotelem fuisse non dubitant qui viderunt eius virulentiã doctrinam atq; seditiosam pariterq; credunt beatus Augustinus theologorum præcipuo qui eum sic appellabat libro octauo, capitu. 12. In his gymnasijs dicam an animarum lupanaribus garriunt Plato & Platonici, Stoici, achademici, priores & noui. Porphyrius & Cicero de re publica scribens cum corporibus animas beatificari nõ posse quasi deus quę cęlestem animam corporũ ergastulis detrusit in terris corpora mundata & restituta animalibus beatis super ęthera locare non possit. Audio hic no bilissimum illum vt eorum laudibus vtar, at tonitis auribus intonare Plotinum & animas prostituere manibus infernalibus, hæc profe-

rentem, horum animæ sunt dæmones & fiunt ex hominibus lares si hores meriti sunt. Lemures vero si mali seu lanii manesq, dii sunt. Tremendum quoq; isti homines quem iam experiuntur infernum non admittunt, sed tm purgatorias pœnas hic vel in futuro. Vnde est illud Maronis Platonicos imitati, vbi cum dixisset in sexto Eneidos de terrenis corporibus moribundisq; mẽbris ꝙ animæ hinc metuũt, cupiunt, gaudentq; dolentq;. ¶Nec auras respiciunt clausæ tenebris & carcere cæco, secutus adiunxit. Non tamen omne malum miseris nec funditus omnes, corporeę excedunt pestes, penitusq; necesse est. Multa diu concreta modis molescere miris. Ergo exercentur pœnis veterumq; malorum supplicia expendunt. Aliq; panduntur inanes suspensæ aduentos. Aliis sub gurgite vasto infectum eluitur scelus aut exuritur igni &c. Omittamus cum suis falsitatibus istos & parumper ad eorundem gentilium vrbanam seu ciuilem theologiam transeamus, armati cum optima fide. Philosophi cum ipso Platone quorum extitit theologia secunda pluribus diis sacrificãdum sanxerunt. Ipsiq; dęmonum turbam sacrificiis dicam an sacrilegiis honorarunt. Hi turpia & obscena ad quosdam mysticos sensus actuum naturę reducunt, quo simplices vt archana diuum deuotione maiori venerari ea studerent, testis est Varro Hinc est quod tandẽ sapientes Romani Numę Pompilii, libros leges sacrarum tradentes iusserunt cremari, cum tamen adhuc essent gentiles, sunt libri hystoriales gentilium atq; poetici his superstitionib. pleni, sed & Seneca Ethnicus inderisionem illorum deorum ait. Ille viriles partes amputat. Ille lacertos secat vbi iratos Deos timent qui sic propitio merentur, sed & ipse Seneca qui deos illorum deridebat vnerebatur, & venerandos æstimabat cultu exteriori eos deos in templis, vt in hoc concurrerent cũ populis in quo erat medacium pernitiosum, vnde mortale fm beatum Thomam secunda secundæ. De Gregorio magno dicit prędictus dominus Ioannes Dominici cardinalis ꝙ omnes libros quos potuit habere Titi Liuii comburi fecit, qa ibi multa narrantur de superstitionibus idolorum.

¶De philosophia rationali q̃ videt cõprehendere Logicam & phisicã seu naturalẽ philosophiam, quæ in contentione versari videtur ꝙ non multum expediat moderno tempore præcipue prędicatoribus in populis. Sic ait præfatus Ioannes Dominici cardinalis. Nolo quod aliquis mihi obiiciat nostros theo-

logos etiam b. Aug. plurimum disputare, ad quod vtiq; necessaria est logica cum phia. Dicit enim. b. Hiero. Si quis volēs disputare contra Mathematicos, imperitus matheseos risui patebit, dist. 37. qui de mensa. Nam olim crescente fide & mūdana phia aduersus veritatē se armante opus fuit cōtra hęreticos sophistas prudēter in scholis, in cōsiliis, in sermocinationibus ac etiā vulgaribus prædicationibus, disputationibus vti. Erant tunc catholicis mixti Ariāi, Manichei, Sabellani, Donatistę & alii q̄ plures, sicut hodie inter catholicos ambulabāt fracticelli vsurarii, & cæteri publicāi, fatales q̄ satis credunt. Destini qui oia putant de necessitate euenire. Geneologi gubernationem humanam syderibus concedentes. Bestiales aliā vitā a præsenti negātes. Et multæ aliæ hęreses quę pro maiori parte nō forent si phia ſæculi non vociferaret in scholis, non disputaret in tēplis, maxime in prædicando. Sicut igitur tunc tpis fortassis op⁹ erat scire aliquos sophismatum artem, & illorū hęreticorū errores pręuia theologia veraci ad reuincēdos illos ꝓphanos. Sic nunc expedit aliquos fore qui scire laborent sacræ scripturæ medullitus continētiam iura canonica & quædā alia catholica quæ ad conseruationem recte viuētium, ad cōfutationē incedentiū oblique maxime valēt. Dixi autem fortassis, qm̄ sicut legit in ecclesiastica hystoria. Plus potuit ad cōuersionē sophistæ verbosi & phi Arriani sctitas viri simplicis, q̄ vera eloquētia & subtilis argumētatio oīum patrū orthodoxorū qui ob id erant in cōcilio cōgregati. Cū enim pres sctī doctissimi disputantes cum dicto phō æstimassent eum cōuictum rōnibus efficacibus eorū, elabebatur de manibus eorum acutissimis cauillationibus, demū quidam simplex sed sctūs vir obtulit se ad disputandum cum eo. In cōspectu oīum, cūq; ad certamē cōuenissent, dixit simplex ille primo loquens, Audi philosophe. Credis ī deū prem oipetentem creatorē cœli & terrę. Et ī Iesum Xp̄m filiū eius &c. Credis hoc philosophe? Ille aūt phūs stans attonitus ad verba eius rndit. Credo, quod dicis. Cumq; interrogaret ab amicis qūo ita cessisset simplici verbo illiterati nulla rōne suorū verborū inducētis. Rndit. Cum audiui verba ab horibus sctm rationes humanas, dedi verba pro verbis. Cum aūt vidi spm̄ sctm̄ loqui p os huius simplicis, nō valui resistere spiritui qui loquebatur per os eius. Sicq; conuersus est ille ad veram fidē relictis erroribus. Pastor insup summus & almę fidei custos dns prouidit gregi suo vt ex lupis exirent qui vt canes oues a lupis præseruarent. Sic cōtra iudeos ex iudeis vocat⁹ ē Paulus. Cyprian⁹ cōtra Magos, cōtra Platonicos. Hiero. cōtra Manichæos, b. Au. & multi alii. At vbi q̄ sūt opportuna fidelib. negligunt, supflua certatim q̄runt, & sub falso colore itellectus scriptorū de illis errorib. antiq̄s loquentiū vel ꝓpositi inuadēdi gentiles a nobis remotos oē studium p̄ci pue p̄dicare debētiū ad illas meretriculas terminat nullus infidelis ex hoc ad catholicam fidē, nullus fidelis ad maiorē Dei dilectionem accedit q̄dni dū in verbis hęreticos absentes feriunt, nonnullos ex p̄sentibus credentium hæreticos cōstituunt. Ecce lucrum sophismatū Fruges philosophorū disceptationes sunt, velut pstigiatorū deceptiones q̄ potius sophismata dico. Nec ignoranti nocēt, nec scientem iuuant. Idem in alia epla. Negat Cicero si duplicat sibi ætas habiturū se tempus quo legat lyricos eodem mō Dyalecticos. Nec ego nego ꝓspiciendo ista, sed ꝓspicienda tm̄ & aio salutanda. In hoc vnū ne verba nobis dentur, & ali quid in esse illis magni & secreti boni iudicemus. Quid te torques & maceras in illa quæstione quam subtilius est contemnere quam soluere & multa alia subdit de huiusmodi.

¶Ex p̄dictis patet q̄ non solū supfluum vī & vanū q̄rere cognitionē diuinorū & humanorū ꝑtinentiū ad mortalitatē in libris Ethnicorū cū longe plenius & clarius ista inueniātur in lris sacris cum expositoribus suis. Sed ēt periculosum cū ī multis militent cōtra fidē doctrinæ gentiliū cū veritatibus ibi ꝑmixtis. ¶Q̄ si q̄ obiiciāt non officere, sed ꝓficere, sed tales doctrinas ad fidē ꝓbandā demonstrationibus laicorū & philosophorū rōnibus, ad cōfirmandā ipsam fidē auctoritatibus eorū, cū multa dixerint ꝑtinentia ad articulos fidei. Et q̄d validius testimonio inimicorū ad reuincentē incredulitatē paganorū. R̄nderi ꝑt primo q̄dem q̄a fides nō hēt meritū, ait b. Greg. vbi humana rō ꝓbet experimentū. s. ꝓbationū. Si. n. quis non vult credere vnū Deū esse nisi ex eo q̄ per rōnē sibi demōstrat, certe meritū fidei nō hēt.

§.5. Quia doctrinę gentiliū multum cōtra fidē militār. Solutio ar. cōtra.

¶Secundo q̄a hoc solū non minuit interitum fidei, ꝓbatio eorum q̄ sunt fidei p rationes naturales, sed ēt irrisiones apud sapientes adducit. Nam fm beatum Thom. in summa. Articuli fidei nullis rationibus cogentibus demonstrari valent excepto primo. s. de vnitate diuinæ essentiæ, quod tamen nō ideo creditur q̄a a philosophis demonstratum, sed quia a Deo reuelatum & credi mandatum. Si qui velint ipsos articulos rationibus demonstrare sicut aliqui nitūtur, patebit risui fides Christianorum apud sapientes huius sæculi æstimantes

Contra gentiles ca. 7.

ipsos

ipſos fideles talibus rõnibus moueri ad aſſentiẽdum tanquã vrgentibus,cum in rei veritate nõ cogant. Et ideo ſignanter dicit b. Ambro. vt refert Magiſter in 3. ſenten. vbi fides q̃ritur ceſſent argumenta philoſophorũ. Piſcatorib. credit non dialecticis. ¶ Tertio. ſ. quantũ ad illud q̃ multa gentiles dixerunt de articulis fidei, ſciendũ q̃ q̃da ipſi dixerunt q̃ vñr hoc ſonare qđ ab aliq̃bus exponit. Sed ſatis manifeſte apparet talẽ intellectũ non fuiſſe de mente eorum, ſed extortæ ſunt ille interpretationes. Verbi gratia dixit Trimegiſtus. Monas genuit Monadem, & in ſeipſum reflectit ardorẽ. Exponunt hoc aliq̃ de myſterio trinitatis, quaſi voluerit dicere. Vnus genuit vnũ. ſ. pr̃ filium. Ardorẽ quẽ in ſe reflectit dicentes ſpiritũſanctũ, quo ſe inuicẽ diligunt pr̃ & filius. Sed ſm beatũ Tho. Non hoc ille intellexit, ſed q̃ vnus deus genuit vnũ mundum. i. ꝓduxit, quem & diligit. Diligit. n. omnia q̃ fecit, q̃a bona inquãtum facta. Sic & illud Virgilii in buccolicis. Iam noua progenies cœlo dimittitur alto, &c. Quidam exponunt dictum de myſterio incarnationis, qđ b. Hiero reprobat, & ſic de multis aliis. ¶ Quarto notandum q̃ ſic qua dixerint

Poetæ & philoſophi gẽtiles ſi qua vera dixerunt vñ habeant illa.

q̃ ad verum intellectũ fidei noſtræ congruũt, vt illud Virgilii, in principio cœlum & terrã, campoſq; liquentes, lucentẽq; globũ lunæ titaniaq; aſtra, &c. Illa non a ſe habuerunt, ſed furati ſunt a ſacris paginis. Nam iam iudæi ꝑ diuerſas captiuitates non ſolũ ſub Nabuchodonoſor, ſed ſub Antiocho diſperſi erant ꝑ orbem, & ſcripturæ eorũ diuulgatæ, vnde illi & alii potuerunt illa haurire. Dicit. n. Io. do. car. vbi ſupr. poſt b. Aug. in 18. de ciui. dei, q̃ poſt ꝓphetas venerũt philoſophi gentiũ a Pythagora vtiq; orti q̃ claruit tẽpore quo iudeorũ Babylonica eſt ſoluta captiuitas, multo magis cæteri. Nã Socrates inſtructor Platonis magiſtri Ariſt. poſt Eſdram dr̃ docuiſſe. Noſtros tñ nõ oẽs Orpheus, Linus Muſeus, & ſi q̃ alius inter Græcos extitit philoſophos antiquitate tẽporis p̃ceſſerunt. Veruntũ noſtri veri ſapientes Abrahã, Iſahac, & Iacob, & ipſe Moyſes ꝑ fatis græcis annis & dignitate inueniunt priores. De Abrahã dr̃ q̃ fuit magnus aſtrologus & eam Egyptios docuerit, partem tñ ſanam non mathematicam falſam. Eo quippe tẽpore quo Moyſes natus eſt fuiſſe reperit. Athlas ille magnus aſtrologus q̃ fertur cęlis ſubmiſiſſe lacertos Promethei frater maternus auus Mercurii maioris, qui cępit multarum artium doctor diſcipulos plurimos erudire. Vbi cępit ergo regnante Romulo latex Iſrael profluere de fontibus ſaluatoris illi laudum cupidi ex prophetis ſanctis potati, tradiderunt q̃ neſciebãt, vana ꝑſumptione illorũ textus & verbotenus coloratos mutãtes, & cõtra intẽtionẽ ſpiritus ſancti cum veritate repugnare gloſantes. Hęc ille. Sic & in libris Plato, plura inueniũtur de verbo Dei dicta, ſed non eo intellectu quo vera fides fatetur. Non ergo ab illi riuulis turbidis, erroribus adiunctis, aqua ſapientiæ hauriẽda eſt, ſed ad fontẽ limpidiſſimũ ſacrę paginæ recurrẽdũ, ita ſuauiſſimum, vt q̃ bibũt me adhuc ſitiẽt. Eccl. 24. dicat ipſa ſapiẽtia. ¶ Quinto cõſiderãdũ q̃ vt dicit b. Aug. & habẽt di. 37. Si quid veri de Deo ſybillę, & Orpheus alijve gentiũ vates ac philoſophi dixerunt, valet q̃dẽ ad paganorũ vanitatẽ reuincendam, nõ ad iuſtorum. ſ. q̃ ſunt fidei & chriſtianæ religionis auctoritatẽ cõplectẽdã. Quantum. n. diſtat de Chriſti aduentu inter ꝑdicationẽ angelorum & cõfeſſionẽ demonũ, tñ iter auctoritatẽ iſtorum & curioſitatem ſacrilegarũ ſcripturarũ, ſi qua. n. dixerunt gentiles philoſophi concernẽtia fidem q̃ ex ſcripturis ſacris non hauſerint, a demoniis eis potuit reuelari. Vñ dicit idem b. Aug. in 4. de trin. Cũ philoſophi illi ethnici ad hęc videnda. ſ. q̃ ſunt fidei nullo mõ eſſent idonei, nec ad illud q̃dem digni habiti ſunt vt eis iſta ꝑ ſanctos angelos nunciarent̃ ſiue forinſecus ꝑ ſenſum corporum, ſiue interiorib. reuelationibus in ſpiritu expreſſit, ſicut patribus noſtris vera pietate præditis hęc mõſtrata ſunt ptãtes. n. aereæ ſuperbæ atq; fallaces ẽt ſi q̃dam de ſocietate & ciuitate ſanctorũ & vero mediatore a ſanctis prophetis, & angelis audita ꝑ ſuos vates. ſ. poetas & philoſophos dixiſſe reperiunt id egerunt, vt ꝑ hęc aliena vera etiã fideles Dei ſi poſſent ad ſua falſa reducerent. Deus aũt ꝓneſcientes egit vt veritas vndique reſonaret fidelibus in adiutoriũ impiis in teſtimoniũ. Hæc ille. Non ergo ſunt legendi niſi ab eis quos oportet eis orthodoxam fidem ferre uentius ꝑdicare. Sed quia nũc nõ ſunt pagani inter chriſtianos conuerſantes, vt olim quos oporteat auctoritatibus ſuorũ gentiliũ reuincere, vt q̃d ꝑditio tpis hęc? Quare non potius ſcripturis inſudãdũ & canonibus quib. fideles erudiantur. Hinc Hiero. diſt. 37. ait. Nonne vr̃ vobis in vanitate ſenſus, & obſcuritate mẽtis ingredi, qui diebus ac noctibus dialectica arte torquentur, & dialecticorum tendiculis quæ non tam argumenta q̃ quędam vmbræ quæ cito tranſeunt diſſoluunt. Qui phiſicus ſcrutator oculos trans cęlum leuat & vltra ꝑfundũ terrarũ, & abyſſi in quod dã inane demergitur q̃ iambũ ferret, q̃ tãtã metrorũ Siluã i ſuo ſtudioſus corde diſtinguit, & congerit. ¶ Sexto

Sibyllæ & aliorũ gentium dicta ad quid valent.

Libros huiusmodi gẽtiliũ lege cui conueniat.

animaduertẽdum est periculũ inde imminens est tali studio nisi sit bene firmatus & timoratus in fide, videlicet subuersio mẽtis, & deductio ad incredulitatẽ. Vnde in ꝓuerbijs dicitur. Raro magnus philosophus bonus catholicus. Hinc Apostolus 1. ad Cor. 2. dicit sapiẽtiã in mysterio abscõditã, s. Dei filiũ incarnandũ vel incarnatũ, nullus principiũ huius ſculi, i. philosophorũ, ſm gl. cognouit b. Hiero. quoq; his instructus, postquã ab angelo ꝓcussus ꝑ nimiũ affectũ, & studiũ ad hmõi videns periculũ inquit ad Damasum Papã in Homel. de ꝓdigo filio q perierat, dæmonũ cibus est. Carmina poetarũ secularis sciẽtia. Rhetoricorũ põpa verborũ. Nulla ibi saturitas veritatis. Nulla iuuentutis refectio repitur. Studiosi earũ in famę veri & virtutũ penuria ꝓfeuerãt. Hæc ille. Et tõ dimissis filiqs porcorũ, doctrinis, s. gẽtiliũ q̃ inflant nõ satiãt accedẽdũ est ad cõuiuiũ cęlestis patrię in domo ecclesiæ. In mensę scripturę sacrę q̃ nobis parata est aduersus eos qui tribulãt nos. ¶ Quã sit periculosum his gẽtiliũ doctrinis insistere ostẽdit Salo. tã exẽplo suo q̃ verbo. Nam ꝓfatus vir venerandus, s. Io. do. Car. in d. lib. dicit post Origenẽ q̃ illæ septingẽtę vxores quasi reginę & trecentę cõcubinę, quib. ardẽtissimo amore cõiunctus erat, fecerunt eũ a Deo vero & cultu eius recedere, fuerunt innumeræ doctrinæ variæ diuersarũ gentiũ, circa cultũ, & ritũ colẽdi Deũ, vel circa moralẽ vitã q̃ videre voluit & nimis curiose scrutari, ex quo studio declinauit ã veritate notitiæ Dei & morũ, etsi vt creditur a B. Hiero. & B. Amb. & Christ ad pẽitentiã sit reuersus, vt patet in Ecclesiastẽ. Sic ẽr aliqn credũt Origenẽ tam eruditũ & sapientẽ virum & auferę vitæ & cultum cecidisse in errores ꝓpp quas vt hęreticus ab ecclesia est dãnatus, quia nimis inhæsit doctrinis gentilium ꝑcipue Platonicorũ. ¶ Verbo hoc ipse Salo. oñdit. Nã cõiter vbi in ꝓuerbiis loquitur de vana & mala muliere, & malis q̃ inferũtur ex ea, exponit nõ solũ de fęmina vel cõcupiscẽtia carnis seu sensualitate, sed ꝓmaxime de doctrina gẽtiliũ & hęretica. Et alijs auctoritatib. de muliere mala in diuersis capitulis prouerbiorum omissis solum istã hic inferatur q̃ hꝫ c. 2. Cõsidero vecordem iuuenẽ, q transit ꝑ plateas iuxta angulũ & ꝓpe viã domus illius gradit in obscuro aduesperascente die in noctis tenebris, & caligine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio ꝓparata ad capiẽdas animas garula & vaga quietis impatiẽs, nec valens in domo cõsistere pedib. suis nũc foris nũc in plateis, nũc iuxta angulos insidiãs, apprehensumq; deosculatur iuuenẽ, & ꝓcaci vultu blãditur dicẽs. Victimas ꝓ salute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuũ desiderãs te videre & reperi. Intexui funibus lectũ meũ straui tapetib. pictis ex Aegypto. Aspersi cubile meũ myrrha, & aloe, & cinamomo. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexib. donec illucescat dies. Non est enim vir in domo sua. Abijt via longissima sacculũ pecuniæ secũ tulit, in die plenę Lunę reuersurus est domũ suã. Irretiuit eũ multis sermonibus & blãditiis labiorũ protraxit. Statim sequitur eã quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiẽs, & ignorat q̃ stultus trahat ad vincula donec trãsfigat sagitta iecur velut si auis festinet ad laqueũ & nescit quia de periculo aiæ illius agitur, &c. Super his sic ait exponẽs Io. do. Car. vbi sup. Certe si de vulgari scorto loquitur sapientissimus Salomõ, palã loquitur, & ꝓuerbiũ nullũ dicit. Neq; ẽt intelligibilis nisi ad principale subiectũ sui tractatus scripta referantur vniuersa. Primo nanq; exponit qs patiat hoc malũ docẽs a falsa doctrina tenendũ eum qui sub prætextu intelligẽdi sacras scripturas, aut corrigendi mores, vel aliis proficiẽdi, scholas incõcessas intrare disponit. Tales enim colores tegũt studẽtes ꝓfatas doctrinas se tenebris caligãtes, & cæteros. Si efficientẽ cãm q̃rimus, meretricẽ hæresim infidelitatẽ seu religionẽ habemus ꝓprio ornatu descriptã. Si materiã rimamur cuncta ambit, & penè de oibus tractat, nõ cõsistere in vno loco cõtẽta, vt oẽs capiat gloriæ Cupidos, quib. illã optatã datis in victimis repromittit. Cã formalis nõ subticeẽ sed exprimit illius doctrinę ꝓcessus (si phas ẽ illã appellare doctrinã. Procedit enim dialecticis argumẽtis, aut connexis narrationib. quasi quibusdã funibus intexta colorib. & curtibus tropicis vani Aegypti depicta, myrrha pẽnitẽtiæ, & mortificationis quorundã illius factionis hominũ strata. Necnon aloe infęliciũ aliorũ tragico atq; virtutũ cinamomo pilo distinctionis & diuisionis cõtuso. In his schematibus tota scientia põt contineri, q̃ partim ad materiã, partim ad formã dẽt reduci, cũ apud eloquentes, comędia tragędia, satyra, sicut ꝓpria materia, sic ꝓpria forma currãt. Finalis causa promissa q̃ trahit & fallit serpẽs vt anguis est mẽtis q̃dã dulcedo, arctissimorũ amplexuum cõciliatrix cũ ea. Sed exitus verus est infernalis ꝓditio iecore vulnerato, qđ nulla medicorũ arte põt curari. Vnde cõcludit idẽ ratis exp tus in malis, & subdit. Nunc ergo fili audi me & attende verba oris mei, ne abstrahat in viis illius mens tua, neque decipiaris semitis eius.

Quòd periculosum ẽ talib. insistere.

Multos

Multos enim vulneratos deiecit & fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus eius penetrãtes interiora mortis. Itẽ Apostolus ad Col. 2. c. ait. Videte ne qs vos decipiat p philosophiã & inanẽ fallaciã ſm traditionem hominũ, ſm elemẽta mũdi, & nõ ſm Christũ, quia in ipso habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. Vbi dicunt glosæ sanctorũ Doctorũ. Philosophiã quã detestatur Apostolus terrenã scientiã, argumentis, & subtilitatibus cõponi, dũ verisimilibus causis, & cõmentis, rebus diuinis adimit fidem, quę oĩno vitanda est. Cum ait ſm elementa tangit qui prudentius idola exponũt dicentes. Iuno est aer, Neptunus mare, ignis Vulcanus, & hmõi. Et addit præfatus vir venerãdus eximius p̃dicator. Hic nõ agitur a diuersus aliquos q; ante baptismum sciuerunt litteras illas, aut qui aliq̃n forte id requirente tẽdij fuga post baptismũ, aut materia ad conuincendos hostes aliquid legit de gentilibus aut suis interserit dictis. Sed cõtra hos voce christianos sæpe clamaui, & a clamore cessare nõ valeo, qui scriptura sacra neglecta, relictis Doctoribus sanctis se dedicant penitus studijs illis, & si prędicauerint per tragędias, comędias, Ethicam, Physicam, Astrologiam, & Metaphysicam aures audientiũ demulcent quasi ipsa diuina eloquia non sufficiant ad salutem, aut ipsi infideles fundarint catholicam fidem. Vnde nullus animarũ sęqtur fructus, & merito (quia vt dictum est per Psal. 31.) Veruntamen in diluuio aquarum multarum harum, s. doctrinarum ad Deum docentes vel audientes non appropinquabũt.

¶ *De erroribus contra fidem philosophorum gentilium. Cap. 5.*

PLuralitatem Deorum primus inuenit pater mendacij cum dixit, in paradiso terrestri primæ mulieri. Gen. 3. Eritis sicut Dij sciẽtes bonũ & malum. Exinde post diluuium tyranni, vt Ninus idolum patris sui Beli. Demũ philosophi. ¶ Nota ad hoc figurã notabilem quã exponet ipse Ioan. Dominici Cardinalis vbi supra signant litteræ sacræ quendã robustum venatorem coram dño, s. Nembroth, non feris, sed Deo infestum sua inqsitione superba cępisse turrim ædificare, cuius cacumẽ pertingeret cęlum, vt nomẽ eius celebre haberetur in orbe. Erat prius terra labij vnius eorundemq; sermonum, quia non erat nisi vna religio & vnica fides, ab vno Deo per vnũ patrem Noe omnibus prædicata. At vbi ille tumidus cępit velle naturalem sciẽtiam ad metaphysicam transportare, non Vulcani fulmine ictus quo fabulæ Poetarum fingunt gigantes montibus monti suspensis voluisse rapere cęlos Ioue inde repulso, & ob hoc extinctos, sed linguæ cõfusione a Deo fuit percussus, donec veniret Spiritussanctus sẽsibili specie linguas cõfusas in vnã fidẽ p sanctos Apostolos plene reducẽs. Tũc enim primo ſm Isidor. Dij adorati sunt qñ Phalech natus est ob id sic denominatus, quia facta fuit diebus illis diuisio, nõ posse autẽ diuinum proprium esse cognosci eo non reuelante, testis Salomon, immo ipse rerũ esse ctor per Salomonem dicens. Quę in cęlis sunt quis inuestigabit, sensum aũt tuum quis sciet nisi tu dederis, & miseris spiritum tuum de altissimis? Nonne cõfusum est labium in vniuersa terra ex quo humana præsumptio reprehendere voluit quid sit Deus ab ipso, prius susceptо, quia est, & quia id esset quo melius excogitari non posset, cum tot emerserũt opiniones ex ipsa Idea Herculea, vt nisi ignis Spiritussancti eam comburat, pullulent mortifera capita vbi creduntur priora succisa. Aliqui enim dixerunt Deos esse plures & diuersos homines in mundo famosos. Romani ad quẽlibet creaturæ prouectum vnum Deum, vt Deam sagetiam cum bladum seritur, orteam cum oritur, spiceam cum spicam facit, nodeam cum nodum producit quasi non sufficeret vna Dea ad producendum bladum ad perfectionem, & sic de aliis, vt ponit Beatus Augustin. in lib. de ciuitate Dei rationibus conuincens cæcitatem & fatuitatem illorum. Pluralitas Deorum per Rom.

¶ In diluuio aquarum multarũ gentiles poetæ & philosophi doctrinarum, s. suarum fabularum, & falsarum quibus demersi sunt in p̃fundum, quia cõtra fidem & bonos mores, sicut non appropinquauerunt ipsi ad Deũ, sed a Deo repulsi, ita & omnes sequaces taliũ doctrinarum ad Deum non appropinquabunt. Horum autem errorum multitudinem explicat, etsi non totam sæpe fatus. Io. do. Car. in p̃fato lib. ¶ Errauerunt enim ait circa diuinam essentiam sicut prætactum est. Apud Athenas si quidem Home. dixit inter se Dẽos cõfligere bellis. Senior autem Plinius alibi ita posse homines quæ non valeant Dii. Licet hic error sit magis verbalis q̃ essentialis. Sed ex intentione posita, & sophismatibus fulta. Illa ferarum silua necantia virulenta portẽta, hæc inter multa latrant & discurrunt animas erroribus illaqueando. Deum nam quidam eorum yle esse, alii elementa. Sydera nonnulli affirmauerunt pars. Intẽtionibus quibusdam vicissim succedentibus. Deum mobilem præ- §. 1.

Quãdo idolatria & p quos cępit oriri

Philosophi gentiles, & huiusmodi circa quæ errauerunt.

dicauerunt plures. Quidam eum cuiuslibet rei formam. Et cæteri tm̃ cœli esse formalẽ substantiæ dogmatizant, quos tm̃ 11. Methabelua cõmentator conatur euertere. Alii dñt Deum non cognoscere quæ sunt extra eundem. Aut tm̃ vtilia prout sunt quædã ideæ vel substãtiæ separatę. Siue ipsa particularia solũ in suis causis intueri. ¶ Sunt ibidẽ qui affirment contingentia notitiã non habere. Sed si nec creditˢ eis, negant alii eũ vilia nosse q̃bus impugnant cũ Thalmuth hi qui ipsum peccatorẽ & depctis suis garriunt emundari. Apud Empedoclem lis & amicitia. Apud alios raritas & diuersitas, bonũ & malũ. Apud quosdã æternæ materiæ particulariũ corporũ quo vniuersale mũdi machina integratur causæ agentes fuerunt. Inibi erectis ambonibus quidã cœlum non habere causam, quidã motũ solũ eius a Deo prodire. Quidã materiã neq; creatã esse neq; effectum suis auditoribus promũt. ¶ Audiunt ibi quidã obtẽtus. Substantia corporũ cœlestiũ est cã actiua inferiorũ substantiarũ. Deus creauit primã substanriã separatã & cessauit. Illa creauit secundã. Secunda tertiã. Tertia quartã. Quarta quintã & sic vsq; ad vltimã ociosam varietatẽ multa dicentes. ¶ Susurrant in eadẽ silua quidã sine cõcordia vt aiunt. Deus nil põt præter rerũ cursus ipse agit a necessitate naturæ cũcta ex simplici voluntate diuina nulla cõcurrente luce rõnis emanant. Perstrepunt inde regalẽ aulã infestantes. Voces aut dubiæ Aristotelis de mundi æternitate aliorũ multorũ de materiæ æternitate ex qua mundus cępit generari. Democriti & Eusippi de infinitis principiis a thomis. Siue in q̃titatiuis corporibus ex q̃bus singula cõstant. Anaxagoræ de principiis innumerabilibus simul cõfusis in quodam chaos. Empedoclis de principiis cõtrariis quẽ Manicheorũ forma ambibat secum hñtium. Pythagorã dicentẽ bonũ & malũ oium rerũ extitisse principia prima. ¶ Hos agitabat non parũ physicus Auicenna, nũc intus, nũc extra incertus existens. Dicebat. n. q̃ Deus intelligens se vnã intelligentiã primã producit, in qua iã est potentia & actus, quæ inquantũ intelligit Deum producit intelligentiã secundã. ¶ Inquantum vero intelligit se ſm qđ est in potẽtia producit substantiã orbis primi. ¶ Et inde procedens diuersitatẽ rerũ instituit per causas scdas Mirum barrũ præterea & formidine plenũ ex eodem fine luce luco procedit. Oẽs. n. a forma hominis a uento aiam vocant. Anemos. n. græce latinæ dr̃ ventus. Hinc aũt nullã esse substantiã nisi corpoream. Vnicã esse intellectũ actiuum cunctis rationalibus influentem. Quorum quilibet proprio viget possibili vel intellectu. Auerroy hoc præ cæteris defendente, q̃ intellectus possibilis sit virtus in nobis cũ elementis admixta prout voluit Alexander aiam solam cõplexionẽ fore vt male placet Galieno. Variant hunc tonum qui dicunt quandã harmoniam ex cõtrariis aiam fore corpus, & hoc variis sentẽtiis. Clamant idem pęnitus esse intellectũ & sensum non differre ab imaginatione. Intelligentiã substantias separatas influere nostris intellectibus radios seminales. Vnde notet Plato cum istis nostrũ discere est potius reminisci. ¶ Præcepit & hic quorundã latratus Salomon insanos sub tali forma prodire. Ex nihilo nati sumus, & post hæc erimus tanq̃ nó fuerimus, vnus est. n. interitus hominũ & iumentorũ, hõ iumento non habet amplius. Ibi est Plato fouẽs Origenẽ q̃ aiæ simul fuerint creatæ, nec non post q̃ fœlicem vitam fuerint adeptæ, iterũ ad corpora incipere uelle reuerti & illius vitæ fœlicitate finita, miseriis huius adhuc peregrinationis inuolui. Idem q; de Angelis sensit secũdus. Ibi Pythagoras insinuans Nasoni aias in diuersa corpora transire, & ad propria interdũ reuerti, qui ambo auctores in circuitu ambulabant dicentes sęcula renasci cũ vniuersis accidentibus suis, aut cõpletis quindecim miliũ vt voluit primus, aut 36. milium, sicut docuit secundus annorum circulis. Gymnasia insuper ibidem personant, quorundam aias ab Angelis creatas Platone præsidente substantias separatas esse solũ quadraginta quinq; uel circa, ſm numerũ circulorũ orbiũ Aristotele Methaphisico disputãte. Et angelorũ numerũ in sacris litteris contentũ non substantiarũ sed virtutũ ęstimandũ rabbi Moyse garriente. Nescio an simphoniã vel spm̃ dixerim stridentẽ quosdã dubios sonos qui ob audiunt exinde innumeri Epycuro cantante, phallerãt, ventrẽ adorãtes, quorũ oronẽ Salomon recitat dicẽs. Hoc itaq; visum est mihi bonũ vt comedat q̃s & bibat & fruat lætitia ex labore suo. Et hæc est pars illius. Vbiq; relinquamus signa leticiæ, qm̃ hæc est pars nr̃a, & hæc est sors nr̃a. Audiebant illũ ẽt Cherynthiani credentes per resurrectionẽ corporũ oibus carnis voluptatibus mille annorũ spacio frui. Sarraceni quoq; & nõnulli iudæorũ circa husmõi atria saltant fabulantes, post uitã præsentem flumina lactis, mellis, & vinã se loco retributionis habenda fore. Confusionẽ ante Medos hæc varietas gignit vt honorẽ, gloriam, diuitias, potentiam corporis, fanitatem, & speciem sensus, peruicaces & uigiles mores prudentiam artium uictoriosam industriã, speculationem

Opinio eorũ q̃ dñt animas cũ corpore in nihilũ reddituras, unde'or tũhabet.

lationem cõmunem, vię cognitionem possibilem quisq; propria voluntate dicat esse summum hominis bonum. Ibi nępe hæc & plura legũtur. ¶ Cuiusdam ẽt clamor inde ad aures Torquati vsq; peruenit. Aut deum nõ esse aut nullum fore in sęculo malum dicẽtis, sub quo non pauci diuinam prouidentiam ad inferiora nõ peruenire cõtendunt. Stoyci ibi blasphemant ſm quędam ordinem causarũ intransgressibilem de necessitate omnia euenire. Erexit sibi specialissimum thornũ in prędicto nemore multiplicius Plato dicẽs, vt tradit Gre. Nicenus triplicem prouidentiã esse, quarũ prima est summi dei, qui primo & principaliter ꝓuidet spũalibus & intellectualibus. Cõsequẽter vero toti mundo quantũ ad genera & species & uniuersales causas, quæ sunt corpora cælestia. Secunda vero est qua prouidetur singularibus aĩalium & plantarum quantũ ad generationẽ & corruptionem, & mutatione, alias, quam attribuit dijs qui cælum circumeunt sicut post eũ Aristo. hanc obliquo circulo dedit. Tertiã uero ponit rerum quæ ꝑtinent ad humanam vitam, q̃ quidẽ reddit demonibus ꝙbusdam existẽtibus circa terram, qui ſm eum sunt humanarum actionũ custodes. Licet secũda & tertia sint dependẽtes a prima. Inserunt cæteri casus in gĩa prouenire. ¶ Alij autumãt formas oẽs accidentales esse, continueq; fluj, & nunq̃ nisi per instãs aliqualiter permanere. Certam sedẽ in una parte cœli plures ex illis deo locãt & alibi nõ remanet, quos impugnãt alii a rebus naturalibus oẽm actionẽ auferentes quasi se solo in qualibet creatura deus ꝑticulariter agat illa non agẽte. Canit & Homerus solẽ vel Iouem intellectũ illustrare. Ait. n. Talis est intellectus in diis & hoibus terrenis, qualẽ in die inducit pater virorũq; deorumq; Scriptum est ibi. Fatis agimur credite fatis, non sollicite possunt cure mutare rati stamina fusi. Quicquid patimur mortale genus qcquid facimus venit ex alto. Oia recto tramite uadũt primusq; dies dedit extremum, nõ illa deo vertisse licet. Auditur ibi mors indiuidua noxia corpori nec parcẽs aĩę. Iterũ si oraueris ibi vt bene tibi succedat Epycurus obstabit ꝙ De⁹ de nobis nõ curet. Impugnabũt Stoyci ꝙa de necessitate cũcta cõcutiũt. Perturbabũt Egyptii asserẽtes oĩonibus nostris deũ mutari. Protraheris ab Hermete vt statuas adores vl̃ idola, quasi in illis sit aliquid maiestatis diuinæ Ait. n. bea. Augu. referente. 8. de ciui. dei, sicut deus effector est deorũ cœlestium, ita hõ factor est deorũ qui in tẽplo sunt humana ꝓximitate contenti statuas dico animatas sensu & spiritu plenas, tantaq; facientes & talia statuas futurorũ præscias, easdem de somniis & multis aliis rebus prædicẽtes & imbecillitates hominibus facientes eosq; curantes tristitiã lęticiãq; dantes pro meritis. Ferale est istud & horridum nimis ire ad demones compellẽs quos venerabilia numina vocat præstigiorũ multiplicite effectiua aliqua monstruosa inde discurrunt humana pariter & ferina, qa in una eadẽq; sententia quædam vera & quædã falsa ponuntur, vt est illud ꝙ spiritus sunt naturaliter mali & virtuosis viris infesti. Ait nãq; in epistola Porphyrius ad nepotem. Quosdã opinare esse quoddam spiritum genus cui exaudire magos sit proprium, nostra falax omniformemsimulans deos & demones & animas defunctorum, & hoc est quod efficiat quę videntur esse vel bona vel praua, cæterũq; circa ea quæ vere bona sunt nihil opitulari, immo vero ista nec nosse, sed & mala consiliare & insimulare atq; impedire & inuideri virtutis sedulos sectatores & plenos esse temeritatis & fastus gaudere odoribus adulationibus capi. Adhuc castitatis amator Plato ibi diffinit vxores debere esse cõmunes, cuius scholas coluit Nicolaus Apocalypsis cum suis. Non deest q dicat ad consequendam vitam beatam, fidem nihil prodesse, sed solũ opus morale. vox Agazelis auris siluam intrantis vulnere sautiabit, ponentis animas impiorum pæna damni solũ modo cruciari. Vbi omnes vno mẽtiuntur sermone corpora defunctorum nõ posse resurgere protestantur, & errare aĩs nescio per quos campos, aut vsq; ad diem extremum periculi mũdialis sedes de terminatas nescire. Scimus ꝙ in his membris sacræ Eucharistiæ venerabile sacramentum intrare non potest. In quo est substantia corporea sine accẽte, qualitas absq; subiecto carẽs dimẽsionibus quãtitas inter desperata relatio. In corpus a nõ corpore actus, & ad impossibilem passio terminant. Locus cingitur a locato. Ambi, instãs quodlibet q̃n ambiẽt non adiacet, neq; situs cõtinet situatũ. Hæ & alię q̃ plurimę non dico poetarũ ne vertibiles credantur sub fabulis. Sed philosophorũ opiniones quas ẽt suo lenocinio colorauerunt ex intẽtione vates gentiliũ nõ solum inter se pugnãt, sed aduersus catholicã veritatẽ timidũ certamẽ exercent ad quos siq̃s inermis accesserit, & sacrę scripture clypeis mille nõ plene munitus, aut remanebit occisus, aut sautiatus ad mortẽ, nõ medicamina recepturꝰ nisi a summo medico Chr̃o. Hos pæne omnes errores reprobat beatus Thom̃ contra gentiles in diuersis capitulis & etiam libris.

Error illorũ qui dicunt fidem nil prodesse ad vitã beatam.

¶ De

¶ *De erroribus Iudæorum & Saracenorum. Cap. 6.*

IN diluuio quoq; aquarum multarum ideſt doctrinarum falſarum Iudæorũ & Saracenorũ, homines nõ appropinquabunt ad Deũ, ſed elongabuntur ſubmerſi ab æterna damnatione, quæ doctrinæ reprobantur per eccleſiã & ſanctos Doctores, præcipue B. Tho. in lib. cõtra gentiles per totum. ¶ Apud Iudæos antiquos qui fuerunt circa tpa Chriſti, fuerũt tres ſectæ opinionum a cõmuni vita aliorum diſtantes. In quibus omnibus erant aliqui errores, videlicet Phariſæi, Saducæi, & Eſſęi. Et Phariſæi q dẽ victu auſtero & parco cultu traditiones ſuas ſtatuentes, quib Moyſi traditiones determinãtes, vt glo. Pictacia chartarũ in fronte geſtabãt, & in ſiniſtro brachio in quib. decalogus inſcriptus erat. Et hæc dicebantur philacteria, a phixea quod ẽ ſeruare, & thorax qd eſt lex. Iſti maiores fimbrias alijs ferentes, ſpinas eis affigebãt, quib. punẽti deambulando memores eſſent mandatorũ Dei. Iudiciũ Dei futurum dicentes omnẽ animam incorruptam eſſe ſolas bonorũ animas in alia corpora trãſire vſq; ad reſurrectionem & iudicium in hoc errabãt. Malorum autẽ æternis trudi carceribus. ¶ Saducęi dicebant in arbitrio hominum poſitum eſſe bonum malumve agere. Animarum generaliter vel ſupplicia negabant vel honores & futuram reſurrectionem corporũ, animas cũ operib. mori putantes, nec angelos eſſe dicebant. Solus quinq; libros Moyſi recipiebãt, nimis ſeueri erãt, nec inter ſe ſociales. Ob quã ſeueritatẽ Saducæos, i. iuſtos ſe nuncupabant. ¶ Eſſęi fere in omnib. vitam monaſticam agebant nuptias faſtidientes, non quia coniugia & hominũ ſucceſſionẽ putarent puniendam, ſed cauendam intẽperantiã mulierum, nullã earum fidem ſeruare viro putãtes. Omnia habebant cõmunia, ſqualorem decus putabant, dũmodo in veſte cãdida ſemper eſſent. Nulla eis ciuitas, ſed in ſingulis domicilia habebãt. Solem vt oriretur orantes, poſtea vſq; ad quintã horam operantes. Loti corpus aquis ſimul cum ſilentio edebant. Iuramentũ habebãt pro periurio. Sectæ ſuæ neminem adhibẽtes, niſi ſubſtãtiarum probatione. Recepti autẽ ſecũ poſt annũ duobus alijs annis mores eius probabant. Deprehenſum in peccatis a ſe pellebãt, vt herbas more pecorũ decerpẽs vſq; ad mortem pœnitere. Spuere in medium vel ad dexteram partem ſui vitantes. A deo ſabbatum obſeruabãt vt nec ea die aluũ purgabãt. Viuebant longiſſimo tempore ob victus ſimplicitatem, mortẽ pro iuſtitia iudicantes meliorem. Animas omnes a principio creatas per temporibus incorporari. Bonas exutas corporibus vltra Oceanum degere, vbi ſit poſita eis fruitio ad orientem, malis vero hiberna & procelloſa loca delegantes. Hæc ſm Vincent. in ſpecu. Hiſto. li. 7. c. 97. ¶ Sed in nouo teſtamẽto errores alios habent contra fidem. Vnde & ad damnationem eos mittentes æternam. Et primo quia non credunt Chriſtum Ieſum eſſe Meſſiam promiſſum eis in lege & Prophetis, ſed adhuc expectant venturum, & pro eo recipient Antichriſtum. Ieſum Chriſtum dicunt purum hominem natum ex Maria & Ioſeph ſemine non de Spiritu ſancto conceptum. Myſterium Trinitatis non credunt ſ. tres perſonas eſſe in vna ſubſtantia & Deitate. Meſſiam quem expectant, non exiſtimant Deũ fore & eis redditurum libertatem, & terrã promiſſionis, purgatoriũ negãt. In Talmuth dicũt Deũ quotidie flere pro ſeruitute qua diſperſi ſunt per orbem. Vſuras cum eis qui nõ ſunt Iudæi licitas arbitrantur, cum tamen hoc ſit contra legem diuinam & naturalem vt oſtenſum eſt ſupra in 2. parte, eod. tit. 1. ca. §. 6. & ſequenti.

¶ Gens infidelis Saracenorum inducta eſt ad errores ſuos per quendam Machometum nomine, qui legem eorum maledictam quã vocant Alchoranum per eum receperunt circa annos Domini ab incarnatione ſexcẽtos quin decim tenẽte imperium Eraclio, qui crucem Dñi in Perſidem translatam de Hieruſalẽ per Coſdroe gẽtilẽ Regẽ Perſarũ eo deuicto & occiſo in Hieruſalem deduxit, & in loco priſtino cũ magna gloria repoſuit. Hic Eraclius ex deuotiſſimo Principe lapſus eſt in hæreſim Monoſcelitarũ, ſeductus doctrina Patriarchę Cõſtãtinopolitani q illud ſentiebat. Hi Saraceni qui & Idumęi deſcendentes ab Hiſmael filio Abrahæ potius deberẽt dici Agareni, quia ab Agar ancilla Sarę deſcẽderũt, nõ a Sara vnde Saracenos ſe nũcupauerũt. ¶ Ex his ergo Idumęis natus peſſimus iſte & oĩ ſcelere plenus Machometus, primo paup fuit & ignobilis & idolatra colens Venerẽ ꝑ Dea ſicut & Arabes alij illius regionis. Vnde in ipſa ſua beſtiali lege Alchoram dicit Deũ ſibi hęc verba dixiſſe. Orphanus fuiſti & ſuſcepi te. In errore idolatriæ diu mãſiſti & inde eduxi te, pauperas & locupletaui te. Et quia illa patria colebat Venerẽ ſtatuit in lege diẽ Veneris ob veneratiõnẽ Veneris in magna ſolẽnitate haberi. Hic cum eſſet callidus, aſinarius tamẽ & ductor camelorũ cuiuſdã nobilis viduæ quæ præerat cuidã prouinciæ Arabiæ poſt occultã fornicationem cum ea, tandem eã publice duxit vxorẽ.

De tribus ſectis Iudæorũ.

Error Saducæorum.

Error Eſſęorum.

§. 1.

De erroribus Iudęorum in nouo teſtamẽto.

Machometi ortus vnde.

Qui

Qui potēs factus est diues cum attēptaret regnum sibi Arabię subiugare & per violētiam solum non valeret per simulatam sanctitatem hoc procurauit & obtinuit dicens se prophetā a Deo missum ad corrigēdas leges, quæ nimis duræ erāt, s. Moysi & Christi. Vnde habito cōsilio & adiutorio cuiusdam Iudæi peritissimi in lege & cuiusdā clerici qui ex eo q̄ in curia Romana nō valuerat obtinere dignitatem q̄ ambiebat indignatus accessit ad partes illas Arabiæ vt introduceret aliquē errorē & scandalum in ecclesia. Vel vt alij asserunt consilio cuiusdam monachi Sergij nomine qui expulsus fuerat de monasterio suo, quia hæreticus erat infectus hæresi Nestoriana vel Iacobitarū cōdidit legē Alchoranam, quędā de lege Mosaica, quædā de lege euāgelica elicięs, aliquibus veris multa falsa imm scens. ¶ Fatetur. n. in Alchorana lege sua Moysen prophetā magnū dnm, sed Christum maximū prophetarū conceptū nō virili semine, sed virtute Dei natum de Virgine Maria miracula multa fecisse sed nō fuisse passum, immo aliū horem similē sibi. Vnde mortē & sepulturā Christi negant. Circuncisionē more Iudęorū mādat & frequētes lotiones corporis pręcipue cū ad orationes accedunt. Vnū Deū omnipotētē adorant asserentes anteq̄ Deus cœlum & terrā crearet nomē Machometi in conspectu Dei astare, & nisi Machometus futurus esset, nec cœlum nec terra factā fuisse nec Paradisum esse. Vinum lex eis prohibet bibere, & carnes porcinas edere, & ieiunium p̄ mesem mandat seruare, nil per totā diē comedendo & p̄ totā noctē comedēdo bibēdo & luxuriando. Quatuor vxores vt legitimas cuilibet permittit accipere, & eas ad placitum repudiare, & loco repudiatæ aliā sumere. Empticias vero fœminas & captiuas quot volunt accipiant ad carnaliter cognoscēdum. Adulter s̄m eā legē lapidatur. Fur autē nō sus̄ ēditur, sed verberatur grauiter. Sibi tñ Machometus in ea lege asserit Deo p̄missum vt ad aliorū vxores accederet & generaret ex eis prophetas & hores virtutis. Et breuiter tot in ea lege sunt abusiones vsq; ēt ad vitium sodomiticum, tot immunditię & bestialitates vt eis ratio bene dispōsita & a carnali consuetudine non absorpta habeat detestari. Promittit autē obseruantibus eā, nō nisi sensualia paradisum, s. delitiarum in quo nō habebunt calorem vel frigus vel alias p̄nalitates, vestes pulcherrimas. Fluuios lactis & mellis & vini aromatici ad edēdum & bibēdum. Iuuēculas speciosissimas in coniugium & angelos eis seruiētes in vasis aureis & argenteis. Non credentibus vero his & nō obseruantibus legē promittit pœnā infernalē sine fine. Et in fine vitæ credentibus Deo & Machometū esse Dei p̄phetā & Messiam Deo missum dicit peccatorū veniā dari. Cūq; Machometus in morbū caducū incidens ad terrā aliq̄n horribiliter caderet p̄ quod & vxor illa domina & astātes abominatum eum haberēt, p̄ sui excusatione asserebat se tunc ei Gabrielē Archāgelum loqui ad informandum de lege & agēdis, cuius maiestatē & gloriam nō posset sustinere, & ideo sic cadere. Et cum quæreretur ab eo de miraculis aliquibus fīdis sicut factum est a Moyse & Christo, excusabat se non esse missum ad miracula faciendum sed ad corrigendas leges. Et cum diceret se mortuum tertia die resurgēdum & in cœlum ascensurum, vna dierum post nimiam inebriationem ignominiose mortuus est, & a porcis enormiter tractatus. Cū sui p̄ aliquot dies corpus seruantes vt resurgeret, nō valentes sustinere eius fœtorem ipsum occultauerūt. Sicq; lex illa pestifera contra oēm legem diuinā & humanā & philosophiā moralē a diabolo inuenta tradita est peccatis horum exigentibus. Nec mirum si ita dilatata est & a multis populis susceptā, vt dicit B. Tho. in principio libri cōtra gētiles, q̄a tota est s̄m delectationes carnis, ad quas sequendas populi sunt proni. Tum ēt quia & promissiones carnales continet. Tum ēt quia violētia & armis quoad multos introducta est & cōseruata. Nā statuit ille maledictus homo q̄ si qs vellet p̄dicare vel disputare cōtra illā legē subito sine audiētia occideretur, p̄ quod non pōt tute ad eos accedi ad prædicandū contra errorē eorum. Sed cum nec miraculis nec prophetijs, nec saltem mediocri sapientia doctorū sit lex illa formata, quin immo honestati morū & rationi naturali contraria de se patet eius falsitas ac fatuitas.

De fide & lege sectę Machometicæ.

De morte Machometi.

¶ *De erroribus hæreticorum & 80. hæresibus ipsorum.* *Cap.* 7.

IN diluuio aquarū multarū, i falsarū doctrinarum hæreticorū hores nō approximabūt ad Deum. Et in decre. 24. q. 3. habentur collectæ hæreses diuersorū hęreticorū & noia & errores eorum, & sunt originaliter verba. Isi. in 8. li. Etymol. & c. sic incipit. Quidā hæretici q̄ de ecclesia recesserunt ex noie auctorū suorū nuncupātur. Quidā vero ex causis quas eligētes instituerunt Simoniaci a Simone dicti magicæ disciplinæ perito. Cui Petrus in Actibus Apostolorū maledixit, p̄ eo q̄ ab Apīis Spiritussancti gratiā emere voluisset. Hi dicūt creaturam

Hæreticorū nomina.

turā nō a Deo esse, sed a virtute quadā supna creatā. ¶ Menādriani a Menādro mago discipulo Simonis nuncupati, qui mundum non a Deo, sed ab Angelis factū dixerūt. ¶ Basilidiani a Basilide appellati, q̄ iter reliquas blasphemias passum Christū abnegāt. ¶ Nicolaitę dicti a Nicolao diacono ecclesiæ Hierosolymorū, q̄ cū Stephano & cęteris cōstitutus est a Petro q̄ ꝑp pulchritudinē relinquēs vxorē dixit vt qui vellet ea vteretur. Versa est in stuprū talis consuetudo vt inuicē coniugia cōmutarentur, quos Ioā. in Apoc. 2. improbat dicēs. Sed hoc habes q̄a odisti facta Nicolaitarū. ¶ Gnostici, propter excellentiā scientiæ ita se appellari voluerūt aiam nostrā naturā Dei eē dicūt, bonū & malū Deū suis dogmatibus eē fingūt. ¶ Carpocratiani a Carpocrate quodā vocanē, q̄ dixit Christū hoiem fuisse tm̄, & de vtroq; sexu ꝓgenitū. ¶ Cherinciani a Cherinto quodā nuncupati, hi inter cætera circuncisionem obseruant mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros ꝓdicāt. Vnde & Græcè cyliaste, latine miciliastę sūt appellati. ¶ Nazarei dicti, q̄a dū Christū q̄ a vico Nazareus est appellatus filiū Dei cōfitētur, oīa tm̄ veteris legis custodiunt. ¶ Ophitæ a Colubro nominati sunt. Colubre enim græce, Ophi dicit. Colunt enim serpentem dicētes ipsum in paradiso induxisse virtutis cognitionē. ¶ Valentiniani a Valentino quodam Platonico sectatore vocati, qui eonas, i. sæcula quædā in originē Dei creatoris induxit Christū quoq; de virgine nihil corpis assumpsisse, sed p eā quasi ꝑ fistulā trāsisse asseruit. ¶ Apellitæ quorū auctor Apelles princeps fuit qui creatorē Angelum nescio quē gloriosum superioris Dei faciens Deum legis Israel illum igneū affirmās q̄ dixit Christū nō Deū in veritate sed hoiem in phātasia apparuisse. ¶ Archociani a principibus appellantur, q̄a vniuersitatē q̄ Deus condidit opera esse archāgelorū defendūt. ¶ Adamiani vocati q̄ Adæ imitent nuditatē, vnde & nudi orāt, & nudi inter se mares & fęminę cōueniunt. ¶ Cayani proinde sic appellati, q̄m Cayn adorant. ¶ Sethiani nomen acceperunt a filio Adæ qui vocatus est Seth, dicentes eū esse Christū. ¶ Melchisedechiani vocati ꝑ eo q̄ Melchisedech sacerdotem Dei non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrā tur. ¶ Angelici vocati q̄a Angelos colunt. ¶ Apostici hoc sibi nomen ideo acceperunt q̄ nihil possidentes ꝑ priū nequaquam recipiūt eos qui aliquo in hoc mūdo vtuntur. ¶ Cerdoniani a Cerdone quodā nominati, qui duo principia cōtraria asseruit. ¶ Martioniſtæ a Martione stoico philosopho appellati, q̄ Cerdonis dogma secutus, alterū bonū, alterū iustum Deū asseruit tanquā duo principia creationis & bonitatis. ¶ Artaterite ab oblatione vocati, panē enim & caseū offerūt, dicētes a primis hoib. oblationē a fructib. terræ, & a fructib. ouiū fuisse celebratā. ¶ Aquarii appellati, eo q̄ aquā solā offerūt in calice sacri. ¶ Seueriani a Seuero exorti vinū nō bibūt, vetus testm̄ & resurrectionē non recipiūt. ¶ Taciani a Taciano vocati, q̄ & Eucratici dicti, q̄a carnes abominantur. ¶ Alogii vocātur tanq̄ sine verbo, logos enim Grę̄ce Latine verbū dr̄. Deū. n. verbū nō credūt respuētes Io. euāgeliū & Apocalypsim. ¶ Cathaphrigiis nomē ꝓuincię Phrigia dedit q̄a extiterūt auctores eorū. Montanus Prisca & Maximilla. ¶ Cathorii ꝑp mūdiciā ita se notauerūt, gloriātes. n. de suis meritis negāt pœnitētib. veniā pctōrū. Viduas si nupserint tanq̄ adulteras dānāt. Mūdiores se cęteris ꝓdicāt q̄ nomē suū si cognoscere vellēt mūdanos potius se q̄ mundos vocarent. ¶ Pauliani a Paulo Samotano exorti sūt, q̄ dixit nō semp fuisse Christū, sed a Maria sumpsisse initiū. ¶ Hermogeniani ab Hermogene quodā vocati, q̄ materiā nō natu rā introducens Deo nō nato eā cōparauit, matrēq; elemētorū ideā asseruit quos Apostolus improbat elementis seruientes. ¶ Manichæi a quodā Persa, extiterunt, qui vocatus est Manes. Hic duas naturas & duas substas introduxit, i. bonā & malā, & aīas ex Deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit, testm̄ vet⁹ respuūt, nouū ex parte recipiunt. ¶ Antropomorphitæ dicti, ꝑ eo q̄ simplicitate rustica Deū hēre humana mēbra quę in diuinis libris scripta sunt arbitrantur. Anthropos grę̄ce, latine hō interpretatur, ignorantes vocē dn̄i qui ait. Spūs est Deus. Incorporeus est. n. nec enim mēbris distinguit, nec corpis more censetur. ¶ Eraclitæ ab Eraclio auctore exorti, monachos tm̄ recipiūt cōiugia respuūt, regna cęlorū paruulos habere nō credunt. ¶ Nouatiani a Nouato vrbis Romę ꝓsbytero exorti, q̄ aduersus Cornelīū cathedrā pōtificalē conatus inuadere hęresim instituit. Noluit apostatas suscipere, & rebaptizās baptizatos. ¶ Mōtani hęretici dicti q̄ i tpe pſecutionis in montibus latuerunt, qua occasione se a catholicæ ecclesiæ corpore diuiserūt. ¶ Ebionitę ab Ebione dicti siue a paupertate, Christum. n. per prouectum solum virū iustū putant effectū. Vnde competenter Ebionitæ ꝑ paupertate intelligentiæ appellati sunt. Hi enim Iudæi sunt & ita tenent euāgeliū vt legē carnal'r seruent, aduersus quos ad Galat. Apl's scribēs inuehitur. ¶ Fotiniani a Fotiano gallo-

Gallogræciæ Siriniæ eꝑo nuncupati, qui Ebionitarū hęresim susciṫas asserunt Christū a Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse cōceptum. ¶Aeriani ab Erio quodam nuncupati sunt. Hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt. ¶Aeriani ab Aecio sunt vocati. Idemq; Eunomiani ab Eunomio quodā Dyacono Aecij discipulo eius ex cuius nomine magis innotuerunt dissimilē patri asserētes filium & filio spiritumsanctum dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium. ¶ Origeniani ab Origene auctore extorti sunt dicētes ꝙ nō possit filius videre patrem, nec spiritussactus filium, animas quoq; in mundi principio dicunt peccasse pro diuersitate peccatorum e cęlis vsq; ad terram diuersa corpora quasi vincula meruisse eaq; causa mūdum factum esse. ¶Noeciani a quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse & patrem & spiritumsanctū. Ipsamq; trinitatem in officiorū nominibus non in personis accipiunt. Vnde & Patripassiani vocantur qa patrē passum dicunt. ¶Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine innotuerunt. Vnde & Sabelliani vocati. Hi unam personā patris & filii & spiritussancti astruunt. ¶ Arriani ab Arrio Alexandrino presbytero orti sunt, q coeternum patri filiū non agnoscens diuersas in trinitate substantias asseruit. Contra illud quod ait dominus. Ego & pater vnum sumus. ¶Macedoniani a Macedonio eꝑo sūt dicti, negantes deū esse spiritumsanctum. ¶ Apollinaristæ ab Apollinari vocati, dicentes Christum corpus tārumodo sine anima assumpsisse. Antidicomanti appellati sunt, eo ꝙ Mariæ virginitati contradicunt asserentes eam post Christū natū viro suo fuisse cōmixtam. ¶ Metangi nominati, ideo tale nomē accepere, qa angios græce vas dr. Asserunt. n. sic esse in patre filiū tanq̄ vas minus intra maius vas. ¶ Patriciani a quodam Patriciano nuncupati sunt, q substantiam humanæ carnis a diabolo conditā dicunt. ¶ Coliciani a quodam Colicio nominati, qui dicunt deum non facere mala, contra illud quod scriptum est. Ego dominus creās malum. ¶ Floriani a Floriano qui econtrario dicūt Deū creasse mala, cōtra hoc quod scriptū ē. Fecit de⁹ bōa. ¶ Donatisti a Donato quodā Aphro nuncupati sunt, q de Numidia ueniēs totam pene Aphricam sua persuasione decepit asserens minorē patre filium, filio spiritum sanctum rebaptizans catholicos. ¶ Bonosiani a Bonoso quodā eꝑo exorti, quo Christū filiū suum Dei adoptiuū nō ꝓprium asserūt. ¶ Circūcelliones dicti eos ꝙ agrestes sunt quos. Stopicas vocāt supradictæ hæresis habētes doctrinā. Hi amore martyrii semetipsos perimūt vt violenter de hac vita decedētes martyres nominentur. ¶ Prisscillianistæ a Prisscilliano vocati qui in Hispania ex errore Gnosticorū & Manicheorū permixtū dogma cōposuit. ¶ Lucifo riani a Lucifero Firmiæ eꝑo orti, qui eꝑos catholicos, qui instāte pśecutione pfidiæ Arrianorū consentiētes erāt, & postea porrecti redire in cathedrā elegerūt dānantes siue qđ credi derūt siue qđ credidisse dissimulauerūt quos eccl'ia catholica materno recepit sinu tanq̄ Petrū post fletū negationis licet post ea ab eccl'iæ coīone recesserint & cū ipso Lucifero auctore suo q mane oriebat eadē meruerūt. ¶ Iouinianistæ a Iouiniano quodā monacho dicti asserētes nullā nuptarū & virginū esse distantiā, nullūq; inter abstinētes & simpliciter copulatos esse discrimē. ¶ Eluidiani ab Eluidio noiati, q dicūt post Xp̄m natū alios Mariā filios de viro Ioseph peperisse. ¶ Paterniani a Pr̄no quodā exorti, qui inferiores vires corpis a diabolo factas opinant. ¶ Arabici nūcupati eo ꝙ in Arabia exorti sunt, dicētes aīam cū corpe mori, atque in nouissimo vtrūq; resurgere. ¶ Tertuliani stę dicti a Tertuliano p̄sbytero Aphricanæ ꝓuinciæ ciuitatis Carthag. dicētes aīam īmortalē eē, sed corporeā p̄dicātes, & aīas pcōrū hominū post mortē ī dæmones verti putantes. ¶ Tessere decade iō dicti ꝙ 14. luna pascha cū iudeis obseruādo cōtēdūt. Nā tessera quatuor, deca decē signat. Victages a somno nūcupati, eo ꝙ vigilias noctis respuāt supstitionē eē dicētes iura temerari dīna, q̄ noctē ad requiē tribuūt. ¶ Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberū arbitriū diuinę grę añponūt dicētes sufficer volūtatē ad implēda diuina iussa. ¶ Nestoriani a Nestorio Cōstātinop. eꝑo nūcupati, qb. virg. Mar. non Dei, sed hois tm̄mō asseruit matrē vt aliā pśonā carnis aliā faceret diuinitatis, nec vnū Xp̄m in verbo & carne credidit, sed separatim atq; seiunctim alterū filiū Dei, aliū hois p̄dicauit. ¶ Euticiani dicti ab Euticio Constantinop. abbate qui Xp̄m post humanā assumptionē negauit existere de duabus naturis, sed solā in eo diuinā asseruit esse naturam. ¶ Acæphalistæ dicti. i. sine capite. Nullus. n. horū reperit auctor a quo exorti sunt. Hi trium Chalcedoneñ. cōciliorū impugnatores duarū in Xp̄o sbarū ꝓprietatē negāt & vnā in eius pśona p̄dicāt. ¶ Theodosiani & Gaionitę appellati a Theodosio & Gaiono, q tpib⁹ Iustiniani principis in Alexādria, ppī puersi in electione vna die ordinati sūt epi. Hi errores Euticis

& dia-

& Diascorii sectãtes Chalcedonẽn. cõcil. resp̃uũt & ex duabus vnã in Xp̃o naturã asserunt q̃ Theodosi ni corruptã gaionite incorruptã cõtẽnũt. ¶ Gnoitæ & tritognitę a Theodosianis exorti sũt ex quib. Gnoitæ ab ignorãtia dictis, qa pp̃ puersitatẽ ex qua orti sunt id adiiciunt, q̃ Christi diuinitas ignoret, q̃ sunt scripta futura de die & hora nouissima. ¶ Tritognite vero vocati eo q̃ sicut tres p̃sonas i trinitate, ita quoq; tres asserũt deos esse, cõtra illud q̃ scriptũ est. Audi israel dñs deus vnus est.

§.1. ¶ Sunt & aliæ hereses sine auctore & sine nominibus, ex quibus aliquę putant trinum esse deum, aliæ Christi diuinitatẽ passibilem esse dicunt, aliæ Christi de patre natiuitati in tempore initium tpis dant, aliæ liberationem hominum apud inferos factam Christi descẽsionem nõ credunt, aliæ aiam imaginem Dei negãt, alię aias cõuerti in demones & in quęcũq; aialia existimãt, alię de mũdi statu dissentiũt, aliæ innumerabiles mũdos opinant̃, aliæ aquã Deo coeternam faciũt, alię nudis pedibus ambulãt aliæ cũ hoibus non manducant. Hę sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortę, ab ap̃lis & sanctis patrib. vel cõciliis dãnate, quæ dum in se multis erroribus diuisę invicẽ sibi dissentiũt, cõmuni tñ noie aduersus ecclesiam Dei cõspirãt, sed & quicũq; aliter sanctã scripturã intelligit q̃ sensus spiritussancti flagitat a quo scripta est, licet de eccl̃ia nõ recesserit, tñ hęreticus appellari potest. Has oẽs hæreses Archidiaconus in rosario sup. d. c. quidã, reprobat breuiter per canones in diuersis. c. annotatos. Sed & b. Thom. in li. cõtra gentiles plures ex dictis hæresibus efficacissimis rõnibus confutat in diuersis libris, &c. ¶ Dicit autem beat. Augu. Ideo diuina ꝓuidentia multos diuersi erroris hęreticos esse ꝓmittit, vt cum interrogant nos ea quę nescimus si discutiamus pigriciam & diuinas scripturas cupiamus. Propterea Ap̃l. ait. 1. Corin. 11. vt ꝓbati manifesti fiant. Hi aũt a Deo ꝓbati sunt qui bñ possunt docere. Hæc ille. q. e. c. vlt. Itẽ de cõse. di. 2. ego Berẽgarius. Reprobatur ibi error ipsius Berẽgarii qui asserebat in sacramẽto altaris nõ esse realiter & veraciter corpus & sanguinẽ Christi, sed tñ vt in signo, sicut dr̃, petra erat Christus, nõ re, sed significatione & figura. Quẽ errorẽ vt hęresim abiurauit & anathematizauit coram Nicolao Papa in synodo. 118. eporũ Romæ & confessus est tenere quod cõfitet eccl̃ia verũ. s. Christi corpus esse in altari post cõsecrationẽ. scilicet sub illis specieb. panis & vini.

§.2. ¶ In decretalibus reprobantur hi errores seu hæreses. Primo Abbatis Ioachim extra de summa tri. & fi. ca. damnamus. Hic Ioachim fecit libellũ cõtra Petrũ lõbardũ eo q̃ dicit in j. sen. Quædã summa res est pater, filius & spũssanctus, & illa nõ est generãs nec genita, nec procedens, appellãs ex dictis verbis ipsũ Petrũ hæreticũ & insanũ eo q̃ nõ tã trinitatẽ q̃ quaternitatẽ astruebat in Deo, videlicet tres p̃sonas & illã cõem essentiã quasi quartã manifeste ꝓtestans, qđ nulla res est quę sit pater & filius & spiritussanctus, quamuis concedat q̃ pater & filius & spũssc̃us sint vna essentia, vna substantia, vna natura. Vnitatem huius nec veram & propriam, sed quasi collectiuã & situdinariã esse faret; quẽadmodum dicũtur multi homines vnus populus, & multi fideles vna eccl̃ia. & infra. Nos aũt inqt Inno. 3. sacro approbante cõcilio credimus & cõfitemur vna cũ Petro. s. ꝑfato q̃ vna quædã summa res est incõprehensibilis qdẽ & ineffabilis pater & filius & spũssc̃us tres simul p̃sonæ ac singillatim q̃libet earũdẽ, & ió i Deo solũmõ trinitatis est nõ quaternitas, qa q̃libet triũ p̃sonarũ est illa res. s. substãtia essẽtia seu natura diuina, q̃ sola est vniuersorũ principiũ, ꝓter q̃ aliud inueniri nõ pót, & la res nec est generãs nec genita nec ꝓcedens, sed ẽ pater q̃ generat, filius q̃ gignit, spũssc̃us q̃ ꝓcedit vt distinctiones sint in p̃sonis, vnitas innatura Nec est hęc vnitas in diuinis sicut in hũanis, vt dicebat Ioachim, nã cũ Xp̃s ait de fidelibus vt sint vnũ sicut & nos vnum sumus. Prima est vnitas charitatis in gr̃a, hęc est fideliũ. Sc̃da quę est in p̃sonis diuinis est vnitas idẽtitatis in natura quẽadmodum & alibi ipsa veritas ait. Estote vos ꝑfecti sicut & pater vester cælestis ꝑfect⁹ est. i. estote ꝑfecti ꝑfectione gr̃æ sicut pater vester ẽ ꝑfectus ꝑfectione naturæ. Vt hęretica ergo dãnat̃ sñia Ioachim, non tñ ipse hæretic⁹ iudicat, qa oĩa scripta sua sup posuit iudicio eccl̃ię corrigẽda. ¶ Reprobatur etiã doctrina impii Amalrici vt hæretica & insana, extra de sum. tri. & fid. ca. damnamus. Huius errores ibi non ponuntur, sed reperi in aliquo libello fuisse tales, videlicet q̃ ideę in mente diuina creãt & creant. Sc̃ds q̃ dr̃ deus finis oium pro eo q̃ oĩa sunt reuersura ad ipsum in vnũ in diuiduũ immutabile & firmum Tertius q̃ Deus non videtur in se, sed in creaturis sicut lumen nisi in aere. Quartus quod si Adam non peccasset non fuisset distinctio sexus, sed fuisset multiplicatio hominum sicut angelorum. Quintus q̃ constitutus in charitate nullum ꝑcm̃ committit. ¶ Itẽ extra de hęre. describuntur quędam sectæ hęreticorũ & reprobant. Dicit. n. ibi Greg. 9. Excõmunicamus & anathematizamus vniuersos hereticos,

Errores Abbatis ioachim dãnat̃.

De hæresib. fine noie.

Cur deꝰ permittit hæreses esse.

cos, Catharos, Patharenos, pauperes de lugduno, Passaginos, Ioſephitos, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & alios quibuſcunq; noīb. cenſeant, facies quidē hñtes diuerſas, caudas tñ adinuicē colligatas, ꝙa de vanitate ꝓcedūt idipſum.

Error pauperū de lugduno. ¶ Pauperes de lugduno habebant plures errores. Et inter cęteros ꝙ in nullo caſu licet iurare ēt dicendo veritatē. Itē ꝙ non licet ēt iudici occidere maleſactorē. Itē ꝙ nō pōt bonus ſaluari tenendo fidē Romane eccleſiæ. Itē ꝙ malus ſacerdos nō ꝓt cōſecrare. Itē ꝙ eccleſia deſecit tpe Silueſtri. Et plures alii errores. Et in c. ad abolendam, dicit Luciustertius. Vniuerſos qui de ſacro corporis & ſanguinis Chriſti vel de baptiſmo vel peccatorū confeſſionē aut de matrimonio aut aliis eccleſiaſticis ſacris aliter ſentire aut docere nō metuunt, q̄ ſacroſancta Romana eccleſia prędicat & obſeruat uincto ꝓpetui anathematis innodamus. Vbi nota ſm b. Tho. in 4. q. licet Gra. in decre. de pę. di. 1. in fi. Et magiſter ſent. in 4. mouētes qōnem. Vtrū cōfeſſio vocalis peccatorū quæ fit ſacerdoti in ſacro pęnitētiæ ſit neceſſaria ad ſalutē vel ſufficiat ſola contritio ponant opi. & pro & contra inducētes rōnes demū dimittentes inſolutā & in arbitrio legentiſtū poſtq̄ eſt decretū per eccleſiā & mandatū confeſſionē debere fieri ſacerdoti proprio annuatim, extra de pęni. & re. omnis pertinaciter tenere nunc ꝙ non ſit neceſſaria confeſſio vocalis eſſet hæreticum.

§. 3. ¶ In lib. 6. decretaliū extra de ſum. tri. & fi. c. 1. dānatur error dicentiū ſpiritūſanctū ꝓcedere a patre & filio ut a duobus principiis & duab⁹ ſpirationibus. Et dī ibi. Fideli & deuota profeſſione fatemur ꝙ ſpūſanctus æternaliter procedit ex patre & filio, nō tanq̄ ex duobus principiis, ſed ex vno principio, nō duab⁹ ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione. Ad idē dicit magiſter. 1. ſen. diſt. 19. Fatendū eſt patrē & filiū vnū principiū eſſe ad ſpiritūſanctū nō duo principia, & ſicut pr̄ & filius eſt vnū principiū quoad ſpiritūſanctū, ita pr̄ & filius & ſpūſanctus eſt vnū principiū quoad creaturā oēm formādam uel reformandā. ¶ Reprobat hic & error antiquus

Error grecorū reꝓbat. grecorū dicentiū ſpiritūſanctū ꝓcedere a pr̄e, ſed nō a filio, cuius cōtrariū hī in ſymbolo vbi dī qui ex pr̄e filioq; procedit. Et Didimus dicit magnus doc. grecorū de eōſe di. 5. ſaluator. Et multi alii doc. antiqui & ſancti grecorū, & inducit magiſter ſenten. in 1. pręcipue Baſilius magnus ad Euonium hoc errore damnabili & hæreſi detenti ſunt greci annis ſexcentis, & vltra quotidie magis deficientes in ſapiētia, in potentia tpali, & in probitate uitæ. Et poſtq̄ ſeparauerunt ſe ab obedientia & fide Romane eccleſiæ ſtatuentes Papā & Imperatorē nunq̄ aliquis ex eis claruit miraculis, & merito quia Deus q̄ eſt auctor miraculorū, nō vult falſitatē eorū & hæreſim. o pibus ſuis miraculorū approbare, demū anno dñi 1438. in cōcilio gñali celebrato Florētiæ ſub Euge. Pa. 4. in cōſiſtorio publico in conuetu S. Mariæ nouellæ veniētes doc. grecorum de partibus ſuis cū imperatore ſuo & potifice ſuo diſputata materia huius inter grecos & latinos noſtros per fidelē interpretē vtriuſq; linguæ. Arguente magiſtro Io. de mōte nigro ordinis prędi. & rñdente quodā maximo doc. grecorū epo Epheſino, cōuicti ſunt greci ex libris doc ſuorū permaxime Baſilii de errore ſuo, vnde demū reducti ad veritatē fidei confeſsi ſunt nobiſcum ſpiritumſanctū procedere a patre & filio, vt dī in ſymbolo.

¶ In cle. de ſum. tri. & fi. ca. damnantur aliqui errores. §. 4. Primo videlicet dicentium ꝙ anima rōnalis non eſt forma corporis humani per ſe & immediate. Secūdo dicentium ꝙ Chriſtus non erat mortuus, qñ de latere eius perforato exiuit ſanguis & aqua Ioan. 19. ¶ Tertio dicentium ꝙ pueris & adultis in baptiſmo non confertur gratia & virtutes. Item in Clemen. de vſu. ex graui. determinatur ꝙ quę pertinaciter aſſeuerat vſuram non eſſe peccatum & damnabile, hæreticus eſt habendus & vt hæretieus perſequendus. ¶ Item in tit. de hære. ca. ad noſtram reprobantur errores Begardorum qui videntur habuiſſe originem in Alemania. Et ſunt hi. Primus eſt ꝙ homo in hac vita tantum poteſt acquirere perfectionis ꝙ impeccabilis fiant, nec vltra in gratia poteſt proficere. Secundus eſt ꝙ nō oportet eum qui ad talem gradū perfectionis venerit ieiunare, quia tunc ſenſualitas eſt rōni ſubiecta. Tertius eſt ꝙ habens talem gradum perfectionis nō ſubiicitur humanæ auctoritati vel obedientiæ, nec tenet ad aliqua præcepta eccleſię. Quartus ꝙ viator in via pōt eſſe ita beatus ſicut ſanctus in patria. Quintus ꝙ quęlibet intellectualis natura ſeipſa naturaliter eſt beata, nec indiget aliquo lumine gloriæ ipſam eleuante ad uidendū Deū eoq; fruēdum. Sextus eſt ꝙ exercere ſe in actibus virtuoſis eſt hominis imperfecti perfectus aūt licentiat a ſe virtutes. Septimus eſt ꝙ oſculum mulieris eſt mortale. Cum ad hoc nō inclinet natura, ſed actus carnalis non eſt peccatum ad hoc inclinet natura, maxime cum de hoc tentatur. Octauus eſt ꝙ in eleuatione corporis Chriſti perfectus homo non debet aſſurgere vel ei reuerentiam facere, quia imperfectionis eſt ſi a puritate & altitudine contēplationis ſuæ deſcendat ad hoc ꝙ circa myſteriū

Begardorū, & Beguinarū errores reꝓbantur.

ſacramenti Euchariſtię, aut circa paſſionē humanitatis Chriſti aliqua cogitaret. Omnes hi articuli pro hęreſi habentur & damnantur ibi & rationes ibi potes videre in glo.

§.5. ¶In extrauagantibus ēt reprobaī vt hęreſes quidā errores, & primo in extrauagāti Benedicti q̄ incipit. Benedictus Deus in donis ſuis, reprobaī error dicentiū q̄ nullius videt diuinam eſſentiā, vel eſt pfecte beatus ante diē iudicij. Itē q̄ aiæ decedētes in mortali pctō nō immediate ad inferne deſcendūt. Itē q̄ nō oēs hoies in die iudicij ante tribunal Xpi cū ſuis corporibus apparebūt, reddituri de factis proprijs rōnem vt recipiant ſm ea quę geſſerunt pœnam vel præmiū. Hæc ola ibi. Item in extrauaganti Ioā. 22. quæ incipit, dudū ad audientiā reprobantur vt hæreſes errores Petri de Corbaria Iohan. & Michelini ordinis minorū, qui pertinaciter aſſeuerabant, q̄ Petrus Apls non fuit magis caput eccleſiæ q̄ quilibet Apoſtolorū, & q̄ Chriſtus nullū vicariū in eccleſia dereliquit vel caput. Et q̄ Papa nō habet corrigere & punire, inſtituere vel deſtituere Imperatorē contra quæ eſt conſtitutio. de ſen. & re iu. paſto. in cle. Itē dixerunt q̄ oēs ſacerdotes cuiuſcunq; gradus exiſtant ſunt ęqualis auctoritatis ptātis & iuriſditionis, inſtitutione Chriſti. Et q̄ vnus plus habeat alio, hoc eſt ab Imperatore, q ētpōt hoc reuocare. Itē q̄ nec Papa nec tota eccleſia pōt punire quenquam punitione coactiua, niſi hoc habeat ab Imperatore. Quę ſunt contra ea quæ hnr diſt. 96. per to. & 2. q. 6. decreto. & extra de iudi. nouit. & de ſo. cōpe. c. vl. li. 6. Iſte Petrus de Corbaria fuit factus antipapa tpe huius Iohan. 22. ad ordinationē Ludouici Imperatoris ſciſmatici & depoſiti ab Imperio. Et ab eo antipapa coronatus eſt. Sed poſtea captus dictus Petrus antipapa, & ductus ad Iohan. 22. Auinioni cōfeſſus errorē ſuum, in carcere vitā finiuit. ¶Item in quadam alia extrauaganti quæ incipit, q̄a quorundam reprobatur hęreſis quorundam dictorū de paupere vita, dicentiū duas eſſe eccleſias, vna carnalis quæ viuit in delitiis, cui prędeſt myſticus antichriſtus Papa. Alia vero eccleſia ſpiritualis quæ ſeruatur in eis. Secūdo q̄ Papa Romanus non pt aliquid facere vel immutare ſuper regula b. Franciſci, nec q̄ eſt per alios prædeceſſores determinatū pertinens ad clauē ſcientię. Tertio q̄ nullus prælatus habet ptātem ſuper ſubditos. Quarto q̄ nullus Apoſtolorū habuit cognitionē de Chriſto ante aſcenſionē. Quinto q̄ ſacerdos exiſtens in mortali non conficit Euchariſtiā. Sexto q̄ nullus conſeruauit euangeliū poſt Chriſtū & matrem eius & Apoſtolos, niſi b. Franciſcus. Et qui ſecundū regulam eius viuunt & plura alia fatua. ¶Item in extrauaganti Ioan. 22. qui fuit circa annum dñi. M cccxxx. quæ incipit, ita quorundam. Et alia quæ incipit, q̄a inter nōnullos, determinaī pro hæreſi habenda opinio eorū qui dñt fraticelli ſeu fratres de opinione dicentium Chriſtum nil habuiſſe cum Apoſtolis proprium, nec in particulari, nec in cōi ēt rerum mobiliū, ſed ſolum nudum uſum facti eorum quibus vtebaturſibi conceſſis per eleemoſynam vel aliū modum, cum tñ Ioann. 4. dicatur q̄ diſcipuli eius fuerant in ciuitatem ad emendum cibos. Et Ioan. 13. q̄ Iudas habebat loculos quæ tñ ipſe exponunt extorte. Hæc peſtis multum viguit in Marchia Anchonitona & lōgo tpe nec Florentia fuit ab ea libera. Adhuc pollulat talis hæreſis, etſi multū debilitata ſit. Multi pertinaces in dicta opinione fuerunt combuſti. Anno dñi. M cccc xlix. Fabriani & Florentiæ & vnus anno ſequenti. Nec oſtenderunt aliud miraculum vllo tpe, niſi incinerationem corporum exigne. Falſitas autem huius erroris oſtenditur in ſe. ti. ca. de conſilio paupertatis.

De errore fraticellorū.

¶Fuerunt ēt tres ſectæ hęreticorū, ſ. Albanenſium, Bagnolenſium, & Concordentium, qui in multis erroribus eorū peſſimis conueniunt licet in paucis diſcordent. Hi dñt q̄ ſunt duo principia, vnum penitus bonum, aliud penitus malum, & q̄ Deus bonus non creauit iſta viſibilia. Item q̄ Deus non creat nec infundit nouas aīas. Item q̄ Chriſtus non habuit noſtras veras pęnalitates, & q̄ non eſt Deus, & q̄ non aſſumpſit carnē de virgine, ſed duxit carnē de cœlo, q̄ non fuit verus homo, q̄ non vere comedit, nec fuit paſſus in cruce, nec mortuus, nec in cœlum aſcendit, nec reſurrexit uere. Itē q̄ non eſt reſurrectio corporum. Item q̄ & vetus teſtm nō eſt a bono Deo, & q̄ Moyſes fuit malus, q̄ Adam non fuit a Deo. Item q̄ ante Chriſti aduentum non fuerunt aliqui boni. Item q̄ baptiſmus nullius eſt efficacię. Item q̄ obeſt ſubdito & ſacramento vita mala prælatorū. Item q̄ nullus malus pōt eſſe Epiſcopus. Item q̄ eccleſia non poteſt aliquid poſſidere niſi in cōi, & q̄ nō poteſt excommunicare, nec debet perſequi malos, nec poteſt facere conſtitutiones. Item q̄ ſacrāmētum altaris & extremæ vnctionis nihil eſt. Et q̄ peccatū originale nihil eſt. Et q̄ peccatum non eſt a libero arbitrio, & q̄ non poteſt quis pęnitere poſt peccatum. Item q̄ infernus vel purgatoriū nihil eſt. Item q̄ bonus Deus viuificat & non occidit Sed malus Deus vilificat & occidit corpora. Item q̄ mundus ſemper fuit & ſemper erit.

Dānantur, & hę tres ſectæ.

Item

§. 1. ¶ Quãtũ ad secũdũ. s. de certitudine vel celsitudinẽ iudicii quæ habet per donũ cõsilii. Sciendũ qa propriũ est creatura rationali vt p inquisitionem rationis moueatur ad aliquid agendum. Quæ quidem inquisitio rationis cõsiliũ dicitur. Sed quia ratio humana non potest comprehendere singularia & contingẽtia quę possunt occurrere, & etiam deficere ne ad finẽ intentum perducat ea de quibus consiliatur. Ideo certitudinem cõsilii attingere nõ est humanum sed diuinum, cuius est per certitudinem cõtingentium euentus præuidere. Et iõ oportet qđ ad hanc certitudinem habendam, mẽs humana instinctu spiritussancti eleuetur supra humanum modum, ad quam certitudinem non potest ratione dictaminis eleuari. Et ideo indiget homo in inquisitione consilii dirigi & eleuari a Deo qui omnia comprehẽdit. Et hoc fit per donũ consilii. Quod sic diffinitur scđm be. Tho. in 3. dist. 34. ar. 2. Donum consilii est quo homo accipit hoc quod agendum est, quasi per certitudinẽ a spiritusancto eductus supra humanum modum. Vel alter donum consilii est quo homo dirigitur in agendis & cauendis, nõ per inquisitionẽ rõnis, sed quasi consilio accepto a spiritusancto. Nã scire pro certo omnia agibilia & cauere omnia impedientia a cõsecutione vitæ ęternæ, nõ est ex dictamina rõnis, sed ex virtute spiritussancti quo filii Dei aguntur Rom. 8. Vel aliter cõsilium quod est donum est quo spiritussanctus dirigit nos in omnibus quæ ordinantur in finem vitæ ęternæ siue sint de necessitate salutis siue non. Hęc b. Tho. se. se. q. 52. ar. 3. Quod aũt mẽs humana per donum consilii instruatur, dirigatur, & perficiatur in agendis ostenditur tripliciter. Primo ex interpretatione. Secundo ex similitudine. Tertio ex rõne. ¶ Ex interpretatione patet. Nam consilium dicitur quasi consilium eo qđ multi considerent ad conferendum simul, quos oportet cõsiderare plures conditiones seu circunstantias, quas dum vnus in considerando deficit, alius melius ꝑcipit, vt dicit b. Tho. 1. 2. q. 14. ar. 2. Sic a simili, quia humana rõ non potest habere aliquam certitudinem de euẽtibus contingentium ad præuidendum de eis per donum consilii spiritussancti rationem humanã instruit de agendis supra humanum modum. Vñ Vrbanus papa. Cum spiritussanctus infunditur, cor fidele per prudentiam & constantiam dilatatur de conse. dis. 4. Omnes. Ad prudentiam aũt pertinet consilium. ¶ Secundo hoc probatur similitudine, videmus enim i rebus humanis q̃ illi qui non sufficiunt sibi ipsis in inquisitione consilii, a sapientibus cõsilia exquirunt scđm documentum illud Tob. 4. Consilium semper a sapiente inquire & dist. 22. de quibus dicitur. Facilius inuenitur quod a pluribus senioribus quæritur. Sic ad propositum, quia ratio humana non potest comprehendere singularia & cõtingentia quæ possunt occurrere, ideo magis indiget homo inquisitione cõsilii, quasi consilio accepto a Deo, qui oia comprehendit

Donum consilii necessariũ quare.

Donum consilij quid sit.

Consiliũ vñ dr.

dit fm b. Tho. 2.2.q.52.art.2. ¶ Tertio hoc declarat ex rõne. Nam ratio humana perficitur per hoc q̃ mouetur a superiori principio motiuo, sicut corpus quod mouetur a spũ. Manifestum est aũt q̃ rectitudo rõnis humanæ comparatur ad rõnem diuinam, sicut principium motiuum inferius ad superius. Ratio n. ęterna est supręma regula oĩs humanæ rectitudinis, & ideo regula humana maxime perficitur & adiuuatur, fm q̃ mouetur & regulatur a spũ sancto per donũ consilij circa ea quę sunt agenda pp finẽ b. Tho. 2.2.q.52.arti.2. & phũs dicit in li. de bona fortuna, q̃ his qui mouentur per instinctũ diuinum non expedit consiliari, fm rõnem humanam, sed sequantur instinctum diuinum quia mouentur a meliori principio. Ad qđ optime facit, qđ hr̃ 19.q.2. Duæ sunt inquit leges, publica. s. humana scripta, & priuata. s. spirituſſancti, & qui hac secũda ducuntur, non subiiciuntur personæ. ibi. vide bene.

§.2. ¶ Quantũ ad tertiũ. s. aptitudinẽ consilii nota q̃ quinta beatitudo quæ est Beati misericordes, adaptatur huic dono sicut dirigẽti. Quãuis. n. per consiliũ in oĩbus virtutũ actibus dirigamur, spirituaľr tñ in operibus misericordiæ. Nam eũ consiliũ sit de his quę sunt ad finẽ vtilia, sequitur de his quæ sunt maxime vtilia ad finẽ, maxime consilium erit utile & necessariũ. Sed misericordia maxime est vtilis ad finẽ fm illud 1. ad Ti. 4. Pietas ad oĩa utilis est quæ exhibeẽ per septẽ opa misericordie corporalis, & multomagis per opera misericordiæ spiritualis, vt docere, prædicare, regere, & hmõi b. Tho. 2.2.q.52.art.4. Idem oñdit Aug. in serm. dñi in monte dicens. Consilium conuenit misericordibus, quia unicum remedium est de tantis malis exui & liberari dimittere aliis & dare. Ad idem glo. super illud. Beati misericordes. Misericordia ait eget spũ consilii, sine quo nemo circunscripte miseretur, Initium. n. sui misereri, finis est pro alio mori. Dan. 4. Placeat tibi rex consilium meũ, peccata tua eleemosynis redime de pœ. dist. 1. Quamobrem. Quando autem eleemosyna cadat sub præcepto & quando sub consilio, habes plene declaratum in 2. parte tit. 1. c. 24. de inhumanitate.

Donocõ filii ada ptat q̃ ta beatitudo quare.

¶ *De consilijs euangelicis, & primo de consilio obedientiæ.* Cap. 2.

QVia optimum hoĩs est vt mente Deo adhæreat & rebus diuinis. Impossibile est aũt q̃ hõ intense circa diuersa occupet, ad hoc q̃ liberius mens hoĩs feratur in Deum, inquit, b. Tho. in 3. cõtra gentiles, dãtur in diuina lege cõsilia, q̃bus hoĩes ab occupationibus vitæ præsentis retrahant, q̃tũ possibile est vitã agenti terrenã. Non est aũt hoc ita homini necessariũ ad iustitiã, vt sine eo iustitia esse non possit in ipso. Non. n. uirtus & iustitia tollit si hõ fm ordinem rõnis corporalibus & terrenis rebus vtatur. Et ideo huius diuinæ legis admonitiones dñr consilia non præcepta inquantũ suadetur homini vt pp meliora minus bona prætermittat. Occupatur. n. humana sollicitudo secundum cõem modũ humanę vitę erga tria. ¶ Primo quidem circa propriam personam quid agat aut vbi conuersetur. ¶ Secundo circa personas sibi coniunctas prę cipue uxorem & filios. ¶ Tertio circa res exteriores procurãdas, quibus homo indiget ad sustentationem uitæ. ¶ Ad amputãndum igitur sollicitudinem circa res exteriores datur in lege diuina cõsilium paupertatis, vt. s. res huius mũdi abiiciat quibus amicus eius per sollicitudinem aliquam implicari posset. Hinc est q̃ dñs dic. Matt. 19. Si vis perfectus esse uade & vende oĩa quæ habes & da pauperibus & sequere me. Ad amputandã aũt sollicitudinẽ vxoris & filiorũ, datur homini consiliũ de virginitate vel castitate seruanda. Hinc est q̃ dr̃ 1. Cor. 7. De virginibus aũt prę ceptũ dñi nõ habeo, consiliũ aũt do. Et huius cõsilii rõnem assignans subdit. Qui sine vxore est sollicitus est q̃ sunt dñi quo placeat Deo. Qui aũt cũ vxore est sollicitus est q̃ sunt mundi quo placeat vxori & diuisus est. Ad amputandã aũt sollicitudinẽ hoĩs circa seipsum, datur consiliũ obedientiæ, per q̃ homo dispositionem suorũ actuum superiori committit, pp quod dr̃ Hebr. vlti. Obedite præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris. Quod summa hominis perfectio in hoc consistat, q̃ mens hominis Deo vacet. Ad hanc autem mẽtis vacationem prædicta tria maxime videntur disponere, conuenienter ad perfectionis statũ ipsa pertinere videntur, non quia ipse sunt perfectiones, sed quia sunt dispositiones quædam ad perfectionem, quæ in hoc consistit, q̃ mens hominis Deo vacet. Et hoc expresse ostendunt verba dñi paupertatẽ suadentis. Si vis perfectus esse, &c. subdẽs. Sequere me, quasi in sua sequela perfectionis constituens vitam. Possunt etiam prædicta tria dici perfectionis signa & effectus. Cum enim mẽs amore & desiderio alicuius rei vehemẽter afficitur, consequens est vt alia postponat. Ex hoc ergo q̃ mens hoĩs feruentur amore & desiderio in diuina fertur, in quo perfectionem

Sollicitudo hominis circa tria.

Hoĩs perfectio in quo consistit, & per q̃ disponitur ad hanc.

constare

constare manifestū est, sequitur q̄ oīa quæ p̄nt ipsam retardare quo minus feratur in Deum adiiciat non solum charam vxorem, & prolis affectum, ac rerū exteriorum, sed ēt suiipsius. Et hoc significant verba scripturæ. Dicitur.n. Cantic.8. Si dederit homo oēm substantiā pro dilectione quasi nihil despicit eam. & Mat.13. c. Simile est regnū cœlorum homini negociatori quærēti bonas Margaritas, inuenta aūt.&c. & Phil.3. Quæ mihi aliquando fuerunt lucra, arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Adde qa signum maximæ & perfectæ amicitię vnius ad alterū est, cum se & sua amico dat. Sic cum per paupertatem offerat quis bona exteriora Deo, per castitatē corpus quia maximas delectationes eius. s. venereas sibi aufert & voluntatem propriā quo nil maius dat prælato cuius voluntati se subiicit loco Dei, & ideo per ista significatur perfecta amicitia eius ad Deū. Quia igitur prędicta tria, dispositiones effectus, & signa sunt ad perfectionē conuenienter, qui prædicta deuouēt Deo dn̄r esse in statu perfectionis, perfectio aūt ad q̄ prædicta disponunt, in vacatione mentis ad Deum consistit. Vnde prædictorum professores religiosi dn̄r, quasi se & sua per modum sacrificij Deo dedicantes. Religio.n. in cultu diuino cōsistit, vt in oblationibus & sacrificiis & hmōi. Hæc b. Thom. in 3. contra gentiles c. 125. Et 14. q. 1. dr̄. Vbi consilium datur offerentis est arbitriū, vbi vero præceptum necessitas seruientis.

§. 1. ¶ De obedientiæ voto & aliis votis. Sciendum q̄ stultū visum est aliquibus obligare se uoto ad obediendū alicui, aut quodcunq; seruandū inducentibus hāc rōnem. Vnumquodq; bonū quanto liberius agitur tanto virtuosius esse vr̄.

Arguit contra. Quanto.n. ex maiori necessitate quis ad aliquid obseruandum astringitur, tanto minus libere id agere vt dr̄. Videtur igitur derogari laudabilitati virtuosorum actuum per hoc q̄

Solutio argumēti. ex necessitate obedientiæ vel voti fit. ¶ Sed hæc reprobat b. Tho. 3. contra gentiles c. 123. tripliciter. Primo dicit q̄ qui hoc dicunt vñr ignorare diuersitatem necessitatum. Est.n. triplex necessitas. Quædam ex coactione, quædam ex interiori inclinatione, quædā ex fine.

Quòd triplex ē necessitas. ¶ Et prima quidem necessitas laudem virtuosorum actuum diminuit, qa contrariatur uoluntario. Coactum est enim quod est volūtati contrarium. Secūda necessitas quę. s. est ex interiori inclinatione procedens, laudem virtuosi actus nō minuit, sed auget, facit.n. voluntatem magis intēdere in actū virtutis. Patet.n. quòd habitus virtutis quāto fuerit perfectior tantò vehementius voluntatem tendere facit in actum virtutis bonum, & minus ab eo deficere, q̄ si ad finē perfectionis peruenerit, quandam necessitatem infert ad intense agendum & minus deficiendū, sicut est in beatis qui peccare non possunt nec tñ p̄p hoc aut libertati voluntatis aliquid deperit aut actus bonitati. ¶ Tertia necessitas est ex fine, sicut dr̄ alicui esse necessariam nauem vt transeat mare. Patet aūt q̄ hmōi necessitas libertatē voluntatis non minuit nec actuum bonitatem, quin potius quoad aliquid auget quasi necessarium ad finē ex hoc ipso laudabile est, & tanto laudabilius quanto finis fuerit melior. Necessitas aūt obseruando quæ quis nouit aut obediendi ei cui se supposuit, non est necessitas coactionis, nec ēt ex interiori inclinatione proueniens, sed ex ordine ad finem. Est.n. necessarium vouenti hoc vel illud agere si debet votum impleri, aut obedientia seruari. Cum igitur hi fines laudabiles sint, vtpote quibus homo Deo se subiicit, necessitas prædicat nihil diminuit de laude uirtutis. ¶ Secundo q̄ talis obligatio q̄ quis sibi sumit non diminuit de laude uirtutis, probāt sic. Considerandum est.n. q̄ dum implentur aliqua quæ quis vouit vel quæ sibi præcipiant ab eo cui se quis subdidit p̄p Deum, maiori laude & remuneratione sunt digna. Sicut.n. contingit vnum actum esse duorum vitiorum dum actus vnius vitii ad finē alterius uitii ordinatur, vt cū quis furatur vt fornicetur. Actus quidem s̄m speciem est auaritiæ, s̄m intentionem est luxuriæ. Sic eodem modo contingit in actibus virtutum. Actus.n. vnius virtutis ad actum alterius virtutis potest ordinari. Sicut cum quis dat sua vt cum eo habeat amicitiam charitatis. Actus quidem talis ex specie sua est actus liberalitatis. Ex fine est actus charitatis. Huius autem actus maiorem laudem habet virtutis ex charitate q̄ ex liberalitate. Vnde etsi remittatur ex eo q̄ liberalitatis est, ex eo q̄ ad charitatem ordinatur maiori laude & mercede dignus est, q̄ si liberalius ageretur non in ordine ad charitatem. Ponamus ergo aliquem aliquod opus virtutis agētem, puta ieiunantem, vel se a venereis continentē. Aequidem si hoc agat ab sq; voto, erit actus abstinentiæ vel castitatis. Si ex voto, refertur vlterius ad aliam virtutem, cuius est Deo uouere aliquid, scilicet ad religionem quæ potiot est castitate vel abstinentia, vtpote faciens nos recte habere ad Deum. Erit ergo actus abstinentiæ vel continentiæ laudabilior in eo qui ex uoto facit, etsi non ita delectatur in abstinentia ex eo quòd delectatur in potiori virtute quæ est religio. Tertio sic, uoluntas

prę-

præcedens actum manet virtute in tota executione actus, & ipsum laudibilem reddit, etiam quando de prepositio voluntatis propter quē actum incipit, in executione operis non cogitabat. Non enim oportet vt qui propter Deū aliquod iter arripit, in qualibet parte itineris actu cogitet de Deo. Patet autem q̄ ille qui vouet se aliquid facturum intensius illud vult q̄ si simpliciter illud facere disposuit, quia nō solū illud facere voluit, sed voluit se firmare vt nō deficeret ab eo faciendo. Ex hac voluntatis intentione redditur executio voti cum intentione quadam laudabilis etiam quando volū tas vel non ex actu fertur in opus vel fertur remisse. Sic ergo laudabilius fit quod ex voto fit, q̄ quod fit sine voto, cęteris tamen paribus.

§. 2. ¶ Continētia seu castitas ponitur inter cōsilia quantū videlicet ad virginitati seruandā vel viduitatē. Cum. n. sit triplex gradus castitatis. virginalis, vidualis, & coniugalis. Ad continē tiam quidem coniugalem tenetur quilibet ex præcepto, non quidem qđ aliquis teneatur ad corrahendum coniugiū, sed si contraxerit, oportet qđ abstineat ab omni actu venereo extra suā vxorē. Iuxta illud. Exo. 20. Non mechaberis, & Tob. 4. Attende tibi omni fornicatione & præter vxorem tuam non patiaris crimen scire. Quod si extra coniugium sit positus vir vel mulier, de necessitate tenetur abstinere ab omni actu carnali extra coniugium, sicut clericus & religiosus. Sed in hoc est differētia quia laicus vir vel mulier q̄ se voto nō astrinxit ad castitatem vidualem vel virginalē, potest contrahere matrimonium si vult. Sed ordinatus in sacris vel religiosus non potest, qa ex voto facto tacito, vel expresso se obligauit ad castitatem vidualem si virginitatē iā amisit licite vel illicite, vel etiam ad virginalem si virginitatem seruauit. Et ad horum alterum, tenetur de necessitate salutis. Erat siquidē primo ante votum castitatis virginalis vel vidualis in cōsilio quod datur de meliori bono, melior enim status est vidualis castitas, q̄ coniugalis, & melior virginalis vtroq; tamen facto voto consilium transit in præceptū, vnde glo. super illud. Vouere & reddite domino deo vestro dicit. Vouere est voluntatis & i cōsilii libertate reddere necessitatis. ¶ Circa hanc igitur castitatem extitit multiplex errori. Primus eorum qui dixerunt malum esse & illicitū seruare castitatē virginalem vel uidualem. ¶ Secundus est eorum qui dixerunt actum venereū soluti cum soluta licitum vt naturalē actū. ¶ Tertius est eorum qui dixerunt actum coniugalē de se illicitū, nec in tali statu posse saluari. ¶ Quartus est eorū qui dixerunt statum coniugalē nō solū licitū, sed ęqualis meritu eē cū statu virginali vel viduali. ¶ Qui sequuntur primū errorē, tribus rationibus hoc pbāt. Primo sic. Diuinius est bonū spēi q̄ bonū indiuidui. Viri aūt & mulieris cōiunctio ordinatur ad bonū spēi. Sumptio cibi & potus ad bonū indiuidui. ſ. conseruandum ipsum, Sed peccaret qui omnino abstineret a cibo & potu, ergo multo magis abstinens ab actu generationis. Secūdo sic. Ex diuina ordinatione dantur homini mēbra ad generationē apta, & ēt vis cōcupiscibilis ad hoc incitans & alia hmōi ad hoc ordinata, vī ergo cōtra diuinā ordinationē agere q̄ omnino ab actu generationis, abstinet. Tertio sic. Non est possibile quin concupiscentię venereorū oriant cum naturales sint resistere autem concupiscentiis & quasi continuā pugnā habere, maiorē inquietudinē animo tribuit q̄ si aliquis vtatur moderate cōcupiscentiis, cū igit inquietudo animi maxime perfectioni virtutis repugnet, videtur perfectioni virtutis aduersari, q̄ aliquis perpetuam cōtinentiam seruet. Ad quæ ēt facit quod dominus ait Geñ. j. Crescite & mltiplicamini &c. Sed dicit. b. Tho. in 3. contra gentiles. c. 131. q̄ uon est difficile dicta argumenta soluere. Considerandū est igit pro eorū declaratione q̄ alia ratio est habenda in his quę ad necessitatē vni uscuiusq; hoīs pertinent, alia in his quæ pertinent ad multitudinis necessitatē. In his enī q̄ ptinēt ad necessitatē vniuscuiusq; oportet, q̄ vnicuiq; prouideatur singulariter, hmōi autē sunt cibi & potus & alia, quę ad sustentationem indiuidui pertinent, vnde necessarium ē q̄ quilibet cibo & puta vtatur. In his autē quæ sunt necessaria multitudini, nō oportet q̄ cuilibet de multitudine illud attribuat. Neq; ēt est possibile. Patet igitur multa eē necessaria multitudini hominum, vt cibi, potus, prępara tio indumenta, domus & alia huiusmodi, quę impossibile est q̄ per vnum procurentur. Et iō oportet diuersorum diuersa esse officia. Sicut etiam in corpore diuersa membra ad diuersos actus ordinantur. Quia igitur generatio non est de necessitate indiuidui, sed de necessitate totius speciei nō est necessarium q̄ omnes homines actibus generationis vacent. Sed quidam ab his abstinentes actibus aliis officiis, mancipentur, puta militiæ & contemplationi. Ex quo patet solutio ad secūdum, Ex diuina enim prouidentia dantur homini quæ sunt necessaria toti speciei, nec tamē oportet q̄ quilibet homo quolibet eorū vtatur. Data est enim homini industria ædificandi, virtus ad pugnā dum,

Triplex grad⁹ castitatis.

De mlti plici errore circa castitatem.

Supr. ti. 4. ca. 7. §. 1.

dum, intellectus ad scientias acquirendum, nec tamē oportet q̄ omnes sint domificatores milites, doctores, & huiusmodi. Similiter quāuis sit homini data virtus generatiua cū aliis quæ ordinant ad actū eius nō tamen oportet q̄ quilibet actui generationis intendat, ab his enim quæ sunt necessaria multitudini, quāuis quantum ad singulos melius sit q̄ qs abstine at melioribus exercitiis deditus, nō tamen bonum esset q̄ omnes abstinerent, sicut etiam patet in ordine vniuersi, quāuis melior sit substantia spiritualis, non tñ esset melius vniuersum in quo essent solum substātię spirituales sed imperfectius, sicut etiā oculus est pfectius membrum pede, non tamen esset perfectum animal si oculum haberet non pedē, sic & multitudo humani generi pfectior existit, qđ aliqui in ea vacent generationi aliquæ contēplationi. Ad tertiū rn. q̄ sollicitudo & occupatio inquietudinis quam habent illi qui coniugio vtuntur de vxoribus filiis & necessariis vitę ac quirendis est continua. Inquietatio autē quā homo patitur ex pugna concupiscentiarū est ad aliquam horam, quæ etiam minoratur per hoc q̄ aliquis ei non consentit. Nam quanto magis quis delectabilius vtitur, tanto magis, crescit in eo delectabilis appetitus. Debilitantur etiam in eo concupiscentiæ per abstinētias & alia exercitia corporalia quæ cōueniunt his qui propositū continentiæ habent. Vsus etiam corporalium delectationum magis abducit mentem a sua altitudine & impedit a contemplatione spiritualium q̄ inquietudo quæ prouenit ex resistendo concupiscentiis horum delectabilium, quia per vsum delectabiliū & maxime venereorū mens maxime carnalibus inheret cum delectatio quiescere faciat appetitū in re delectabili. Et ideo his qui ad contemplationem diuinorum & cuiuscunq; veritatis intendunt, maxime nociuum est venereis deditos esse, & maxime vtile ab eis abstinere, nihil autem prohibet quāuis vniuersaliter dicatur vni homini melius esse continentiam seruare q̄ matrimonio vti, quin alicui id melius sit. Vnde & dominus facta de continentia mētione, cum scilicet dixit. Alii seipsos castrauerunt propter regnum celorum, ideſt propositū continentiæ sumpserunt. Subdidit. Non omnes capiūt verbum istud, sed qui potest capere capiat. Quod autem dictum est de præcepto domini Gen. j. Crescite & multiplicamini, habuit obligationē & vim arctandi illo tēpore p̄pter paucitatem hominum in principio mundi, vel post diluuiū vt multiplicaretur genus humanum. Siue propter multiplicationem fidelis populi, quando oportebat ipsum per carnalem generationē multiplicari, vt fuit in veteri testamento. Et ideo cōsilium de perpetua continentia seruanda reseruatum fuit temporibus noui testamenti, quando spiritualis populus p̄ spūalē generationem multiplicatur.

¶ Secundus error fuit eorū qui dixerunt simplicē fornicationē non esse peccatū, sed naturalē. Ad qđ potest induci talis rō. Quicquid ē de iure naturali est licitum, quia hoc est a Deo institutum. Sed coniunctio maris & feminę est de iure naturali, fm Isido. vt patet di. j. Ius naturale. Talis autem coniūctio reperitur in simplici fornicatione, ergo &c. Sed respondetur quod dupliciter dicitur ius naturale. Vno modo quod est secundum instinctum sensualem, qui est communis nobis & brutis. Et isto mō non est verum q̄ sit licitū quicquid est de iure naturali. Nā in homine oportet q̄ talis instinctus reguletur rōne in executiōe eius, ad hoc vt opus inde sequens sit licitū, quia sic deus instituit. Fornicaria āt cōiūctio etsi sit fm instinctum sensualē, non tamen regulatur sm rōnē & ideo non licita. Alio modo dicitur ius naturale illud quod ratio naturalis dictat. Et sic nō quecunq; coniunctio maris & feminę est de iure naturali, sed illa quæ fit fm legē matrimonii. ¶ Quod autem fornicatio simplex sit illicita, & omnis coitus præter vxorem, & omnis emissio seminis procurata ex qua proles seq̄ non potest. Patet Deute. 23. Non erit meretrix de filiab. israel neq; scortator de filiis israel, & Leuitici. 18. Cum masculo non commisceberis coitu fæmineo & cū omni pecore non coibis. Et ponitur pæna mortis in lege contra huiusmodi. Et. j. Cor. 6. Neq; molles neq; masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Et dicuntur molles qui in seipsis non cū aliis seminis effusionem procurant. Quod ista peccata sint mortalia patet ex hoc. Nullus. n. excluditur a regno cęlorum nisi propter mortale. Sed per quodlibet horum excludit quis a regno, vt notatur in auctoritate inducta, ibi neq; molles &c. De simplici fornicatiōe dicit Apostolus ad Ephe. 5. Omnis fornicator aut immundus &c. non habet hereditatem in regno Christi & dei. & .22. q. j. Prędicandum, dicitur q̄ pro fornicatione sicut pro periurio & homicidio est imponenda septēnis pœnitentia qđ non fiebat nisi pro mortalibus, & sic patet error eorū q̄ dicunt in emissione seminis quacunq, non esse maius peccatum q̄ in emissione aliarum superfluitatū vt vrinę fecū & huiusmodi. Nam alię superfluitates non sunt necessariæ ad aliquid, vnde ad bonum hominis

§. 3. Vtrum simplex fornicatio sit peccatū.

Supr. & latius 2. pt. ti. 5. ca. 7.

pertinet

pertinet ſolum quod emittantur. Non aũt hoc ſolum quæritur in ſemine ſed emittatur a generationis vtilitarem adq̃ ordinat. Nam etſi ſemen ſit ſuperfluum quoad indiuidui conſeruationem eſt tamen neceſſarium quoad propagationem & conſeruationem ſpeciei humanę. Probat etiam ſatis diffuſe b. Tho. lib. 3. contra gentiles c. 118. quomodo coniunctio maris & fœminæ, extra matrimonium ſit contra legem naturalem.

§. 4. ¶Tertius error fuit eorum qui dixerunt actũ coniugalem eſſe illicitum, nec poſſe hoiem in ſtatu coniugij ſaluari. Sed cum matrimonium ſit a Deo inſtitutum in paradiſo dicẽte Adam a Deo edocto. Relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori ſuæ &c. Gen. 2. Renouatum poſt diluuium dicente domino Noe & filijs eius. Creſcite & multiplicamini & replete terram. Et confirmatum ab ipſo incarnato cum ait Matth. 19. Relinquet homo patrẽ &c. ſubdens. Quos Deus coniunxit, ſ. uinculo matrimonij homo non ſeparet. Dignificatum etiam fuit ab eo cum nuptiis factis in Chana Galileę interfuit cum matre eius & diſcipulis, & miraculo primo conuertẽdo aquã in vinum eas nobilitauit, vr hr Ioan. 2. Eccleſia quoque determinando declarat ſtatum coniugij de ſe licitum & ſaluandum. Dicitur enim extra de ſum. trinita. & fi. ea. c. 1. Non ſolum virgines & viduæ, ſed & coniugati cum fide & bonis operibus ad regnum cœlorum perueniunt & 30. diſtin. c. hæc ſcripſimus dr. Nuptiarum vinculum quod ſm caſtitatem durat honoramus & 24. q. 3. quidam. Inter hæreticus connumeran tur qui aſſerunt viduas ſi nupſerint peccare. Sed & habere ſimul plures vxores contra legẽ diuinam eſt pernicioſum, quod obſeruant ſaraceni ex lege ſua peſſima Alchorani, in hoc tamen fuit in ueteri teſtamento, cum patribus a Deo diſpenſato, vt dicitur extra de diuor. gaudemus. Nunquam autem legitur diſpenſatum cum mulieribus ut haberent ſimul plures viros, hæretici etiam nuncupantur Nicolaitæ, aſſerentes vxores debere eſſe communes ſicut & res temporales, vt patet 24. q. 3. quidam, quem errorem prius poſuerat Plato ſm b. Tho. in 3. contra gentiles. c. 120.

Supra ti. 9. c. 7. §. 5.

§. 5. ¶Quartus error fuit dicentium q̃ ſtatus matrimonij erat meriti & uirtutis æqualis cũ ſtatu perpetue continentium. Hæc fuit hæreſis Iouiniani quam multipliciter improbat bea. Hierony. in lib. contra Iouinianum. Et erroris falſitas patet ex eo q̃ ſaluator parabolice loquens de ſemine iactato in terram bonam aliud fecit fructum triceſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum Matth. 13. quod communiter exponitur de triplici ſtatu bonorum fidelium qui ſignificantur per terram bonam ſatam ſemine uirtutum, ſcilicet coniugatorum, viduarum, & virginum. Sicut ergo numerus ſexageſimus excedit in duplo triceſimum, & numerus centenarius utrunque, ita ſtatus vidualis coniugalem, & multo magis virginalis excedit in perfectionem. Et 1. Corinthio. 7. Qui virginem ſuam matrimonio iungit bene facit. Et qui non iungit melius facit. Patet etiam hoc per rationem. Nam per continentiam homo redditur habilior ad mentis eleuationem in ſpiritualia & diuina, quodammodo ponitur in quadam ſimilitudine Angelorum ſupra ſtatum hominis. Vnde Hieronymus ait Angelis eſt ſemper cognata eſt virginitas, & virginem eſſe angelicum eſt non humanum. Non obſtat huic ſententiæ q̃ aliqui perfectiſſimę virtutis viri matrimonio vſi ſint, vt Abraham, Iſahac, & Iacob. Quia quanto virtus eſt fortior, tanto minus poteſt per quæcunq; a ſua altitudine deijci. Nec tñ quia ipſi matrimonio vſi ſunt, minus contemplationem ueritatis & diuinorum amauerunt. Sed ſecundum quòd conditio temporis requirebat matrimonio utebantur ad multiplicationem populi fidelis. Nec tamen perfectio alicuius perſonæ fidelis eſt ſufficiens argumentum ad perfectionem ſtatus, cum aliquis perfectiori mẽte poſſit vti minori bono quam alius maiori. Non ergo per hoc quod Abraham uel Moyſes perfectior fuit multis qui ſeruant continentiam propter hoc ſequitur quòd ſtatus matrimonij ſit perfectior ſtatu continentium vel etiam ęqualis. Et ad hoc facit quod ait beatus Hieronymus contra Iouinianum. Quis ignoret ſub alta Dei diſpenſatione omnes retro ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti cuius nunc ſunt Chriſtiani. Quomodo Abraham tunc Deo placuit in coniugio, ita nunc virgines in perpetua continentia. Seruiuit ille legi & tempori ſuo. Seruiamus & nos legi & tempori noſtro, in quos fines ſæculorum deuenerunt de pœnitentia diſtinctione ſecunda. Si enim inquit.

¶De conſilio paupertatis Cap. 3.

CIrca paupertatem, quæ etiam inter conſilia dñi ponitur, erratum eſt a quibuſdam, nam aliqui ita commendauerunt vt aſſererẽt, nulli etiam laico licitum eſſe habere aliquid proprium, ſed damnabile fore. Qui hæretici declarantur vocati apoſtolici, vt habetur 24. q. 3. qui-

q.3.quidã. Vnde & B.Hiero. dicit laicis licitũ esse possidere tpalia, sed nõ nisi ad vsum.i.ita q̃ non abutantur eis 12.q.1.duo. Quinimmo ẽt & clericis secularibus licet habere proprũ vt ponitur 12.q.1.per totum. Nec obstat quod dñs ait Luc.13. Nisi quis renunciauerit oibus quæ possidet, nõ pót esse meus discipulus. Nã discipulatus Christi põt intelligi dupl̃r. Vno modo large prout.s.importat obseruantiã mãdatorũ Xp̃i, sicut fuit Nicodemus, Ioseph, & hmõi, & his oportet oibus renũciare tpalibus mente, ita.s.q̃ nil Deo & mandatorũ eius obseruationi præponant. Sc̃o modo proprie & strictæ prout importat statũ perfectionis & obseruantiã consiliorũ, qualem statum tenuerunt Apostoli cũ Christo cõuersantes, & istos oportet oibus renunciare affectu & effectu vt nil habeant proprũ in particulari, sicut est status religiosorum, vt 12.q.1.non dicatis, & in aliis.c. Et de his proprie loquebatur Xp̃s. Quidam.n. ita commendant paupertatem vt dicant in ea consistere perfectionẽ creaturæ rationalis. Sed B. Tho. 2.2. reprobat ostendens post Ioan. cas. in Col. prima Moysi, non in ea consistere perfectionem sed esse instrũm & inductiuum ad pfectum. Et Apost. ad Col.3.ait. Super oĩa charitatem habete, quod est vinculũ perfectionis, non dixit paupertatem, sed charitatẽ esse vinculum perfectionis, Christus ẽt post̃q̃ dixit si vis pfectus esse vende oĩa quæ habes & da pauperibus subdidit. Et sequere me, vt innueret nõ in paupertate tñ, sed magis in sequela Xp̃i quæ est maxime per charitatẽ consistere perfectionem. ¶Alij vero econtra ita detestati sunt paupertatem, vt oẽm gradũ paupertatis & expropriationis tpalium reprobarent & illicitũ dicerent. Sed & hos reprobat b. Tho.in 3.cõtra gentiles c.126.& 128.dicit.n. Quid sentiendũ sit de paupertate ex diuitijs consideremus. Exteriores quidem diuitiæ necessariæ sunt ad bonum virtutis, cum per eas sustentemus corpus & aliis subueniamus. Oportet autẽ q̃ ea quæ sunt ad finẽ, ex fine bonitatem accipiant. Necesse ergo est vt exteriores diuitię sint aliquod bonum hoĩs, non tñ principale, sed quasi secũdarium. Nam finis principaliter bonum est. Alia vero ſm q̃ ordinãtur in finẽ, pp hoc quibusdam visum est vt virtutes sint maxima bona hoĩs. Diuitiæ autẽ quædam minima bona. Oportet aũt q̃ ea quæ sunt ad finem modum accipiant ſm exigentiam finis, intantũ ergo diuitiæ sunt bonæ inquantũ proficiunt ad vsum virtutis. Si vero istæ modus excedat vt per eas impediat vsus virtutis non iã inter bona cõputanda sunt sed inter mala. Vnde quibusdã accidit bonũ esse habere diuitias.s.qui eis vtuntur ad virtutes. Quibusdam malum est eas habere, quia per eas a virtute retrahuntur vel nimia sollicitudine, vel nimia affectione ad eas vel mentis elatione ex eis contingente. Sed cũ sint virtutes actiuę vitæ & contẽplatiuæ aliter & aliter, vtręq; diuitiis indigent. Nam virtutes contẽplatiuæ indigent eis ad solam sustentationem naturæ, virtutes actiuæ indigent eis, & ad hoc & ad subueniendum aliis cum quibus conueniendũ est. Vnde & contẽplatiua vita ẽt in hoc perfectior est q̃ paucioribus indiget. Ad quam quidem vitam pertinere vr̃ q̃ totaliter homo diuinis rebus vacet. Quã quidem perfectionem sectantibus minimum de exterioribus diuitiis sufficit, scilicet quantum est necessarium ad sustentationem naturæ. Vnde Apost. 1.Timoth.6.ait. Habentes alimenta & quibus tegamur, his cõtenti sumus. Paupertas igitur laudabilis est inquantum homo liberat ab illis vitiis quibus per diuitias aliqui implicantur. Inquantum aũt sollicitudinem tollit quæ ex diuitiis consurgit, est vtilis quibusdam, qui scilicet sunt ita dispositi vt circa meliora occupentur, quibusdam vero nociua qui ab hac sollicitudine liberati in peiores occupationes cadunt. Vnde b. Grego. in 6. moral. ait. Sæpe qui occupati vnde humanis vsibus viuerent, gladio suæ quietis extincti sunt. Inquantum vero paupertas bonũ quod ex diuitiis prouenit, s. sustentationem propriã & subuentionem aliorum impedit malum est simpliciter. Malum enim est inquantum subuentio qua in temporalibus proximis subuenitur per maius bonum potest recompensari, scilicet per hoc q̃ homo diuitiis carens liberius potest diuinis & spiritualibus vacare. Bonum autem sustentationis propriæ adeo necessarium est, q̃ nullo alio recõpensari potest. Nullius.n. boni obtentu debet homo sustentationem vitæ sibi subtrahere. Paupertas igit̃ talis laudabilis est cum homo a sollicitudinibus terrenis liberatus, liberius diuinis & spiritualibus vacat ita tñ q̃ cum ea remaneat facultas homini per licitum modum sustentandi seipsum, ad quod non multa requiruntur. Et quanto modus viuendi in paupertate minorem sollicitudinem exigit, tanto paupertas est laudabilior, non autem quanto paupertas fuerit maior. Non enim paupertas in se bona est, sed inquantum liberat ab illis, quibus impeditur homo quo minus spiritualibus bonis intendat. Vnde ſm modum quo homo liberat ab impedimentis prædictis est mensura bonitatis eius. Et hoc est commune omnibus exterioribus

Duplex discipulatus Xp̃i.

Diuitiæ exteriores ad q̃d ordinatur.

Vtręq; vitæ, s. actiuæ, & contẽplatiuæ indiget diuitiis.

rioribus bonis quæ intantū sunt bona inquantum proficiunt ad virtutē, non autē ſm seipsa.

§. 1. ¶ Est aūt quadruplex modus sectandi voluntariam paupertatē, ſm B. Tho. vbi supra. c. 130.

Quadruplex modus sectandi paupertatem. ¶ Et primus modus est, vt de p̄cio possessionū vēditarū, aliqui in vno collegio seu cōgregatione existētes cōmuniter viuant. Et iste sufficiens est, sed non ad longum tps. Et ideo Apostoli hunc modum viuendi fidelibus in Hierusalem constituerunt, qa p̄uidebāt p Spiritum sanctū q̄ non diu in Hierusalē cōmorari haberent, tum propter persecutiones & iniurias illatas a Iudæis, tū ꝓpter instātem destructionem ciuitatis & gentis, vnde non fuit necessarium nisi ad modicum tempus prouideri. Et propter hoc transeuntes ad gentes in quibus firmāda & perduranda erat ecclesia, hunc modum viuendi nō leguntur instituisse. Et si dicatur q̄ per hunc modum viuendi pōt cōmitti fraus & furtum per dispensatores, vnde nō videtur cōueniens modus. Respōdetur q̄ hoc est cōmune in omni modo viuēdi quibus aliqui ad inuicē cōuiuunt. In hoc aūt tanto minus quanto difficilius contingere vī, q̄ perfectionem vitæ sectantes fraudem committant. Adhibetur etiam contra hoc remediū p prouidam dispensationē fidelium. Vnde ab Apostolis electi sunt Stephanus & alij q ad hoc officium idonei reputabantur. ¶ Est secundus modus viuendi in paupertate voluntaria, vt scilicet habētes possessiones in cōmuni de eis viuāt, & singulis prouideatur ꝓut cuiq; opus fuerit, sicut obseruat in plurimis monasterijs & quasi in omnibus monachorū. Et hic est et conueniens modus & laudabilis. Nec per hoc aliquid deperit perfectioni ad quam tendunt paupertatem voluntariam assumentes. Potest enim fieri per vnius fere vel paucorum sollicitudinem vt possessiones debito modo procurentur, & sic alij absq; aliqua temporaliū sollicitudine remanentes libere possunt spiritualibus vacare quod est fructus voluntariæ paupertatis, nec etiam illis aliquid deperit de perfectione vitę qui hanc sollicitudinem pro alijs assumunt. Quod enim amittere vidētur in defectu quietis recuperant in obsequio charitatis, in quo etiam perfectio vitæ consistit. Nec etiam per hunc modum viuēdi cōcordia tollitur occasione possessionum cōmunium. Tales enim debēt voluntariam paupertatem assumere, qui temporalia contemnant. Et tales pro temporalibus cōmunibus discordare non possunt præsertim cum ex temporalibus nihil præter necessaria vitæ habeāt expectare. Et cū dispensatores oporteat esse fideles, nec propter hoc q̄ aliqui hoc modo viuendi abutātur, hic modus viuēdi potest improbari, cum & bonis male vtātur mali, vt patet in eucharistia & malis bene vtantur boni. ¶ Tertius modus viuendi voluntariam paupertatem sectantibus est, vt de laboribus manuum suarum viuant. Quem quidem viuendi modū Paulus Apostolus sequebatur, & alijs obseruandū suo exēplo & institutione dimisit. Dicitur enim 2. ad Thessalonicē 3. Non gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes ne quē vestrū grauaremus. Et infra. Cum essemus apud vos hoc ipsum denunciabamus vobis quoniam si quis non vult operari non manducet. Iste igitur modus est etiam cōueniens & bonus. Nec est hoc vanū vt quidā obijciūt, scilicet terrena dimittere, vt iterum acquirātur per labores manuum, qa diuitiarū possessio, & sollicitudinē requirebat in procurādo vel saltem custodiēdo, & affectum hominis ad se trahit, quod nō accidit dum obsequijs per laborem manuum quotidianum victum acquirere studet. Sed & ad acquirendum per laborem manuum victū quantū sufficit ad naturę sustentationem, modicum tps sufficit & modica sollicitudo necessaria est. Sed ad diuitias congregandas vel superfluum victum quærendum per laborē manuum, sicut seculares artifices faciunt, oportet multum temporis ponere & multam sollicitudinē adhibere. Nec est contra quod dominus ait. Nolite solliciti esse. Matthæi 6. Non enim prohibuit laborē manuum, sed anxiam sollicitudinem mentis pro necessarijs vitæ laborādo & alia faciendo quod in se est, quasi cū his etiam dubitet homo ne habeat vnde viuat. Si enim ex diuina prouidentia sustentātur aues, quæ nō possunt laborare in illis laboribus quibus homines sibi necessaria acquirūtur, & sūt aues ipse inferioris conditionis, multo magis prouidebit hominibus. ¶ Nec enim potest iste modus reprobari ex eo q̄ alicui hoc non sufficiat, vt quia infirmus & debilis est, nō valens laborare quantum sufficit ad victū sibi necessarium. Non enim propter defectū qui in paucioribus accidit, aliqua ordinatio repudianda est. Hoc enim & in naturalibus, & in voluntarijs ordinationibus accidit. Nec est aliqs modus viuendi, per quem ita prouideatur homini quin possit aliquando deficere. Nam & diuitibus etiam possunt aliquando diuitię furto & rapina auferri. Remanet tamen remedium aliquod circa dictum modum viuendi vt scilicet cui proprius labor nō sufficit ad victū proprium, subueniatur per aliū eiusdem societa-

tis qui plus possit laborare q̃ sibi sit necessariũ vel p alios qui diuitias possident ſm legẽ charitatis, & amicitiæ naturalis, ſqua vnus subuenit alteri. Sed nec obstat si dicatur q̃ oportebit tales multum temporis ponere in laborando, & p cõsequẽs parũ vacare poterunt spũalibus. Nam ad victum necessarium pauca sufficiũt, & paucis tales sint contenti. Vnde nõ multum impediuntur ab operibus spũalibus cum non habeant exponere multum tp̃s in operando manibus, cũ ẽt operando pñt cogitare de Deo, & Deũ laudare & alia hmõi facere. Possunt ẽt ab aliis beneficiis subleuari. Et licet operatio manuum valeat ad occium vitandum & carnẽ edomandam, non tñ pp hoc assumitur voluntaria paupertas, qa & aliis modis põt edomari caro & occium vitari. ¶ Est & quartus modus paupertatis, ſ. vt paupertatem voluntariam ſectantes, oĩa ſua dimittentes viuant de his quæ dantur eis ab aliis eleemoſynaliter, nõ habẽtibus tales poſſeſſiones vel redditus in cõi vnde valeant ſibi prouideri. Et hunc modũ viuendi vr̃ dñs cũ ſuis diſcipulis obſeruaſſe. Dicitur. n. Luc. 8. q̃ mulieres quędam ſequebantur eum miniſtrantes ei de facultatibus ſuis. Et iſte eſt optimus. Nec enim eſt incõueniẽs vt quidam obiiciunt, vt qui ſua dimiſit pp aliquod quod in vtilitatem aliorũ cedit, de his quæ ab aliis dantur ſuſtẽtetur. Niſi. n. hoc eſſet ſocietas humana permanere non poſſet. Si. n. quilibet circa ſua propria ſollicitudinem tñ gereret non eſſet qui vtilitati cõi deſeruiret. Optimum eſt igitur hominũ ſocietati, q̃ illi qui prætermiſſa propriorũ cura, vtilitati cõi deſeruiunt ab his quorum vtilitati deſeruiunt ſuſtentẽtur. Propter hoc. n. & milites de ſtipẽdiis aliorum viuunt, & rectoribus reipublicæ de cõi prouidetur. Qui autẽ voluntariã paupertatẽ aſſumunt vt Chriſtum ſequãtur ad hæc vtiq; oĩa dimittunt, vt cõi vtilitati deſeruiant. Sapientia & eruditione exemplo populum illuſtrantes, et orationibus et interceſſionibus ſuſtentandos. Ex quo etiam patet q̃ non turpiter viuunt de his quæ ab aliis dant ex quo ipſi maiora repẽdunt ad ſuſtentationem tẽporalia accipientes & in ſpiritualibus aliis proficientes, dum etiã exemplis ſuis alios prouocant ad virtutes, fit vt hi quibus proficiunt minus diligant tẽporalia exemplo eorum, & ſic magis prouocãtur ad dandum eis. Nec etiam per hoc libertatem admonẽdi & reprehẽdẽdi populus tales amittunt, quia & pauca ſunt quæ recipiunt & cum contẽpſerint terrena, non ita afficiunt vt omittant ꝓpter eleemoſynas receptas ſalutem proximorum. Nec etiã eſt inconueniens q̃ neceſſitates ſuas exponant petendo pro ſe vel pro aliis. Nam & Apoſtoli leguntur hoc feciſſe pro pauperibus qui erant in Hieruſalem. Nec etiã iſta mendicitas reddit ipſos homines contemptibiles ſi hoc ipſum moderate fiat ad neceſſitatem, non aũt ad ſuperfluitatem & ſine importunitate conſiderata cõditione perſonarum a quibus petitur & loci & tẽporis, quod neceſſe eſt obſeruari ab his qui perfectionem vitæ ſectantur. Ex quo ſequitur q̃ talis mẽdicitas nõ habet aliquam ſpeciem turpitudinis quã haberet ſi cum importunitate & indiſcrete fieret ad voluptatem vel ſuperfluitatem. Et quãuis mendicare fiat cum quadam abiectione, cum neceſſarium eſt ad ſectandam perfectionẽ vitæ pauperis mendicare ferre talem abiectionem humilitatis eſt. Aſſumere etiam abiecta virtutis eſt, etſi noſtrum officium hoc non requirat, vt alios noſtro exemplo prouocemus q̃ bus incumbit vt illud facilius ferant, & quandoque abiectis vtimur propter virtutem, ſicut medicina quadam, puta cum animus alicuius ad immoderatam excellentiam ſit pronus vtiliter debita moderatione ſeruata, abiectis vtitur ſponte vel ab aliis ſibi impoſitis ad electionem animi comprimendam.

¶ *De errore fraticellorũ circa paupertatem Chriſti & Apoſtolorum. Cap. 4.*

QVia circa materiam de paupertate Chriſti & Apoſtolorũ tpe Io. 22. anno, ſ. dñi 1324. apud quoſdam orta eſt noua opin. falſa fraticellorum, quam ipſe Ioannes Papa quia contraria ſcripturæ euangelicæ reprobauit & determinauit hæreticam fore, & illam pertinaciter tenentes vt hæreticos perſequendos. Quidam ex illis obſtinato animo ſuam opinionem retinentes ad hanc temeritatem & maximam præſumptionem deuenerunt, vt & ipſum Papam Ioannem hæreticum dixerint, ꝓpter talem determinationem quam dixerunt falſam & hæreticã, vnde ſeparãtes ſe ab vnitate eccleſiæ ſynagogã ſathanæ ſibi fecerunt, nõ eccleſiam profitẽtes, dum caput draconis, ſeu Antichriſtum antipapam Petrũ de Coruatia aſſerentes, non ſolum Ioannem vigeſimumſecundum, ſed & omnes ſuos ſucceſſores vſq; in ꝑſens & futurum hęreticos eẽ, eo q̃ nõ reprobauerint determinationem ipſius Ioan. quam hæreticã aſſerunt & confirmauerunt, omneſq; ſequentes illam determinationẽ hæreticos tenẽt, cardinales, epiſcopos, cęteroſq; populos. Et quia nõdum ex toto extincta eſt hæreſis dicta fraticellorum, ſed adhuc in aliquib. partibus

Supra titu. 11. c. 7.

bus Italię viget. Nam etsi eorum primus antipapa: meritis suis dignam receperit vltionem Pisis, quia captus dictus Auinionem ad prę sentiam Papæ Ioannis, post abiuratam hæresim suam incarceratus ibi decessit. Tñ non desistũt homines reprobi illius hæresis sectatores facere Papam & episcopos de suis: qui incedunt in habitu transformato: conuenticula secrete facientes. Et ideo diffusius de ea re ageꝫ secundum declarationem cuiusdam doctissimi magistri ordinis prædicatorum in quodam suo tractatu exponentis extrauagantẽ ipsius Ioannis vigesimisecundi in qua condemnat illos vt hæreticos. Hæc sic incipit.

§.1. ¶ Ad perpetuam rei memoriam. Quia quorũdam mentes sic pater mendacii dr excecasse ꝙ nostris constitutionibus quarum vna incipit. Ad conditorem canonum. Altera vero. Cum inter nonnullos, non absq; multa temeritate nisi sint detrahere & nituntur &c. Casus igit seu snia huius constitutionis est. Dñs Ioannes antequã istam tertiam cõstitutionem fecisset, quia quodam duas alias prius promulgauerat de consilio cardinalium & aliorũ prę latorum & magistrorum. Et in prima quæ incipit, ad conditorem, declarauit ꝙ reseruatio facta per Nicolaum 4. Papam de bonis mobilibus & immobilibus fratrum minorum præsentibus & futuris quantum ad proprietatem & dominiũ sibi & Romanæ ecclesiæ simplici vsu facti dũtaxat fratribus reseruato, prædictis fratribus & multis aliis nõ profuit, sed obfuit prout magistra ipsa rerum experientia declarauit, quod probat valde clare. ¶ Secũdo declarauit in eadem, ꝙ in rebus vsu consumptibilibus non potest vsus a proprietate rei dominio separari, & ideo in talibus nõ possunt dici simplices vsurarii dicti fratres. Nec tale dominium videtur dictus dominus Nicolaus Papa Romanæ ecclesiæ reseruasse, & hoc probat euidẽter. ¶ Tertio declarauit ꝙ vsus alicuius rei denudatus iure vtendi, in creatura rationali nõ est iustus nec per consequens conuenit perfectionis statui, nec perfectioni adiicit, sed repugnat, quare concludit ꝙ talem vsum denudatum a iure dictus Nicolaus Papa dictis fratribus non reseruauit, quod ẽt per rationes inconuincibiles liquide manifestat. ¶ Quarto declarauit quòd tam dicti domini Nicolai constitutio q̃ etiam quoddam priuilegium dictis fratribus a dño Martino quarto prædecessore suo concessum quantum ad procuratores nomine Rom. eccle. eis concessos qui causa dictæ Romanæ ecclesiæ eos agitabant plurimum honori Roma. eccle. detraxerint cum sic plerunq; contingat dicta Ro. eccl. occasione talium corã pedaneis iudicibus litigare, intm ꝙ prælatis & ecclesiarum rectoribus fuerit molestũ & graue. ¶ Graue. n. tale quid põt & debet existere ꝙ se Ro. eccl. in iudicio opponerent, quæ ipsorum est magistra, & caput. ¶ Quinto pronunciat ꝙ in bonis quæ offeruntur vel conferuntur, uel alias quomodolibet obuenire poterunt fratribus vel ordini prædictis exceptis ecclesiis, vel oratoriis, officinis, habitationibus, ac visis libris, & vestimentis, diuinis officiis dedicatis, vel dedicãdis, nullum ius seu dñium aliquod occasione dictę cõsti. dñi Nico. vel cuiuscunq; alterius Papæ sanctæ Ro. eccle. acquiratur. Sed quoad hoc habeant dictę constit. pro nõ factis. ¶ Sexto pronunciat & diffinit, ne deinceps pro recipiendis, petendis, exigendis, defendendis, seu administrandis bonis quæ in posterũ dictis fratribus vel ordini conferri offerri, vel alias quomodolibet obuenire contigerit quisquam a quoquam nominetur seu cõstituatur amodo noie sanctæ Ro eccl. procurator. ¶ Nec occasione cuiuslibet priuilegij apostolici, quicunq; talium bonorũ administrationẽ in iudicio uel extra agendo defendendo, supplicãdo, vel alias quomodolibet assumere dictæ ecclesiæ nomine audeat nisi de sedis apostolicæ licentia speciali, decernit irritum & inane si secus a quoquam contigerit attentari.

¶ In secunda vero constitutione q̃ incipit. Cũ §.2. inter nõnullos, declarat primo ꝙ assertio pertinax ꝙ Christus & Apostoli nihil habuerunt in proprio, nec in cõi, cũ scripturę sacræ cõtradicant expresse, deinceps erronea & hæretica est censenda. ¶ Secundo ꝙ ẽt assertio pertinax, & redẽptori nostro, eiusq; ap'lis in his q̃ ipsos habuisse sacra scriptura testatur nequaquã ius eis utendi cõpetierit, nec ipsa uẽdendi seu donandi, ius ipsi habuerint seu ex illis alia acquirendi cũ talis assertio vsum & gesta eorũ concludat in prę missis nõ iusta deinceps erronea & hæretica est censenda. ¶ Contra istas igitur duas constitutiones aliqui oblatrantes dixerũt dñm nostrum non potuisse ea quæ dicta sunt declarasse. Et ad sui mendacii colorationem adducebant talem rationem. Illud quod per clauem scię in fide & moribus diffinierunt semel Romani pontifices adeo immobile perseuerat, ꝙ illud successoribus suis reuocari non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet secus sit in his quæ per clauem potẽtię sunt super eos ordinata. Sed vt dicunt Rom. ponti. & multa concilia generalia determinauerunt & diffinierunt per clauem scientiæ. Primo ꝙ regula fratrũ minorum est regula euangelica

Christi & Apostolorũ imitatrix q̃ nihil in hoc mũdo hũt ꝓpriũ vel cõmune. Sed in rebus q̃bus vtuntur habent simplicem vsum facti. Secũdo q̃ Christi & Apostolorũ paupertas cõsistit in expropriatione cuiuslibet tẽporalis dominij ciuilis & mundani, & q̃ eorum sustentatio fuit in solo & nudo vsu facti, ergo q̃buscunque successoribus non licuit oppositum declarare. Sed oppositum in dictis duabus constitutionibus est declaratum, vt visum est. Ergo hoc non licuit facere domino Ioan.

§.3. ¶Sed has rationes istorũ euacuãdas ipse Ioannes edidit & promulgauit tertiam cõstitutionem q̃ incipit. Quia quorundam, cuius principium positum est supra, in qua Ioannes valde subtiliter & artificiose, & efficaciter respondet insistendo circa maiorem & minorem. Circa maiorem quidem primo ostendendo q̃ scientia vel nõ est clauis spũalis, vel si est ad ipsam nõ pertinet aliquid diffinire, sed solum ad clauem ptãtis. Circa minorem vero ostendendo primo q̃ est falsum, q̃ Romani põtifi. diffinierunt, q̃ fratres in rebus quibus vtũtur habeãt simplicem vsum facti, & probat per eos q̃ habeant vsum iuris ostendendo q̃ d. dominus Nico. in quo se fundauit principaliter, nũquã dicit sustẽtationem Christi & Apostolorũ extitisse in solo & nudo & simplici vsu facti, immo q̃ oppositum sensit probat. Tertio ostendendo q̃ habere aliqua in cõi, non derogat altissimæ paupertati. Quarto ostendendo q̃ in rebus vsu consumptibilibus non potest vsus a dñio vel proprietate rei separari. Quinto probando q̃ vsus denudatus omni iure non est vsus iustus, quare perfectis non competit talis vsus, nec eis talem vsum cõditor canonis reseruauit. Sexto ex eorum dicto eos confutando ostendit q̃ si licuit dicto dño Nico. contra declarationes suorum prædecessorum aliqua declarare in materia supraposita q̃ eadem rõne sibi licuit contra determinata per Nico. p̃dictum, vel si sibi non licet nec alteri licuit. Septimo ostendit q̃ per ea q̃ in dicta constitutione dñi Nico continentur, q̃ ad Romanos ponti. & p̃ consequens ad ipsum dñm Ioannẽ pertinet si quid dubietatis circa suã determinationem emergeret declarare. Octauo ostẽdendo q̃o licet Romanis ponti. ordines confirmare & confirmatos cassare, quare cum non habeãt maius priuilegium fratres minores q̃ alij vt videtur, licet contra eorum regulam facere talia & oppositа declarare. Nono ostẽdendo falsum esse q̃ per multa cõcilia generalia fuerint talia declarata, cum concilia gñalia illi pontifices non celebrauerint vel si celebrata sint, nullam fecerint de talibus mentionẽ. Decimo ostendit q̃ nec ad fidem nec ad mores pertinet Christũ & Apostolos in his q̃ vsi sunt non habuisse nisi nudum vsum facti & simplicẽ, immo magis oppositum pertinet cum nec in scriptura sacra nec in symbolis habeat q̃ fratres minores non habent in rebus nisi simplicem vsum facti, nec q̃ liceat Roma. pontifi. dñium quodq; reseruatũ sibi in rebus q̃ fratribus obueniunt abijcere. Nec q̃ ꝓcuratores per summos pontifices constitutos successori nõ liceat reuocare. Quare concludit necessario q̃ ratio illorũ est nulla, & q̃ ipse talia superius ꝓmissa potuit declarare, & ipsa ẽt ordinare. Vltimo concludendo diffinit primo, q̃ tales qui nisi sunt publice defensare, & ẽt approbare hæresim damnatam in ista constitutione. Cum inter nonnullos, asserẽdo q̃ Christus, & Apostoli in his quæ habuerũt, habuerũt tm̃ vsum facti simplicem iure denudatum q̃ oẽs tales & singuli qui verbo & scripto per se vel per aliũ seu alios talia publice præsumpserũt, illiq; qui eos instruxerunt in talibus & vt præmissa facerent docuerunt in damnatam hæresim inciderunt & vt hæretici sunt vitandi. Secundo diffinit q̃ si aliquis deinceps damnatas per constitutionem prædictã. Cũ inter nonnullos hæreses, vel ipsarum altẽram sciẽter verbo vel scripto defendere vel approbare præsumpserit, vt hæreticus ab omnibus euiterur. Tertio inhibet ne quis cõtra ordinata diffinita seu facta in dicta cõstitutione q̃ incipit. Ad cõditorẽ, verbo vel scripto scienter approbet aliq̃d vel defendat, & si quis contrarium præsumpserit, tanquam contumax & rebellis Romanæ ecclesiæ habeatur. Iste est casus & sententia totius huius decretalis extrauagantis. Quia quorundã.

¶Ad pleniorem autem declarationem ipsius magister præfatus format octo dubia & ea declarat & soluit contraria. Horum primum est in quibus pertinet ad Papam canones condere. Ad quod breuissime respondetur, ex eo q̃ ista materia plene dilucidatur tertia parte, in titu. de summis pontificibus. Sciẽdum primo q̃ papa nõ potest condere canones contra determinata in sacra scriptura, vt patet 25. q. 1. sunt quidam, & beatus Augustinus dicit 4. de trinitate. Contra rationem nemo sobrius. Contra scripturam nemo christianus. Contra ecclesiam nemo pacificus. Ratio huius est, quia inferior non potest mutare decreta sui superioris vel determinare contra ea. Sed sacra scriptura est a Spiritusancto digesta, vt patet 2. Pet. 1. Vbi ait non voluntate humana est allata prophetia, sed Spiritusancto, &c.

§.4.

Papa q̃ potest & quæ nõ.

Quod

Quod si arguat, qa scriptura sancta vī habere auctoritatē ab ecclesia cum b. Aug. di. Ego non crederem Euangelio nisi ecclesię auctoritas ad hoc me cōmoueret, rñdetur q̄ ecclesiam dare auctoritatē sacræ scripturæ pōt intelligi duobus modis. Vno modo qa scriptura habeat ab ecclesia auctoritatē inspiratiue. Et sic non est verū q̄ habeat auctoritatē ab ecclesia eo q̄ nō est ab ecclesia inspirata & dictata, sed a Deo immediate. Alio mō declaratiue, qa. s. ecclesia declarat fidelibus hanc esse sacrā scripturam a Deo reuelatā, & sic dat sibi auctoritatem diffiniendi libros pertinētes ad sacrā scripturam. s. euangelica Matthęi, Marci, Lucę, & Ioānis, nō euangelia Nicodemi, vel Nazareorū, vel Bartholomæi, & hmōi, & sic intelligit dictū Aug. qa. s. ignotū sibi esset vtrū Euangeliū Matthęi, vel aliorū quæ tenemus pertineret ad sacram scripturā vel non, nisi ecclesia instincti spūssancti illud declarasset. ¶ Scdo notandum q̄ Papa non pōt cōdere canones cōtra decreta quatuor primorū conciliorū, vt patet dis. 15. Canones, & c. sicut. Sed si arguat contra, qa concilio non dat auctoritatē Papæ, sed Papa concilio, ut patet dist. 17. per totū, & extra de electi. Significasti. Ergo illa cōcilia habuerunt auctoritatem a Papa. Tantam aūt habet auctoritatem unus quantā alius, & tantā successores quantā prædecessores. Ergo vī q̄ possit Papa determinata in illis reuocare vel cōtra ea determinare. Ad quod rñdetur, q̄ concilia illa non posse reuocari per Papā, pōt dupliciter intelligi. Vno modo ex eo q̄ uniuersaliter cōcilia sunt, & sic nō est verū, quia qđ cōpetit vni inquantū tale cōpetit omni tali uniuersaliter. Quæ ergo statuta sunt vel decreta in uno cōcilio potest aliud mutare, ut factū est pluries. Alio modo pōt intelligi specialiter inquantū, s. de tali materia articulorū fidei quę ibi fuerūt declarata quoad veritatē tenendum, & sic nota ibi glo. dist. 15. sicut. Non pōt. n. Papa uel minuere, uel augere, uel mutare articulos, uel sacra ecclesiæ, dīt ēt aliqui, q̄ quoad alia positiua, etsi papa possit tollere uel mutare singula, qa istud uel illud nō tñ oia simul, qa hoc esset destruere statum ecclesiæ. ¶ Tertio aduertendū q̄ papa pōt condere canones cōtra determinata per quoscūq; doctores sanctissimos. Et hoc probat auctoritate dist. 20. Decretales epistolæ, & ca. sequēti. Et ratio est quia inferior non potest legē imponere superiori, sed econtra superior inferiori, est autem papa superior quocunq; doctore, qa enim ad diffiniendum aliquid nō sufficit sine ptāte. Hinc est vt dicit Gratian. dist. 20. & Ioā. papa in. ista decretali, quāuis aliqui doctores habuerunt maiorē scientiam q̄ aliqui summi ponti. tñ quia ptārem non habuerunt tantam quantā summi pontifices, ideo in causarū uel dubiorū diffinitione præferunt summi ponti. oibus doctoribus. ¶ Item papa pōt condere canones cōtra determinata per pdecessores suos, vel per determinata per seipsum, qđ probatur auctoritate, rōne, & exēplo. Et auctoritate quidē, extra de consan. & affini. nō dēt, ubi dī. Nō debet reprehensibile iudicari, si scđm uarietatē tpm statuta varientur humana. Et extra de sen. excom. li. 6. dī. Alma mater ecclesia nonnulla plerunq; ordinat & consulte, quæ postmodū consultius & rōnabilius reuocat in meliusve cōmutat. Et ipse dñs Ioannes in constitutione sua pulchre sic ait. Quia nōnunquam qđ coniectura profuturū credidit subsequens experientia nociuū oñdit, non dēt reprehensibile iudicari si canonū conditor canones a se vel suis prædecessoribus ędditos, vel aliqua in eis contenta canonibus reuocare, modificare, vel suspendere statuat, si ea obesse potius viderit q̄ prodesse. Probatur idē dist. 63. §. verum. Confirmatur istud exēplo scripturæ. Nā mandauit dñs serpentem ęneū exaltari in deserto ad cuius aspectū sanabantur hoīes a morsibus serpentū. vt patet Numeri. 21. Postmodū instīctu ipsius Dei rōnabilibus fuit reuocatum eo ablato per Ezechiam. vt patet 4. Reg. 20. quia populus idola trahat ad eum. Ratione hoc cōstat quia par imparem non habet imperium. ¶ Ex qbus oibus patent duæ conclusiones. Prima q̄ dñs Ioā. potuit rōnabiliter & salubriter quæ in dictis duabus constitutionibus continetur ad conditorem & alia. Cum inter nonnullos ordinauit, cū in eis nihil sit cōtra fidem & bonos mores: nec contra quatuor concilia, qa sicut ipse deducit, circa finē huius cōstitutionis de contentis in ipsa cōstitutione in symbolo fidei, vel in sacra scriptura mentio nō hī, vel si hī in sacra scriptura vt de paupertate Xpi & Apostolorum magis ex ipsa scriptura hī q̄ ipse dñs Ioan. determinat q̄ eius oppositū. Secunda cōclusio est q̄ cum violatores & detrahentis sacris canonibus, vt blasphemi & spiritui sancto resistentes censeantur, vt 25. q. 1. violatores, & multipliciter puniantur, vt in d. q. c. generali, & c. omnia, & c. hac consona, patet q̄ hi qui constitutionibus domini nostri in in prædictis detrahere nisi sunt, in pœnas huius inciderunt, & quasi in hæreses iam damnatus constitutione prædicta. Cum inter nōnullos pertinaciter affirmarunt quōd merito hæretici sunt cęnsendi, sicut dñs Ioan. determinat in dicta constit. Et sic patet primus art.

Vbi papa pt cōdere canones.

Pōtpapa condere canones contra decisa p quoscūque sacros doctores.

Violatores sacrorū canonū sunt excōmunicati.

¶Secundus articulus est. Quot sunt claues ecclesiæ, & quæ, quia in dicta cõstitutione de eis agit, reprobando opinionẽ illorũ qui male sentiunt de eis. Sed qa ista materia diffuse tractat b.Th. in 4. di. 18. & in 1. par. & plenius in 3. par. tit. de summis ponti. Ideo & hic articulus breuissime expedietur. Quãuis diuersi diuersa dicãt cõior opinio est b. Tho. & Pet. in 4. q. clauis ecclesiastica (quæ methaphorice dr ad clauis materialis similitudinẽ qua clauditur, & aperitur ostiũ materiale) est quædã ptãs spiritualis quę datur in sacerdotij collatione ad quasdã spirituales actiones ordinata, quę ptãs est vna quoad essentiam, sed duplex quantum ad actus & officia subordinata, immo plus dicit q eadẽ est ptãs per essentiam qua potest sacerdos corpus Christi conficere, & qua potest absoluere vel ligare. Et ipsa potestas est ipse character impressus in collatione ordinis sacerdotalis, qđ sic probat. Ad duo quorum vnum est causa alterius una ptãs ordinat sicut in Sole una est potestas qua sol calefacit & rarefacit, & ideo calor est principiũ actus vtriusq;, licèt quodã ordine. Sed gra & ois remissio in corpore Christi mystico, quod respicit ptãs clauiũ deriuatur ex eius capite quod respicit eius ptãs confitendi, ergo respectu vtriusq; illorum est vna potestas. Et eodẽ modo de potestate clauium inter se dicendũ, quia ad plures actus subordinatos sufficit vna virtus & potestas. Sed actus clauium licèt sint plures qa vnus est iudicãdi seu discernendi quis sit dignus vel indignus, alius est diffiniendi & sententiandi q̃s sit dignus vel indignus absoluẽdo vel ligãdo. Sunt tñ subordinati ita q vnus præsupponit aliũ. s. secundus primum. Sufficit tñ vna potestas ad utrunq; sicut Sol per eandẽ virtutẽ illuminat aerem & calefacit. s. per lumen. Datur ẽt exemplum in potestatibus secularibus. Nam eadem auctoritate cõpetit iudici iura partiũ cognoscere, & exinde sententiare cõtra vnã partium & aliã absoluere. Sed qa potentiæ cognoscuntur per actus, ideo & si sit vna ptãs essentialiter, dr tñ duæ quia duplex est actus talis potestatis. Et rõne primi actus quo iudex ecclesiasticus iudicat & cognoscit de dignitate uel indignitate alicuius dr clauis scientiæ ratione secũdi actus quo dignum absoluit, indignum non absoluit dr clauis potentiæ. Vnde dictum fuit in plurali. Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorũ. Et ista vr intentio gl. dist. 20. c. 1.

¶Vbi sciendum q aliqui male senserunt de claue scientiæ dicentes q scientia secũdum q est habitus acquisitus vel infusus sit clauis nõ quidem de per se, sed in ordine ad clauem potentiæ. Vnde in eo qui habebat sciam sed non ordinem sacerdotalem dicebant talem sciam in eo non esse clauem sed adueniente claue potentiæ. s. per susceptionem sacerdotij efficiebatur clauis illa scientia. Cuius opinionis vr esse glo. dist. 20. c. 1. Ad quam ẽt vr declinare magister sen. in 4. dist. 18. Dicebat ẽt q sacerdotes idiotæ etsi non habent clauem sciæ cum sint ignorantes, habent tñ quandã industriam materialem discernendi q̃ vocabant clauiolã. Sed istam opinionem reprobat b. Thom. in 4. dist. 18. Nam & sunt aliqui sacerdotes qui nec scientiam acquisitam habent nec infusam nec industriam naturalem, cum sint indiscreti & quasi fatui. Est ergo clauis scientię sm b. Tho. auctoritas iudicandi vel discernẽdi de dignitate uel indignitate alicuius in foro conscientiæ, & istam potest habere ignorantissimus, & habet si est sacerdos, & non habet eã peritissimus si non est sacerdos. Sicut & aliquis iudex secularis habet auctoritatem iudicandi qui tñ non habet scientiam iuris, & econuerso. Verũ est q actus iudicandi non potest recte exerceri sine vtroque. s. auctoritate iudicandi, & sine scia, & ideo nõ est sine peccato qui se ponit ad iudicandum in foro conscientiæ non habens competentẽ peritiã. ¶Ex prædictis eliciuntur duo correlaria, quorum primũ est, q sicut ipse dñs Ioannes in ista sua constitutione ualde bene arguit. Illi oblatrantes & detrahentes suis constitutis maledicebãt asserentes q illud qđ fuerat per Romanum Pontificẽ per clauẽ sciæ diffinitum in fide & moribus non poterat per successorẽ reuocari. Arguitur. n. sic cõtra illos. Aut clauis sciæ accipitur pro habitu acquisito uel infuso aut pro auctoritate discernendi in foro conscientiæ. Sic pro habitu, sic scientia non est clauis ut uisum est supra & ipse dñs Ioannes valde clare probat. Ergo qđ diffinitur in fide & moribus, illud non diffinitur per clauem scientiæ, cum habitus talis non sit clauis. Si aũt accipiatur pro auctoritate discernendi in foro conscientiæ arguitur sic contra. Primo qui habet auctoritatem discernẽdi in foro conscientiæ ex hoc non habet condere vel statuere iura in foro exteriori obligantia. Secũdo quia tunc oẽs sacerdotes habentes auctoritatem discernendi in foro conscientiæ, haberẽt potestatem condendi iura & statuta. Tertio qa talis auctoritas discernendi respicit solum discretionem inter lepram & lepram, inter peccatũ & peccatũ, & non aliũ actum aliquid statuendi. Ergo per talẽ clauẽ fidẽ & bonos mores nihil ordinat summus pontifex, qđ nõ possit successor reuocare, vnde. sequit q ma-

le &

Supra 3. par. titu. 22.

Clauis ecclesiastica qd sit.

Iudicãs sm con scientiã peccat.

le & falsè assumebant. Scd a cõclusio est q̃ ipsæ dñs nolter negat id quod illi sibi male & falsè imponunt. s. q̃ scientia non sit clauis, nõ enim hoc negat, vel si negat aut implicite hoc negare videtur, accipit scientiam pro habitu acquisito vl infuso, quæ vtiq; non est clauis vt quidam dicebant. Sed accipiendo pro auctoritate discernendi non negat esse clauem. Verum est tamen quod ad istam clauem communiter sumptam nõ spectat condere canones vel mutare, quia tunc omnis sacerdos posset hoc facere, quod nullus concedit.

§.6. ¶ Tertius articulus est vtrũ vsus licitus possit separari a iure vtendi. Pro cuius declaratione primo declarat describẽdo aliquos terminos circa materiã. Scdo agit de diuersis modis habendi aliquã rem. Tertio respondet ad quæstũ. Quarto declarat qũo fratres minores possunt habere nudũ vsum facti. Demum soluit duodecim argumẽta facta cõtra veritatẽ suæ cõclusionis. Quãtũ ad primũ dicit q̃ circa aliq̃ rẽ pñt ista cõsiderari ad pñs. s. vsufructꝰ, vsus, possessio, ꝓprietas, dñiũ, & ius. Quodlibet horũ sic describitur. Vsufructus scd̃m iuristas est ius vtẽdi & fruẽdi reb. alienis salua earũ substantia. ff. de vsufru. l. 1. Rebus alienis dicitur q̃a in rebus ꝓpriis non dicitur vsufructus, vñ si habeo vsufructum viridarii, & post ad me ꝓueniat proprietas, expirat tũc vsufructus. Salua rerum substantia dicitur, q̃a in rebus q̃ vsu consumũtur nõ proprie est vsufructus, vt pane, vino & hmõi. Ius vtendi dicitur ad differẽtiam vtilis dominii, quod quandoq; in rebus alienis habeẽ, sicut emphiteota & fẽudatarius habent vtile dominium, cuius dñium directũ pertinet ad dñm superiorem, a quo res tenet in emphiteosim vel in fẽudũ. Item ponit fruẽdi, ad dñiam nudi vsus, q̃a minus est in vsu q̃ in vsufructu. Datur exẽplum de grege. Si vsus alicuius gregis sit tibi relictus in aliquo testamento, tu poteris vti grege ad stercorizãdum in agro tuo tm̃. Sed si fuerit relictus vsufructꝰ eius, poteris grege vti nõ solum ad stercorizãdum sed ad lanam, lac, & fẽtus recipiendũ & distrahendũ tales fructus vt volueris, fẽtus. n. in inmentis vt in pecudibus computantur in fructu, & de quolibet animali irrationali, secꝰ autem in ancillis. Nam partus ancillę non pertinet ad vsufructuarium. Datur aliud exemplũ. Si viridariũ fuerit tibi legatum ad vsum poteris rosas, holera, & alios flores & fructus sumere ad vsum tuum, sed alii non poteris vẽdere vel dare. Sed si vsufructus eius fuerit relictus, poteris nõ solũ sumere ad vsum tuũ sed ipsos flores & fructus vẽdere & donare alteri prout volueris. Et sic patẽt q̃ quicunq; habet vsufructũ hẽt vsum & non econuerso. ¶ Vsus autem scd̃m Iuristas est ius vtẽdi rebus alienis salua rerũ substãtia. Ideo dicitur, reb. alienis, q̃a scd̃m iuristas vsus non dicitur in re ꝓpria. Additur salua substantia rerũ, q̃a scd̃m eos vsus non constituit in rebus q̃ vsu cõsumũtur, quia in talibus non põt rerum substantia permanere post vsum, non ponitur fruẽdi, vt distinguatur ab vsufructu. Sed quia quantum mihi videtur legistæ isto modo accipiunt vsũ nimis stricte, s. pro vsu, pro quo competit seruitus. Ideo accipiendo vsum scd̃m naturã, & magis large, & scd̃m iura canonica, cũ scd̃m rei veritatẽ aliq̃s vtatur re sua sicut aliena, & vtitur pane cũ comedit & cõsumit eum. Iõ sic accipiendo vsum mihi vẽ q̃ nudum vsum facti de quo loquuntur constitutiones Io. quadrupliciter potest imaginari. Primo mõ potest dici nudus vsus facti propter omnis iuris nudationem. Secundo propter proprietatis exclusionem. Tertio propter omnis vtilitatis priuationem. Quarto propter actionis in iudicio abdicationem. Exempla omnium Si equitatem equum cuius non essem dominus, nec haberè aliquod ius equitãdi equum, tunc haberem vsum nudum equitationis equi per omnis iuris denudationem, sicut habet fur, & latro in re furtiua, quia habet vsum denudatum proprietate. Exemplum de secundo. Si equitatem equum quẽ conduxi ad vecturã ab alio, posset dici habere nudum vsum equi ꝓp proprietatis exclusionẽ, quia non habeo ꝓprietatem eius. Sic econuerso equitando equũ meũ non habeo vsum nudum, quia equi habeo ꝓprietatem. Exemplum de tertio quando q̃s habet aliquem vsum alicuius rei vel circa aliquã rẽ & tamen caret omni fructu & vtilitate quæ posset sibi inde prouenire, sicut seruus qui vtitur aliquibus instrumentis ad vtilitatem domini sui, talis vsus posset dici nudus quantum ad fructum vel vtilitatem serui, q̃ ex tali vsu nullus fructus vel commoditas acquiritur sibi sed domino suo. Similiter de famulo, camsoris, qui quotidie vtit pecunia domini sui aliis numerando, tamen vtilitas vsus non est sua sed domini sui. Exemplum de quarto. Cũ aliquis haberet aliquam rem, & cũ sibi auferretur non posset agere in iudicio cõtra illum, vel ex voto vel alia quacunq; causa, tunc posset dici habere nudum vsum per actionis in iudicio abdicationem. Et hoc quoad vsum. ¶ Tertius terminus est possessio quæ sic describitur. Possessio est corporalis rei retentio corporis & animi iuris adminiculo interue-

Vsufructus q̃d sit.

Vsus q̃d sit, De hoc habere ꝓ doc. 1 ti. de vsu. vsufru. leg.

Possessio quid sit.

niente. Sic diffinit Hoſt. in ſumma. Corporalis rei dr̃, qa ſm iuriſtas incorporalia nō poſſi dentur. Detentio dr̃ quia poſſeſſio ſm iura dr̃ quaſi pedū poſitio. Aliter non acquiriť poſſeſſio niſi corpore & aīo interueniente. Vñ ſi alterum deficit non eſt poſſeſſio. Iuris admincu lo additur, qa quāuis aliqui alicui rei corpore & aīo inſiſtat, tū niſi habeat iuris adminiculū non proprie dr̃ poſſidere. Quod ſi obiiciaī qa fur & raptor rē furatā poſſident, & tñ non hńt iuris adminiculum. Rñ. q fur & raptor nō dr̃ ꝓprie poſſidere, ſed ſolū iniuſte detinere. Qd̃ aūt furta ſunt reſtituenda, vt extra de reſtitu. ſpo. c. In litteris, hoc introductū fuit ſm rigorem iuris in odium rapientium res ſuas homi nibus, qa nullus debet eſſe iudex in cauſa ſua. Et ideo rem furtiuam non debeo accipere a fu re niſi auctoritate iudicis. Dicit tñ Innoc. q ſi conſtaret tunc per propriam confeſſionem ipſum eſſe p̄donem, vel conſtaret de proprietate rei, p̄doni eſſet reſtitutio deneganda, quia nūquam vere poſſidet, nec naturaliter nec ciuiliter. ¶ Quartus terminus eſt ꝓprietas, quę ſic diffinitur ab Hoſt. Proprietas eſt dominū rei iuſtis modis q̄ſitum. Acquiritur aūt dominiū iure gentiū, & iure ciuili. Et iure q̄dem gentiū p occupationē, ſicut in his q̄ non ſunt in bonis alicuius hominis, q̄ occupanti conceduntur, ſicut ferę, beſtię, aues, & piſces, q̄ in terra, mari, & aere capiuntur, & in his q̄ cōmunia ſunt vt in mari & in littore maris, vt lapillis, & gēmis q̄ ibi ſunt, vt patet inſti. de rerum diui. p totum. Tñ circa hoc ſunt multę cōſuetudines in diuerſis regionibus contra iura. Item in his q̄ ab hoſtibus capiuntur, quod intelligendum eſt in bello iuſto & ſeruato iure militari, de quo di. 1. Ius militare. Iure aūt ciuili acquiriť dñium multipliciter. ſ. p̄ſcriptione, vſucaptione, arrogatione, monachatione, teſtamēto, ſuceſſione, & aliis multis modis iure ciuili inductus. ¶ Quintum quod requiriť circa rem cōſiderandum eſt dñium. Circa quod aliqui doctores dicunt idem eſſe dominium & ius quia tñ hēt quis de dominio in re, quantum de iure. Aliquibus autem doctoribus videtur oppoſitū. Et tota ratio eſt, quia ſc̄dm Simpliciū & Ariſt. in p̄dicamentis, relatio dominii eſt relatio ſuppoſitionis. Et ideo nullus debet habere dominium in aliquo niſi ſit ei ſuppoſitus. Sed aliquis poteſt habere ius in aliquo cui non eſt ſuprapoſitus, immo econtra. Sicut filius habet ius in patre, ſeruus in dño, quia tenētur eis dare alimentum. Similiter monachus in monaſterio, ſubditus in prælato, qa tenentur eis ad ſacramentorum adminiſtrationē. Ergo ſc̄dm iſtos ius & dñium non ſunt idē, ſed ius in plus ſe habet q̄ dominiū, quia omne dominiū eſt ius, ſed nō omne ius eſt dominiū, videt enim addere dominiū ad ius quandam ſuperioritatem & autoritatē. Vñ ſc̄dm hoc ſic diffinitur. Dominiū eſt ius vtendi, & poſſidēdi, & habendi aliqua re ſimpliciter pro libito volūtatis, vl̃ ſc̄dm aliquē determinatum modum cū quadam ſuperioritate. Dicit in deſcriptione iſta ius, quia ſi aliquis detineret vel vteret aliqua re ſine iure, ſicut fur & prædo, talis ñ haberet, dominiū, dicitur ius poſſidēdi quod debet intelligi iure, ꝓprio nō alieno, quia procurator, yconomus. & diſpenſator vtit̄ licite rebus domini ſui, ſed hoc nō facit iure proprio ſed alieno. Dicitur aūt ſimpliciter pro libito volūtatis. Simpliciter quantum ad dominiū propriū & perfectū, per quod quis habet ius in re quātum ad proprietatem ſimpliciter & quātū ad omnē vſum qui eſt natus eſſe circa ipſam rē, qa poteſt eā donare & vēdere & diſtrahere ſicut placet. Dicitur autem ſc̄dm aliquē determinatū modū propter duo. Primo ꝓpter dominia cōditionata, puta cū quis eſt dominus rei quoad proprietatē & vſum ſimul, ſed tamē nō poteſt vēdere niſi certis perſonis, puta propinquiori de genere ſuo, vt determinato modo ſeruādo legitimā liberis ſc̄dm leges, vel ſecūdū ſpeciales patriæ cōſuetudines. Secūdo ꝓpter dominiū imperfectū. Vſufructuarius enī & vſurarius licet nō habeant perfectū nec plenū pro eo q̄ nō habent ius in proprietate rei, tamē habent dominiū verū, ſed imperfectū, ꝓ eo q̄ verum ius habēt in vſu vel in vſufructu rei, licet nō in proprietate ipſius rei. Alioquin nō poſſent iure ſuo vēdere vel alienare vſum vel vſufructū. Addit̄ i deſcreptione. Cū quædam ſuperioritate, quia (vt dict̄ū eſt) dominiū videtur addere ſupra ius quādam ſuperioritatem & autoritatem cum ſit relatio ſuppoſitionis. Eſt autē ſciēdum q̄ cum dominiū (vt dictum eſt) ſit quoddā ius habēdi &c. ¶ Sicut tripliciter diuidit ius, ita & dominiū. Nā ius prima ſui diuiſione diuidit a philoſopho in 5. Ethic. i naturale & poſitiuū. Et ſc̄dm hoc eſt duplex dominium. ſ. naturale & politicū ſiue ciuile. Ius naturale eſt quod cōpetit alicui a natura habēdi. ſ. & vtendi aliqua re cum quadam ſuperioritate & auctoritatē ſuper eā ſicut & ius patris ſupra prolem, ius viri ſupra vxorem, & domini ſuper ſeruum. Ius politicum ſiue ciuile dicitur ius cum quadam ſuperioritate. quod non competit alicui a natura, ſed mere per adinuētionem & collationem humanā vel diuinam ſpiritualem & ſupernaturalem, ſicut

Sup. par. 2. ti. 1. c. 14. & 15.

Quid ſit proprietas.

Dñium & ius an ſint idē.

Quid ſit dñium.

Triplex dñiū. ſ.

cut dominiũ domini Papæ ſuper totam eccleſiam, vel ſicut dominiũ vnius vel plurimum ſuper vna ciuitate vel regno. Secũda diuiſio dominii ciuilis eſt, quia quoddam eſt verũ & perfectum, aliud eſt verum ſed imperfectum. Verum & perfectum dominiũ eſt, quãdo quis habet dominiũ in proprietate rei & vſu eius, ita qđ poteſt eam vendere & cõſumere ad vſum eius prout ſibi placet. Sed dominium verum ſed imperfectum eſt, quando habet ius ſolum in vſu vel in vſufructu, ſed non in proprietate. Vnde talis non poteſt dici dominus rei ſimpliciter, ſed dominus vſus vel vſufructus. Tertia diuiſio dominii eſt, quia dominiũ merum habet multos modos diſtinctos, quia quoddã eſt ſuperius & immediatum, quoddam altum quoddam baſſum, quoddam vtile, quoddam directum, & ſic de aliis. Et ideo ſciendum q̃ licet eiuſdẽ rei non poſſint eſſe ſimul plures domini ſimul, quilibet inſollidũ ſm eũdem modum & eandem rationem dominii, vt in p̃dicto c. licet. & l. p̃dicta poſſideri, tamen ſcđm diuerſos modos dominij & diuerſa iura vnius, & eiuſdẽ rei poſſunt eſſe plures dominij & diſtincti. Sicut eiuſdẽ cãpi ruſticus habet dominium vtile, burgenſis habet ibi dominium directum, miles dominiũ baſſum, rex dominiũ altum. ¶ Sextus & vltimus terminus declarãdus eſt ius. Et quia dominiũ addit ſolum ſupra ius ſuperioritatem, ideſt poteſt ius deſcribi eadẽ ratione ſicut & dominiũ, dempta illa parte de ſuperioritate. Vel ſicpoſſumus deſcribere ius, q̃ eſt poteſtas exercendi aliqué actũ circa rem licet. Vnde ſi licitè poſſum vendere librum, habeo ius in uenditione libri, ſi licèt poſſum legere & ſtudere in libro habeo ius in lectione libri. Et ſic generaliter cõcludẽdo q̃tum habeo de poteſtate licita circa rem, tãtũ habeo de iure & circa ipſam rem. Et q̃ hoc ſit verum ſic declarat. Homo circa aliquã rẽ non habet niſi duplex poſſe, ſcilicet poſſe facti, quo ſcilicet aliquis poteſt vti aliqua re de facto licite vel illicite, & poſſe iuris quo ſcilicet põt vti aliqua re licite. Sed poſſe ſolius facti non dicitur poſſe iuris. Poſſe igitur licite hoc eſt poſſe iuris. Eſt tamẽ ſciẽdum q̃ nomẽ cõmune pluribus ſm rem, ſm modum quo cõmuniter accipitur retinet ſibi nomẽ proprium cõtra alia. Sicut præſcientia quæ eſt cõmunis noticia approbationis bonorum & reprobationibus malorũ, vt patet ad Roma. 8. Quos præſciuit, hos & prædeſtinauit, retinet tamen ſibi nomẽ ſm communem acceptionem proprium & diſtinctum cõtra prędeſtinationem, vnde & mali dicuntur præſciti, non boni. Sic propoſito poſſe facit licet ſit commune licite & illicite vtẽti, quilibet. n. de facto vtit ſiue licite ſiue illicite vtatur, tamen ſcđm cõmunẽ acceptionẽ dicimus poſſe facti contra poſſeiuris, dicẽdo illæ poteſt de facto, q̃ ſcilicet põt exercere aliqué actum illicite. Ille autem dicitur poſſe de iure qui poteſt licite exercere aliquem actum. Patet ergo q̃ ius non dicit aliud niſi poteſtatem exercendi licite actum circa aliquã rẽ. Et hoc etiam dicit beatus Augu. in lib. de mendacio, ſic inquiens. Faciat homo pro temporali ſalute hominum quod poteſt. Cum autem ad hoc vẽtum fuerit vt tali ſaluti niſi peccando cõſulere non poſſit, iam ſe exiſtimet non habere quod faciat. 22. q. 2. faciat. Vnde & iuriſtę dicunt. Illud poſſumus, quod de iure poſſumus.

¶ Declaratis dictis terminis eſt mõ vidẽdũ de diuerſis modis habẽdis ius in aliqua re. Et põt attendi hęc diuerſitas ex parte triũ. ſ. ex parte rei habitæ, ex parte habentis, & ex parte modi habendi. Ex parte rei quidẽ habitę, q̃ aliquã do quis habet ius in aliqua re quãtum ad proprietatem & nõ quantũ ad vſum, ſicut locaui tibi domum ad annum, habeo quidem ius in domo in proprietate, ſed nõ in vſu per illũ annum, quãdoq; quis habet ius in vſu & non in proprietate, ſicut tu qui cõduxiſti illam domum habes ius in vſu ſed non in proprietate, & quia eiuſdem rei poſſunt eſſe diuerſi vſus & diuerſi modi alienandi, contingit in aliqua re haberi ius quantum ad vnum vſum & nõ quãtum ad aliũ ſicut placet dño rei cõcedere. Vnde conceditur aliquando alicui qđ poſſit inhabitare ſolum domum, aliquãdo qđ poſſit inhabitare & locare, quãdoq; q̃s habet ius vtroque mõ, ſcilicet i proprietate & in vſu. Ille aũt dicitur ſimpliciter habere ius in aliqua re qui poteſt licite vt illa re quãtum ad omnẽ vſum qui natus eſt eſſe circa illam rem. Secũdo contingit diuerſitas ex parte habẽtium rem, quia quandoq; habens ius in aliqua re eſt perſona ſingularis, & tunc dicitur habere ius in ꝓprio, quãdoq; vero eſt cõmunitas, ſicut monaſterii habet ius in rebus monaſterii, non aliqua perſona ſingularis niſi inquantum eſt pars cõmunitatis. Et quia duplex eſt cõmunitas, quædã ordinata per ſe, quędam ordinata per accidẽs. Per accidens eſt vt cõmunitas mercatorũ mutuo conueniẽtium ad mercandum ſimul & habentium lucrum & damnum in cõmuni. Per ſe autem cõmunitas eſt vt cõmunitas eccleſię vel religionis quæ habet bona in cõmuni. Ad huc contingit diuerſitas ex parte iſtorũ. Nam quando eſt communitas per accidens ordinata, tunc communitas habet ius per accidẽs in talibus

§. 7. Dediuerſis modis habẽdi ius in aliqua re.

Quid ſit ius Notat Angel. in §. j. inſti. de iuſt. & iure.

talibus bonis, persone autem communitatis per se Sed quando est communitas ordinata per se, tunc ipsa communitas habet ius per se in bonis sicut ecclesia vel monasterium. Sed personæ illius cōmunitatis habent ius per accidens inquantum sunt partes communitatis & ideo non possunt agere ad diuisionem. Tertio modo contingit diuersitas ex parti modi habendi. Nā quādoq; quis habet ius in re nomine proprio & per se, sicut dominus rei, quādoq; neq; nomine proprio neq; per se, sed nomine alterius & pro altero scd̄m q̄ est ordinatū a principali domino, sicut dispēsatio & administratio alicuius rei cōcessæ sunt a domino ad hoc vt distribuat ipsam rē & dispenset, & talis non dicitur simpliciter habere ius in illa re sed potest dici habere ius dispensandi vel administrandi talem rem. Aliomodo dicit quis habere ius, non nomine suo, sed tm̄ pro se. Sicut cum aliquis concederet alicui domum suā ad inhabitandum quamdiu ei placuerit, talis haberet ius in habitatione domus pro se, non tamen nomine proprio sed nomine domini principalis, quia ius remanet pēnes principalem dominum principaliter, Et sic patet quod dominium rerum viuentium in communitate per se ordinate reſider apud communitatē ipsam principaliter apud prelatum sicut apud administratorem & dispēsatorem, apud quē libet monachum sicut apud eum cui debet sustentatio vitæ de dictis bonis.

§. 8. ¶ Quātum ad tertiū principale huius tertii articuli est aduertendū q̄ cum res sint sub duplici differentia, qa quædā sunt q̄ non vsu consumunt sicut domus, equus, & hmōi. Alię quę vsu consumuntur, vt panis, vinū & huiusmodi, hic non quęritur de his quę vsu consumūtur, quia de his in sequenti articulo agetur. Sed de his tm̄ quæ vsu non consumuntur. Et quærimus de vsu licito. Cum ergo quęritur, vtrum vsus talium possit separari a iure. Respondetur q̄ hæc quęstio potest habere duplicem intellectū. Vno modo vt intelligatur vtrū possit separari a iure vtendi. Alio modo vt intelligatur vtrum possit seprari a iure in re. Et hoc etiam potest intelligi dupliciter, quia aut a iure in re simpliciter, aut a iure in re scd̄m quid sal̄em. Et tunc respondendo ad quæstionem ponūtur directe tres conclusiones, & probantur efficaciter. ¶ Prima est q̄ vsus licitus non potest separari a iure vtēdi. Et hoc probatur auctoritate & ratione. Auctoritate quidē non solum huius constitutionis. Ioannis. 22. Quia quorundam. Sed etiam beati Augustini. Dicit enim ad Macedonium, & habet. 14. quæstio. quarta. Quid dicam hoc certum alienum nō est, quod iure possidetur. Hoc autem iure quod iuste, & hoc iuste quod bene. De primo ergo ad vltimū quod bene possidetur, iure possidetur. Et Isido. dicit distinctio. prima. Ius generale, q̄ ius dicit eo qđ iustum. Vnde omnis actus iustus est iuris, quia ius dictum est eo quod iustū. Vsus aūt est quidam actus. etsi licitus est vsus est actus iustus. Omnis ergo vsus licitus est cum iure vtendi. Istam rationem tangit Ioannes in constitutione. Cum inter nōnullos. Dicit enim sic. Dicere q̄ Christus & Apostoli in rebus quibus vsi fuerūt, nō haberunt nisi simplicem vsum facti, conuincit actus eorum fuisse nō iustos per consequēs iniustos, quia negatio in subiecto apto nato, infert priuationem, sicut non visio in oculo infert cecitatem. Probatur idem & ratione per locum a diffinitione sic. Impossibile est vsum esse licitum sine facultate licite vtendi, sicut impossibile est loqui grammatice sine facultate loquendi grāmaticē. Sed facultas licite vtendi non potest esse sine iure vtendi, quod probatur ex eo quod dictum est supra, scilicet q̄ ius est facultas seu potestas licite exercēdi aliquē actum. Sed impossibile est & cōtradictionem implicat diffinitionem esse sine diffinitio, ergo impossibile est vsum licitum sine iure vtendi esse, ponit plures alias rationes causa breuitatis omissas. ¶ Secunda conclusio qd vsus licitus potest separari a iure in re simpliciter. Et hęc cōclusio breuiter sic probatur. Ille qui potest habere licitū vsum alicuius rei, dominio remanent penes alium habet vsum licitum sine iure in re simpliciter. Et hoc patet, quia exquo dominium remanet penes alium ille non est simpliciter dominus rei, sed ille penes quē remanet dominium. Sed aliquis potest habere licitum vsum multarum rerū dominio remanent penes alium. Sicut patet de illo qui cō duxit domum ad habitandum, vel equum ad equitandum & huiusmodi. Certum est enim q̄ conductor talis habet licitum vsum domus vl̄ equi, quia & dominus ei cōcessit, & tamen dominium domus vel equi vl̄ prædii remanet penes locatorem, ergo vsus licitus potest separari a iure in re simpl̄r, in rebus quę vsu non consumuntur. ¶ Tertia conclusio est qđ vsus licitus nō potest separari a iure in re scd̄m q̄d. Et hoc p̄batur faciliter sic. Habens ius in actu aliquo alicuius rei habet ius in illa re s̄m q̄d. Et hoc patet, qa exquo ille actus licite exercetur circa illa rem, habet ius in illa re s̄altem quātum ad illum actum. Hoc autem est habere ius nō simpliciter in re, sed scd̄m q̄d. Sicut

enim

enim si habeo ius in equo simpliciter, vt quia est meus habeo ius in equitatione equi simpliciter, & sic de necessitate si habeo ius in equo secũdum quid, vt quia mihi est commodatus vel locatus habeo ius in equitatione equi quæ est vsus eius secundum quid. Necessario igit talis habet ius scdm quid in re cuius est vsus.

§. 9. ¶ Quantum ad quartum principale huius articuli. s. quomodo fratres minores possunt habere nudum usum facti intelligendo istum articulum circa res quæ non consumuntur vsu, ponuntur quatuor conclusiones. ¶ Prima est q̃ non possunt habere in talibus rebus facti vsum nudum licitum per omnis iuris nudationem, quæ sic probatur. Impossibile est habere vsum licitum sine iure vtendi, siue iure in re simpliciter, siue iure in re secundum quid, quod patet ex præcedentibus in prima & tertia conclusione. Ergo impossibile est q̃ fratres minores habeant in talibus rebus vsum licitũ si sit nudatus omni iure. Et ideo dñs Iohannes deducit in sua constitutione talem usum sic omni iure denudatum fratribus Nicolaus Papa nũquam reseruasse, quia ille vsus quę perfectioni non adiicit, immo repugnat est illicitus, ergo talem usum nunquam fratribus reseruauit. ¶ Secunda conclusio est, quia in talibus rebus possunt habere nudum usum per proprietatis exclusionem. Et hoc faciliter probatur in rebus in quibus potest aliquis habere vsum salua rei substantia dominio remanente penes alium potest homo habere nudum vsum per proprietatis exclusionem seu absque dominio in proprietate. Et si habeat talem vsum ex concessione domini, talis vsus erit licitus. Sed fratres minores pñt habere vsum in rebus quæ vsu non consumuntur, sicut in domibus, libris, & huiusmodi, salua rerũ substantia, dominio illius rei penes Papam vel alium remanente ex concessione domini, ergo in talibus rebus possunt habere nudum vsum licitum. Nudum dico per proprietatis exclusionem. Quod autem de facto habeant dictum vsum modum, patet quia licet dñs Io. a se & Romana Ecclesia abdicet proprietatem & dominium multarum rerum quæ possunt fratribus obuenire, vel eleemosynarum quotidianarum, tñ adhuc retinet sibi dominium ecclesiarum, oratorium, vasorum, librorũ, vestimentorũ, sacris vsibus deputatorum vel deputandorũ, vt patet in constitutione, ad cõditorem. Et in talibus dimittit fratribus vsum & nõ est dubiũ q̃ non illicitũ sed licitum. ¶ Tertia conclusio est q̃ non possunt in talibus rebus quæ vsu non consumuntur habere nudũ vsum per omnis vtilitatis priuationem, quod sic probatur. Vsus domus est inhabitatio eius, sed inhabitatione domũ fratres indigent nisi semper starent sub Dio. Saltem non est dubium q̃ inhabitatio domus est vtilis & accommoda homini. Ergo fratres non possunt habere vsum domorum & huiusmodi qui sit omni vtilitate denudatus. ¶ Quarta conclusio est q̃ possunt habere nudum vsum talium rerum per actionis in iudicio abdicationem, quod sic probatur. Cum aliquid parit vnam rem nõ necessario non est repugnantia habere vnũ sine alio. Sed ius etsi pariat actionem, nõ tamen necessario, sed voluntariæ. Ergo fratres possunt habere ius in aliqua re detenta per alium absque hoc q̃ possint sibi eam vendicare in iudicio. Secundo probatur idem, quia fratres possunt licite habere quod adiicit perfectioni, uel saltem non est illicitum. Sed sua non repetere in iudicio adiicit ad perfectionem, ut ostendit Apost. 1. Corinth. 5. uel saltem non est illicitũ. Ergo fratres possunt habere usum in talibus rebus per actionis in iudicio abdicationem. Et sic patet quomodo fratres minores possunt habere in rebus quæ vsu non consumuntur nudum usum & quomodo non.

Quia fratres minores pñt hre nudum vsum in reb⁹ &c. qũo, & qũo nõ.

§. 10. ¶ Quartus articulus declarandus est. Vtrum in rebus vsu consumptibilibus possit separari licitus vsus a proprietate seu dominio rei, & quærimus de his quæ vsu consumunt statim, vt panis & vinum, & huiusmodi. Probatur primo auctoritate ipsius Ioann. 22. in constitutione. Ad conditorem. Vbi etiam rationem huius assignat. Dicit enim sic q̃ non sint dicti fratres minores nudi vsuarij in rebus quæ vsu consumuntur, euidentius declaratur, in quibus dicere quòd vsus iuris uel facti a dominio separatus possit constitui iuri repugnat & rationi. Nec prædecessoris nostri intentio, scilicet Nicolai Papæ Romanæ ecclesiæ talium rerum dominium reseruare. Quis enim sanæ mentis credere potest quod intentio fuerit tanti patris vt vnius oui seu casei, seu panis, vel frusti panis quæ sæpe fratribus conferuntur dominium Romanæ ecclesiæ acquiratur? Aut si eius fuit intentio quis defendere poterit q̃ non realis fuerit talis intentio dominij sed verbalis quoque non vera sed ficta potius sit censenda? Adhuc posito q̃ in talibus rebus vsus posset cõstitui nudus, tamen nullatenus posset dici cum usus rei consumptibilis vsuarii non differat ab usu plenum dominium cõtinentis, quod patet, quia usus huius rei totaliter rem consumit. Constat autem vsum plenum dominiũ habentis minime fore nudum.

Ex quo

Ex quo sequit q̄ eorū vsus nudus minime sit. Dñium aūt sanctæ Romanę ecclesiæ reseruatū ex eo potest videri nūdū verbale & mathematicum q̄ ex illo nullū hactenus obuenerit cōmodum, nec speratur q̄ obuenire debeat in futurum, cum nec intētio reseruantis fuerit nec fratrum ipsorum q̄ in cuiusq; alterius q̄ ipsorum fratrū commodum vsum deueniant res prædictæ. Constat aūt q̄ talè dominiū nec habentem ditiorem facit, nec pauperiorem efficit non habentem. Et quibus liquet q̄ impudenter p̄p retentionem prędictā præalijs mēdicantibus sibi vendicant altissimam paupertatem. Hæc ibi. ¶ Sed præter prędicta adducuntur ad idem & aliæ rationes, quarum prima est. In rebus cuius vsus non est sine proprietatis consumptione, impossibile est esse ius in vsu sine iure in proprietate. Hoc patet, quia ex quo consumitur proprietas vsus non erit licitus nisi possim licite cōsumere proprietatem. Sed non possum licite consumere proprietatem sine potestate licita seu iure in proprietate, ergo &c. Sed in rebus vsu consumptibilibus non est vsus sine consumptione proprietatis ergo in talibus rebus nō potest vsus a proprietate seu dominio separari. Secunda ratio est. Ille qui potest licite alienare simpliciter aliquam rem pro sua propria vtilitate scienter habet ius in re simpliciter. Et dictum est notanter propria vtilitate, q̄a bene posset aliquis ex cōmissione alterius alienare rem licite pro vtilitate cōmittentis absq; hoc q̄ sic alienans haberet ius in re simpliciter, sicut si cōmitterē tibi q̄ venderes rem meam. Sed quod aliquis possit licite pro vtilitate propria rem alienare & distrahere absque hoc q̄ habeat ius in re v̄r impossibile. Sed vtens re quæ statim utendo consumitur, sicut panis & vinum, alienat rem a propria natura & forma & propria vtilitate, quia p̄p proprium nutrimentū, ergo talis si licite vtit, habet ius in re illa simpliciter. ¶ Tertia ratio ad idem. Ille qui licite potest habere oēm vsum qui natus est haberi circa rem, habet ius simpliciter in re, vt patet ex declaratis in præcedenti articulo. Sed utens re quæ per usum statim cōsumitur, habet circa illam rem omnem qui natus est haberi circa rem, immo nunq̄ pōt haberi aliquis alius vsus circa rē illam, quia res alterius non manet, ergo talis habet ius in re simpliciter. ¶ Quarta rō. Ille qui pro se licite potest rem distrahere in alium nō solum quantū ad vsum, sed ét quantū ad proprietatem habet necessario ius in re & in usu rei. Hoc patet quia nemo potest transferre pro se & nomine suo in aliū quod ipse non habet. Sed qui vtendo consumit rem nō minus trāsfert rem & alienat a quocunq; cuius ante fuerat q̄ qui per uenditionē & donationē transfert in aliū, immo magis, q̄a uendendo uel donando adhuc manet res in propria forma, post talē aūt consumptionē nō manet, ergo si talis licite vtitur pro se, necessario habet ius in re, non solū in vsu ipsius rei. Plures alię rōnes ponunt ob breuitatē omissę. ¶ Scda cōclusio principalis huius quarti articuli est, q̄ fratres minores in hmōi rebus vsu cōsumptibilibus nō p̄nt habere nudū vsum licitū per proprietatis exclusionē. Et hoc probat faciliter sic. In rebus in q̄bus non pōt separari vsus licitus a dñio in re, non pōt haberi nudus usus per proprietatis exclusionē. Sed (vt patet ex præcedenti conclusione) in rebus vsu cōsumptibilibus nō pōt licitus vsus separari a dñio seu proprietate in re, ergo in talibus rebus non p̄nt fratres minores nec alii quicūq; hr̄e nudū usum per ꝓprietatis exclusionē. Et sic patet dr̄ia inter res quæ statim vsu cōsumunt, & eas quæ statim nō cōsumunt vsu q̄a in rebus q̄ non statim vsu consumunt, vt domus, vestimentū, liber, & hmōi pōt esse nudus vsus p̄ proprietatis exclusionē: sed nō p oīs iuris denudationē (vt dictū est in præcedenti articulo). Sed in rebus q̄ usu statim consumunt nō pōt esse licitus nudus vsus, nec per oīs iuris denudationē nec per proprietatis exclusionē. ¶ Qd̄ si arguat in contrariū sic. Monachus nō est capax proprietatis in aliquo casu, vt patet extra de sta mona. cū ad monasteriū. Sed monachus necessario vtit rebus vsu cōsumptibilibus, vt q̄ comedit & bibit, ergo in talibus rebus pōt licitus usus separari a dñio seu proprietate. R̄ndetur q̄ monachus non est capax proprietatis sic q̄ possit de re disponere pro libito voluntatis, immo tandiu pōt dispensator vel monasteriū rem ad vsum concessam monacho reuocare donec vsus sit inchoatus. Et ideo nō dr̄ simp̄r dns vel habere proprietatem. Sed in ipso vsu q̄a non potest esse sine consumptione proprietatis, ideo quantū concedit monacho de vsu in tali re, tm̄ sibi cōceditur de proprietate, nec abdicatio talis proprietatis est annexa statui monachali de qua dr̄ in illa decretali, cum ad monasterium de sta. mona. ¶ Ex his patet error decimi cap. libelli hæreticalis quem ediderunt fraticelli pro suę hæresis defensiones. Dñt. n. q̄ in rebus vsu cōsumptibilibus pōt separari vsus rei a proprietate & dñio. Inducūt aliquas auctoritates q̄ nō ꝓbāt. Et q̄a Io. 22. in cōstitutione sua, q̄a ita declarauit cōtrariū, & determinauit. s. q̄ in hmōi vsus rei vel usufructus nō pōt separari a dñio & pro-

Qd̄ fratres minores nō p̄nt hr̄e vsum nudū licitū in rebus vsu consumptibilibus.

§. 11.

& proprietate ipſius rei, vt in pane & vino & huiuſmodi & pecunia quæ vtẽdo diſtrahit ab vno in alium, vnde cui cõceditur vnum & reliquum. Et ideo Chriſtus cum Apoſtolis in huiuſmodi habendo vſum habuit & dominiũ & proprietatem eorum, in cõmuni tamẽ cũ Apoſtolis. Et quia hoc determinauit, dicunt eũ hęreticum quia cõtrà ſcripturã, cum tamẽ ſcriptura nil dicat q̃ habuerit vſum tm̃ & non dominium. Et cum talis vſus in huiuſmodi ſine dominio & iure ſit illicitus, quia eſſet vſus prędonum, ideo bene declarauit & neceſſario ſequentem concluſionem, q̃ habuit talia quoad vſum & domiuiũ. Sed ipſi male intelligũt terminos iſtos declaratos, ſcilicet vſum, ius, & dominium, & proprietatem, & huiuſmodi. Præterea ad papam pertinet declarare dubia ſcripturæ quando occurrunt, & declarationi eius eſt ſtandum magis q̃ cuicunque doctori, vt patet diſt. 20. per totum. Et ideo ipſi ſunt hæretici non ſtantes tali determinationi iam factæ.

Quod Chriſtꝰ habuit proprietatem & dñiũ in cõmuni tamẽ cũ Apoſtolis.

§. 12. ¶ Quintus articulus declarandus eſt, vtrũ paupertas facit eſſentialiter ad pfectionẽ, & omittendo argumenta ſequendo intentionẽ Papæ Ioã. 22. in dicta conſtitutione & doctrinã beati Tho. qui ponit primo quaſdam diſtinctiones facientes ad declarationem q̃onis. Deinde ponit quaſdã concluſiones cũ ſuis probationibus dilucidantes materiã. Prima diſtinctio eſt de paupertate, videlicet q̃ accipit dupliciter. Vno modo ſm animi præparationẽ. Alio modo ſm exteriorem effectum. Paupertas ſm animi præparationem dicitur inclinatio mentis ad abdicationem rerum temporalium inquãtũ ſunt impeditiua charitatis in qua charitate conſiſtit principaliter humanæ vitæ perfectio, vt infra declarabitur. Ille dr̃ eẽ pauper ſm animi inclinationẽ qui ſic eſt diſpoſitus q̃ p quacũq; re temporali acquirenda vel retinẽda nullo modo conſentiret in aliquod, quod eſſet cõtra charitatem Dei & proximi. Paupertas vero ſm effectum exteriorem importat carentiã illorum temporalium. Et quia quot modis dicitur vnum oppoſitorum tot & reliquum, ideo ſicut res corporales poſſunt diuerſis modis haberi, vt patuit ſupra 3. artic. quia vel ad vſum tm̃, vel ad dominium tm̃, vel quoad vtrũq; ſimul, ideo & paupertas põt dicere vel carentiam temporaliũ quantũ ad vtrunq; vel quantum ad alterum tm̃, inquantũ res temporales poſſunt haberi vel in proprio vel in cõmuni, vel vtroq; modo, ideo paupertas poteſt dici carentia temporaliũ vel vtroq; modo ſimul vel altero tm̃. Et quanto maior carentia tẽporalium tãto maior paupertas ſm exteriorem effectum. Et accipiẽdo vtroq; modo poteſt quæſtio habere locum. ¶ Secunda diſtinctio eſt, q̃ aliquid facere ad aliud poteſt intelligi dupliciter. Vno mõ eſſentialiter, ſcilicet ſicut id quod eſt eſſentia rei vel pars eſſentiæ, ſicut diffinitio vel partes diffinitionis. Alio modo diſpoſitiue ſeu inſtrumẽtaliter, ſicut id quod diſponit ad hoc q̃ ſequatur aliquis effectus. Et hoc ſiue ex parte agentis ſiue ex parte paſſi dr̃ facere ſeu operari ad illud inſtrumentaliter. Inſtrumentum autem eſt duplex, vnum ſ. neceſſitatis, ſicut illud ſine quo non poteſt ſequi effectus, ſicut ſemen a generante deciſum eſt inſtrumentum neceſſarium ad generationem hominis per naturã videlicet. Aliud eſt inſtrumẽtũ cõmoditatis, quia ſcilicet ſine illo poteſt effectus ſequi, ſed nõ ita facilite: & prompte. Et ſic ficcitas in ligno eſt diſpoſitio accõmodata ad recipiendum actionem ignis, quia licet ſine ea poſſet lignum accẽdi, nõ tamen ita commode & faciliter, & ſm hoc poteſt eſſe q̃õ de paupertate, videlicet vtrum faciat ad perfectionẽ inſtrumẽtaliter vel eſſentialiter. Et ſi inſtrumentaliter, vtrum operetur vt inſtrumentum neceſſarium, vel vt accõmodum, & vlterius operando vt inſtrumentũ, ſi hoc facit ponẽdo aliquam diſpoſitionem poſitiuam ex qua ſequatur effectus ſicut ad profectum terrę naſcentiũ diſponit calor & humor. Vel hoc agit priuatiue, ſcilicet remouẽdo impediẽtia & nociua ad effectus conſecutionẽ. Et operatur diſpoſitiue ad profectũ terrę naſcentiũ remouẽs vrticas & ſpinas a terra in qua eſt ſeminatum. Et ſic de paupertate quæri poteſt vtrũ faciat inſtrumẽtaliter ad perfectionem diſpoſitiue, ſicut præcepta videlicet cõſilia & ad bonas perſuaſiones & omnia quæ poſſunt allicere ad dilectionem Dei & proximi. Vel priuatiue, ſcilicet remouẽdo ea quæ nata ſunt impedire perfectionẽ, ſicut ille qui abijcit id quod natum eſt abijcere ad oppoſitum charitatis, ſicut malæ ſocietates & abundantia exceſſiua diuitiarum & hmõi. ¶ Tertia diſtinctio eſt, q̃ duplex eſt perfectio q̃dã perſonalis, & quædã ſtatualis, & vna iſtarũ nõ includit aliã neceſſario. Contingit enim aliquẽ eſſe perfectũ perfectione ſtatuali, ideſt eſſe in ſtatu perfectionis qui non eſt perfectus perfectione pſonali & ecõuerſo. Et hoc patet, quia cũ ſtatus religionis & prælationis præcipue epiſcopalis ſm omnes ſtatus ſit perfectus cõſtat manifeſte q̃ ſunt multi religioſi & plati etiam epiſcopi qui nõ ſunt perfecti pfectione perſonali, cũ ſint mali deficientes a dilectione Dei & pximi & ecõuerſo ſunt & faciũt multi laici qui non fuerunt religioſi vel prẽlati, & tm̃ fuerunt

Duobus modis accipit̃ paupertas.

Inſtrumẽtum duplex.

Perfectio pſonales in quo consistit.

fuerũt perfecti perfectione personali gratię.ſ. & virtutum, vt Abraham & S. Ludouicus rex Franciæ,& alii multi. Perfectio aũt personalis cõsistit in habitibus virtutũ & actibus earum. Quod patet qa phũs dicit 2. Ethi. q̃ virtus est quæ habentẽ perficit, & opus eius bonũ reddit. Et 7. phisicorũ dr̃, q̃ virtus est dispositio perfecti ad optimũ. Consistit ergo perfectio personalis in virtutibus & actibus earũ, quia uirtus essentialiter est quædam perfectio similiter & actus eius est quæq̃ perfectio actualis. Et quia inter virtutes est gradus, quia aliq̃ sunt excellentiores aliis, & ideo in illis magis cõsistit perfectio quæ sunt magis excellentes virtutes. Et qa in patria habitus luminis glorię est virtus nobilissima, & eius actus qui est visio Dei per essentiã est actus optimus & nobilissimus. Et ẽt charitas & eius actus qui est dilectio, vel ſm aliquos fruitio, ideo summa hoĩs pfectio est in istis habitibus & eorũ actibus. Et quia in hac vita inter omnes virtutes charitas obtinet principatũ, ſm illud 1. Cor. 12. Adhuc excellẽtiorem viã vobis demonſtro glo. ſ. charitatem maius oĩbus donis. Et 1 ad Cor. 13. Maior horum est charitas, ideo summa hoĩs pfectio in hac vita cõsistit in charitate & eius actu qui est diligere Deũ super oĩa, & proximum sicut ſe. Vnde Apoſt. ad Col. 3. enumeratis virtutibus ait. Super oĩa charitatẽ habete, quæ est vinculũ perfectionis, & in ipſa est pfectio pſonalis. ¶ Omitto aũt de multiplici perfectione q̃ posset induci, vt de perfectione simpl'r cui nil deest boni quod potest cogitari. Et hæc est Dei Matth. 5. Pater vester cœlestis perfectus est & respectu eius perfectionis oĩs creatura est imperfecta. Et est perfectio patrie quæ a nobis in via haberi non põt de qua 1. Cor. 13. Cũ venerit quod perfectũ est. i. ſtatus gloriæ, euacuabitur quod ex parte est. Et ad Phil. ait Apoſt. 3. Non q̃ perfectus iam ſim̃ &c. Perfectio viæ de qua Mat. 5. Estote vos perfecti. Et ista ẽt habet gradus tres sicut & charitas in qua consistit. Ét est perfectio naturalis, de qua Deutero. 32. Dei perfecta sunt opera. Perfectio autem ſtatus est certus modus viuendi per quem quis obligat ſe ad quædam supererogationis opera pp perfectionẽ personalem facilius acquirendam & melius conſeruandã, vel in alios transfundendam. Iste aũt ſtatus perfectionis est duplex ſm b. Tho. 2. 2. Vnus est ſtatus perfectionis acquirendæ. Alius ſtatus perfectionis exercendæ. Status perfectionis acquirẽdę est ſtatus religioſorũ, qui ex hoc ſe obligant ad quędam supererogationis opa agenda, vt perfectionem personalẽ, vel acquirãt facilius, vel cõseruent acquiſitã securius & melius. Non. n. oportet q̃ religioſus ſtatim ſit perfectus, ſed q̃ tendat ad pfectionẽ & habeat ꝓpoſitũ ad hoc consequendũ. Sed ſtatus pfectionis exercendæ est ſtatus prælatorũ & ad hoc ſe obligãt vt perfectionem in alios transfundant in eos actus hierarchicos exercentes. Habent. n. ſubditos purgare, pſi cere & illuminare, vt ait Diony. de cęle. hierar. Modo quęſtio noſtra querit de pfectione personali nõ de perfectione ſtatus. ¶ Quarto notandũ q̃ ſcriptura accipit perfectionẽ dupl'r. Vno modo ſm q̃ cõprehendit id ſolũ qđ facit essentialiter ad perfectionẽ, & non id qđ facit inſtrumentaliter ad perfectionẽ, vt ibi Gen. 6. Noe fuit vir iuſtus atq; perfectus. Et Gene. 15. dixit dn̄s Abrahæ. Ambula coram me, & esto perfectus. Et b. Aug. dicit in lib. de libe. arbi. q̃ nullus põt ſaluari niſi ſit perfectus. Et certũ est q̃ multi sunt ſaluati & ſaluanẽ abſq; cõſeruatione consiliorum, paupertatis, continentiæ, & hmõi, vt Abrahã S. Ludouicus & alii. Sed o mõ accipit pfectionẽ nõ ſolũ ſm q̃ includit essentialiter pfectionẽ, ſed ẽt q̃ facit inſtrumẽtaliter ad perfectionẽ, vt ibi Matt. 19. Si vis perfectus esſe vẽde oĩa quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me qđ dictũ fuit a Xp̃o iuueni qui dixerat ei ſe ſeruaſſe mãdata. Vnde patet q̃ nõ ſolũ perfectio ibi cõprehendit præcepta in qbus essentialiter cõsistit pfectio ſm b. Tho. 2. 2. q. 184. ar. 4. ſed ẽt cõprehendit cõſilia quę sunt inſtra ad perfectionẽ. Quæstio igitur iſta quęrit vtrum paupertas pertineat ad perfectionẽ essentialẽ quæ cõsistit in uirtutibus & actibus earũ, vt dictũ est principaliter in charitate. Iſte est ergo intellectus quęſtionis. ¶ Quantũ ergo nunc ad ſm, ſ. ad qõnem rñdendo ponunt ſex concluſiones, & probant. Quarũ prima est, q̃ paupertas ſm ai præparationẽ pertinet ad pfectionẽ essentialiter, hoc ſit probatur. Quod est virtus vel actus virtutis pertinet essentialiter ad perfectionẽ, qa (vt oñsum est) perfectio cõsistit essentialiter in virtutibus & actibus earũ. Sed paupertas ſm animi præparationẽ est virtus ſi ſit habitualis vel actus virtutis ſi ſit actualis talis præparatio animi &c. Minor probatur .ſ. q̃ talis paupertas ſit virtus. Nam diffinitur virtus a phõ. 2. Ethi. q̃ virtus est habitus electiuus in medio cõsiſtens determinato a recta rõne ,put ſapiens determinabit. Sed inclinatio habitualis mẽtis ad tpalium abdicationẽ ,put sunt impeditiua charitatis ẽ habitus electiuus vt de ſe patet. Et est conſiſtens in medio rõnis, qa est ad abdicationẽ tpalium ,put sunt impeditiua vitæ ſpũalis quæ est p charitatẽ. Et hoc ,put ſapiẽs determinat, qa quilibet ſapiẽs determinaret

Virtus quid ſit ſm Ariſ.

terminaret bona minima abiiciēda ꝓpter maxima, ſicut abiiciūtur merces in mari vt cōſeruet vita hoīum q̄ eſt principali⁹ eis mercibus. Cū ergo temporalia ſint minima bona & vita ſpūalis per caritatē ſit maximū bonū, ſequit ꝙ ſapiens determinaret tēporalia abiicienda inquantū ſunt ipeditiua vitę ſpūalis, cum vita aīę ſit magis cōſeruanda q̄ corporis. Ergo talis inclinatio ad abiicienda tēporalia prout ſunt ipeditiua charitatis eſt virtus. Sed talis inclinatio ad hmōi eſt paupertas ſm ꝓparationē animi. ¶ Secunda cōcluſio ē, ꝙ paupertas ſm effectum exteriorē non ptinet ad pfectionē eſſentialiter. Hoc probat auctoritatibus & ratione. Auctoritate q̄dem ſic, primo cōſtitutionis ipſius Io. 22. ad cōditorē vbi dicit ꝙ p temporaliū abdicationem ad perfectionē via diſponitur. Quod autē ſe habet diſpoſitiue ad aliquē effectum, non pertinet eſſentialiter ad perfectionem illius rei cum diſpoſitio non ſit de eſſentia rei ad quam diſponit. Secunda auctoritas eſt abbatis Moyſi in collatio, patrum quam inducit beatus Tho. ſecunda ſecunde quęſtio. 184. articu. 3. dicens. Vigiliæ, ieiunia, meditatio ſcripturarum, nuditas, & priuatio omniū facultatum non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt. Probatur eadem concluſio ratione ſic. Illud ſine quo poteſt haberi eſſentialiter perfectio non pertinet eſſentialiter ad perfectionem, quod patet, quia res non poteſt haberi ſine eo quod eſt de eſſentia eius. Sed perfectio poteſt haberi ſine tali paupertate, immo & cum multis diuitiis, vt patet in Abrahā, Iob, Ludouico rege Francorum & aliis qui fuerunt perfectiſſimi viri, qui tamen non habuerunt paupertatem iſtam, ſcilicet ſm effectum exteriorem. Probatur idem ſic. Perfectio eſſentialis cōſiſtit in virtutibus (vt dictū eſt.) Sed oīs virtus conſiſtit ſubiectiue in ītellectu vel appetitu. Sed paupertas ſm exteriorē effectū in nullo horū eſt, quia nec in intellectu nec in appetitu ſubiectiue, ergo &c. ¶ Quod ſi arg. aī cōtra q̄a inuenit q̄ ille cui Chriſtus dixit. Si vis perfectus eſſe &c. Matth. 19. Obſeruauerat præcepta vt ipſe dixit Chriſto in quibus conſiſtit perfectio eſſentialiter, (vt dictum eſt,) & tamen Chriſtus ei dixit. Si vis perfect⁹ eſſe vende oīa & da paupibus loquens nulli dubium de paupate ſm exteriorē effectum. Exquo videt ꝙ per obſeruationē præceptorū nondū acquiſiuiſſet perfectionē eſſentialem. Sed ſi vellet eam conſequi oſtendit modū cōſequendi eam. ſ. per paupertatem exteriorem. Ergo pauptas ſm exteriorem effectum videt neceſſaria ad pfectionē eſſentialē. Ad q̄d etiā videnī facere autoritates aliquę ſctōrū, vt Hieronymi ad Demetriadē dicētis. Apīci faſtigii pfecteq; virtutis eſt vēdere oīa & dare paupibus Et. b. Ambr. Sūma iuſtitia eſt vendere oīa & dare paupibus. Sed ſumma iuſtitia eſt pfecta virt⁹. Et b. Aug. cōtra Fauſtū. Illi sūt pfecti qui oīa ſua dimittunt & ſequunt Chriſtum. ¶ Sed ad hæc reſpondet. Primo de iuuene illo q̄a aliq doctores vt Origenes & Chryſo. dicūt illū fuiſſe mētitū. Sed dimiſſa iſta rōne quæ nō videt multū cōgrua, cum euāgeliſta dicat. Marci. 10. Chriſtū eū intuitū dilexiſſe, q̄d non videt feciſſe ſi fuiſſet fictus & trāſgreſſor præceptorū. Pōt aliter rīderi. Nam ſuppoſito etiam ꝙ verum dixerit cū ſit duplex pfectio. ſ. eſſentialis quæ cōſiſtit in virtutibus (vt dictū eſt,) & accidētalis quæ eſt quoddam inſtrumentū ac cōmodum ad acquirendum maiorē pfectionē eſſentialem, q̄a & ipſa habet gradus, & ad conſeruandā quamcūq; acquiſitam, de accidētali locutus eſt Chriſtus. Si vis pfectus eſſe &c. quā adhuc ille nō habebat. Vel poteſt ſic dici, ꝙ in illa autoritate Chriſti aliquid ibi ponit vt via & inſtrumētum ad perfectionē acquirēdā vel conſeruādā. illud. ſ. vēde oīa & da pauperibus. Aliq̄d vt id in quo eēntialiter pfectio cōſiſtit ſ. ſequela Xp̄i. Vñ & Hiero. ſup illud Matthe. 19. q̄d ait Petrus. Ecce nos reliquimus oīa & ſecuti ſumus te, ꝙ dicit. Nō ſufficit relinquere oīa, ſed adiungit quod perfectū eſt. ſ. ſequi Chriſtum, &. b. Ambro. ſup illud. Sequere me ait. Habet ſequi nō corporis greſſu ſed mentis affectu, quod fit per charitatē. Ad autoritatē etiam rīdetur, q̄a illud be. Hiero. intelligēdū eſt ꝙ relinquere oīa ſit pfectæ virtutis, ideſt inſtrumentū perfectæ virtutis, q̄ eſt charitas. Ad illud beati Ambro. ꝙ relinquere omnia ſit ſumma iuſtitia, eſt ibi prædicatio non formalis ſed cauſalis. Et eſt ſenſus ꝙ a prefecta iuſtitia quæ ē per charitatem cauſatur hoc. ſ. relinquere oīa. Ad illud bea. Aug. q̄a non in dimiſſione tēporalium, ſed in ſequela Chriſti q̄ ibi adiūgit eſt pfectio eſſentialis. Relinquere aūt tēporalia eſt vt inſtrumētum accomodum dūcēs ad ſequelam Chriſti & perfectionē eſſentialē. Remanet ergo concluſio vera ꝙ paupertas exterior nō facit eſſentialiter ad prefectionē.

¶ Tertia cōcluſio eſt ꝙ paupertas exterior non facit ad perfectionē, ſicut inſtrumētū neceſſarium requiſitum ad perfectionē, q̄a cū eius oppoſito pōt ſtare pfectio, quod ꝓbat ſic. Impoſſibile eſt habere aliq̄d ſine eo q̄d eſt neceſſariū ad ipſum habendum. Si enim poſſit haberi ſine eo, iam nō eſt neceſſarium ad ipſum habendum, ſed ſine pauptate ſm exteriorē effectum poteſt

Paupertas exterior nihil operatur ad pfectionem.

potest haberi perfectio essentialis, imo cū opposito eius quia cum multis diuitiis, vt patet exēplum in Abraham & aliis multis in veteri & nouo testamēto. Ergo paupt̃as exterior non requiritur vt instrumentum necessariū ad perfectionem essentialem. Ioseph etiam ab Arimathia fuit discipulus xp̄i, vnde & perfectus pfectione essentiali. Et tamē vt dicitur Matth 27. diues erat. Probat etiam quia status eorum, qui exigit pfectionē p̄sonalē, q̄ cōsistit in virtutibus, pōt esse cū possessione diuitiarum. Si ergo expropriatio temporalium requireretur vt instrumentū necessarium ad pfectionem essentialem, sequeret̃ q̄ episcopi etiā seculares clerici prius non possent habere ꝓpria, quod est absurdum vt patet. 12. q. 1. manifesta, & in multis aliis capīs. ¶ Quarta cōclusio ē, q̄ paupt̃as ſm effectū exteriorē sumpta cum abdicatione oīum tpaliū & quoad dñium & quoad vsum, non facit ad pfectionē nobis in via possibilem. Et hoc ꝓbat faciliter sic. Illud quod tollit vitam p̄sentem nō facit ad perfectionem nobis in via possibilem. Qui enim tollit subiectum, tollit accidens. Sed abdicare res tpales omnes quoad vsum & quoad dñium tollit vitam, quia nō vtendo cibo & potu homo moriē demū. Et sic corrupto subiecto pfectionis in via, quod est aīa in corpore existens, tollit & accidens eius. s. pfectio in anima in uita p̄senti. Et ideo non est aliquis qui ꝓ quodcūq; votum possit se reddere non capacē vsus intalibus rebus necessariis ad vitā. ¶ Quinta conclusio est, q̄ paupertas sumpta pro abdicatione oīum temporaliū q̄tū ad ius & dominiū, vsu solo nudo retento non facit ad perfectionem. Et hoc probatur faciliter sic. Illud quod tollit ab aliqua re conditionē licitam, & ponit illicitā, non facit ad pfectionem, hoc de se patet, qa ex licito facere illicitum nō pertinet ad perfectionem, sed magis ad imperfectionem. Sed abdicare a se ius & dominium in omni re & in eius vsu facit vsum illicitum. Hoc patet quia vt ostensum est supra, in rebus quæ vsu non cōsumuntur, impossibile est separe vsum licitum a iure vtendi. Item in reb⁹ quæ vsu cōsumunt impossibile est esse vsum licitum sine iure & dominio in re, ergo cū multarū talīū rerum vsus sit homini necessari⁹ in vita p̄senti sequit̃ q̄ abdicare omne dominiū & ius in rebus temporalibus nō facit ad perfectionē, sed magis ad oppositum. ¶ Sexta conclusio est q̄ abdicare res temporales in proprio seu paupt̃as ſm exteriorem effectum facit ad perfectionem sicut instrumentum valde accōmodum. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum, q̄ abundantia diuitiarum maxime in proprio nata ē reducere ad tria. s. inordinatum amorem earum. Vnde bea. Aug. dicit q̄ terrena ardentius amantur adepta q̄ concupita. Sedo ingerunt. sollicitudinē in conseruando & non perdēdo Tertio natæ sunt mouere ad superbiam, quāto autem quis magis afficitur vel sollicitatur ad terrena, vel erigitur in superbiam, tāto magis retrahitur ab effectu & cōtemplatione diuinorum. Sed tollere amorem inordinatum rerum sollicitudinē & elationem facit instrm accommodum valde, quia remouet prohibens perfectionem vel impediens profectū perfectiōis sicut remotio herbarum nociuarum facit sicut instrumentum accommodum ad profectum terrę nascentium, ergo &c. Ista diffuse declarat bea. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 3. Et habes etiam supra in. 2. capi. huius titu. Et in. 3. par. titu de religiosis. Et ideo alia omitto.

§. 13. Perfectio sub triplici gne.

¶ Sextus articulus est vtrum habere aliqua in cōi diminuat de perfectione. Et qa perfectio ē sub triplici genere, qa est pfectio p̄sonalis, pfectio regalis, & pfectio p̄sidētialis. Ideo ad pleniorem declarationem concluſiue dicit̃, q̄ de nulla harum prefectionū diminuit, nec de personali, nec de pfectione religiosorū, nec pfectōe prælatorū. Et ista omnia probant. ¶ Sic ēndum tamen prius q̄ ista questio non habet locum in rebus vsu cōsumptibilibus, qa illis rebus (vt ostensum est supra) est impossibile separari vsum a iure & ꝓprietate rei. Nec hēt locum de iure in rebus quę vsu non cōsumuntur, quia habere ius in rebus quarum vsus est ꝓ statu vitæ p̄sentis necessarius, & sine quo vsus non potest esse licitus non diminuit de pfectione possibili in vita p̄senti. Rerum enī vsus est vitæ p̄senti hominū necessarius ita q̄ sine eis non potest vita saluari, ergo habere ius in talibus non diminuit de perfectione. ¶ De prima ergo perfectione. s. personali loquendo notandę sunt tres concluſiones. Quarum prima est q̄ habere aliqua in ꝓprio vel cōmuni non necessario impedit perfectionem p̄sonalem. Et hęc cocluſio faciliter probatur sic. Illud cum quo stat & stare potest pfectio personalis non necessario impedit personalem pfectionem. Et hoc pater, qa oppositū eius implicat contradictionem. Sed perfectio personalis stat & stare potest cū diuitiis in proprio et in cōmuni, vt supra ostensum ē de Abrahā & Ludouico rege & aliis ergo &c. ¶ Secūda concluſio est ista, habere in cōmuni necessaria ad uitā nō est natum diminuere de perfectiōe p̄sonali. Et hęc probatur sic. Quod non est natū diminuere de altissima paupertate, immo stat

cum ea

cum ea: non est natũ diminuere de perfectione personali. Et hoc statim patet, qa nõ ex alio habere tpalia dr diminuere de perfectione, nisi quia diminuit de paupertate. Sed habere in cõi necessaria non diminuit de altissima paupertate, sed stat cum ea, prout expresse Ioãn. in ista sua constitutione allegans Grego. 9 in decretali, nimis praua, extra de excess. præla. ubi dicit. Fratres minores, & prędicatores in altissima paupertate dño famulari. Sed constat fratres prædicatores habere aliqua in cõi quoad proprietatẽ & dñium. Ergo habere aliqua in cõi non est natum diminuere de perfectione personali. Secunda rõ ad idem. Quod non est natũ diminuere de perfectione euangelica, nõ est natũ diminuere de perfectione, hoc patet, quia euangelica perfectio est perfectio excellentissima. Sed habere aliqua in cõi non diminuit de perfectione euangelica, quod patet ex ista constitutione. Io. in qua allegat Alexandrum 4. qui in condẽnatione libelli editi contra statũ prędicatorũ & minorum, dicit fratres prædicatores & minores Christũ pauperẽ imitari & perfectionẽ euangelicã amplexari. Sed constat fratres prædicatores habere aliqua in cõi mobilia fm eorũ regulã & constitutiones, ergo &c. Posset etiã probari per hoc, qa habere aliqua in cõi non est natum induci nimium amorem ad temporalia vel nimiã sollicitudinem vel elationem, qđ totum per rationes efficaces probat, sed causa breuitatis ommitto.

¶ Tertia cõclusio est qꝫ habere aliqua tpalia in proprio est natũ aliqualiter impedire de perfectione personali, licet non semper actu impediat, & hoc sic probatur. Quod natũ est ingerere sollicitudinẽ & amorẽ recuruum ad tpalia, & ad elationem inducere natũ est diminuere de perfectione. Sed habere temporalia in proprio natum est inducere ad hmõi amorem superfluum, & sollicitudinem, & superbiam, (vt oñsum est supra in fine p̃cedentis ar.) ergo &c.

§. 14. ¶ Quantum ad secundã perfectionẽ nunc est videndũ. s. qꝫ habere aliqua in cõi non diminuit de pfectione status religiosorũ. Vbi præmittendum prius, qꝫ cum paupertas (vt oñsum est) solũ instrumentaliter non essentialiter faciat ad perfectionẽ, vt oĩs status religiosus dicaf perfectus, qa ordinat ad perfectionẽ acquirendã & conseruandam, non ex hoc debet dici aliquis perfectior altero, qa habet maiorẽ paupertatẽ q̃ alius. Sed debet dici habere instrm magis accõmodũ ad perfectionẽ. Et ideo sicut fatue sibi usurparet excellentiam super alios artifices, artifex aliquis ex hoc qꝫ haberet melius instrumentum, puta martellum ad operandũ, ita inaniter gloriaretur de maiori pfectione religiosus super alios, ex hoc qꝫ haberet maiorem paupertatẽ. Sed posset dicere se habere magis accõmodum instrm ad perfectionem. Perfectior aũt ille est simpliciter qui habet maiorẽ charitatẽ non qui habet maiorem paupertatẽ. Sicut ille perfectior faber qui facit meliorem cultellum non qui habet meliorem martellũ. Charitas. n. non inflatur, ait Apostolus. Et ideo nullus se debet alteri preferre, exẽplo Pauli Apostoli, qui se abortiuũ dicit & minimum Apostolorum. Bene tñ status religiosorũ ille perfectior, qui includit modũ viuẽdi importantẽ magis ea quę promouent melius ad charitatẽ Dei & proximi habendam & conseruandam. Et qa (vt dictũ est) status religionis est ordinatus pp perfectionẽ personalem, ideo frustra gloriatur de statu qui non habet maiorem perfectionẽ personalem. Et utinam tales gloriationes, & præpositiones inter religiosos cessarent, quia multorum malorũ sunt causa, sicut experiẽtia docet. ¶ Circa istã ergo materiã. s. de perfectione status religiosorũ qꝫ non diminuitur per hoc qꝫ habeantur tpalia in cõi, ponuntur tres conclusiones, quarũ prima est, qꝫ habere tpalia in cõi inquantũ sunt necessaria fini ad quem religio est instituta, nõ diminuit de perfectione uitæ debitæ illi religioni. Secunda est qꝫ habere dominium in rebus tpalibus necessariis ad uitam nõ diminuit de statu perfectionis religiosorum. Tertia est qꝫ habere etiã dñium in bonis immobilibus in cõi non diminuit de tali perfectione. ¶ Ad euidentiã primæ conclusionis, s. qꝫ habere tpalia in cõi inquãtum sunt necessaria fini ad quem religio instituta est nõ diminuit de perfectione debita illi religioni. Sciendum qꝫ diuersæ religiones sunt ordinatæ ad diuersos fines, quædam ad militandũ contra inimicos fidei, quædã ad hospitalitatem, quędã ad opera vitę actiuæ, quædã ad opera vitæ contemplatiuæ. Et fm diuersos fines religionis diuersimode sunt necessaria tpalia in religionibus. Vnde religio q̃ ordinatur ad hospitalitatẽ, vt religio S. Antonii non solum indiget tpalibus pro sustentatione professorũ in illa, sed ét ad hoc ut possint hospitalitatem seruare, & hospites sustentare. Et quę ad militiam ordiñatur indiget tpalibus, non solũ pro sustentatione, sed pro equis habendis, & armis. Nec possent tales religiones aslequi finẽ suũ, nisi haberent tpalia & in copia. Vnde talibus religiosis hr̃e in cõi etiã multa tpalia, nõ derogat pfectioni status, debitæ illi religioni, hoc probatur faciliter sic. Hñs instrm ordinatum ad aliquem finem, quanto

Religiosorũ status quis peretectior.

Scđm diuersos fines religiones sunt ordinatæ.

magis est illud accõmodum ad illũ finẽ, tanto habens illud minus exorbitat ab illo fine cęteris paribus, sicut in oĩbus artibus. Nam quãto faber habet meliorẽ martellũ tanto meliorem facit cultellũ cęteris paribus. Et rõ est quia cũ instrũm q̃ratur ad finẽ, quanto magis est ipsum accõmodum ad finẽ, tanto melius operat, sicut medicina tanto melior est, quanto magis operatur ad sanitatem. Sed ista tpalia sunt instrã necessaria ad vitã prẽsentem, & ad finẽ cuiusli bet religionis, vt quæ sunt necessaria fini alicuius religionis sunt accõmoda illi fini. Et intñ accõmoda ex quo necessaria sine illis non põt finis ille haberi, non ergo derogat pfectioni religioni habere tpalia in cõi. ¶ Secũda conclusio est quæ est difficilior q̃ habere tpalia in cõi, inquantũ sunt necessaria ad vitã, non diminuit de perfectione religionis, ita q̃ religio non hñs nisi vsum in aliquibus rebus non est pfectior religione hũte in illis rebus dñium in cõi. Et ad hãc cõclusionem probandã deberet sufficere auctoritas papæ & Romanæ ecclesiæ in ista cõstitutione & illa. Ad conditorem. In hac. n. constitutione, quia ita quorundã vbi dicit. Nec hoc. s. hñre in cõi ẽt quoad proprietatẽ aliqualiter derogat, iuxta dictũ Greg. 9. altissimę paupertati. Qui. s. Greg. dicit in illa decre. de excess. præla. Fratres prędicatores & minores in altissima paupertate famulari Xpõ pauperi. Et tñ constat fratres prędicatores hñre aliqua in cõi quoad proprietatẽ, qđ eorũ regulę, & statui non repugnat. Hæc ẽt Alexander prędecessor noster in condemnatione libelli ęditi contra statũ prędicatorũ & minorũ sensisse vr, in qua de dictis fratribus quæ sequunt sic ait. Cũ insuper iidem fratres oĩa pp Deũ reliquerint auxilia, vitæ subsidia mendicantes Christumq; imitentur pauperem, euangelicã pfectionẽ amplexando pp quod euidenter apparet eos non solũ esse in statu saluandorũ, sed ẽt perfectorũ, & per suæ religionis obseruantiam quæ ipsius quidẽ euãgelicæ perfectionis tenet formam ẽt retributionis prẽmio prẽcellentem gloriã promereri, vbi expresse dicit fratres prędicatores Christũ pauperem imitari, & euangelicã perfectionẽ amplecti, & esse in statu pfectorũ, & q̃ eorũ religionis obseruantia euangelicæ perfectionis tenet formã. Et cõstat prędicatores habere posse aliqua in cõi quo ẽt ad proprietatem sm eorum regulam. Hæc oĩa in dicta constitutione. Ex quibus patet sm intentionem & auctoritatem trium summorũ pontificum Greg. 9. Alexan. 4. & Ioan. 22. q̃ habere aliqua in communi etiam quoad proprietatem non derogat perfectioni nec altissimæ paupertati, nec euangelicæ perfectioni quę est summa, quare patet conclusio. ¶ Et quamuis cuilibet fideli deberent sufficere dictæ auctoritates, tñ adducuntur ad hanc conclusionem probandã & aliæ auctoritates. Prima est auctoritas Bedæ super illud Act. 4. Erant illis oĩa cõmunia. Dicit. n. sic. Qui sic viuunt vt sint eis oĩa cõia in domo cõi Cęnobitæ vocantur, quę vita tanto fęlicior quanto statum futuri sęculi perfectius imitantur, vbi cõia erunt oĩa, quia erit Deus oĩa in omnibus. Secunda auctoritas Io. Cassiani in Colla. tractans idem verbum sic ait. Habebant Apostoli triplicẽ unitatẽ, quam debent habere Cęnobitæ. Vnitatẽ affectionis, quia multitudinis credentium erat cor vnum, & aĩa una. Vnitatẽ habitationis, vt patet Act. 2. & 4. Vnitatẽm possessionis qa erant illis oĩa cõia, vita aũt apostolorum fuit perfectissima. Tertia est b. Aug. in reg. Non dicatis aliquid propriũ, sed sint uobis oĩa cõia. Idem in lib. de opere monachorũ. Si aliqui vrgeant ex euangelio vt nil reponant in crastinũ. Rñdeat. Cur ergo dñs loculos habuit, vbi pecuniam collectam reponeret? Ex quo medio probationis b. Aug. ostẽditur q̃ Christus habuit aliqua in cõi non solum quoad vsum, sed ẽt quoad proprietatem seu dñium. Quarta auctoritas Basilij dicẽtis in 4. c. suæ regulæ. Communionem vitæ perfectissime hãc ego uoco, in qua quidẽ possessionem pulsa est proprietas oĩa aũt cõia. Quinta auctoritas est. Prosperi de vita contẽplatiua, & hñ 12. q. 1. Expedit facultates ecclesiæ possidere, & proprias pfectionis amore cõtemni. Et ponit exẽplum S. Paulini epi. ¶ Probatur eadem conclusio & rationibus pluribus. Primo sic. Iste status non est perfectior alio qui non continet modum uiuendi magis promouentem ad perfectionẽ personalem acquirendam q̃ alius, patet hoc statim, quia ex hoc dr vnus status perfectior alio, (vt dictũ est supra) quia continet modum uiuendi importantem melius ea quæ promouent ad charitatem Dei & proximi, in qua consistit perfectio personalis. Sed status renunciantium aliquibus in communi. s. quoad dominium, ut oratoriis, paramentis, libris, & huiusmodi, non importat modum uiuendi magis promouentem ad perfectionem personalem acquirendam vel conseruandam q̃ status habentium illa talia, etiam quoad dominium uel proprietatem, supposita in cæteris paritate. ¶ Neque enim ingerit magis amorem recuruum ad temporalia aut sollicitudinem aut elationẽ, habere, talia quoad vsum & dominiũ q̃ habere ad vsum solum dñio abdicato & Romanę ecclesiæ dimisso.

Qđ hñre tpaliain cõi ñ diminuit de pfectione religionis.

Probatio conclusio in supradictæ per rationes

Cum

Cum.n.sint in continuo vsu talium.s. domorum ecclesiarũ,librorum,ornamentorũ ecclesiæ,vasorum & hmõi,& sunt quasi certi q̃ habẽt molestari.in eis,nõ apparet quõ ex hoc minus amare talia & sollicitari & eleuari q̃ si haberẽt ẽt dñium talium rerum.Nam in vsu cõsumptibilibus(vt dictum est supr.)necesse est dicere q̃ ipsi minores habeant non solũ vsum sed & dñium,qa cum vnũ nõ possit separari ab alio in dictis rebus quæ vsu consumuntur, vt panis,vinũ,& hmõi.Si nõ haberent dñium illud,sed nudum vsum facti tunc haberent illicitum vsum,qđ repugnat perfectioni. Item probatur idem alia rõne sic.Nunquã fuit ecclesia sine statu habente euangelicã perfectionem,& amplectẽte Christi & apl̃orum sequelam,hoc patet qa præsumptio vr & erroneũ q̃ aliquo tempore & ecclesia deciderit a perfecta sequela Xp̃i & Apl̃orum totaliter Greg.ẽt hoc dicit tractans illud Cañ.1.c.Pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum.i. iuxta perfectionem apl̃orum vt ipse exponit.Sed a tempore Constantini & beati.Siluestri vsq; ad tẽpus beati Francisci non fuit aliquis status in ecclesia qui non haberet aliqua in cõi,licẽt re nũciaret omni dñio in ꝓprio.Ergo habere in cõi non diminuit de perfectione status religiosorum.Cõfirmatur hoc,quia aliàs sequeretur q̃ tota perfectio euãgelii esset in solo statu fratrum minorũ,& totum residuũ ecclesię cecidisset ab illa,quod non vr bene dictum. ¶ Ad §.8. idem tertio probatur.Si hr̃e dñium in talibus quę vsu non consumunt̃,facere statum minus perfectũ,& professores talis status minus perfectos,tunc dñs Papa retinẽdo sibi dñium talium rerũ,prout facit circa ordinem minorum,faceret & redderet se minus perfectũ,qđ est absurdum dicere cõ quilibet in spũalibus, debeat plus se diligere q̃ aliũ & per cõsequẽs non debet velle a perfectione se elongare propter aliorum perfectionem agendã.Multę alię rõnes inducuntur,quæ ob breuitatẽ omittuntur. ¶Tertia conclusio est q̃ habere dñium in cõi in bonis immobilibus, vt possessionibus, domibus,redditibus,& hmõi nõ diminuit de perfectione.Hoc probatur quadruplici ratione.Primo sic.Illud qđ ecclesia statuit vtiliter & pro meliori & perfectori,nõ diminuit de ꝑfectione.Hoc statim patet,quia nullũ lucrũ q̃ tuncũq; magnũ potest dici vtile, per quod receditur a ꝑfectione dicẽte Christo Matth.16. Quid.n.prodest homini si lucretur vniuersũ mundum animæ,vero suæ detrimentum patiatur?&c.Detrimentũ autem animæ est cadere ab euangelica perfectione.Sed ecclesia quæ regitur a spũ sancto in his quæ statuit circa se quelã Christi & perfectionẽ vitę, pro meliori & vtiliori ordinauit & statuit q̃ haberet possessiones in cõi,non solũ præcia vt olim Iudea, sed & prædia,sicut dr̃.12.q.1.futuram &.c.videtes.Ergo hr̃e bona immobilia in cõi nõ diminuit de ꝑfectione.Ad idẽ.Illud pro quo aliquis laudatur,nõ diminuit de perfectione.Sed Constantinus imperator laudatur q̃ dedit licentiam per vniuersum orbem fabricandi ecclesias,& prædia eis constituit tribuenda ergo &c.Tertio probatur sic.Quod fecerunt viri ꝑfectissimi ad cumulum perfectionis non diminuit deperfectione.Sed viri perfectissimi tam diuinarum q̃ humanarum litterarũ doctissimi possessiones pro ecclesia acceperunt & ampliauerunt,Quinimmo aliqui de suo p̃monio vt b.Grego.plures ecclesias & monasteria dotauerunt,in quibus pro magna perfectione degere elegerunt.Ergo dicere q̃ hr̃e immobilia in cõi diminuat de perfectione absurdum vr̃.Et.n.hoc dicere q̃ beatus Siluester & alii sanctissimi Romani pontifices,& episcopi perfectissimi,& abbates,vt b. Greg. Ambrosius, Hieronymus,Hylarius,Bñdictus, Antonius, Martinus.Egidius,Bernardus,& cæteri innumerabiles sancti ab sq; perfectione euãgelica & sequela Christi vixerit quia ipsi oẽs in communitate ecclesiæ suæ res immobiles possedẽrũt.12.q.1.expedit.Quarto sic ꝓbatur ſm regulam generalem b.Aug.qñ obscuritas est in verbis euangelicis ꝑcipue circa præcepta vel cõsilia ex quibus dubiũ oritur recurrendũ est ad sanctorũ obseruantiã.s.quõ illa ipsi sancti seruauerũt.Et hoc tenendũ est qđ ipsi seruauerũt.Ergo vitæ ꝑfectio intelligẽda est & tenẽda ſm q̃ sancti viri & ꝑfectissimi verbo docuerũt eã & facto tenuerũt.Sed oẽs sancti viri & ꝑfectissimi a tẽpore Siluestri vsq; ad tp̃s b. Frãcisci,sic vitæ ꝑfectionẽ & verbo docuerũt & facto tenuerũt,q̃ bona immobilia & mobilia habuerũt.Ergo in cõi hr̃e immobilia nõ minuit de ꝑfectione euãgelica,vr̃.n.mihi absurdũ dicere q̃ sanctissimi qui sua pp ꝑfectionẽ habendam relinquebãt in proprio,si vidissent q̃ habere in cõi esset detrimentum ꝑfectionis q̃ in cõi cũ aliis bona possedissent,sed sicut abdicauerũt in proprio propter perfectionem, ita abdicasset in cõmuni,qđ nullus fecit añ b. Frã.

Habere dñiũ in cõi de bonis immobilibus nõ deminuit de ꝑfectione.

¶Quãtum ad tertium articulum principalis §.15. huius qõnis.Hæc est cõclusio.q̃ hr̃e in cõi nõ diminuit de perfectione status ꝓlatorũ,immo Tertius quod est fortius nõ habere derogat statui prælationis,& per consequens perfectioni debitę illi statui.Hoc autẽ faciliter probat̃ sic. Illud Arti.

non diminuit de pfectione ſtatus prælationis quod ipſa prælatio exigit ſcm ſuã rationem. Hoc patet quia illud non repugnat alicui qđ ei conuenit ſcm ſuã rõnem. Sed Apoſtolus in duobus locis ſcripturę. ſ. 1. ad Timoth. 3. & ad Tit. 1. deſcribens prælationẽ epalem, inter cætera dicit q̃ oportet epm eſſe hoſpitalem. Impoſſibile eſt aũt eſſe hoſpitalẽ, niſi habeat bona ſaltem in cõi. Ergo hre in cõi non diminuit de perfectione ſtatus prælationis. ¶ Secundo probatur ſic. Illud non derogat perfectioni ſtatui debitæ ad quod obligatur ratione ſtatus, ſui. Sed prælatus obligat ratione ſtatus ad paſcẽdum gregem, non ſolum verbo & exẽplo, ſed etiam tpali ſubſidio quod fieri non poſſet, ſi aliqua bona eccl̃ię non haberet quorum prælatus diſpenſator eſſet. Et ideo ſaluator cõmittens gregem ſuum Petro & ſucceſſoribus eius ſignanter dixit nõ ſemel, ſed ter ei. Paſce oues meas, vel agnos meos Ioã. vlti. ad innuẽdum q̃ prelatus dẽt ſubditos paſcere verbo & exẽplo & temporali ſubſidio. ¶ Tertio ſic. Habere illa pro q̃bus defendendis prælatus mortẽ patiens meretur aſcribi cathalogo ſanctorũ, non diminuit de ſtatu pfectionis, hoc quaſi patet de ſe, quia non aſcribitur in numero ſanctorũ niſi propter opera pfectionis, ſed platus mortem patiens pro defenſione, facultatũ eccleſiæ meruit aſcribi cathalogo ſanctorum vt patet de ſancto Thoma Cantuarienſi archiepo. Ergo habere bona immobilia non diminuit de ſtatu pfectionis platorũ. ¶ Soluit exinde multa argumenta facta in contrarium. Sed ſolum vnum pono in quo aduerſarii veritatis multũ ſe fundant. Et eſt tale, q̃ Xp̃s fecit cõdeſcendẽdo infirmis diminuit de pfectione. Patet hoc, qa aliter Xp̃s non ſumpſiſſet perſonã infirmorum in hoc. Sed Xp̃s in habendo loculos ſeu aliqua in cõi, geſſit pſonam infirmorum, qđ patet in decretali Nicolai. 4. Exijt q̃ ſeminat. Et be Aug. ſuper illud producẽs fenum iumẽtis. Et in li. de ope monachorum dicit. Dñs noſter Ieſus Xp̃s more ſuæ mię infirmioribus cõpatiens cum ei poſſent angeli miniſtrare loculos hre dignatus eſt, ergo &c. ¶ Et confirmatur idem auctoritate beati Hiero. dicẽtis. Nudam crucem nudus ſequar. Sed qui habet aliquid non eſt nudus. Sed ad hoc reſpõdet ſubtiliter & optime. ¶ Dicit enim notandam eſſe triplicem infirmitatẽ ad ꝓpoſitum. ſ. infirmitatem carnis, infirmitatem ſciæ, & infirmitatẽ affectionis. Infirmitas carnis eſt ſcm q̃ corpus mortale indiget cibo & potu, veſtimẽtis & huiuſmodi. Et iſto modo oĩs homo in hac vita mortali eſt infirmus donec corpus iſtud corruptibile induerit incorruptionẽ, de qua infirmitate Apoſt. 1. ad Ti. c. ait. Modico vino vtere propter ſtomachum tuũ & frequentes tuas infirmitates & Mat. 26. Spiritus promptus eſt caro autem infirma. Talis infirmitas non eſt p̃ fectionis mentis, ſed ſtat cũ omnimoda mentis perfectione in præſenti poſſibili. Hãc Chriſtus aſſumpſit cum defectus corporales accepit. ſ. famem ſitim, frigus & huiuſmodi. Quia ergo Chriſtus erat verus Deus & verus homo inquantũ Deus habebãt ſibi angeli miniſtrare nec loculis indigebat, ſicut nec cibo vel potu. Sed inquãtum hõ ſcm carnẽ erat infirmus, indigẽs cibo, & alimento ſicut alii hoĩes, & p cõſequẽs indiguit pecunia & loculis quib. mediantibus neceſſaria emerentur. Et de iſta infirmitate carnis quæ ſtat cũ ſumma perfectione mentis põt intelligi dictũ b. Aug. & decretalis. Exiit. In hoc. n. perſonã infirmorũ geſſit & infirmis cõdeſcẽdit q̃ ifirmitatẽ carnis aſſumpſit, & per cõſequens neceſſariis ad vitã eguit & loculis egere ſe oſtendit. Et certe illa videt eſſe intentio b. Augu. Vult. n. dicere q̃ ille qui Deus erat & dñs omnium oportet abſq; quacũq; ꝓuiſione ſibi de neceſſariis q̃cũq; & quocũq; tẽpore prouidere, cũ ei angeli miniſtrarent, tñ vt eandem infirmitatem carnis habẽtibus exemplum daret q̃ nõ erat cõtra pfectionem p̃ carnis infirmitate ſupportanda cibis & neceſſariis vti, & loculos habere ideo in habendo loculos infirmis condeſcendit, quia vt dicit Apl̃s ad Heb. 2. Licẽt eſſet Deus debuit p̃ oĩa fratribus ſimilari, & per omnia miſericors fieri, habendo ergo loculos geſſit perſonam infirmorũ, nõ infirmorũ infirmitate ſtatus. i. in perfectione vt iſti arguũt, ſed infirmorũ infirmitate carnis. ¶ Scđa infirmitas eſt ſcię de qua ait Apl̃s. 1. ad Cor. 8. Conſcientia eorum cum ſit infirma ꝓlluit, & ad Ro. 15. infirmũ in fide ſuſcipite. Hæc infirmitas cõſiſtit in hoc q̃ aliquis ex ignorãtia vel ex neſciẽtia credit aliq̃d malũ eſſe, qđ tñ nõ eſt ſicut aliq̃ tunc tẽporis credebãt eſſe pcm̃ comedere imolatũ idolis qđ de ſe nõ eſt, niſi cũ fiebat in veneratiõnẽ idoli. Et hac infirmitate laborabãt q̃ reſeruare i chriſtinũ eẽt cõtra pceptũ dñi. Et de iſta ẽt infirmitate põt intelligi dictũ b. Aug. & decretalis. Exiit. ſ. q̃ dñs cõdeſcẽdẽs vel cõpatiẽs infirmis loculos hre dignatus eſt Chriſtus. n. q̃ venit curare vulnera nr̃a, ꝑcipue mẽtis, nec aliq̃ in futurũ poſſent ſcãdalizari credẽtes qđ eſſet imperfectionis vel minoris perfectionis ſi ſeruos Dei videret loculos hre, & de illis in communi

Argm̃ cõtra. ſ. q̃ hre in cõi aliqua diminuit pfectionem.

Triplex infirmitas.

cõi viuere, ipse loculos habere uoluit, vt esset aliis in exẽplũ, ꝙ absq; quocunq; impedimento vel diminutione perfectionis loculi cões haberi poterant ad vitæ necessitatem, non ad superfluitatem. Et ꝙ pp tale exemplum hoc fecerit dñs dicit B. Aug. & hr 12.q.1.sic. Exemplum domini accipite conuersantis in terra.

Quare Xpslocus uoluit hre. Quare loculos habuit cui angeli ministrabãt, nisi quia ecclesia loculos habitura erat. Hoc ẽt expressius dicit in li. de sermone dñi in mõte. ¶ Tertia infirmitas est infirmitas affectionis, & hæc est duplex. Vna qua qs sic infirmatur ꝑm affectum ꝙ a Deo auertitur, quæ infirmitas est ad mortẽ per culpam mortalẽ. De qua Apost. ad Ro.5. Cum infirmi essemus Xps pro nobis mortuus est. Quia ergo Xps sciebat aliquos futuros in ecclesia q̃ obstinata malitia dicerẽr, ꝙ viris perfectionẽ euangelicã seruãtibus aliqd seruare in crastinũ erat cõtra Dei ꝓceptũ, ideo Christus his infirmis cõdescendẽs vt eos a sua malitia reuocaret facto suo & exẽplo voluit habere loculos, vt iã isti blasphemi cõtra ecclesiã loqui non possent cũ uiderent eam loculos habere. Scda infirmitas affectionis est qua aliqui nõ auersi a Deo per culpã mortalẽ, tñ detenti circa amorẽ tpaliũ impediunt a sequela Xpi per semitã consiliorũ, licet non exeant viã mandatorũ, de qua potest intelligi illud Apli Ro.15. Debemus nos qui firmiores sumus imbecillitatẽ infirmorũ sustinere. Et in habẽdo loculos Xps his infirmis cõdescendit in duobus.

¶ Primo quia cũ Christus loculos haberet nõ ad superfluitatẽ, sed ad sui & aliorũ necessitatem agẽdorum vt b. Aug. dicit. exẽplum dedit talibus infirmis, ne ad tpalia afficerentur ut ad superfluitatẽ, sed solum ad necessitatẽ ea quærerent. Sedo qa Christus habuit loculos in cõi, non in proprio ut ergo talibus infirmis condescẽdat. Ex his quatuor modis expositionis primus vr mihi magis esse de intentione b. Aug. Quocunq; aũt modo exponatur de prædictis, patet ꝙ Xps non fecit opus imperfectionis in habendo loculos, immo vr mihi verbum valde blasphemũ dicere ꝙ Christus in aliquo facto suo fecit opus imperfectionis cuius oĩs actio

Quid sit nudã crucẽ sequi. nostra est instructio. ¶ Ad auctoritatẽ Hiero. de sequendo Christum nudum, rñdetur per id quod ait ipse b. Hiero. ad Nepotianum. s. ꝙ ille nudus Christũ nudum sequitur & crucem nudã, qui oĩa sua aut pauperibus distribuens, aut parentibus relinquens, aut facultatibus ecclesiæ adiungens, ad facultates ecclesiæ quæ sunt bona communia viuit de eis & de altaris oblationibus sustentatur, & talem nuditatem ipse seruauit, quare habere in cõi aliqua non diminuit de perfectione personali, nec de pfectione status religiosorũ uel prælatorum. ¶ Ex prædictis ẽt põ patere error Fraticellorũ qui hr in 7.c. libelli hæreticalis eorum, vbi dñt ꝙ ligare in iudicio diminuit de pfectione euangelica. Et quia Io.22. determinauit contrariũ dicunt. n. hæreticum, quia vt aiunt cõtradicit scripturæ sacræ dicenti dño. Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicã tuam tollere, dimitte ei & pallium. Mat.5. Et sic vr fieri contra doctrinam euangelicam litigare. Sed deberent isti obstinatissimi aduertere quod ait beAugu. in decre. quem librum sæpe allegant & male intelligunt in c. Paratus 23.q.1. Dicit. n. ꝙ ista prẽcepta sunt magis intelligenda scdm prẽparationẽ animi, vt. s. homo patienter ferat hoc, & paratus sit ẽt ad maiora sufferenda, si oporteret pro salute sua & proximorum q̃ secundum opus quod in aperto fit, non ergo diminuit de perfectione personali, nec de perfectione status litigare in iudicio, cũ modestia pro iure suo tuendo siue ecclesiæ siue monasterii. Nec obstat quod ait Apost. 1. Corint 6. Si iudicia habetis inter uos omnino delictum est in uobis, quod illi hæretici inducunt, quia vt dicit glo. loquitur cum quis contra iustitiã litigat, uel non debito modo, quia cum mendaciis & iniuriis uerborum, vel cum apud infideles iudices, vt ibi subdit. Bene ergo determinauit Ioan.22. nec contradicit hoc scripturæ, sed falsi eam exponunt.

§.16. ¶ Septimus articulus declarandus est. Vtrum Christus & apostoli habuerint aliqd in cõi. Et ista est principalis quæstio in materia ista, sed declaratio eius dependet ex declaratione præcedentium dubiorum. Et ꝙ habuerint patet, quia dr Ioã.4. ꝙ discipuli eius fuerant in ciuitatem ad emendum cibos. Emptio aũt fit pecunia, ergo pecuniam habebant, non in proprio ergo in communi. Item Ioan.12. & 13. dicitur ꝙ dñs habebat loculos quos portabat Iudas, ideſt scarsellam seu bursam ubi in uariis locis eius diuersæ pecuniæ mittebantur puta argenteæ in una & æneæ in alia, & huiusmodi. Sed illud quod reseruebatur in illis loculis non vr fuisse alterius quam collegii Christi & Apostolorum, ergo habebant aliqua in communi.

Optima ꝓbatio videlicet quod Xps habuerit aliqd in cõi.

¶ Pro quorum declaratione sciendum ꝙ certum est ꝙ Christus & Apostoli bona quæ habuerũt in usum vitę humanæ de facto habuerunt. Certũ est enim ꝙ habuerunt indumenta quibus vestiebantur, & cibos quibus nutriebantur, domum etiam quantum ad vsum dormiendi & quiescendi. Nec vnquam de hoc aliquis dubitauit. Sed vtrum habuerit in talibus

rebus ſolum nudum vſum facti vel ius & dominium in proprio vel in cõmuni, de hoc fuit aliquando dubiũm. Sed nunc nulli phas eſt dubitare poſtquam Io.22. edidit & promulgauit conſtitutionem. Cum inter nonnullos, qa ibi determinat q̃ qui pertinaciter tenet q̃ Chriſtus & apoſtoli non habuerunt aliqua in cõi, hæreticus ſit cenſendus. Hoc aũt nõ põt intelligi quantũ ad ſolum nudum uſum facti, ſicut aliqui expoſuerunt, immo verius corrũpere voluerunt, qđ patet, quia dñs Papa Ioan. illud quod viri ſcholaſtici in dubium reuocabant, voluit declarare, vt patet ex ipſo principio conſtitutionis vbi dr̃. Cum inter nõnullos, viros ſcholaſticos ſæpe cõtingat in dubiũ reuocari, ſed per viros ſcholaſticos nunq̃ fuit in dubiũ reuocatum quin Chriſtus & apoſtoli habuerunt vſum facti in aliquibus rebus neceſſariis ad uitam. Sed bene fuit in dubiũ reuocatum vtrum in illis rebus habuerit ius & dñium in proprio uel in cõi. Cum ergo Papa declarauerit q̃ deinceps aſſerere q̃ non habuerunt, hæreticũ ſit cẽſendũ, ſequit q̃ nõ de vſu ſolum, ſed de iure & dñio intellexit. ¶ Scđo ſciẽdum q̃ cum declaratũ ſit ſupra in tertio dubio q̃ impoſſibile eſt habere vſum licitũ & iuſtum alicuius rei ſine iure vtendi illa re, & oẽs concedunt q̃ Chriſtus & apoſtoli habuerunt uſum aliquarum rerũ, ſequitur de neceſſitate q̃ in illis rebus habuerunt ius vtendi, niſi q̃s diceret q̃ habuerunt ſemper vſum nõ iuſtũ, quod blaſphemũ eſt dicere. Sequitur ergo q̃ Xp̃s & apoſtoli non potuerunt habere uſum facti denudatum iure vtendi. ¶ Tertio ſciendũ q̃ cum declaratũ ſit ſup. in quarto dubio q̃ in rebus q̃ conſumuntur non poſſit ſeparari uſus licitus a iure in re & non ſolum in vſu rei, & clarũ ſit q̃ Chriſtus & apoſtoli aliquas res vſu cõſumpſerunt, vt panem & vinum quę comedebant & bibebant ſequitur q̃ in talibus rebus ius & dñium habebant non vſum facti denudatum etiam iure in re. ¶ Quarto ſciendũ q̃ cum viſum ſit in ſexto dubio q̃ habere in cõi in rebus neceſſariis ad vitam non diminuit de perfectione perſonali, nec de perfectione ſtatus religioſorum uel prælatorum, ſequitur q̃ Chriſtus & apoſtoli quia ſummam paupertatẽ uel ſummam perfectionem tenuerunt q̃ pp hoc non probatur q̃ non habuerunt aliqua in cõi. ¶ In iſta ergo quæſtione aut quæritur de Xpo ſeorſum, aut de Chriſto & apoſtolis ſimul, aut de apoſtolis tm̃, vt poſt aſcenſionem Chriſti. Si de Chriſto ſeorſum cũ in Chriſto ſint duæ naturæ diuina pariter & humana, dubiũ non eſt q̃ de natura diuina locum non habet quæſtio iſta. Sic. n. Xp̃s ſm oẽs habet ueriſimile & propriiſſime dñium oium creaturarum, ſm illud p̃s. 23. Dñi eſt terra & plenitudo eius &c. Et Heſter. 13. Dñs oium tu es. Intelligenda eſt ergo quæſtio de Xpo ſm humanam naturam. ¶ Secũdo notandũ q̃ dñium habere de aliqua re poteſt intelligi dupliciter, qa aut inſuſum, aut acquiſitum, ſicut dicimus de ſcia infuſa vel acquiſita circa aliquã concluſionẽ, & iterũ dñium põt acquiri in aliqua re dupliciter, qa vel ex facto proprio, ſicut miles acquirit ex facto proprio. ſ. ſui laboris dñium in ſtipendio vel ex alieno dono, ſicut acquirit pauper dominium in eleemoſyna ſibi liberaliter data. ¶ His præſuppoſitis pono reſpõdendo ad quæſtionem ſex concluſiones.

¶ Primo q̃ Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis habuit dominiũ omnium rerum.

¶ Scđa concluſio q̃ Chriſtus ex facto proprio habuit dñium acquiſitum aliquarũ rerum.

¶ Tertia concluſio q̃ habuit dominium aliquarum rerum ex dono aliorum.

¶ Quarta cõcluſio q̃ apoſtoli poſt emiſſionem uoti de paupertate non habuerunt in proprio dominium aliquarum rerum.

¶ Quinta concluſio q̃ Chriſtus & apoſtoli habuerunt dominium aliquarum rerũ in cõi.

¶ Sexta concluſio eſt q̃ apoſtoli poſt aſcenſionem habuerũt dñium aliquarũ rerũ in cõi.

¶ Prima cõcluſio probatur ſic. ſ. q̃ Chriſtus ab initio cõceptionis habuit dñium oium rerum. §. 17.

Habens ius habendi aliquã rem & vtendi iure proprio pro libito voluntatis & alienandi eã habet dñium in illa re, hoc patet ex declaratione tertii dubii ſupra. Sed Xp̃s ab initio ſuæ cõceptionis habuit tale ius in omnibus rebus creatis, ergo &c. Probatio minoris patet per id quod hr̃ ad Hębr. 2. & ſumitur de pſal. 8. Minuiſti eum paulominus ab angeli &c. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In eo enim (ait apoſtolus) q̃ ei ſubiecit oia nihil dimiſit nõ ſubiectum. Quod exponens glo. c. 3. ait. Ecce poteſtas Chriſti oſtenditur ut enim a dñi opere nihil excipitur, ita nec a Chriſti poteſtate. Attende q̃ non ſimpliciter ait ſuper oia opera, ſed addidit manuum tuarum. ſ. ſuper digniora ẽt opera. i. homines & angelos, quę per excellentiam dicuntur opera manuum dñi. Et non ſolum conſtitutus ſuper opera vt dignior, ſed ẽt oia ſubieciſti ſub pedibus eius. i. poteſtati eius & dominio, poſſet. n. eſſe ſuperior & non domi nari oibus. Sed dicit. Subieciſti oia, nihil dimiſit nõ ſubiectum dominio eius. Ex qua auctoritate hr̃ q̃ loquitur de Chriſto ſm naturam humanam, ſecundum q̃ minoratus eſt Paulominus

Quia Xp̃s habuit dominiũ oium rerum.

¶ Sic ēt potest dici q̄ cum Christus interdixit ista, non ista prohibuit, vt non haberent aliqd ius in tpalibus sed p̄p multas alias causas, vt docent doctores sancti. Et prima oñderet alimenta ab eis deberi quibus prædicabant. Et hanc rōnem assignat b. Hiero. Secunda ad tollendum apostolis oēm pusillanimitatē & sollicitudinem superfluam circa tpalia. Et hanc ponit b. Gre. Tertia vt totam spem suā in Deo ponerent. Hanc tangit Cyrillus. Quarta vt vir tutem magistri mittentis oñderet cū nihil eis defuerit, q̄ rōnem Christus expressit Luc. 22. qñ misi vos sine saculo. &c. Quinta est vt ista non haberent ad superfluitatē, & p̄p ista prædicarent. Secundo pōt dici q̄ falsum est dicere q̄ apostolis fuerit præceptum nihil habere in proprio vel cōi. Nec hoc pōt haberi vt illi asserunt ex illis verbis. Nolite possidere aurū, &c. Nam hoc fuit dictum nō solum apostolis, sed & 72. discipulis, vt hr̄ Luc. 10. qñ Christus designauit eos ad prædicandum. Sed illis discipulis 72. non fuit hoc præceptum, s. nihil habere in proprio nec in cōi, quod & illi concedunt. Ergo ex illis verbis concludi non potest apostolis illud fuisse præceptum. ¶ Tertio dici potest q̄ illud & si fuisset præceptum quod tñ nō fuit, fuisset eis factum pro loco & tpe. s. qñ fuerunt missi ad prædicandum in uia, sicut dicit textus euangelii præcepit eis. Nihil tuleritis in via & aliqui qui fuerunt licentiati & dispensati apostoli seu licentiati & liberati tali p̄cepto in vltima cœna, ergo non obligabantur ex illo verbo, quin alio tpe vel loco possent aliqua habere in cōi. Nec in via fuit eis prohibitum aliqua portare. Sed solum ea quæ possent aliqualiter distrahere a p̄dicatione verbi. Vnde concessit eis portare unā tunicā & sandalia. Mar. 6. in qbus si habebant solum nudū vsum facti, quæro q̄s habebat de illis dñium & non vr̄ posse dari nisi ipsi qui portabant. Et ideo dicunt aliqui & bene, q̄ in oībus argumentis qbus ex auctoritate canonicis & sanctorū, probat q̄ nihil habuerūt in proprio vel in cōi, cōmittit fallacia cōsequentis arguēdo. Non habuerūt ista ergo nulla, vel fuit præceptū eis q̄ non haberent ista, ergo nec aliqua. ¶ Quarto p̄ illa verba, nō plus p̄hibuit eis dñium illarū rerum quā vsū, cū ait. Nolite portare aurū &c. ita q̄ pro illo tpe non debebant hr̄e vsum auri & argenti. Alioquin potuissent portare bonos florenos ad vsum suum, dñio penes alios remanente, qd ipsi non dñt & apparet ex textu. ¶ Et sic patet cōclusio q̄ ex illis verbis in qbus se multū fundant nō pōt haberi eis factū præceptū q̄ nihil haberent in cōi vel in particulari, sed ne ista tpalia portarent, & q̄rent tanq̄ incerti & nimis solliciti de quo viuerent, & superflua tenentes nimis inordinate ad ea afficerent. Et s̄m hoc pōt dici fuisse eis & successoribus præceptū, non simpl̄r rōne portationis vel habitionis, sed ratione nimiæ sollicitudinis & amoris. ¶ Et ex his patet error 8. c. libelli maledicti fraticellorū, vbi dicunt q̄ Xp̄s simpl̄r & absolute cū misit ad prædicandū ap̄los dixit. Nolite possidere aurū & argentū &c. interdixit eis omne ius & dñium oīum rerū tpalium ad litterā. Et qa Io. 22. declarauit contrariū & bene dñt hæreticū. Sed patet ex declarationibus doctorū inductorū & rōnibus, qa illud fuit documentū non præceptū. Et si præceptū ad tps cum misit ad prædicandū exercēdos per illa vt inci pientes in statu religioso. Vel melius qa præce pit ex intentione seu prohibuit illis verbis inordinatū affectū ad terrena & nimiā curā & sollicitudinem & ea quæ haberent impedire ab actu prædicationis. Ipsi ergo falsi & hæretici sunt s̄m litterā quę occidit exponētes & male.

§. 25.

¶ Tertio pōt argui sic. Xp̄s fuit perfectissimus in euangelica perfectione. Sed ad euangelicam perfectionē pertinet paupertas, ergo pfectissimus in paupertate. Sed maior est paupertas nō hr̄e nec in proprio nec in cōi q̄ hr̄e saltē in cōi aliquā mobilia, ergo vr̄ q̄ Christus nō habuit nec in proprio nec in cōi. Ad qd rñ det q̄ paupertas euangelica pōt accipi dupl̄r. Vno modo quantū ad præparationē animi & sic est virtus nō alia a charitate. Et isto modo fuit Christus pauper-

Pauptas euāgelica dupl̄r accipit.

pauperimus ſuper oēs,ēt Ioh.Bap. Alio modo poteſt accipi ſm effectum exteriorem.i.caren tiam rerum, & ſic non eſt eſſentialiter virtus, ſed inſtrm valde accommodum ad perfectio-nem virtutis, & ſic Chriſtus non fuit pauperior Iohanne.¶Sed hic eſt aduertendum q̄ bo nitas, in inſtro nō attenditur ſm quantitatem inſtrumenti ſed ſm proportionē ad finē ſicut patet in medicina.Et ideo nō oportuit q̄ Chriſtus ſummam paupertatē aſſumeret quantum ad effectū exteriorem, alioquin nec debuiſſet habere victū & veſtitum, ſed q̄ haberet paupertatem magis congruentē fini noſtræ redemptionis. Ipſe.n.qui pro ſalute hoīum venerat & conuerſari cum eis habebat, vnde ſicut ſum pſit abſtinentia non ſummam vt Iohan. Bapt. ſed conformē cōi vitæ honeſtæ,ita & paupertatem hñs mediocrem ſ.cum apoſtolis,in cōi mobilia, qui modus non habet aliquid viſcoſitatis vt habere immobilia, nec anxietatis plurimum vt nō habere in cōi vel particulari modo declarato.Et cū dr.Niſi quis renunciauerit oībus quæ poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus.Luc.14. Chriſtus ergo oībus renunciauit in proprio & cōi,non ſequit̄. Nam & quicunq; renunciauit ſæculo vt oēs religioſi qui affectu & effectu abdicant proprietati dñr vere renunciare oībus & tñ licitè aliqui habent nō ſolum mobilia in cōi vt prædicatores, ſed etiā immobilia in cōi,vt oēs monachi. ¶Nec maioris perfectionis eſt renunciare oībus in proprio & in cōi,vt minores faciunt q̄ renunciare oībus in proprio ſolū,ſed nō in cōi,vt probatū eſt ſupra in 6.artic. licèt ſit actior renunciatio.

§.26. ¶Quarto poteſt argui contra ex multis auctoritatibus canonis & ſanctorū, vt illud Mat.19. Ecce nos reliquimus oīa,ergo in proprio & in cōi. Et illud Matt.8.Filius hoīs non habet vbi ca.ſu.re. Et pſal.39.in eius perſona. Ergo mendicus ſum & pauper, & b.Aug. Oīa contēpſit Chriſtus terrena mundi vt contemnenda eſſe demonſtraret. Et Euſebius ſuper Matth.dicit Apoſtolos fuiſſe extremæ paupertatis. Et bea. Hiero.Si vis perfectus eſſe, nihil habeas præter Chriſtum.Et ſuper illud Matth. 17.qñ inuentum ſtaterem in ore piſcis. Petrus ad mandatum Chriſti ſoluit tributū,cū aliunde non habebat dicit b.Hiero.q̄ tantę dñs fuit paupertatis q̄ non haberet unde ſolueret tributū. Et ſi obiiciat. ait ipſe de loculo quos ferebat Iudas. Reſpondebimus, q̄ reputabat nephas id quod portabat in loculis pro pauperibus in ſuos vſus conuertere.Et multæ aliæ auctoritates poſſent induci.¶Ad has rñdetur.Ad illā Ecce nos reliquimus oīa,verum eſt,qa in proprio renunciauerunt & reliquerūt oīa.Ad ſecundā.Vtiq; cōcedimus q̄ filius hoīs non habuit vbi caput reclinaret.i.domū,ſed per hoc non tollit ſi non habuit immobilia, q habuerit mobilia in cōi. Ad tertiū. Vtiq; pauper fuit Xp̄s, parū hñs & mendicus ab aliis petens eleemoſynas. Sed & mendicantes dñr,& ſunt fratres prędicatores, & tñ licite habēt mobilia in cōi. Ad auctoritates ſanctorū ſi mille eſſent pōt rñderi uno verbo. Oēs ēt auctoritates quæ dicunt q̄ inter dixit eis oīa, vel q̄ renunciauerunt oībus, vel ſunt intelligendę quantū ad modū habendi.ſ. q̄ non habebant in proprio, vel quantū ad curam prouidendi & vt amouerent ſuperflua. Contēpſit.n. Chriſtus ſm b.Aug.oīa mundi, qa in proprio, nā quę hñr in cōi non dñr mundi, ſed Dei, quæ aūt in proprio mūdi dici pñt, fuerūt apoſtoli extremæ paupertatis cōgruentis tñ fini,& hoc eſt hñe tm̄ in cōi, & ad neceſſitatē, non ad ſuperfluitatē mobilia. Ad illud b.Hiero.Nihil habeat prēter Chriſtū,intelligi pōt vel in proprio. Nam religioſus verus nil hñe dr licèt monaſterū,ſuum multa habeat ēt immobilia,vel intelligitur quo ad affectū inordinatū. Ad illud de tributo rñdetur q̄ Chriſto aliqua offerebantur ſibi pro ſuis & apoſtolorū neceſſitatibus,aliqua vt pauperibus diſtribuēda, ſicut ēt hodie fit, in religioſis quibus plura dantur,& cōmittuntur diſpenſanda.Et utraq; portabat Iudas in loculis, tunc autē qñ ſoluit tributū non erat in loculis aliqd de his q̄ data erant eis ad vſum eorū, etſi eſſent q̄ pauperib⁹ eſſent diſtribuenda. Sed non ſequit q̄ ſi tūc nō erat in loculis aliqd in vſus ſuos conuertendū q̄ nunquā fuiſſet, immo expręſſe patet q̄ alias erant talia.Nam cū iuerunt in Sichar ad emēdum cibos Io.4.vtiq; de loculis receperunt illam pecuniā & pro vſu Chriſti & diſcipulorū ipſorū.Et ſic ēt qđ Pet.dixit Act.4. Argentū & aurū non eſt mihi, nō ſequitur q̄ ſi tūc ſecum nō habeat quin alias potuiſſet hñe in cōi,& mulieres quæ dñr miniſtraſſe Chriſto & diſcipulis de facultatibus ſuis, nō ſequitur q̄ ſemper hoc fuit, ſed tunc ipſi nec ēt in cōi habebant, ſic viuentibus in cōi aliquando eis deficiunt etiam mobilia pro aliquo tempore, vnde non procurant per diuerſos modos. Nec enim mulieres forte continue ſecutæ ſunt eum.

§.27. ¶Octauus articulus eſt. Vtrum ſit hæreticum aſſerere q̄ Chriſtus & apoſtoli nihil habuerūt vt in cōi. Sed quia de materia hæreſis ſatis habetur in 2.parte titul.vlti. ideo breuiſſime hic expedietur. ¶Sciendum igitur quòd ad hoc vt quis proprie dicatur hæreticus quatuor requiruntur. ¶Primum eſt error in intellectu,

Hęreticus quis ,pprie dicat quatuor requirantur

ita ꝙ male ſentiat de veritate. Vnde b. Aug. dicit ꝙ hæreticus eſt qui falſas opi. gignit vel ſequit. Licèt.n fornicā vel furās agat cōtra veritatem, q̄ dicit nō mechandū nec furandū, non tñ eſt hęreticus, niſi ęſtimaret & talia eſſe licita & pertinaciter. Et trō eſt qa nō hēt errorē in intellectu ex quo ſcit eſſe mala. ¶ Scd m qd requirit ad hęreſim eſt ꝙ talis error ſit circa ea quę pertinent ad fidē, vel cōtra veritatē determinationis eccleſiæ in his q̄ pertinent ad fidē & bonos mores & neceſſaria ad cōſecutionem vitæ æternæ. Si.n.eſſet error in his q̄ non ſunt neceſſaria ad ſalutem, vt ꝙ ſol ſit minor terra, vel alias concluſiones Phyſicas vel Geometricales non pertinentes ad fidē, ibi nō eſt hęreſis vel error periculoſus ſaluti. Et quia determinatio dubiorū circa fidē vel ſacrā ſcripturā ſpectat ad eccleſiā & præcipue ad ſummū Pon. vt 24. q. 1. quotiens. Ideo in hmōi ſtandū eſt determinationi eccleſiæ, & ſummi pōtificis prę-cipue. Et pertinaciter aſſerens cōtra hmōi determinationē eccleſiæ cōſtituit hęreticū, ſicut ſentiēs ptinaciter cōtra fidē ¶ Tertiū qđ requritur ad hęreſim eſt ꝙ ſit profeſſus catholicam veritatē, etſi aliquis nō eſſet profeſſus catholicā veritatē, q̄ profeſſio fit in baptiſmo, vbi promittit ſe credere q̄ ſunt fidei. vel patrinus pro eo ſi eſt paruulus ſi male ſentiret de his q̄ ſunt fidei & pertinaciter, ex quo nō eſt profeſſus talē finē Chriſtianā nō diceret hęreticus, ſed iudęus vel paganus qui ſunt extra eccleſiā. Et de hmōi eccleſia non iudicat vt de hęre. Vr̄ ēt requiri ꝙ talis profeſſus fidē aliqd credat circa ea q̄ ſunt fidei Chriſtianę pertinens ad diuinitatē vel humanitatē Xpi. Si.n.nullā veritatē de Xpo confiteret magis proprie diceret apoſtata q̄ hæreticus, hæreticus tñ ēt diceret, & vt hæreticus puniret & grauius peccaret q̄ ſi aliqua crederet. ¶ Quartū qđ perficit hæreſim eſt vt obſtinata volūtate & pertinaci illud eligat vel ſequat errore. Vnde ſi aliqs nō pertinaci malitia & obſtinata erraret circa ea q̄ ſunt fidei, paratus emendare ſe qñ ſibi oñderet falſum eſſe qđ verū putat, talis nō proprie diceret hæreticus, qđ expreſſe oñdit Aug. 24. q. 3. dixit Apſs. Et idē dicit. Errare potero, hæreticus non ero, ꝙa. ſ. pertinax nō erat in ſuis opinionibus, ſed paratus corrigere ſnīam, cum ſibi fuiſſet error demonſtratus. Vnde conſtat ꝙ quotidie inter doctores magnos ēt circa diuina ſunt opiniones diuerſæ, & aliq̄n cōtradictoriæ quarū altera neceſſe eſt eſſe falſam, tñ nulla reputatur hæretica, donec per eccleſiam fuerit altera determinata. His igitur quatuor concurrentibus qs cenſetur hæreticus. ¶ Nunc ad quæſtionē rñdendo. Cum eccleſia determinauerit per Io. 22. in iſta conſtitutione, qa ita ꝙ Chriſtus & apoſtoli habuerunt aliqua in cōi, & contrariū aſſerere iudicauit eſſe hęreticum, ideo poſt iſtā determinationē pertinaciter aſſerere Chriſtū & Apoſtolos nil habuiſſe in proprio nec in cōi ſed habuiſſe ſolū nudum vſum facti, in oibus rebus in quibus eſt vſus, qui vſus talis eſſet illicitus, eſt hęreticū, & vt hæreticus talis eſt puniendus. Ante vero iſtam determinationē tenere illud, etſi eſſet falſum, non tñ hæreticum quia non erat declaratū hoc eſſe contra ſcripturam ꝙ ſolus vſus nudus facti abſq; aliquo iure vel dñio eſſet illicitus. Et per hoc pōt excuſare. Aluarus q. ſcripſit librū notabilē de planctu eccleſię. Vbi multū diffuſe proſequit iſtam materiam tenendo & probando modo ſuo ſed non efficaci Chriſtū & Apoſtolos nil habuiſſe ēt in cōi. Videtur.n. nondum contrarium eius fuiſſe determinatum, vnde ſubmittit ſnīam ſuam correctioni eccleſiæ & determinationi ipſius Ioan. 22. qui hoc determinauit tempore ſuo contrarium ſcilicet declarando.

¶ Aſſerunt ēt dicti Fraticelli in libello ſuo virulento ꝙ Papa Io. 22. dixit multa hæretica in diuerſis ſermonibus ſuis quos publice in Papatu diſſeruit. Et quia dicebatur a quibuſdam circa finem vitæ illos reuocaſſe & ſubmiſiſſe ſe in oibus dictis ſuis determinationi eccleſiæ dicunt illū fuiſſe hæreticū & ꝙ non ſufficit reuocatio illa per illū modum, ſed virū dixerit primū talia quæ ſapiunt hæreſim ignoratur. Tñ ſi dixiſſet ex quo non pertinax fuit ſed determinationi eccleſiæ ſe ſubmiſit, non poteſt dici ex hoc hæreticus, vt patet per b. Aug. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. Exēplum in Ioachim abbate, cuius opinio contra Petrum Lombardum de materia trinitatis reprobatur vt hæretica, ipſe tñ non hæreticus condēnatur. Et hoc ideo qa ſubmiſit opuſcula ſua correctioni & determinationi eccleſiæ in fine vt patet extra de ſumtrin. & fide c. dānamus. ¶ Item ꝙ dicunt non ſufficere talem reuocationem, ſed oportet facere publice & cum abiuratione ſolēni inducentes plura ca. vt 1. q. 7. donatū. & c. ſaluberrimū. & c. conuenientibus, & extra de hære. ad abolendā falſum eſt. Nam illa iura loquuntur qñ error eſt diuulgatus, & ille habet facultatē reuocandi publice, & prælati eorum hoc exigunt ad tollendum ſcandalum infectionis talis doctrinæ, quæ oīa vacant in caſu noſtro. ¶ Verum in illis inſiſtere dicunt non curare, quia ſucceſſores eius non eum in illis erroribus ſecuti ſunt. Sed hanc ſnīam q̄ determinauit de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum. ſ. ꝙ ha-

§. 28.

q̄ habuerunt aliqua vt mobilia in cōi, quā dicunt hęreticā, qa istā non reprobauit, sed nec successores eius sed eam sequunt dicunt esse hæreticos. Sed ipsi pessimi hoīes sunt hæretici veri, qa asserūt cōtra determinationē catholicā factā p ecclesiam & dñm Papā Io. 22. & oēs successores eius veros catholicos summos pōtifices, & oēs alios p̄latos ecclesiæ & doctores, vtriusq; & magistros plurimos in theologia cuiuslibet religionis acceptam examinatā & approbatam vt verissimā. Et facientes schisma ab obedientia Romani pontificis recesserunt p̄ficientes sibi aliud caput Antipapam vel potius Antichristum asserētes penes se veram ecclesiam catholicam cum sint synagoga sathanæ. Et cū oīs iurisditio prælatorum ecclesiæ vt a fonte p̄cedat a Papa, falso opinantes omnes successores Ioan. 22 quia secuti sunt veram determinationē eius factā circa dictā materiam esse hęreticos, & p consequens dicunt esse excōmunicatos & suspensos & eēs ēt prælatos q̄ assentiunt illi determinationi. Nec debere a talibus accipi sacra, nisi baptismum in casu necessitatis, nec audire diuina eorum, sed a suis pseudo episcopis, & a sacerdotib. accipi sacra, vtiliter & salutifere. ¶ Ad cōfirmationē suæ doctrinæ adhuc hñt ostēdere vnum paruum miraculum nisi fumū & cineres cū cōbusti fuerunt aliqui ex eis. Nec mirū qa verax Deus nū quam falsitatem operibus suis. s. miraculorum approbaret cum eā detestatur. Nostri aūt qui tenuerunt illam determinationē Io. 22. vt verissimam vsq; ad præsens. s. annum 1450. clarueruūt variis miraculis in diuersis locis. ¶ In dicto libello cum eis cōburendo asseuerāt nos dicere q̄ in papā nō cadat symonia. Quod falsum est nostros doctores hoc dicere. Sed bene distinguunt bea. Tho. & Pet. in 4. & alii, qa de symonia possumus loqui dupl'r. Vno mō quo ad pœnas a iure inflictas cōtra symoniacos. s. suspensionis vel excōicationis. Et sic est verū q̄ in papam non cadit symonia, quia nullus pœnis iuris positiui subiicitur vel ligatur. Alio modo quoad peccatum, quod mortale est. Et sic in Papam pōt cadere symonia, quia si ordines vel sacra vel alia spūalia conferat p̄ tēporalibus appreciatiue vtiq; symoniā comittit. Non autem si in conferendo beneficia reseruet sibi partem fructuum diuersis de causis pro necessitatibus curiæ, & hmōi, vt fit in annatis, quia non cænsetur illud symoniacum. Et sic omnes nostros dicunt esse symoniacos, quod falsum est. Sed de symonia habes plene in 2. par. ti. 1. c. 4. & de censuris eius in tertia parte ti. de excōmunicatione, & ti. de suspensione.

TITVLVS TREDECIMVS.
De dono fortitudinis.

¶ *Fortitudinis quidditas, & effectus.* Cap. 1.

POST donum consilii sequitur in auctoritate Esa. 11. donum fortitudinis de quo in Ps. 117. Fortitudo mea & laus mea do. & fa. est mihi in salutem. Hæc cum consistat in aggrediendo multū ardua vbi sunt mortis pericula. In sufferendo æquanimiter molesta. ¶ In repellendo per resistentiam diabolica tentamēta, quæ omnia abundabunt vltra solitum in temporibus futuris in persecutione Antichristi, propter quod dicit dñs Iesus. Erit tribulatio talis qualis non fuit ab initio mundi, vsq; ad illud tempus. Matth. 24. Et dabunt Pseudo prophetę. s. Antichristi signa & prodigia magna, ita vt in errorem inducantur, si fieri pōt, etiam electi, quod erit ad maximam tentationem eorum. Ideo sub isto titulo de persecutione Antichristi agetur, in qua permaxime necessaria erit virtus fortitudinis, de qua in verbis Ps. 117. quatuor possunt elici.

¶ Habitus muneralis fortitudo mea.

¶ Respectus vel actus rationalis, laus mea.

¶ Effectus diuinalis, dominus.

¶ Fructus salutaris, factus est mihi in salutē.

¶ Fortitudo est quidam habitus qui nobis infunditur a spiritusancto contra mundi aduersa, vt in viriliter transeamus, non deficientes propterea a veritate & mandaris Dei. Importat. n. quandam animi confidentiam & firmitatem, quæ requiritur in omnibus arduis agēdis, & in omnibus malis sufferendis, vnde & beatus. Greg. dicit quod fortitudo dat confidētiam trepidanti. ¶ Differt tamen confidentiam & firmitas quam dat fortitudo quæ est donū de qua agitur ab ea confidentia quam dat fortitudo virtus moralis. Actus tamen vtriusq; tam doni q̄ virtutis sunt circa eandem materiam. ¶ Sed differunt in quatuor. ¶ In virtute in opere, in quantitate, & in fine. Et in virtute quidem, quia fortitudo quæ est virtus habet mensuram sui actus, potēt iam humanam seu vires humanas. Vnde ea quę supergrediuntur vires humanas neque aggreditur neque sustinet. Vnde philosophus dicit q̄ fortis est in stupefactibilis in terribilibus quæ sunt secūdum hominem. Sed fortitudo quæ est donum spiritussancti habet pro mēsura sui actus diuinam potentiam, de cuius auxilio confidit sicut dicitur in ps. In Deo meo transgrediar murū. i. omne q̄d posset humanę infirmitati obuiare.

Dīnt in quatuor fortitudo vtvir tus & in quantū donū.

¶Secundo differunt in opere quia fortitudo virtus perficit animam ad sustinenda quæcũque pericula, sed non sufficit dare fiduciam ad euadenda vel aggredienda quæcunque pericula. Sed fortitudo donum virunque facit, qã ipsa perficit & in sufferendo quæcunq; aduersa, & in aggrediendo quæcunque ardua. Vnde dicitur Eccl. Liberasti me a rugiẽtibus paratis ad escam. s. demonibus de manibus quærentium animam meam, & de multis tribulationibus q̃ circundederunt me, & in medio ignis non sum æstuatus. ¶Tertio differunt in quantitate, quia fortitudo virtus non se extendit ad omn ia difficilia. Sed fortitudo donum ad oĩa. Ratio huius diuersitatis est, quia fortitudo innititur facultati seu virtuti humanæ, quę infirma est respectu potentiæ diuinæ. Vnde non est vna facultas vel potẽtia humana, respectu omnium difficultatum. Sed diuersę facultates sunt ordinatæ ad diuersas difficultates, & quádoque abinuicem separãtur. Nam sunt indelectabilibus, vt superandis cõcupiscentiis pra uis quæ non habet facultatem ad vincendas, difficultates in horribilibus vt periculis mortis. Sed fortitudo donum vtitur facultate diuina quasi sua quæ ad omnia difficilia sufficiẽs est, iuxta illud Iob. 17. Pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet cõtra me, quia. s. nil prævalebit Dei virtuti, & in Ps. 17. Diligam te domine fortitudo mea. Et merito quia tu es ꝓpugnator potens, immo, omnipotẽs, gubernator prudens, consolator clemens, remunerator affluens. Securus ergo proiicio omnem sollicitudinem & fiduciam in eum, cuius nec potentia vinci, nec sapientia falli, nec prouidentia impediri, nec beniuolẽtia fatigari, quo minus expleat omnem indigentiam meam, faciet in bonis desiderium meum. ¶Quarto differunt in fine, quia fortitudo virtus non semper ꝓducit ad finem operis inchoati qm̃ non subest prãti hominis vt finem operis sui consequatur, vel euadat mala seu pericula, cum quandoq; opprimatur ab his in mortẽ. Sed fortitudo quæ est donum, hæc in homine operatur, qa perducit eum ad vitam æternam per opera fortia q̃ est finis omnium bonorum operum & euasio omnium periculorum. Et huius rei infundit quandam fiduciam menti spũs sanctus per donum fortitudinis contrarium timorem excludens. Hæc Tho. super 3. sententiarum, dist. 34. ¶Quod ista fortitudo sic effectus diuinalis patet tertio in eo quod dicit Ps. 117. Dñs. s. fortitudo mea. Et est ibi prędicatio per causam, vt dicit Magister in primo sen. Non. n. vult dicere Ps. ꝙ dñs sit ille habitus qui est donum fortitudinis, quod vtiq; accidens est, quod potest adesse & abesse. i. corrumpi seu deficere prẽter subiecti corruptionem, sed dicitur fortitudo, quia in nobis causans fortitudinem ipsam. Vnde Apostolus ad Phil. 4. Omnia possum in eo qui me confortat, vbi glo. b. Ambr. Omnia possum & pati & agerem in Deo qui mihi possibilitatem & vires dedit, vt. n. dicitur Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. s. bona opera, & ꝑ charitatem infusam a spiritusancto. Charitas autẽ omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. i. sustinere facit. ¶Vbi notandum ꝙ duplex est actus fortitudinis, & fm ꝙ est virtus & fcdm ꝙ est donũ. Primus est aggredi ardua. Secũdus est sustinere æquanimit r aduersa quę patitur Et licet aggredi ardua & inuadere sit prius tẽpore q̃ sustinere & pati laborem in actu, tñ sustinere est essentialius fortitudini & nobilius, & difficilius, & perfectius, vt dicit Alber. in 4. ethic. qu od recolligit b. Tho. Quod probat triplici ratione. Primo ratione fortioris pugillis sic. Difficilius est pugnare cum fortiori q̃ cum debiliori, debilis. n. de facili vincitur. Sed qui aggreditur inuadit per modum fortioris, qui uero sustinet per modum debilioris. Sufferendo ergo pugnat cũ fortiori. s. malo aliquo eũ inuadente. Et sicut patienter ferendo vt debilior vincit fortiorem, ergo &c. Secundo est ꝑfectius & difficilius sustinere q̃ aggredi ratione præsentis discriminis, sic difficilius est nõ moueri a malis pñtibus q̃ a futuris, eo ꝙ malum præsens plus mouet q̃ futurum. Sed qui aggreditur habet mala vt futura, qui vero sustinet iam sentit pericula vt pñtia vel imminẽtia, vnde datur sibi occasio maioris timoris, & magis desistendi a virtute, vt illa quæ sentit, euadat. Tertio rõne longioris tpis, sic difficilis est diu aliquem manere immobilem in difficilibus q̃ subito moueri ad aliquod arduum. Sed aggredi põt hõ subito motu, sustinere aũt importat diuturnitatẽ tẽporis. Vnde & philosophus dicit in 3. eth. ꝙ quidam sunt ꝓuolantes ante pericula. In ipsis aũt defficiunt vel recedunt. Patientes aũt longo tpe immorantur, hæc etiam b. Tho. 2. 2. q. 124. Et Liberius papa ait. Vnde nanq; beata ꝑseuerantia nisi de virtute patientiæ, quia fm apostolicam doctrinam oẽs qui pie volunt viuere in Christo necesse est vt ꝑsecutionem patiantur. 7. q. 1. suggestum, fortitudo includit patientiam.

Fortitudinis cã est deus

Fortitudinis actus duplex.

¶Quomodo autem fortitudo in actu suo sit rationalis seu virtualis ostenditur secundo cũ dicitur laus mea, quod tripliciter potest exponi. Primo sic. De fortitudine mea in actu

suo

suō non me extollo, non me iacto, non me laudo, sed dñm a quo eā recognosco & sibi ascribo, in cuius confidētia ardua aggredior. Vnde ipse Dauit cū ad singulare certamē cōtra Goliath viriliter accederet totus inermis īquit ad eum. Tu venis ad me cum gladio & hasta, ego autē in noīe dñi. s. confisus de adiutorio eius non fortitudine mea, cōgressusq; cū eo lapide ex funda iactato, qui significat fortitudinem, fortis est. n. lapis ex humilitate significata perfundā eum deiecit. 1. Reg. 18. Sic & Iudas Machabæus fortissimus contra hostes procedens Appollonium, Seron, Nichanorem, & alios q̄ plures confidentes in fortitudine exercitus sui seq; laudantes, eos prostrauerunt, humilitati, & de Dei virtute cōfisi orantes, & dicentes. Cōgregati sunt inimici nostri & gloriantur in virtute sua. Contere fortitudinē illorū vt cognoscant quia non est alius qui pugnat pro nobis nisi tu Deus, vt Patet. i. Mach. 3. & 2. Mach. vlt. Econtra. Sanson qa fortiter dimicauerat cōtra philisteos infideles mādibula asini mile ex eis occidens, aliqualiter se glorians & laudans dicendo. In mandibula asini occidi milse, &c. humiliatus est sitiens vsq; ad mortem, vt in procinctu esset deueniēdi ad manus inimicorum. Sed oranti & se humilianti sibi prouisum est a Deo. ¶ Secūdo pōt sic intelligi fortitudo mea & laus mea dominus. i. fortitudine mea & actibus eius non quæro laudes hominum & gloriam, sed Dei, ob cuius honorem laudemq; fortia & ardua aggredior. Multi. n. fortia gerunt opera exponentes se periculis mortis, & ipsam etiam ferentes. Sed quia nō ad gloriam Dei & laudem, sed sui memoriam volentes mundo relinquere & ab hominibus laudari hoc egerunt, nullum fructum sui laboris reportarunt nisi ventum, quinimmo & damnationem ęternam. Nihil profuit. Curtio fortissimo Romanorum sui tēporis ꝙ facto magno hiatu terræ in vrbe, sciscitātibus ciuibus de remedio clausuræ, qa dictum est a demonibus per idola loquentibus ꝙ nisi fortissimus Curtius in illud chaos descenderet, vt refert Aluarus non clauderetur. Ille laudis auidus armatus se in illam aperturam proiecit, & in infernum descendit, vt refert etiam Aug. li. 5. c. 18. de ciu. dei. Hinc Hiero. super epistolam ad Gal. Si inquit martyrium fecerimus vt velimus nostras ab hominibus reliquias venerari, cum opinionē vulgi sectātes intrepidi fuderimus sanguinē & substantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam dederimus. Huic operi nō tam pmium q̄ pæna debetur & perfidiæ magis tormenta sunt q̄ corona victoriæ. 1. q. 1. vide. Ecōtra Apostolus dicebat. 2. ad Tim. 2. Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantq; quę est in Christo Iesu in gloria cælesti, & sic fortitudo sua erat laus Dei quam quęrebat nō sua. ¶ Tertio exponitur sic. Dominus fortitudo mea & laus mea. i. ex fortitudine mea quæ vtique a Deo est mihi, exurgit apud homines laus mea. Nil pene ita reddit laudabilem & gloriosum apud deum & homines sicut actus fortitudinis exponere se morti & omnia mala sufferre pro honore dei & salute proximi, vnde magis laudatur deus & sancti glorioſi ex patientia q̄ ex martyriis variis eorum cōstanter toleratis, vnde Iob. ita commendatur, nisi ex patientia quæ vtique pars fortitudinis est. Et in laudem ipsius patientiæ ait bea. Hier. in lib. bono patientię. Patientia virtus est nobis cum deo communis. Dicitur. n. deus fortis & patiēs ps. 7. Quę autem gloria est consimilem deo fieri. Quanta fœlicitas est habere in virtutibus quod diuinis laudibus possit æquari. Ille innocens & iustus, immo innocentia, & iustitia inter facinorosos deputatur, & testimoniis falsitas præmitur. Iudicaturus iudicatur, & Dei sermo ad vltimum tacens eiicitur. Et eum ad crucem eius confundātur sydera, contremiscat terra, & conturbentur elementa, ille non loquitur nec mouetur nec maiestatem suam ꝓfitetur, sed omnia perseuerāter tolerat, vt in eo plena & perfecta patientia consummetur. Porro vnusquisq; cum nascitur & hospitio huius mundi excipitur, initium sumit a lachrymis, & cum adhuc omnium rerum ignarus Sit nil aliud ꝙ flere nouit Prudentia naturali lamentatur mortalis vitę procellis quas ingreditur gemitus & ploratus in ipsa exordio suo rudis anima testatur sudatura. Hic quandiu viuit & laboratur nec sudantibus & laborantibus possunt magis alia q̄ patientiæ subuenire solacia. Nec aliud magis iustos & iniustos discernit q̄ ꝙ in aduersis ꝓ impatiētiam blasphemat iniustus conquęrit, & patientia iustus ꝓbatur. Deniq; patientia est q̄ nos seruat deo & commendat q̄ iram temperat, linguā refrenat, mentem gubernat, pacē custodit, disciplinā regit, potētiā diuitū coercet, inopiam pauperū refouet, facit humiles in prosperis, fortes in aduersis, docet delinquentibus cito ignoscere, & delinquentem diu & multum rogare, fidei fundamēta munit, incrementa spei prouehit, actum dirigit. Cæterū charitas q̄ est vinculū fraternitatis, fundamētū pacis, tenacitas & firmitas vnitatis q̄ fide & spe maior ē q̄ opa & martyria p̄cedit, q̄ nobiscū semper æterna manebit. Ipsa charitas vt ait Apostolus patiēs est. 1. Cor. 13.

De laude patiē tiæ.

§.4. ¶Fructus fortitudinis quarto notatur seu vtilitas cū addit. Factus est mihi in salutē. s. dñs, & hoc p fortitudinē. Prouer. vlt. Mulierem fortē .i. animam qs inueniet. q. d. difficile est inuenire. Multi. n deficiunt in variis tribulationibus. Alii ex diuinis afflictionibus plures in grauibus pſecutionibus tyrannorū vel aliorū pluri mi in diuerſis tentationibus. Quod ſi qs inue nit procul & de vltimis finibus p̄cium eius. i. merces & p̄miū, qa q ſuſtert. i. conſtāter vincit tentationē, in oi tribulatione est tētatio impatientiæ, hic recipiet coronā vitæ. Iac. 1. Confidit in muliere. i. anima forti cor viri ſui. ſ. Xp̄i, quia. ſ. non recedet a fide eius p̄p quæcunque. Spoliis non indigebit. i. indumentis virtutum, quibus diabolus expoliat inconſtantes, factus est ergo dñs in ſalutem forti, perducendo ad gloriam. Inſuper ſit ei in ſalutem vt aliq̄n non videatur dolores ſentire, cōſolationes diuinas menti infundendo. ¶Vbi ſciendum q̄ circa actū fortitudinis tria ſunt cōſideranda ſm beat. Tho. 2. 2. q. 136. Primū est q̄ fortis in actu ſuo principali qui est ſuſtinere, p̄t conſiderari ex parte corporis, & ſic ſuſtinere p̄cuſſiones, flagella, vulnera, mortem est triſtabile & doloroſum, & hoc negare eſſet negare eos eſſe carnales. i. habere p̄prietatem carnis. Si. n. hūt carnem ſenſibilem nec eſſe est q̄ la ſua inferāt eis dolorē, & tanto magis quanto quis est delicatioris cōplexionis. Potest et cōſiderari ex parte mentis, & ſic fortis hēt q̄ delectet de actu fortitudinis, & de fine eius. ſ. qa p̄p Deum vel p̄ximum illa ſuſtinet, vñ Eleazarus q̄ noluit comedere carnes porcinas ex eo q̄ erat contra legē dei dū grauiter cederet ait. Dñe q̄ habes ſanctam ſcientiam, tu ſcis quia diros ſuſtineo corporis dolores. ſ. quoad ſenſum carnis, ſm animam vero p̄p timorē tuū libenter hęc patior. 2. Mach. 6. Secundum q̄d notādum est circa actū fortitudinis est q̄ in dolore ſenſus impeditur mens fortis ne in propria operatione fortitudinis. ſ. patiendo delectationē ſentiat, eo q̄ vehementia paſſionis vnius potētiæ impedit potentiam aliam in actu ſuo, p̄p connexionem potentiarū adinuicem ſicut & cū aliquis intellectum figit ad aliquid nō videt quę ante ipſum ſunt, non ergo requiritur q̄ fortis ſentiat delectationē in ſuo actu, ſed ſufficit q̄ non ita contriſtetur vt a rōne & virtute recedat, vñ & Pet. in can̄. ſua ait. Modicū etſi oportet vos cōtriſtari in variis tētationibus vt p̄batio fidei veſtræ precioſior ſit auro, &c. ¶Non dicit delectari ſed contriſtari. Et 7. q. 1. ſuggeſtum dī. Non. vos chariſſimi a pio mētis propoſito afflictionum amaritudo coeceat recedere, conſiderantes quanta p̄ abſolutione noſtra creator dñs & redemptor noſter pertulerit quibus ve contumeliis ſe afficiendum tradiderit. ¶Tertium q̄d p̄t attendi circa actum fortitudinis est q̄ gratia dei ſuperabundans fortius eleuat animam ad diuina in quibus delectat̄ q̄ a corporalibus pœnis afficiatur. Vnde Apoſtolus. 2. ad Cor. 7. Superabundo gaudio in oi tribulatione nra. Hinc & Tiburtius cum ſuper carbones viuos nudis platis incederet aiebat. Videt mihi ſup roſeos flores incedere in noie dñi. Et Agatha. Ego in his pœnis ita delector, ſicut qui audit bonum nuncium, aut q̄ videt amicum diu deſideratum. Vnde aliq̄n et mirabile ſit, vt talia aduerſa & martyria corpori non noceant, vt patet in martyribus innumeris, qui ex diuerſis cruciatibus fortiter toleratis euaſerunt a morte liberi vt dicere talis poſſit illud p̄s. 117. Fortitudo mea & ſalus mea dñs, factus est mihi in ſalutem et corporis. Fit aūt in ſalutem actus fortitudinis non ſolū ſibi ſed et plurimis. Multi. n. pugnātes fortiter p̄ patria & morti ſe exponentes, liberauerunt populos ſuos, vt Iudith. & Machabei. Et beat. Ambr. et dicit in lib. de offi. Fortitudo q̄ bello a Barbaris defendit patriam vel domi defendit infirmos, vel a latronibus ſocios plena est iuſtitia. i. virtute. 23. q. 3. Fortitudo. Correſpondet aūt huic dono beatitudo quarta, vbi dicit Matth. 5. beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā, q̄m ipſi ſaturabuntur. Et hoc ſatis conuenienter, qa ſicut fortitudo in armis conſiſtit, ita et eſuries & ſitis iuſtitiæ, quod patet ex eo, quia valde virtuoſum est q̄ aliquis non ſolū faciat opera virtuoſa quæ cōiter opera iuſtitiæ dicūtur, ſed q̄ ea faciat cum quodam deſiderio inſatiabili, quod poteſt ſignificari per famen & ſitim iuſtitiæ. Et glo. ibidem dicit q̄ eſuries iuſtitiæ ſpiritu fortitudinis fulcitur, ne in via lateſcat. Sicut. n. de fortitudine corporali procedit eſuries naturalis, & econtra ex debilitate corporis faſtidium, ſic de fortitudine ſpirituali. Et ſicut ex fortitudine corporali est eſuries certaminū, ſic & de dono fortitudinis est eſuries iuſtitię in præſenti, & ſatietas in futuro. Eſurientibus & ſitientibus ſaturitas est, quaſi laborantibus & certantibus refectio. Iuſtitia aūt ſua vnicuiq; reddit deo ſibi & p̄ximo. Hęc iuſtitia non plene in nobis implebitur donec ſit deus omnia in nobis. Et hic poſſumus eſurire, ſatiari autem in futuro, vbi hoc donum habebitur a ſanctis. ¶Non quidem ad illū actū qui est in præſenti. ſ. patiendi, ibi. n. nulla pœnalitas, vnde nec difficultas. Sed quoad hunc actum, ſcilicet inniti perfectiſſime virtuti diuinæ,

Circa actū fortitudinis tria ſunt cōſideranda.

Exemplū Eleazari.

Fortitudinis dono cor-rńdent eſuries, & ſitis iuſtitię.

uinæ, ſeu ſecundum beatum Thomam in.3.di ſtinctione. 34. perfrui plena ſecuritate ab omnibus laboribus & malis. Et ſic dominus erit factus in ſalutem perfectam.

¶ *De triplici fortitudine. Cap. 2.*

PRo ampliatione huius materię fortitudinis licèt multa ſint dicta ſupra de ipſa & de partibus eius & ſupra in ti. de fortitudine, p totum, & in capitu. de patientia, quæ hic non oportet replicare. Alia adhuc ponentur per aliũ modũ. Et qa in ſcripturis frequẽter agitur de fortitudine ſciendũ q̃ triplex eſt fortitudo.

¶ Fortitudo quæ eſt temporalis.

¶ Fortitudo quæ eſt virtus ſpecialis.

¶ Fortitudo quæ eſt bonitas generalis.

¶ De prima dicitur Hiere. 9. Nõ glorietur fortis in fortitudine ſua. Infirma huius mũdi elegit deus vt confundat fortia. Sed quæ fortitudo tẽporalis cum oĩs caro fenum & oĩs gloria eius quaſi flos feni Eſa. 40. Homo enim natus de muliere breui viuens tempore quaſi flos egreditur & conteritur & fugit velut vmbra & nunquam in eodem ſtatu permanet. Iob. 14. Sed & hęc fortitudo temporalis triplex.

¶ Fortitudo actionis criminalis & hęc deteſtanda.

¶ Fortitudo dominationis mundialis, & hæc non affectanda.

¶ Fortitudo vigoris corporalis, & hęc edomanda.

¶ De fortitudine criminali dicit Pſ. 53. Fortes quæſierunt animam meam. ſ. auferre. Siue homines ſiue demones fortes ad vitia perpetranda, qui nullis laboribus vel difficultatibus dimittunt quin mala faciant. Vnde diabolo dr̃ Iob. 40. Virtus eius in lumbis eius & fortitudo eius in vmbilico ventris eius. Quia. n. vt dicit be. Grego. Seminarium luxuriæ eſt viris in lumbis, vnde. ſ. deciditur ſemen & mulieribus in vmbilico, cũ diabolus magis laboret diuerſis viis & fraudibus ab inducendum viros & mulieres ad luxuriam q̃ ad alia vitia. Sanctos. n. viros quos per alia vitia non potuit deiicere per iſtud proſtrauit, iõ præcipue fortitudo eius dr̃ eſſe in lumbis & in vmbilico. Et Eſa. 5. dr̃ Veh qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Et in quibus conſiſtat fortitudo vitioſa malorum, oſtendit bea. Greg. in lib. moral. tractans illud Iob 6. Quæ eſt fortitudo mea, vbi ait. Reproborum fortitudo eſt tranſitoria ſine ceſſatione diligere, cõtra flagella cõditoris i sẽ ſibiliter perdurare ab amore temporalium nec aduerſitate quieſcerere, ad inanem gloriã cum detrimento vitę peruenirę malitiæ augmẽta quærere, bonorum vitam non lingua & moribus, ſed etiã gladiis impugnare. In ſemetipſis ſpem ponere, inquietatem quotidie ſine vllo defectu perpetrare. An non ſunt fortes reprobi q̃ ad præſentis vitæ concupiſcentiam tot laboribus currunt, tot periculis ſe audacter obiiciunt pro lucris libenter contumelias ferunt? Ab appetitus ſui libidine nulla victi contrarietate deſiſtunt percuſſionibus decreſcunt, & mala mundi tolerant, pro mundo & eius (vt ita dixerim) gaudia quærentes perdũt, nec tñ hoc perdentes fatigãtur vnde & quaſi in abſinthio inebriantur. Hęc bea. Greg. & ſic fortes ſunt ad miſcendam ebrietatem non vini ſuauis, ſed abſinthyci amariſſimi Treñ. 5. Inebriauit me abſinthio. Deteſtanda eſt ergo iſta fortitudo & euitanda. ¶ De fortitudine dominii temporalis quæ conſiſtit in lato dominio & magno exercitu dicitur Geneſis decimo q̃ Nembroth cæpit eſſe potens in terra robuſtus venator coram domino ideſt extinctor & oppreſſor hominum per tyrannidem, qui primo per fortitudiem ſuam voluit dominari, de quo dicit Ioſephus q̃ fecit homines elatos ad iniuriam dei & contemptum. Nembroth filiꝰ Cham, cũ eſſet cæteris audacior cæteriſq; fortiſſimus manu, ſuadebat non eſſe attribuendũ deo, ſed propriis viribus q̃ hominibus fælicitas eueniret. Suadens hominibus a timore dei recedere, & in propriis uiribus ſpem ponere, quod eis fuit cauſa turris ædificandæ vſq; ad cælum. Sed confuſi linguis deſtiterunt. Et ille Nembroth fulmine periit, vel in bello occiſus ſm alios. De Attila rege Hunnorum legitur q̃ cũ viciſſet & ſubiugaſſet orbem & occidiſſet Theodorium regem Vandalorum, & Nethium patricium Romanorum, qui habebantin exercitu ſuo quinquies centum milia pugnatorum, qui confederati erant contra eũ. & ſubiugaſſet & depopulatus fuiſſet Romã & Aquilegiã & Italiam & multas alias regiones. Cum victor ad terrã ſuam rediiſſet & nuptias celebraſſet in ipſa nocte vino ingurgitatus incaleſcens, ſanguinem per nares emittens a vino victus & occiſus cũ eo animã euomuit. Omnis potentatus (inquit ſapiens) vita breuis quod patuit in Alexãdro magno qui poſtq̃ fortitudine ſua & exercituum ſuorum totũ orbem ſubiugauit, modico veneno extinctus eſt in 32. anno ætatis ſuæ. Vnde hmõi fortitudo non affectanda, ſed contẽnenda, qa vt dicit be. Gre. Omne qđ hic eminet plus mę oribus afficit quam honoribus gaudet. dñ. 13. nerui.

¶Fortitudo corporalis ad vſum bonū exercē da eſt ſm illud ps. 58. Fortitudinē meam ad te cuſtodiam .i. conſeruabo, ea vtendo ad tuum honorē. Adeo.n. corpore fortis fuit Dauid ꝙ adoleſcēs cū gregem ouium patris cuſtodiret, vrſum vel leonē rapientē ei oues capiebat & occidebat. Et ea fortitudine vſus eſt ad Dei laudē, bellādo totus inermis cum funda contra Goliath gigantē fortiſſimū, & quē lapide ex funda iactato ꝓſtrauit & gladio eius caput amputauit, nec tn de iſta gliādū, ꝙa cito ſupatur. Iudas Machabeus fortiſſimus dicitur. 2. Mach. 12. ꝙ ſimilis factus eſt leoni in operibus ſuis. 1. Mach. 2. De leone dicitur. Prouer. 30. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. Qui tandem poſt multa prælia gloriose inita & plurimas hoſtium ſtrages & victorias, in bello occiſus eſt. Hercules fortiſſimus corpore a quartana febre correptus propter impatientiam in ignem ſeipſum ꝓiecit. Sanſon fortiſſimus fuit, ſed tamē victus a Dalida fuit.

De ſecūdo genere fortitudinis.

¶Secundum genus fortitudinis quæ eſt virtus ſpecialis ꝑt tripliciter aſſignati, ꝙa vel eſt ex acquiſitione, vel ex infuſione, vel ex doni actione. De prima loquit philoſophus in li. eth. & Tullius, & Seneca, & alii ethnici in libris ſuis. Sic eā diffinit Tullius. Fortitudo eſt rōnalis terribiliū aggreſſio, & eorū conſtans ppeſſio. Macrob. aūt ſic. Fortitudo eſt animū ſupra metū periculi agere, nihilq; niſi turpia timere, vel aduerſa, vel ꝓſpera, vel fortiter tolerare. Et ſm Papiā dr fortitudo a ferro fers, ꝙa facit oīa æquanimiter ferre, vel a ferro, quia ipſa facit hoiem ferreum & durum ad frangendum, ſicut ferrum domat alia metalla, ita fortitudo ea q̄ ſunt dura vincit & emollit. Cauſatur aūt iſta fortitudo ex actibus ſicut & aliæ virtutes morales. Sicut.n. ex frequentibus actibus caſtitatis, & abſtinentiæ generat virtus, quę dicit caſtitas vel abſtinentia, ita ex frequenti aggreſſione arduorum & toleratione aduerſorū generatur fortitudo. Hac claruerunt antiqui Romani qui pro bono reipublicæ multa pericula ſuſtinuerunt & aduerſa. vt Marcus Regulus & Scipiones, qui tn ex hmōi præmium glorię nō ſunt cōſecuti, ꝙa nec fidē nec gratiā habuerūt.

¶Secunda fortitudo eſt ex infuſione. Vbi notandum ꝙ ſm Tullium nomē virtutis quātuis ſit cōmune ad oēm virtutem, per quandam tn excellentiam attribuitur, & dicitur de fortitudine, quia virtum tuetur, ne ꝓpter aduerſa quę frequenter accidūt deficiat. Vnde & Sap. 8. dr, ꝙ ſapientia diuina quæ gratiam infundit ſobrietatem. i. temperantiam & prudētiam docet, iuſtitiam & virtutem quibus nil melius in vita eſt hominibus. Appellat autē virtutem fortitudinem. Docet autē hāc virtutem. i. fortitudinem nō humana ſapientia ſed diuina. Et in hoc differt a fortitudine acquiſita. Secundū enim materiam circa quam verſatur. i. aggreſſum difficiliū & tolerantiam malorū cōueniūt. Sed in cauſa & fine differunt. Nam prima cauſatur ex actibus multiplicatis ꝓcedentibus ex lumine rationis. Sed fortitudo infuſa non cauſatur ex actibus humanis primo, ſed ex gratia infuſa & diuino lumine. Sed bene augetur ex actibus poſtea multiplicatis. Vnde & multi recepta baptiſmi gratia, immediate exponebant ſe ad omnia ardua, etiam ipſam mortē non ſolū viri ſed & teneræ puellę. In fine differūt, ꝙa fortis ex virtute acquiſita, fortia agit ꝓpter ciuilitatē ſeu rempublicam terrenam, ſed fortis ex gratia infuſa, ardua aggreditur & tolerat propter ciuilitatē cæleſtē principaliter, & ſic etiā ꝓpter bonum reipublicę aliquādo. Et fine iſta quis ſaluari nō poteſt, vnde & neceſſaria eſt cui cunq;. Vnde & Bern. in quodam ſermone Veritate, charitate, & fortitudine me multū egere fateor. Deficit enim ratio mea ꝑ ignorantia veritatis. Languet volūtas prę inedia affectionis. Caro infirmatur præ inopia fortitudinis. Nam ratio minus intelligit quę agenda ſunt, volūtas minus diligit intellecta. Et corpus qđ corrūpitur aggrauat animam, vt nō quæ volumus illa faciamus, hęc ille. Sicut ergo veritas perficit intellectum, charitas volūtatem ſeu affectum, ita & virtus fortitudinis ſenſualitatem ſeu affectū, pręcipue iraſcibilem & actū. ¶ Ad hanc multum hortatur Deus in ſcripturis, vt Deut. 31. dicitur. Viriliter agite, confortamini & nolite timere neq; paueatis ad conſpectū inimicorū. Et merito multū cōmendabilis eſt quia ipſa de ſeruitute peccati liberat. ps. 67. Qui educit vinctos. i. peccatis ligatos in fortitudine. Ipſa de diabolo triūphat. Iudicum. 6. Dixit angelus Gedeoni. Vade in hac fortitudine tua, liberabis Iſrael de manu Madian. i. demonum. Ipſa deum lętificat & pacat, Eſdre. 8. Gaudiū enim dni fortitudo veſtra. Sicut rex quilibet multum amat & gaudet de milite q̄ viriliter pugnat & dura vulnera ſuſtinet. Vn beatus Andreas dixit tyrāno. Egeę minanti tormenta. Tanto regi meo ero acceptior, quanto grauiora tormenta ꝓ eo fuero perpeſſus. Ipſa enim animam bonis ſpiritualibus ditat. Prouer. 10. & aliquādo etiā tēporalibus. Aegeſtatē operata eſt manus remiſſa, manus aūt fortiū diuitias parat. Ipſa hominem cōfortat, vt quaſi mala nō ſentiat. Vnde Stephanus plenus gratia & fortitudine orabat ꝓ lapidantibus quaſi

percuſſio-

percussiones non sentiret. Et propterea de eo cantatur. Lapides terrentis illi dulces fuerunt. Et Seneca. Si magnanimus fueris nunquā iudicabis tibi cōtumeliam fieri. De inimico tuo dices non nocuit sed nocendi animū habuit, & cum illum in potestate tua habueris, vindictā putabis uindicari potuisse. Nec maius genus vindicādi q̄ ignoscere, hæc ille. Hæc ē fortitudo vincere seipsum. Ipsa dominium ꝓtat. Prouer. 12. Minus fortium dominabit̄, & supernum regnum intrat. Esa. 61. Vocabuntur in ea fortes iustitiæ plātatio domini ad glorificādum. Quāuis autem ista fortitudo causetur primo & principaliter a gratia Dei, multa tñ alia cooperātur ad actū eius. Et primo fides, ad Hebre. 11. Sācti per fidē vicerunt regna &c. Fortes facti sunt in bello tēporali & spirituali. i. Ioā. 5. Hæc est victoria quæ vincit mūdum ideſt aduersa mundi, fides nostra. ¶ Secundo spes, ad Hæbre. 6. Fortissimum solatiū habemus qui confugimus ad tenendam propositā nobis spem. Et Esa. 60. Qui sperant in domino mutabūt fortitudinem, quia scilicet vbi prius erant fortes pro mūdo, postea erunt robustiores pro deo. ¶ Tertio dilectio. Cant. vlti. Fortis est vt mors dilectio, quia .s. facit hominem fortem vt omnia vincat ardua, q̄ sm beatum Augu. omnia difficilia & aspera leuia & ꝑpenullam facit amor. ¶ Quarto timor dei. Prouerbiorum. 14. In timore domini fiducia fortitudinis. Iob. 4. Vbi est timor tuus, ibi forrtitudo tua? ¶ Quinto castitas. Iob. 17. Mundis manibus addet fortitudinem. Et de Iudith. 15. dr̄. Fecisti viriliꝫ & cōfortatū est cor tuū eo q̄ amaueris castitatē. Narrat in lib. de septē donis, q̄ cū Gotifredus de Bullione qui primus de Frācis regnauit in Hierusalē cēpisset armis Antiochiā, Hierusalē, & Syriam, occisis & expulsis Saracenis cum mirarentur omnes eius fortitudinem eo q̄ nullus Saracenus poterat ei resistere, nec ictum manus eius sustinere, tēpore treugę Turcharum admirati miserūt ei munera vilitātes eum & quærentes vnde tāta eēt manibus eius fortitudo, q̄ coram eis ense suo scindebat equi caput, & dicerent quidā q̄ erat virtute ensis sui, accepto ipse Gottifredus alio ense a Saracenis tradito, idē fecit de alio equo. Et tunc cum quererent vnde hęc ei virtus cū non esset maior aliis hominibus, ait q̄ nunq̄ manus sue cōtrectauerant carnes meretricis, nec luxuria fuerāt inquinatę. Et sic patet q̄ castitas cooperatur ad fortitudinē, & corporalē & virtualem. ¶ Sexto est exortatio maiorum. Vnde & dns mandauit in veteri lege. Deutor. 20. q̄ appropinquante hora belli exercendi. cō tra inimicos, sacerdos staret ante aciē & sic loqueretur. Nolite timere nec formidetis eos, q̄a dominus deus vester in medio vestri, & ipse dimicabit contra aduersarios vestros. Sic Iudas Machabeus. 2. Mach. 15. exortando socios ad bellum contra inimicos qui erāt incomparabiliter plures cum Nicanore fortissimo, dicitur ibi q̄ singulos eorum armauit non hasta & clypeo, se sermonibus optimis q̄bus fortificati victoriam habuerūt. Egisippus etiam narrat de cladibus Iudeorum, q̄ Tytus cum ob sideret Hierosolymā, hortabat Romanos milites ad viriliter dimicandum, ne subiicerētur victi populo Iudæorū in confusione Romanæ probitatis, & ne victi & occisi mitterētur in infernum. Proposuitq; eis exemplum Leonidæ qui cum esset in pugna cū trecentis Lacedemoniis quibus peæerat contra infinitam multitudinem Persarum bellaturus. ait suis. Prandeamus autē pugnam in terris, quia si victi fuerimus cenaturi sumus in inferis. Quæ exhortatio tātū valuit q̄ ipsi pauci Persas vel occiderūt vel fugauerūt. ¶ Septimo est vt cōsideratio exēplorū eorū qui fortiter egerunt inter quæ ꝑcipuum est meditatio Christi passionis. Apostolus ad Hebre. 12. Recogitate eum qui talē sustinuit aduersus semetipsum contradictionē. vt non fatigemini animis vestris deficientes, q̄ proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione cōtempta. Grego. Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nil est tā asperum q̄d ęquo animo non toleretur. Et Iaco. 5. dicitur. Exemplum accipite exitus mali. i. duræ mortis & lóganimitatis, laboris & patiētiæ, prophetarum Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt patiētiam Iob audistis & finem domini vidistis. ¶ Tertia fortitudo est ex donis spūsanctī opatione de qua dr̄ in ps. 32. Spū oris eius oīs virtus. i. fortitudo eorū, cęlorū videlicet apl̄orū & sanctorū virorū ꝓcedit. Et dr̄ spūs oris dei, q̄a a filio dei missus ipse spūs. Filius aūt dei dr̄ os patris, q̄a ipse nobis manifestauit secreta eius. Quamuis enim per fortitudinem virtutē insusam quis valeat aggredi ardua & sustinere ingruentia aduersa, tamen adhuc per istud donum fortitudinis magis roboratur. Vnde dicitur de confecra. distin. 1. omnes fideles. Cū spirituſanctus infunditur. s. per donum eius cor fidele per prudentiam & constantiam dilatatur, vt etiam ad ea quę nō sunt necessaria ad salutem desudando vsq; ad mortem se exponat, non quidē irrationabiliter, sed cum prudentia, vt ad honorē dei & zēlum salutis aliorum. In quibus autem differat fortitudo virtus moralis a fortitudinē quæ est donum, habēs

Ad actꝰ fortitudinis cooperant hæ virtutes sub Sequentes.

bes ſupra iſto. ti. §. 7. ¶ Et qa fortitudo hæc donũ inducit ad contemptũ vitę ob amorẽ dei & ad martiriũ appetẽdum & ſuſtinẽdum, ideo aliqua ad huiuſmodi q̃ ponit Cyprianus adiiciam. In lib. de mortalitate ſic ait Cyprianus. Eius eſt mortẽ timere qui ad Chriſtũ nõ vult ire. Et eius ad Chriſtũ eſt nolle ire, qui nõ credit ſe cũ Chriſto incipere regnare. Contemnẽda eſt omnis iniuria preſentium malorũ, fiducia bonorum futurorum. Mori timeat qui ad ſecũdam mortem de hac morte tranſibit. Mori timeat cui hoc more longiori cõfertur, ut cruciatus & gemitus interim differat. Mortalitas iſta Chriſti hoſtibus peſtis eſt. Eius aũt ſeruis ſalutaris exceſſus. Martyrium incipimus libenter appetere dum diſcimus mortem non timere. Sed forte opponat aliquis hoc me in præſenti mortalitate cõtriſtat, q̃ qui ad tolerãtiam paſſionũ tota me virtute deuouerã; martyrio meo priuor dũ morte præuenior. Verũ non eſt in tua poteſtate, ſed in Dei dignatione martyrium. Nec potes te dicere perdidiſſe, qd neſcis an merearis accipere. Deinde ſcrutator cordium deus, qui proſpicit apud te paratam fuiſſe virtutẽ, reddet pro uirtute mercedem, quod ſequitur habetur de pę. diſt. 1. nunquid. Apud quem martyrium mente cõcipitur, animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Aliud eſt enim martyrio animũ deeſſe, aliud animo defuiſſe martyrium, hęc ibi. Nec deus querit ſanguinem noſtrum, ſed fidem. Nã nec Abraham nec Iſahac nec Iacob occiſi ſunt, q̃ tamen iuſtitiæ & fidei meritis honorari inter patriarchas primi eſſe meruerũt. Non sũt lugẽdi fratres noſtri accerſiõe dñica de ſeculo liberati cum ſciamus eos nõ amitti ſed prẽmitti, & occaſione nõ eſſe dãdam gẽtilibus vt nos merito ac iure repræhẽdant, illi quos viuere apud deum dicimus vt extinctos ac perditos lugeamus. Nihil enim prodeſt verbis profiteri virtutem, & factis deſtruere veritatẽ. Quod ergo interim morimur, ad immortalitatẽ morte tranſgredimur, nec poteſt vita hẽri niſi hinc cõtigerit exire. Non eſt exitus iſtę, ſed tranſitus, & temporali itinere decurſo ad ęterna trãſcurrere. Eius eſt in mundo diu velle manere, quem mundus oblectat, quem ſeculum blandiẽs ac decipens illecebris terrenæ voluptatis inuitat. Porro cum mundus oderit chriſtianũ quid amas? qui te odit, & non magis ſequeris Chriſtũ q̃ te diligit ac redemit, hęc ille ¶ In epiſtolis autem ſuis idem Cypri. ad martires ſic ait. O quantum vos martyres diuina dignatio honorauit vt ex vobis iã pars martyrii in conſũmatione ad coronã pręceſſerit prius ad huc in carcere clauſtris & vinculis demoret ad meritorũ titulos ampliores, tormentorum tarditate proficiens habitura tot mercedes in cęleſtibus præmiis quot nunc dies numerãtur in pęnis. Poſuerũt compedes pedibus veſtris, & membra fęlicia ac dei tẽplũ infamibus vinculis ligauerunt. Sed ornamenta ſunt iſta non vincula, nec pedes veſtros copulant ad infamiã, ſed clarificant ad coronã. O pedes feliciter uincti, qui non a fabro ſed a dño reſoluuntur, & itinere ſalutari ad paradiſum dirigunt. Opedes in ſeculo ad pſens ligati vt ſint ſemper apud deum liberi & celeriter ad Chriſtũ glorioſo itinere curſuri. O martyres sãcti quibus vos laudibus prædicem, quibus vos votis præconiis exornẽ? Non ceſſiſtis ſupplicis, ſed potius ſupplicia vobis ceſſerunt. Stetiſtis voce libera, mente incorrupta, virtute diuina, armis quidem ſecularibus nudi, ſed armis fidei armati. Steterunt ſerui dei torti, tutoribus fortiores & pulſantes ac laniantes vngulas pulſata ac laniata membra vicerunt, Inexpugnabilem vitam ſuam ſuperare non potuit ſeruiens diu plaga repetita, quãuis rupta compage uiſcerum torquerentur in ſeruos dei non iã mẽbra, ſed vulnera. Fluebat ſanguis qui incendiũ perſecutionis extingueret, qui flãmas & ignes gehennæ glorioſo cruore ſopparet. Exẽpla glorioſa fortitudinis doni ſpirituſſancti in veteri teſtamento. Tolerantia paſſionũ illius venerabilis & fortiſſimę mulieris tempore Macha. quæ ab Antiocho rege non ſolum mortem in ſe ſuſtinuit, ne cõtra legẽ Dei carnes porcinas ęderet, ſed & ſeptem filios videns per varia & aſpera tormenta cruciari, eos ad conſtantiam animabat, vt hꝛ. 2. Macha. 7. ibi vide. Cui ſatis rñdet in nouo teſtõ martyriũ ſanctæ Fęlicitatis cum ſeptem filiis, quæ fuit Romana, & ibi paſſa martirium cum filiis. Quid de b. Vincentio qui aſſumptus ex aculeo atq; ad patibulum raptus, moras carnificũ arguendo ad penam alacriter properabat? Et in tormentis ad Datianum tortorem aiebat. Hoc eſt quod ſem per optaui & votis omnibus exquiſiui.

De martyrii laude.

¶ Oſtẽdit Aug. in 5. lib. de ciui. c. 17. q̃ cũ multi ex Romanis antiquis in fidelibus ſuſtinuerint multa aduerſa, & ipſam mortẽ fortiter ꝓ gloria mundi, multo magis fideles oĩa tormẽta debent ſufferre ꝓ vera gl̃ia cæli ſic dicens. Conſideremus quanta contẽpſerint, quę pertulerint, quantas cupiditates ſubegerint pro humana gloria, qui eam tanq̃ mercedẽ taliũ virtutum accipere meruerunt. Et valeat nobis hoc ad opprimendã ſuperbiam, vt cum illa ciuitas in qua nobis regnare promiſſum eſt tm̃

§. 4.

ab hac

ab hac distet quantū distat cęlū a terra a tēporali lætitia vita æterna, ab inanibus laudibus solida gloria, a societate moralīū societas angelorū a lumine solis & lunę lumen eis q̄ solē fecit & lunā, nihil sibi magnū feciſſe videantur, tantę patrię ciues, si pro illa adipiscenda fecerint boni opis aliq̄d, vel mala aliqua sustinuerint cū illi pro hac terrena iā adepta tā ta fecerint, tanta perpessi sint p̄sertim, qa remissio pctorum q̄ ciues ad æternā colligit patriā habet aliq̄d cui p vmbrā quandam simile fuit asylū illud Romuleū, quo multitudinem qua illa ciuitas cōderet quorūlibet delictorum cōgregauit ipunitas Pro ęterna vita oīa fortiter ferēda si p hac tēporali vita fortes viri i se & in filios impēderūt. c. 18. Et oia aduersa tolerāda sunt pro Deo. Quid ergo magnū p illa æterna cælestiq; patria cūcta seculi huius quęlibet iocūda blandimēta cōtennere, pro si hac tē porali ac terrena filios Brutus & occidere potuit, qđ illa facere neminē cogit. Sed certe dificilius est filios interimere q̄ qđ pro ista faciē dum est ea q̄ filiis cōgreganda videbāt atq; seruanda, vel donare pauperibus vel si ei istat tētatio quæ id pro fide atq; fieri iustitia cōpellat amittere. Felices enim vel nos vel filios nros nō diuitiæ terrenę faciunt, aut nobis viuentibus aminēdę, aut nobis mortuis a quibus nescimus, aut certe a quibus nolumus possidendæ. Sed deus felices facit qui est mētium vera opulentia. Bruto aūt q̄ filios occidit infelicitatis phiber testimonū poeta laudatorait n. Natosq; pater noua bella mouentes. Ad pænam pulchra pro libertate vocauit. Infelix, vt cūq; Aenei. 6. ferent ea facta minores. Sed versu sequēti cōsolat infælicē. Victi amor patrię, laudūq; imēsa cupido. Hęc sunt duo illa libertas & cupiditas laudis humanę, q̄ ad facta cōpulit mirāda romanos. Si ergo pro libertate morituroru & cupiditate laudū q̄ a mortalib⁹ expetunt, occidi filij a patre potuerunt, q̄d magnum est si pro vera libertate q̄ nos ab iniquitatis & mortis diaboli dñatu liberos facit, nec cupiditate humanarū laudū, sed charitate liberandorū hominū non a Tarquinio rege, sed a demonibus & demonū principe nō filii occidunt, sed Chri De Tor sti pauperes inter filios cōputant. Si alius ēt Roquato. manus princeps cognomine Torquatus, filium non quia contra patriam proprium, sed etiam pro patria, tamen quia contra imperium suū ideſt contra id quod imperauerat pater imperator ab hoſte prouocatus iuuenili ardore pugnauerat, licēt vicisset, occidit ne plus malo esset in exēplo ipertii cōtēpti q̄ boni in gl̄ia occi si hostis. Vt quid se iactet qui pro immortalis patriæ legibus oīa quæ multo minus q̄ filii dj ligunt bona terrena cōtēnunt. Si furius Camil De Furlus etiam ingratā patriam a cuius ceruicibus rio Cacerrimorum hostiū vehentium iugum depulerat dānatusq; ab emulis fuerat, a Gallis iterū liberauit, qa nō habebat potiorē vbi possit viuere gl̄iosus. Cur extollat velut grāde aliq̄d fecerit qui forte in ecclesia Dei ab inimicis carnalibus grauissimam exonorationis passus in iuriam, nō se ad hostes eius hęreticos transtulit, aut contra illā hæresim aliqua condidit, sed eam potius q̄tum valuit ab hęreticorū pnitio sissima prauitate defendit cū alia nō sit vbi viuat in horum gl̄ia, sed vbi vita acquirat, ęterna. Si Mutius vt cū Porsenna rege pax fieret, q̄ De Mugrauissimo bello Romanos p̄mebat, qa Porsenna ipsū occidere nō potuit, & pro eo alterū tio Sceuola. deceptus occidit in ardētē iram ante eius oculos dexterā exrēdit, dicēs, multos secum tales qualē eū videret in exitiū eius cōurasse. Cuius ille fortitudinē & cōiuratiōe taliū phorte scens, sine vlla dubitatiōe se ab illo bello facta pace cōpescuit Quis regno celorū iputatur⁹ est merita sua, si pro illo nō vnā manū neq; hoc si bi vltro faciēs, sed p̄sequēte aliquo patiēs totū flāmis corpus ipenderit? Si Curtius armatus equo cōcito in abruptū hyatū terrę se p̄cipitē De curdedit, deorū suorū oraculis seruiēs, q̄n iusserāt vt illuc id qđ Romani haberēt optimū mitterēt nec aliud intelligere potuerunt q̄ virtutibus armisq; excellere. Vn videlicet oportebat vt deorū iussis in illū interitum vir p̄cipitaret armatus. Quid se magnū p eterna patria feciſſe dicturus est, q aliquē fidei suę passus inimicū, non se vltro in talē mortē mittens, sed ab illo missus obierit, q̄quidē a dño suo eodēq; suo rege patriæ certius oraculū accepit? Nolite timere eos q̄ corpus occidunt, aiam aūt occidere nō p̄nt. Si se occidēdos certis verbis quodā mō cōsecrātes Decii deuouerunt vt illis cadē tibus & ītā deorū sanguine suo placātibus Romanus liberaret exercitus nullo mō superbiat sancti martyres tanq̄ dignū aliquid pro illius patrię participatione fecerint vbi æterna est & vera felicitas si vsq; ad sui sanguinis effusionē, & nō solum suos fres, p quibus fundebat verum & ipsos inimicos a quibus fundebat sicut eis p̄ceptū est diligentes charitatis fide & fidei charitate certantes. Si Marcus Puluillus dedi De Marcans edem Iouis Iunonis Minerue falso sibi co Puab inuidis morte filii nūciata, vt illo nūcio per uillo. turbatus abscederet, atq; ita dedicationis gloriam collega eius cōsequeretur, ita contēpsit, vt eum etiā proiici insepultum iuberet, sic in eius corde orbitatis dolorē gl̄ię cupiditas vicerat

cerat. Quid magnũ ſe pro euãgelii ſancti prædicatione qua ciues ſupnæ patriæ de diuerſis liberant & colliguntur erroribus feciſſe dictu rus eſt, cui dñs de ſepultura patris ſui ſollicito ait. Sequere me & ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Si Marcus Regulus ne crudeliſſimos hoſtes iurãdo faleret ad eos ab ipſa Roma reuerſus eſt, qm̃ ſic Romanis eum tenere volentibus reſpondiſſe fertur poſtea q̃. Aphris ſeruierat dignitatem illic honeſti ciuis habere nõ poſſet eũq; Carthaginenſes qm̃ contra eos in Romano Senatu egerat grauiſſimis ſupplicijs necauerunt qui cruciatus nõ ſunt pro fide illius patriæ contẽnendi, ad cuius beatitudinẽ fides ipſa perducit. Aut quid retribuetur dño pro oibus quæ retribuit ſi pro fide quę illi debetur talia fuerit homo paſſus qualia pro fide q̃ pernicioſiſſimis inimicis debebat paſſus eſt regulus? Quo autem ſe audebit extollere de voluntaria paupertate Chriſtianus, vt huius vitę peregrinatione expeditior ambulet viam quæ perducit ad patriam vbi verę diuitiæ deus ipſe eſt cum audiat vel legat Lucium Valeriũ, q̃ in ſuo defunctus eſt conſulatus vſq; a deo fuiſſe pauperem, vt nummis a populo colatis eius ſepultura curaretur. Audiat vel legat quintum Cincinatum cum quattuor iugera poſſideret, & ea ſuis manibus coleret eſſe ab Aratro abductu vt dictator fieret, maior vtiq; honore q̃ cõſul. victiſq; hoſtibus ingentem gloriam conſecutum in eadem paupertate manſiſſe. Aut qd magnũ ſe feciſſe prædicabit qui nullo præmio mundi huius fuerit ab æternæ illius patrię ſocietate ſeductus cũ Fabritium didicerit tantis muneribus Pyrrhi regis Epirotarum promiſſa ẽt quarta parte regni a Romana ciuitate nõ potuiſſe diuelli. ibiq; in ſua paupertate priuatum manere maluiſſe. Nã ipſi licẽt rempublicã haberent tam opulentiſſimã atq; ditiſſimam iſti tamen in ſuis domibus pauperes erant vt quidam eorũ qui iam conſul bis fuiſſet ex illo Senatu pauperum hoiem pelleretur notatione cenſoria q̃ decẽ pondo argenti in vaſis hñe cõpertus eſt. Ita iidem pauperes erãt quorum tñ triumphis publicum ditabatur erarium. Hinc omnes Xpiani qui excellentiori propoſito diuitias ſuas cões faciunt, ſm id quod ſcriptum eſt in actibus apoſtolorum vt diſtribuatur vni cuiq; ſicut cuiq; opus eſt, vt nemo dicat aliq̃d ꝓprium, ſed ſint illis omnia cõia, intelligant ſe nulla ob hoc ventilari oportere iactãtia id faciendo, pro obtinenda ſocietate angelorũ cũ penẽ tale quid illi fecerint pro conſeruanda gloria Romanorũ, hæc & talia ſi qua hmõi reperiuntur nil aliud erat niſi Romanũ imperiũ longe lateq; porrectũ magnificis ſucceſſibus augeretur, pinde per illud imperiũ tam pclarum tantorumq; virorũ virtutibus gl'oſum & ẽt illorum intentioni merces q̃ quęrebant eſt reddita & nobis ꝓpoſita neceſſarie commotionis exempla vt ſi virtutes quas iſti pro ciuitatis terrenæ gloria tenuerunt pro dei glorioſiſſima ciuitate non tenuerimus pudore pungamur. Et ſi tenuerimus ſuꝑbia non extollamur. Qm̃ ſicut dicit Apls. Indigne ſunt paſſiones huius ſæculi ad futurã gloriam quæ reuelabit in nobis. Hęc Aug. Maxime autẽ debemus eſſe fortes in fide, & nullatenus dubitare, ſm illud Petrus in Can. Aduerſarius vr diabolus tanq̃ Leo rugiens circũit quęrens quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Maximus in ſermone ait. Nouerimus ꝙ non ſine magno diſcrimine de religionis veritate diſputamus, q̃ tantorum ſanguine confirmatã videmus. Magni periculi res ſi poſt pphetarum oracula, poſt apl'orum teſtimonia, poſt martyrũ vulnera, veterẽ fidẽ quaſi nouellã diſcutere pręſumas, & poſt tam manifeſtos duces in errore permaneas, & poſt ſudores morientiũ oſtenſa diſpuatione contendas. Et pauloante idẽ ait. Quanta circa nos dei noſtri ſollicitudo dum nobis fidẽ verã duro agone martyrum cõmedat afflictionum prẽcedentium inſtrutionem efficit poſterorum. Illos examinat vt nos erudiat. Illos conterit vt nos acquirat, eorum cruciatus noſtros vult eſſe profectus. Hæc ille.

De Marco Regulo.

Exẽpla paupertatis,

DELucio Valerio.

De Fabrittio.

De Cincinate.

Maxime in fide forte eſſe debemus ponit.

¶ Tertia fortitudo ſeu tertio mõ accipit fortitudo pro virtute generali. i. quodã vigore mẽtis ad reſiſtendũ impugnationi cuiuſlibet vitii & aggrediendũ laborẽ actuũ virtuoſorũ. Et ſic canit eccleſia. Eſtote fortes in bello & pugnate cũ anti. ſer. & accipietis reg. ęter. Nõ. n. coronabit ait Apls, niſi qui legitime certauerit, ita. ſ. ꝙ victoriã habet de oibus vitiis. Et ps. 26. Expecta dñm viriliter age, & confortetur coruũ & ſuſtine dominũ. Vbi nota quatuor regulas.

Quatuor regulæ ſpiritualiter bellanti neceſſaria.

¶ Prima eſt præſumptionis excluſiue, expecta dominum.

¶ Secũda eſt fatigationis aggreſſiua virilr age.

¶ Tertia eſt debilitationis remotiua, confortetur cor tuum.

¶ Quarta eſt profectionis continuatiua, ſuſtine dominum.

¶ Quia militia eſt vita hominis ſuper terram. In hoc bello vt quis viriliter dimicet, oportet primo vt excludat a ſe præſumptionẽ non confidendo de ſenſu ſuo vel viribus ſuis vel operibus bonis, Leo papa in ſermone. Nemo de cordis ſui puritate confidet quia peruigil ille hoſtis acrioribus pulſat inſidiis, quos maxime

nouit

nouit abstinere peccatis. Et. b. Anto. Nõ cõfidas de tua iustitia, & hoc ẽ q̃ dr. Expecta dominũ s. vt te iuuet ſm illud ps. 120. Auxilium meũ a dño, nõ a mea virtute. Itẽ. Nõ egredias viã cõmunẽ viuẽdi traditam a sãctis. Tritagradiemur via dixerũt antiq Israelite. In opibus. n. singularib. extra cõmunẽ legẽ nõ sũt sãcti imitandi, ſm illã regulam. Quę a iure cõi exorbitant, in cõsequẽtiã non sunt trahenda, reg. iur. li. 6. nisi q̃s esset certus de diuina inspiratione ad illa se vocatũ. Non. n. q̃a quidã sanctus pater accessit ad domũ meretricis, vt eam cõuerteret, qđ & fecit, debet quilibet idẽ agere, nec q̃a vnus audiẽs sociũ suũ in fornicationẽ lapsum vt reduceret eũ ad pniã quasi desperatũ mẽtitus est dicens se ẽt in illud pctũ incidisse, exhortãs vt simul irent ad patres pro pænitẽtia recipiẽda, licet mẽtiri & seipsum infamare. Nec quia Arsenius vna tm̃ hora dormiebat in die naturali, aut q̃a Io. Baptista comedebat locustas. i. radices herbarũ, a vino abstinẽs, debet quis talẽ austeritatem assumere. Sed expecta dñm vt prius te vocet ad huiusmodi singularia agẽda. Item si petis aliquid a domino vel liberari vel adiuuari in aliqua tribulatione vel tẽtatione, & nõ ita cito exaudiris vt velles expectat dñm. Abac. 2. Si morã fecerit expecta eũ, q̃a veniẽs veniet ad adiuuandũ. ¶ Secũda regula est vt fortiter agat laborio sa opa. Virtus enim & sciẽtia circa difficilia in q̃t phũs, & Christus Mat. 7. Arcta est via. s. bonorũ opum quæ ducit ad vitam. Et ideo viriliter age. Vir dicit a virtute, & virtus est fortitudo, quæ in q̃tum generalis virtus est, habet pugnare cõtra oĩa vitia. Quẽlibet. n. virtus habet suũ inimicũ. s. vitium sibi oppositum, imo duos inimicos, vnum a dextris per excessum, aliũ a sinistris per defectũ. Et ideo Apostolus, ait. 2. Corinth. 6. Per arma iustitiæ virtutis dei a dextris & sinistris exhibeamus nosmetipsos vt Dei ministros. Qualis aũt dñs, talis & minister eius, inquit sapiens. Et qui mihi ministrat me sequat, ait ipse dñs. Ioã. 12. Dñs autem fortis & potens ait psal. 23. dñs potens in prẽlio. Cũ enim diabolus fortis virtute naturæ armatus malitiæ multiplicate teneret attriũ suum s. mũdum pacifice, quia nullus huiusmodi tentatori resistebat. Superueniens fortior eo dñs Iesus vicit eum, vt dicit Luc. 11. exquo expectatus venit dñs & bellans fortiter vicit. Ergo viriliter age, a dextris contra infidelitatẽ a sinistris cõtra superstitionem, per arma virtutis dei fortis fidei. j. Pe. 5. Cui scilicet diabolo resistite fortes in fide. Contra enim aduiuicẽ bellant & mutuo se expellunt. Viriliter age ad extris p̃sumptionis cõtra diabolũ eã suggerẽtẽ, & a sinistris desperationis, parma virtutis dei. s. spei. Esa. 3. In spe erit fortitudo vestra. s. ad vincẽdũ diabolũ cõtra desperationẽ vel p̃sumptionẽ. Viriliter age a dextris inordinatæ dilectionis sinistris inuidiæ & rancoris. Viriliter age per arma virtutis charitatis. Gen. 32. figuratiue dr. Si cõtra Deũ fortis fuisti. s. tu charitas, q̃to magis cõtra hoĩes p̃ualebis? Charitas. n. fortis dr cõtra Deũ, q̃a eũ traxit ad terrã, & ad mortẽ induxit. Viriliter age a dextris gule & luxuriæ, cõtra eas dimicando. Et a sinistris insensibilitatis a necessariis abstinẽdo, per arma virtutis Dei temperãtiæ. Prouer. 30. Accinxit fortitudine lumbos suos. Viriliter age a dextris iniustitiæ & sinistris nimii rigoris & seueritatis parma virtutis Dei. s. fortis iustitię. Prouer. 15. Domus iusti plurima fortitudo. Viriliter age a dextris prudẽtiæ nimię. s. suo sensui innitẽdo. Contra illud. Ne innitaris prudẽtiæ tuæ. Prouer. 3. Et a sinistris imprudentię & stoliditatis. Vir sapiens. i. prudens fortis. Prouer. 24. Viriliter age a dextris nimiæ audaciæ & a sinistris indebitæ timiditatis. Prouerbio. 31. Fortitudo & decor indumẽtum eius. s. animæ virtuosæ. Tunc decora est fortitudo seu aĩam decorat, cũ nec p̃cipitãter se quis ingerit ad pericula, nec timiditate ab eis cum oportet retrahit. Et q̃a in bellando homo laborat, ne ex ipsa fatigatione deficiat, ponitur tertia regula quæ reparat debilitationẽ cũ subdit. Cõfortetur cor tuum, Apostolus ad Ephes. 3. Cõfortamini in dño & in potẽtia virtutis eius Cõfortari in dño est ex his q̃ sunt dñi, vt in verbis eius. Sicut enim cibus corporalis cõfortat corpus & corroborat, ita & panis doctrinæ spiritualis. Act. 9. de Saulo conuerso dr accipiens cibũ cõfortatus est. Sacramẽtorũ frequentatio cõfortat & roborat p̃cipue Eucharistiæ. Vnde eccl̃ia in collecta dicit de Eucharistia. Sit fortitudo fragilium, sic cõtra oĩa mũdi pericula firmamentũ. Cofortatur cor vino spũali læticiæ q̃a vt dicitur 2. Esdre. 8. Omnem mentẽ facit securam vinum, nec aliquid timet. Ita inquit beatus Antonius in vitis patrum. Nil ita facit mẽtem fortem ad oĩa aduersa intẽtamenta, sicut læticia spũalis. Manus Christi cõfortat infirmum cor, vnde & dicitur cordiale, hæc autẽ est meditatio passionis Christi. In eius figurã Helias ambulauit in fortitudine subcineritii, panis esi, signãtis Christi passionẽ, vsq; ad mõtem dei supernę patriæ. 3. Regum. 19. Sed non sufficit bene inchoasse & bene ad tẽpus prosequi, nisi ad finem vitę cõuersatio sancta teneatur. Et ideo ponitur quarta regula ad videndũ

Adde tex. in l. qđ con. ff. de reg. iur. & in l. 1. ff. de const. prin. in fi. & in c. hic est ẽt. 16. q. 1.

bona

Bona dñi in terra viuentiũ,pro quo cõsequendo hæc regula datur.ſ.Suſtine dñm,nõ ſolum ſuſcipe per gr̃am ſed ſuſtine,vt ſi te grauet vl̃ grauis videat in cõtinuando labores & aduerſa,nõ deponas eum gr̃am p̃dendo. Nunq̃ ab hoĩe recedit dñs cũ gratia ſua,niſi quis repellat eum a ſe. Vnde dicitur. Qui aũt ſuſtinuerit vſq; in finem,hic ſaluus erit. Veh his qui perdiderũt ſuſtinẽtiã dicit Eccl.2.ideſt pſeuerantiam. Hinc & be.Aug.de pæ.diſt.3. Inanis eſt pœnitẽtia quã ſequẽs vita cõmaculat.i.carens fructu vitæ ẽternæ,ſi non reuertat ad Deũ. Et ſequitur .Eſto in patiẽtia fortiter cõfirmatus, vitã bona quã cẽpiſti tenere nõ deſeras, bonũ propoſitum conſerua iugiter. Hæc bea. Augu.

Tentationes inſurgunt hominibus a diuerſis. Cap. 3.

QVia ad fortitudinẽ ꝑtinet virtus generalis pertinet bellare cõtra vitia & tẽtationes quaſlibet vincere, omittẽdo de fortitudine ꝑtinẽ virtus ſpecialis,qa multa dicta ſunt de ea & partib.eius in materia de virtutib. in iſta.ea.pt.ti.3.ſolũ agemus hic de tentationibus q̃ vincunt̃ donis & gr̃a ſpiritusſancti.Et licet in 1.pte.in ti.de cauſis pcõrum multa dicta ſint de tentationibus,hic tñ paliũ modũ. Et ad hoc põt induci illud ps. 17. Prẽcinxiſti me virtute ad bellũ,& ſupplantaſti inſurgẽtes in me ſubtus me,p̃cinxiſti.i.p̃paraſti adaptaſti reſtringẽdo lumbos cordis abſtinẽtia & caſtitate,& veſtimenta tẽporaliũ rerũ ad neceſſitatẽ ſtringendo,non ad latitudinẽ & ſupfluitatẽ,p̃cinxiſti.ſ.tu dñe a quo oẽ datũ optimũ & oẽ donũ pfectum, virtute.i. fortitudine interiori inducente me ad talẽ reſtrictionem. Ad bellũ ſpũale tentationũ. Omnis.n.qui in agone cõtẽdit inquit Apoſtolus.j.ad Coĩ.9. ab oĩbus ſe abſtinet.ſ.impediẽtibus virtutem eius contra hoſtes. Et ſupplãtaſti inſurgẽtes in me ſubtus me,eos ſuperando. Iſti autem inſurgentes contra nos in bello tentationum ſunt.

Tẽtationes ſunt ſex.

¶Homo malus.
¶Mundus vanus.
¶Exterior ſenſus.
¶Carnalis appetitus.
¶Diabolus varius.
¶Peſſimus antichriſtus.

¶Sumimus autem hic tentationẽ prout communius ſumit̃ pro quadam.ſ.inſtigatione ſeu impulſione alicuius ad peccatum vel ad necẽ dũ vt dimittamus de tẽtatione qua tẽtat deus hominem vel magiſter diſcipulum vel homo Deum ſicut Chriſtus Philippum Ioann.6. vel homo Deum,vt illi iſraelitę q̃ tẽtauerũt Deũ in cordibus ſuis,in ps. Contra qđ dr̃ Deut.6. & Mat.4. Non tẽtabis dñm Deũ tuũ & de hac de qua loq̃mur tẽtatione incitationis ad malũ loquit̃ ſaluator cũ docuit nos dicere in oratione dñica. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Mat. 9. Vbi non petit̃ vt nõ tentemur,q̃a meritũ p deremus & coronã,ſed vt non ſuccumbamus & vincamur a tentatione. Ad qđ maxime iuuat.ſ.ad victoriam tentationũ oratio. Vñ ipſe dñs Ioã.ait diſcipulis Mat.26. Vigilitate & reſtendo,& orate ne intretis in tẽtationẽ.i. vincamini ab ea. ¶Tentat igit̃ homo malus cum quis ſuo verbo vel facto querit aliũ decipere inducẽdo ad peccatum vel nocumẽtum. Et ſic diſcipuli phariſeorũ cum herodianis tentauerunt Chriſtum,vt caperent eũ in ſermone vt poſſent calũnioſe accuſare eum ex aliquo verbo incaute dicto,vnde & Chriſtus eis interrogantib. tẽtatiue de cenſu dando vel negando Ceſari. Reſpondit. Quid me tentatis hypocrite? Matth.22. Sicq; in ſua tentatione prævalere non potuerunt. Similiter fecerunt cum adduxerunt adulteram ante eũ. Ioan.8. & in pluribus aliis vitiis,ſed ſemper confuſi remanſerunt & ſupplantauit Deus inſurgentes in eũ. Fili accedens ad ſeruitutem Dei. Eccleſia.2.c. Sta in iuſtitia & timore & præpara animã tuã ad tentationem. Cum enim quis ſe reperit in aliqua ſocietate i ſeruitio Dei vel in ſeculo diſponit virtuoſe viuere,vñ & Deo ſeruire,multi etiam aliquando ſub ſpecie boni reperiunt̃ tẽtatores.2.Corinth.11.periculũ in falſis fratribus & Ezech.2.dicit̃,increduli & ſubuerſores ſunt tecũ & cũ ſcorpionibus habitas, ſcotpio palpat & cauda pingit,venenum infundit. Augu. Si fratri tuo male perſuades hunc occidis. de pe.di.j.noli. ¶Tentat nos mundus vanus inſurgens contra nos ſuis vanitatibus vt bonis nos amabilibus alliciens vt ei inhereamus. Sap̃.14. creaturæ factæ ſunt in odium & tẽtationem & muſcipulã pedibus inſipientiũ. Sicut enim in muſcipula ponitur lardum circa quod eſt laqueus capiens,& dum mus tractus appetitu lardi dum capit capit̃,vnde occiditur. Similiter piſcis hamo adeſcato trahitur,& auis laqueo,ita inſipiẽtes ideſt peccatores qui non habent guſtum nec veram notitiã de vltimo fine attendentes dulcedinem in cibis,pulchritudinem in fœminis,vtilitatem in pecuniis non aduertunt quomodo illa quærãtur. Sed inordinate affecti dum ea aſſumunt, indebite incurrunt laqueũ peccati,& damnationis æternæ. Vnde & bea. Anto. vidit totum mundum plenum laqueis ſibiinuicem annexis,&

Oratio valet ad uincendum tẽtationes

sit,& cum clamasset quis istos euadet? Audiuit humilitas b. Aug. in sermone. Duplicem contra nos mūdus aciem mittit. s. ad bellandum, contra nos, & tentandum, demulcet prosperis, deterret aduersis. Non te terreat aliena crudelitas, non te uincat propria voluptas, & uictus est mundus Eccle. 27. Vasa figuli probat formax, & uiros iustos tentatio tribulationis. Et iterum, non laudes virum. Hæc. n. tentatio hominum. s. incitans eos ad elationē. ¶Tentat tertio exterior. s. sensus insurgens contra nos Cant. 1. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Mater prima hominum est sensualitas, qua quilibet primo regitur & nutritur ante vsum rationis. Isti sensus exteriores multipliciter pugnant contra nos sua curiositate. Nam vt dicitur Eccleſiast. 1. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu, & sic aliis sensus curiosi sunt circa sua obiecta & insatiabiles, sed nisi quis pugnet viriliter refrenando cito interficiunt animam Hierem. 9. mors scilicet peccati introiuit per fenestras nostras, s. sensuum ingressa est domos nostras, scilicet conscientiarum, sed fidelis Deus qui non permittit uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouētum. Nam si oporteat quēlibet vri sensibus, inordinate delectationes suas quærentibus, tamen iuuat præcipue cum quis intendit mortificationi eorum. In cuius figuram Iosue quinq; reges qui bellum inierunt contra Israelitas. i. fideles eos deuicit, & crucibus affixi. Qui ſm Origenem significant sensus quinq; exteriores quos bellantes cōtra nos veri fideles Iesu mandato cruci mortificationis affligunt ſm illud Apostoli Galat. 5. Qui sunt Christi carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifixerunt vt terram promissionis obtineant. ¶Tentat quarto cardinalis concupiscentia, interioribus passionibus cōcupiscibilis, irascibilis, amore, desiderio, delectatione, odio, abominatione, tristitia, audacia, spe, timore, desperatione, ira. Vnde Iacobus. Vnusquisq; tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Vnde Greg. de pœni. dist. 2. inter hæc sciendū. Aliud est qđ de tentatione carnis aius patitur aliud cum per consensum delectationis obligatur plerumq;. n. cogitatione praua aius pulsatur, sed renititur, plerūque peruersum quod concipit intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Hinc & prædicator egregius ait. Tentatio vos non apprehēdat nisi humana. Humana quippe est tentatio qua plerunq; turpi cogitatione tangimur, etiam nolentes, quia vt nonnunquam illicita ad animum ueniunt. Hoc vtiq; in nobis met ipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam vero demoniaca est & nō humana tentatio, cum ad hoc q; carnis corruptibilitas suggerit per consensum se aius astringit, hæc ille. Hæc caro sensualitas siue concupiscentia carnis quæ concupiscit aduersus spiritum, est illa Eua figuratiue quæ viro Adæ. i. spiritui seu ratioui suadet edere lignum vetitum, vt cum ea delectetur in malo. Sed audienda non est, quia ad mortem inducere quærit, & a paradiso excludere. Sed arguenda dicenda dissensu, quasi vna de stultis mulieribus locuta es Iob. 2. cap. Hæc est illa Egyptiaca mulier quæ pulchrum anima & corpore ac prudentem adolescentem Ioseph, frequenter stimulat ad oblectandum secum, sed relicto pallio secularis cōuersationis non attendenda, sed fugienda est Gen. 39. Hæc est Thamar, quę depolita uestę lugubri. s. pœnitentiæ & compunctionis, induta tristro apparentis boni sedet in biuio quiescens in vanitate & voluptate vt mulier ornata in habitu meretricio ad capiendas aias, Iudam qui interpretatur confitens. i. virū seu spiritum Deo confitentē, fide pœnitentia prœconiis inducit ad illegitimum actū Ge. 38. Sicut & Bersabeæ Dauid Deo deuotum. Hęc est Iahel quę Sysaram. i. spiritum fugientem de prælio tentationum inuitat ad quiescēdum in tabernaculo. i. ad curam carnis habendam in concupiscentia & oblato utre lactis, idest delectationis carnalis dormientem ab actu rationis occidit, Iudicum quarto. Hæc est illa Dalida quæ interpretatur situla, quæ Sansonem fortissimum, qui eius importunis inuestigationibus acquieuit reuelando secreta, & in gremio eius dormiuit, idest nimis curam eius habens crine virtutum spoliauit, & Philisteis idest demonibus excecandum, illudendū tradidit, & ideo aspera increpanda. Iudicum 16. Nec ēt satiat, qa situla est, sed duas filias habet sanguisugas, quę sem per dnt affer, affer. Prouerb. 30. i. auaritiam & luxuriam. In ficco aūt dietæ seu abstinentiæ tenenda est vt moriatur. Hæc est Herodias copulata Herodi. i. diabolo incęstuoso, quæ pro saltatione filiæ suæ, s. imaginationis uel delectationis carnalis grata mūdanis facit amputare caput Io. Bap. qui interpretatur gra q̄ facit amittere Marc. 6. Hęc est deniq; ancilla ostiaria, quę si custodiā habeat sensuū, facit Petrū. i. spiritum Christum negare factis. Ioan. 18. Est ergo caro nō delitiis fouenda ne vigor suæ tentationis accrescat, sed castiganda exēplo Apostoli. Castigo corpus meum & in seruitutē redigo 1. Corint. 9. Sic Sarra dña Agar ancillam sibi rebellantem verberibus subiiciebat, & fugienti

Quibus assimilatur sensualitas siue cōcupiscētia.

Quare nos tentat carnalis cōcupiscētia.

gienti ab ea ab angelo dictū est ei vt reuerteretur & dñæ suę subijceretur Gen.16. Qui delicate pauerit seruum.i.corpus in fine sentiet eum contumacē Prouer.29. Sicut Siba seruus Miphiboseth contēpsit dñm suum & impediuit ne sequeretur Dauid 2.Reg.19. qa nimiū dñium sibi permiseritin rebus suis. ¶ Fabulose narrat Esopus sed moralitate notabili, q̄ cū quidam rusticus per desertum transiret inuenit serpentē frigore afflictum iacentē in terra quasi mortuum. Cui cōpatiens collegit & in sinum suum posuit & calefecit, qui resumptis viribus intoxicauit eū. Cumq; ille argueret eū de ingratitudine, qa quasi mortuum fouerat. Rñdit. Tu scis q̄ natura mea est q̄ nō noceam nisi calefactus, & cum incaluero venenum necesse est effundere. Non ergo inculpes me si proprietatē naturę meæ seruaui: sed tibi imputa qui me calefecisti & souisti. Sic & caro cum & delicate souetur venenū concupiscentiæ qđ in se habet effundit. Et ideo ait Aplūs ad Ro.12. Exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē sanctam Deo placentem, hostiā dicit in qua aīal mactatur qa corpus sensualitati aīali mactanda est. Viua tñ remanet vt.s.ita mortificetur caro q̄ exercere valeat quę sibi incūbunt agenda. Ego dñs inquit odio habens rapinam in holocaustum quod fit dum indiscrete corpus macerat vigilijs, abstinentiis & hmōi, vt dicit Hiero. de conse.dist.5.nō mediocriter. Quintum tentans est diabolus, & iste super oēs tentat & decipere quęrit, & hoc est eius officium, vnde & antonomatice dr tētator Mat.4. Accedens tentator dixit. Loquit aūt vel sensibiliter in forma humana q̄ aliq̄n assumit, vt cōiter dr q̄n Christū tentauit, vel insensibiliter diuersis modis mala menti suggerendo. Vnde Ioann. Papa 16.q.2. visis, ait. Versutus hostis mille nocendi habet modos, nec ignoramus astutiam eius. Conatur.n.a principio ruinæ suæ vnitatē ecclesiæ rescindere, s.per errores charitatē vulnerare, qđ fit per quodlibet mortale sanctorū operum dulcedinem inuidiæ felle inficere, & oibus modis quibuspōt genus humanū euertere & perturbare. Dolet.n.satis & erubescit charitatē q̄ in cœlo nequiuit hre hoies cōstantes ex lutea materia in terra tenere. Vñ oportet quantū fragilitati nostræ cōceditur, vt oēs aditus nocendi versutiæ eius muniamus ne mors, s.peccati ingrediatur per fenestras nostras.i.potentias. Hæc oia ibi. ¶ Narratur in libro de septem donis q̄ magister Iordanus ordinis prædicatorum sanctus homo cum quendam obsessum a demone sibi prę sentatum adiuraret, vt dęmon diceret ei nomen suum. Respondit q̄ mille artifex uocaretur, quia mille modos & artes habebat ad decipiendū hoies. Et vt scias q̄ veritatē dico. Ego sum qui decipio magnos theologos & decretistas & legistas, & phisicos, barones, milites, præpositos, mercatores, & alios, & cępit singulorum verba gestus & modos & officia præsentare vsq; ad domicellas dñarum quæ seruiunt eis in cameris earū blandiendo eis adulando & molliter loquendo, puta vt diceret. Theologos tento & decipio: vt scientifice & subtilia prędicent, vt videantur acuti nō vt populorū salutē quęrant. Quærunt esse magistri. cū non adhuc sint discipuli, prædicationes sibi procurāt, vñ plus pecuniæ vel glorię hauriāt. Celebrare frequenter erubescere facio, retineo eos ad cōfessione vt magis boni habeant occultatis eorū neq̄tiis. Refectiones pingues sibi procurare suadeo, vt sint fortes ad p̄dicandū, ad acquirēdas & augēdas pecunias instigo, sub p̄textu librorū emendorū pro studio & necessariis prouidēdis pannos seu cappas sumptuosas eos hre suggero vt sint in reuerentia apud magnates & populos. Visitare moniales vel viduas sub prætextu pietatis admoneo frequenter vt demū nō solū ad amorem sed ad cōmixtionem adducā. In audientia confessionū principū & diuitū admitto, vt bonum forum eis faciant ne despliceāt, & sic vterq; in foueā cadāt. Quæstiones & opiniones nouas inutiles & populi scandalizatiuas inter ipsos magistros inuenire laboro, vt sibi inuicē mordeant & inuideant, & vt scripturas sacras vt simplices litteras dimittāt, & phisica & poetica vt magis audita in mediū adducant allicio, & sic discurre per alia exercitia. Sed supplantasti ait propheta, insurgentes in me.i. dęmones subtus me dando mihi fortitudinem ad vincendū. ¶ Hic diabolus tētator est ille obstinatissimus Pharao, qui Israelitas.i.fideles egredi affectantes de seruitute eius tyrannica magis grauat in operibus luti lateris & palearū, tentationibus. s.cōcupiscentiæ auaritię & læuis superbiæ. Sed Dei virtute egressos in manu forti, adhuc persequens in mari pnię submersus est Exod.14. Hic tentator est Nabuchodonosor potentissimus, qui fornacē malitię incendere fecit per suos ministros dęmones septempliciter.i.per septem vitia capitalia, & ad incedendum ponēs naptam malarum cogitationum, stupā prauarum locutionum, aliorum picem fetentem malorum exēplorum in opere aliorū, malleolos excusationum vel tribulationum. Sed in hanc missi tres pueri, idest omnes in tribus virtutibus puros rore cœlestis gratiæ ignis non lęsit Daniel.3.

Fabula sed moralitate notabil.

Diabol⁹ tentator qb⁹ assimilatur.

Hic

Hic est ille callidissimus Herodes qui non patiens Christum rẽgnaturũ, multos pueros in Bethleem occidit, quæ interpretatur domus panis.i.in ecclesia,vt Christum occidat ne sibi auferat regnum. Sed licèt corpora sanctorum multipl'r afflixerit vsq; ad mortem,Christum tñ.i.gratiam eius extinguere nõ valuit. Mat.2. Sed grauissimè Dei iudicio punitus est.De calliditate eius seu malitia, dr Gen.3.Serpens callidior erat cũctis animantibus terrę.Et tñ subditur. Ipsa mulier.i.ratio conteret caput tuũ. Caput draconis est initium tentationis, quod cum conteritur resistendo & ipse diabolus fugatur Iac.4.Resistite diabolo & fugiet a uobis, b.Amb.in lib.de paradiso. Nemo nostrũ tenet ad culpam, nisi propria voluntate deflexerit, voluntariũ sibi militẽ elegit Christus, voluntarium seruũ sibi diabolus auctionatur 15.q.1. non est de ptãte eius dr Iob.41. Non est ptãs similis ei super terram.Et de obstinatione eius dr.Cor eius indurabitur quasi lapis. Ad bellandum & eum vincendum Christus hortatur suo exẽplo. Vnde Apost.ad Heb.5.Non.n.habemus pontificem qui non possit cõpari infirmitatibus nostris tentatum per oĩa pro similitudine absq; peccato. In quo.n.passus est ipse & tentatus,potens est & his qui tentantur auxiliari. Docuit & modum resistendi.

§.1. ¶Secundum añt quatuor status hominum,sic quadrupliciter tentat, de quibus in psal.90.

Diabol' his cõparatur. Super aspidẽ & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconẽ.Aspis est quoad peccantes.Basiliscus quoad proficientes. Leo quo ad permanẽtes.Draco quoad præsidentes.Sed qui habitat.i.continue manet in cõfidentia dei uini adiutorii, ambulat & conculcat cõterens Sathan sub pedibus suis.

Peccãtes tẽtat sic. ¶Est ergo aspis diabolus quoad peccantes, postq̃.n.ad peccatum induxit malignus,ipse conatur,& instigat hominem ad permanendum in eo, & nõ audiendum vocẽ incantantis.s.remordentis conscientię vel scripturæ diuinæ talia arguẽtis vel prędicatoris. Sed diuersas excusationes suggerit vel lõgitudinem vitæ, vnde adhuc habeat tps pœnitendi & benefaciendi. In cuius figuram dr Gene.34.q̃ Sichen postq̃ uiolauit Dinam filiam Iacob tristem effectam, blanditiis deliniuit vt secum permaneret. Sic diabolus animam virginem & innocentẽ vitiis uariis,eius integritatem auferens cum conscientia remordens eam contristat, quia omnis malus impletur pœnitudine,inquit philosophus in li.ethi. diabolus ei blanditur vt non recedat ab eo,vel quia multi alii faciunt similia secũdum illud Eccl.32.Peccator vitabit correptionẽ,& iuxta voluntatem suam inueniet comparationem i. similem ei in malis. Sed (vt dicit B.Aug.)non propterea minus ardebunt quia cum multis ardebunt mali homines 2.q.1.multi.Vel quia Dei misericordia est magna ad parcendũ peccatis.Sed dicitur Eccle.5. Ne dicas misericordia Dei magna est peccatorum meorum misẽrebitur. Adiicit.n.exempla sanctorũ magnorum qui & ipsi lapsi sunt,sed aliqui etiam non redierunt ad gratiam. Vel quia pœnitebit in futurum,sicut multi fecerũt, & sic promittit sibi uitam longam. Cum tamen dicatur Eccl.5. Ne tardes conuerti ad dñum, neq; differas de die in diem. Subito enim tibi veniet ira eius, & in nouissimo disperdet te. Per istas igitur suggestiones & similes quibus conat̃ peccantem detinere in malo, dicitur diabolus aspis, quia facit peccatorem similem aspidi quæ dr surda, quia dum incantatur in vnã aurem ponit caudam ne audiat incantantem suadens.s. longam vitam,aliam figit in terram.i.ad occupationes terrenas ita immersus ut nil cogitet de salute,vel se terrenis excusationibus palpando(vt dictum est.) Sed nõ declines cor meum ait ps,in verba malitiæ.i.nõ permittas me declinare, ad excusandas excusationes in peccatis,quia augetur inde peccatum. Vel etiam sic suggerit excusationem sub occasione necessitatis vitæ quasi non possit aliter uiuere, si restitueret vel dimitteret artem illicitam. Et sic vr sibi q̃ Deus habeat eum excusatum cũ velit vt viuat.Vnde & diabolus ut aspis se habuit in tentatione Christi cũ ait. Si filius Dei es dic ut lapides isti panes fiant. Matt.4. persuadens ei vitium gulæ sub prætextu necessitatis. Et sic suadet peccatori, vt qa filius Dei est per creationẽ,& adoptionẽ gratiæ baptismalis,lapides idest duras mias scripturarũ quę mandant restitutiones fiendas vsq; ad mendicitatẽ, & peccata oĩa dimittenda, conuertat in panes molles mẽte opinãdo scripturas mitius interpretandas.

Proficiẽtes tentat sic. ¶Scdo diabolus est vt basiliscus tentando quo ad proficiẽtes in bono. Dicit b.Bernardus super ps.Qui habitat,& super dictum ver.q̃ basiliscus significat vanam gloriã & inuidentiam. Et sm cõiter procedit a primo. Nam ex hoc q̃ aliquis est auidus gloriæ tpalis, cum videt aliquem quem ex aliqua sua virtute ęstimat magis se laudari inuidet ei. Circa ista tentat diabolus proficientes in uirtutibus, vt querant.s.ab hoĩbus laudari.Vnde Sene. Nulla est tam excelsa uirtus quæ dulcedine glorię non tangatur. Vnde b.Bernar.ubi supra. Basiliscus uana gloria est. Videte (ait Christus)ne iustitiam uestram faciatis coram

Effectus basiliſci.

hoibus vt videamini ab eis, ac ſi dicat. Cauete oculos baſiliſci. Nocet. n. baſiliſcus ei q̃ prius videtur a baſiliſco q̃ ipſe videat baſiliſcum, & tunc ſolo aſpectu ſuo baſiliſcus veneno inficit, & occidit. Sed ſi homo prius videt eum, ipſe baſiliſcus moritur. Videtur ergo quis prius a baſiliſco, cum oculus intentionis ſuæ mouetur in bonis operibus ob vanam gloriam, vt. ſ. laudetur ab hoibus ex eis, & tunc ſpiritualiter occiditur, quia mortuum eſt opus illud. Sed tũc primo videt ipſe baſiliſcum cum ſibi cauet ab intentione gloriæ temporalis, & ſic occiditur baſiliſcus. i. tale vitium. Quod tali vitio tentet diabolus proficientes. Habes figuram in Loth. Gen. 19. cuius filiæ ſignificant (vt exponit Origenes ſuperbiam & vanam gloriam, inebriauerunt in monte. ſ. virtutum, & cognitæ ſunt ab eo, exẽpla habes plura in Dauid faciente populũ dinumerare 2. Reg. vl. vbi ét ponit Sathã eum cõmouiſſe ad hoc. Dicit ét b. Bern. vbi ſupra q̃ baſiliſcus ſignificat inuidiam. Sic ei ait baſiliſcus venenum gerit in oculo. Noſſe cupis oculum venenatũ nequam oculum faſcinantem inuidiam cogitato. Quid. n. eſt inuidere niſi malũ in alio uidere, hoc. n. cupit inuidus. Si non fuiſſet ille baſiliſcus. ſ. ſerpẽs antiquus, inuidia eius mors non introiſſet in orbem terrarum. Sed veh miſero homini qui baſiliſcum inuidum primo non vidit, ſed viſus ab eo occiſus eſt. Quod ſpirituales tententur, de hoc habes exẽplum in Maria ſorore Aaron Num. 12. & alia exẽpla in collatione & in vitiſpatrum. Tentauit baſiliſcus iſte Chriſtũ de vana gloria cũ ait Matt. 4. Mitte te deorſum, vt. ſ. gloriaret ex laude hoium inde ſibi ſecuta non læſo. Leo dr̃ diabolus quoad permanẽtes in bono diuerſis afflictionibus 1. Pet. 5. Aduerſarius veſter diabolus tanquã Leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Rugitu clamat per terrores & cõminationes. Vnguibus dilaniat per diuerſa flagella, dentibus dilacerat per mortis tormenta. Sic apoſtolos in bono permanentes & prædicantes Ieſum comminati ſunt principes ſacerdotum ne amplius in nomine eius loquerent. Sed pp minas non deſtiterunt quin prædicarent Act. 4. Quaſi vnguibus Leo iſtæ dilacerauit Iob, dum egreſſus Sathan a facie dñi opere ſuos diuitias ei abſtulit, ignem de cœlo ſuper oues mittendo, & Sabeos, & Chaldeos ad auferendum boues, & aſinas, & camelos inducendo, ventum concitando in aere, quo dirutum ædificiũ domus filios & filias opprimeret. Demum percutiendo corpus vlcere peſſimo, vt eum ad impatientiam induceret & ad blaſphemiã concitaret. Sed in oibus illis non peccauit Iob c. 1. Sicut & Apoſto. Paulus ait de ſeipſo 2. Corint. 12. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſathanæ qui me colaphizet, quem ſtimulũ b. Aug. & Remigius dñt fuiſſe infirmitatem corporis capitis, vel ilionẽ ſm aliquos. Secundum aũt Greg. in moral. & Bedam, tentationem carnalem. Sed quodcunq; eſſet, diabolus per hoc tentabat inſtigando ad malũ vel retrahere curando a bono per tedium. Vnde & ipſe dicit alibi. Grauati ſumus ſupra modum, ita vt nos tęderet viuere. Sic & B. Antonium proficientem in magno feruore verberibus ſenſibiliter affecerunt. Quaſi dentibus Leo iſte deuorauit cũ inſtigauit tyrannos ad occidendum ſanctos, vt exẽplo eorum alios terreret & a fide auerteret pp mortem cruãeliſſimã eorũ quæ de ſe eſt vltimũ terribiliũ ſm philoſophũ. Sed cõculcant ſancti Lonẽ iſtum contẽnendo vitam iſtam, & mortem libenter ſuſtinẽdo in Dei adiutorio, ſcuto fidei protecti. Ita ait ipſe Pet. 5. c. Leoni reſiſtite fortes in fide. Similiter Paulus ad Hebr. 11. ſancti fortes facti ſunt in bello per fidẽ, obturauerunt ora leonũ, extinxerunt impetum ignis, effugarunt aciẽ gladii. Alii diſtenti ſunt non recipientes redemptionem. i. euaſionem mortis. Alii ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & cãceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt. Dicit Bern. ſup. Qui habitat, in d. verſic. q̃ non defuit Xpo iſta tentatio. Vnde & Luc. dicit, c. 4. q̃ conſummata oĩ tentatione. ſ. trina in deſerto, diabolus receſſit ab eo vſq; ad tps. ſ. paſſionis. Nam tũc iterum acceſſit vt leo rugiens vocibus dicentium. Crucifige, & rapiens manibus gentilium crucifigentiũ. Vnde dr̃ in pſal. 21. Salua me ex ore leonis. Sed vicit leo de tribu Iuda. Nam vt ipſe ait Io. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquã, quia patienter conſtanter oĩa aduerſa, contumelias, flagella, irriſiones, & ignominiam crucis tulit. ¶ Demum quarto diabolus vt draco accedit ad præſidentes Draco dr̃ per aera volitare, & in arena abſconſus ſuo ſibilo ſeu ſtatu venenoſo aues deſuper volantes inficit, & occidit. Dicit b. Bern. Draconem eſſe cupiditatem vel iracundiam. Hæc vtiq; latitans in terrenis inficit ét cœleſtia. i. ſacramenta ſpiritualia per ſymonias uel per munera. His ſcilicet auaritia & iracundia draco infernalis præſidentes vexat & multos occidit. Et de auaritia clarum eſt, quia a ſacerdote vſq; ad leuitam a maiori. ſ. rectore vſq; ad minores, omnes auaritiæ ſtudent ait Hierem. non curantes de ſalute ouium, ſed lana & lacte, & quia multa referuntur mala rectoribus, & non ab omnibus obeditur, hinc exur-

Diabol⁹ pmanẽtibus eſt leo, & quare.

Præſidẽtes tentat ſic.

gunt

sunt motus iræ, sed vt dicit Grego. 11.q.3.ca. Illa restringenda est sub ratione potestas, nec quid agendum priusquam concitata mens ad trāquilitatem redeat. Nam commotionis suę tempore iustū putat omne quod fecerit. Tentauit draco Christum de auaritia cū ait. Matthei. 4. Hæc omnia tibi dabo si cadens in terram adoraueris me. Est enim auaritia idolorum seruitus ſm Apostolum. His quatuor bestiis correspondent ſm bea. Bernar. vbi supra quatuor animæ passiones, quæ sunt principia uitiorum. Tristitia aspidi obstinationis cū tristetur deserere vitia. Basilicus spei. Sperat enī consequi laudem vanæ glorioſus. Leo rugiens per tribulationes timori qui de eis habetur. Draco cupiditati seu amori. Sed secūdum Bernardum vbi supra ambulat & conculcat omnia ista iustus per quatuor virtutes. Tristitiam & obstinationem per temperantiam, basiliscū inuidiæ & vanæglorię per iustitiam quę reddit Deo quæ Dei sunt, leonem timoris et tribulationis per fortitudinem. Draconē irę & a §.2. uaritiæ per prudentiam.

¶ De decē modis tentationis diaboli Pſ. 103. Draco iste quē tu formasti ad illudēdū ei sup ple est in isto mari magno, de quo supr. dixerat. 1. in sęculo. Istæ diabol⁹ inquit Iob. dī Leuiathan. 1. cęte maximū piscīū sup alios, & beę moth idest elephas maximū animalium terrę draco maximū per aera discurrentium. Formauit siquidem Deus hunc maximum dignitate super omnes puros homines & angelos. Vnde dicitur Iob penulti. principium viarum domini, idest maximum creaturarum quæ dicūtur uiæ domini, idest operū suorum, & Ezechiel. 24. Tu signaculum similitudinis Dei, Formauit siquidem eum quia nil de materia in eius natura posuit sicut in homine & aliis, sed purā formā, idest spiritum formauit, quia plenū formis, idest speciebus seu similitudinibus rerum creatarum ędidit, quas intellectui eius impressit, vnde dicitur Ezechi. 28. Cherub plenus sapientia & perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuisti. Istam autem scientiam per peccatum nō amisit, sed ex longa experientia malitiæ adauxit noticiam modorum ad decipiendū suis tentationibus. ¶ Quod autem tēptet & de quibus tentet diabolus, & quibus modis tentat notatur. Apoc. 12. vbi dicit de istius draconis forma & actione. Signum aliud apparuit in cælo draco magnus & rufus habens capita. 7. & cornua decem & super ipsa decem diademata, & posuit se draco iste ante mulierē quā prius viderat. Ioan. amicta sole & luna sub pedibus habentem & in capite coronā stellarum. 12. Hæc ē ecclesia amicta sole iustitię & mūdi cōtemptum significat per lunam sub. pedibus habentem affectum' cum corona. 12 stellarum, ideſt. 12. articulorum fidei. Peperit hęc mulier masculū, qa de ea natus est Christus totus virilis, qui recturus omnes gentes in virga ferrea, ideſt rectitudine inflexibili, ip sum enim. Iesū dedita (ait Apostolus,) caput ecclesię, scilicet ad regendū eam. Quęsiuit aūt draco iste deuorare eū per mortem corporalē, per Herodem in infantia, & per iudeos in uiri li ętate eius, intendens etiam deuorare animā eius, ideſt in inferno detinere per peccatum. Sed non potuit quinīmo raptus est post mortē corporalē, ante thronum Dei in ascensione. Mulier autem ipsa ecclesia eo priuata quā tum ad præsentiam corporalem surgit, vitans scilicet in electis Dei, malicias draconis tentā tis, & hoc in solitudine, ideſt in pęnitentia & austeritate vitæ & secreto cōscięntiæ, & ibi pascit cibo gratię factūq; exinde (subditur) præsiū magnū in cęlo militantis ecclesię. Et Micha el princeps ecclesiæ & angeli eius prælіabātur cum dracone, & draco cū eis, & angeli eius mali auditores eius. In prælio enim isto ecclesiæ, plures sunt pro nobis in adiutoriū angeli boni quā sint angeli mali cum dracone, ad nos decipiendum, vt in figura ostensum fuit Giezi p orationem. Helisei, vt habetur. 4 Regum 6. Et draco quidem pugnat cum Michaele & sociis & ecōuerso quando videlicet demones fugge rentes diuersa vitia in tentationibus per suadent ad assensum. Sed angeli boni pugnant p nobis cum instigant & illustrant mentem tentati ad resistendum diuersis modis. Demum dicit q draco superatus ab angelis bonis, quo scilicet ad electos proiectus est in terram & devictus &c. Draco igitur serpens antiquus qui, & sathanas, est vtiq; magnus potentia naturali. Nam omnis materia elementaris est naturaliter sibi subdita ad motum localem, vnde magnas & mirabiles mutationes facere potest in elemētis & elemētatis, etiā circa corpora hominum. Rufus dicitur malicia & auiditate nocendi, vt sanguinolentus quærit mortem hominum corporalem & spiritualem. Septem capita sunt septem vitia quibus morden do in tentando mortem animæ inducit. Vnde & dicitur Lucę secundo q immundus spiritus assumit secum septem spiritus nequiores se, & intrant in homine scilicet vacāte a bonis Decē autem cornua quibus ferit seu petit. sunt decem modi tentandi quibus vtitur, qu que quidē quoad sensus exteriores, & quinq; quoad sensus interiores, videlicet in imagina

Tentat p visum

tua in memoria, in intellectu, in rõne, in appetitu sensuali. ¶ Quantum autẽ ad visum exteriorem diabolus tentat rem videlicet q̃ visui obiicitur faciendo apparere pulchriorem, vel instigando, ad inspiciẽdũ rẽ pulchram & delectabilem, vt eam inordinate cõcupiscat. Sicut instigauit Dauid ad aspiciẽdũ pulchrã Bersabe, ex quo aspectu eũ ad adulteriũ induxit. 2. Reg. 11. Similiter vt legitur de beato Antonio q̃ ad hęremum tendenti diabolus discum argenteum in terra posuit, vt eo viso acciperet, & ad ciuitatẽ rediret, saltẽ pauperibus dispẽsandũ. Sed dicens bea. Anton. figmentũ tuum hoc diabole est, sed animũ meũ nunquam poteris reuocare. Quo picto discus vt fumus euanuit. Habes ẽt exemplũ in legenda beati Andreæ, de illo sancto epo deuotissimo b. Andreę ad quẽ diabolus in spẽ pulcherrimę puellę ad uenit, dicens se a patre magno dño fugisse, qa cõtra volũtatẽ suam voluit eã nuptui tradere, cũ virgitatẽ suam dño dedicasset, vñ ad eũ vt sanctũ virũ dei seruũ confugerat, vt abeo ꝓpte gereẽ & instrueret. Et post multa sedẽtibus ad mensam in prandio ipsa posita ei ex oppositio ad sedendũ diabolus instigans ad aspiciẽdum faciem eius cõtinue magis ac magis pulchrio rem apparere faciebat, vt iam eps captus esset, ad cõcupiscẽtiam eius. Sed beatus Andreas in forma peregrini apparẽs & ad ostium pulsans eum de periculo liberauit post tres quæstiones solutas, declarãs eum fore diabolum, &c. Vñ & glo. sup illud. Aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quem deuoret ait. Circuit hostis antiquus quem deuoret. Nam offert oculis formas illicitas & facile incitat ad voluptatem, vt visu destruat castitatem. ¶ Quantum ad auditum tẽtat instigãdo ad audiendum auide & delectabiliter fabulas poetarũ & ornatum verborum in sermonibus magis q̃ vtilitatẽ. Contra quos Apostolus ad Tim. 4 Erit tẽpus cum sanam doctrinam non sustinebunt prurientes quidem auribus a veritate auditum auertent ad fabulas aũt conuertentur. Vnde legitur in vitis patrum' qđ cum quidã pr sanctus aliquos qui ad se venerãt gra ædificationis animarũ suarũ, de spũalibus admoneret in ꝓcessu sermonis dormitare cœperunt. Quod ille perpendens intermissa locutione diuinorum, dixit aliquid fabulosum, ad q̃ subito excitati ridere cœperunt, ex quo facto ostendit ille vir sanctus quo illud erat tẽtatio, & opus diaboli vt ad spũalia dormitare faceret, & ad fabulosa auide attendere. Per sonoras ẽt voces canticorũ seu cantionũ & instrumentorum musicorum tentat nimiam in his delectationem procurans. Vnde glo. Aduersarius vester diabolus. Aures per canora tẽtat vt emolliat christianum vigorem, & hoc etiã in canticis ecclesiæ, & organis. Vnde & bea. Aug. in lib. confessionum ait. Cum accidit mihi vt me plus cantus q̃ res q̃ cantatur delectat. i. sensus verborum tunc me pęnaliter pectare cõfiteor, & tunc nollem audire cantantem. ¶ Quã tum ad odoratum tentat vt in hmõi nimis hõ delectetur, vel quod subtilior tentatio est, vt ex hoc ad sui sanctitatis reputationem incline tur. Sicut legit in vitis fratrum de be. Iordane sancto viro, q̃ quodam tempore sentiebat maximum odorẽ de manibus suis prodire, & cũ ipse miraretur, vnde hoc procederet ad altare celebrando cum diceret. Lauabo inter innocẽtes manus meas recessit omnis ille odor, cognouitq̃, q̃ tentatio fuerat diaboli, vt illum odorem ascriberet sanctitati suæ eximię & inde superbiret. ¶ Quantum ad gustum, vt cum homo ponit se ad comedendum & bibendum ꝓpter sustentationem in ipsa comestione, nõ iã propter subuentionem corporis, sed pp ipsam complacentiam cibi & potus in gustu contentetur. Vel pp famẽ aliquid inordinatum agat, vt ieiunia debita soluendo, & hmõi. Sic diabolus Christum tentauit de gula cũ ait. Si filius Dei es dic vt lapides isti panes fiant Matth. 4. & b. Au. dicit in lib. confessionum. Sic me docuisti drie, vt tanquam ad medicamenta, sicut ad alimenta accedã. Sed dũ ad quietem satietatis ex indigentiæ molestia trãseo in ipso itrã situ insidiat mihi laqueus concupiscentiæ. Ipsi .n. transitus voluptas est, & non est aliud quo transeat ex quo transire cogit necessitas. Et cũ salus sit cã edendi, & bibendi, adiungit se tan quã pediſſequa periculosa iocunditas, & plerunq; prcire conat, vt eius cã fiat, qđ salutis cã me facere vel dico, vel volo. Hæc ille ad quod facit quod dicit Iob. 7. fm aliam litteram. Tẽtatio est vita hominis super terram. i. illud vnde viuit & sustentat. s. æsus & potus. Aliq̃ spirituales viros tentat de contrario, vt mortificã dã talẽ delectationẽ gustus, vel tentationẽ carnis, inducit diabolus ad vitiũ in sensibilitatis, & indiscretionis, necessariã subtrahendo, tm & b. Ber. se accusabat de indiscretione propter quam incurrit frequentes infirmitates. Et in vitis patrum legitur q̃ abbati Ioanni cum propter nimiam abstinentiam foret debilitatus, apparuit ei diabolus dicẽs. Indulge mihi abbas quia te nimis fatigare feci. ¶ Quantum ad tactum vt inordinate delectetur in eo Ecclesiast. 13. Qui tetigerit picem, idest aliquod incitans ad fœtorem luxuriæ inquinabitur. i. macu-

Per auditum.

Per odoratum.

Gustũ.

Spũales ẽt qũo tentat.

Tentat quoad tactum.

maculabitur ab ea. Et ideo ait Apost. Corin. 7. Bonum est homini mulierem non tangere. s. extra matrimonium. Malum est ergo tãgere, quod verum est, cum sit causa delectationis. Et cum semel quidã frater accusasset socium suum ꝙ tetigisset manum mulieris, & ille se excusaret, quia mulier sancta esset. Respondit beatus Ioardanus coram quo fuerat ille inculpatus, reprehendendo eum. Terra bona est, & aqua bona est, & tamen vtraque coniuncta fit lutum quod turpe est. Sanctus Leo Papa cum & manus osculata fuisset a quadam vidua ob deuotionem, incidit in maximã tentationem carnis qui zelo castitatis accensus manũ scandalizantem abscidit. Sed miraculose ei beata virgo Maria cui deuote se commendauerat restituit. Et subtiliter diabolus aliquando decipit personas spirituales, præcipuæ iuuenes. Nam aliquando ob quandam familiaritatem & amicitiam spiritualem osculatur uel amplexatur alter alterum, vir mulierem, vel iuuenis iuuenem, & amplectitur vel solaciando. Aliqñ peruenitur ad contactũ pudendorum qđ raro est absq; mortali, etiã si non sequatur nefaria cõmixtio. Cauẽda igitur sunt illa, & in seipso absq, necessitate, & cum alio extra matrimonium. Exẽplũ. Legitur in lib. de miraculis b. Hierony. qui intitulatur Cyrillo, ꝙ cum quidã iuuenis seculo abrenuncians Deo se deuouisset, audita infirmitate patris eum visitauit. Et cum una dierum crura patris fricaret cũ germana sua. (Nam & qualitas infirmitatis tales fricationes exigebat de consilio medicinæ) casu contigit manum fratris contingere manũ sororis suæ. Indeq; illi tanta tentatio carnis secuta est, ꝙ illi non repugnans non multo post vsq; ad incestum cum germana deuenerit.

§. 3. ¶ Tentat quoq; & ventilat aiam cornibus 5. interiorũ sensuum seu potentiarũ. ¶ Et primo imaginatiuã, imprimendo imagines & similitudinẽ diuersorũ quæ ad vitia tendunt. Vnde & b. Aug. in lib. de diuinatione dæmonum ait. Dæmones terrenorum amatoribus malefacta suadens miris & inuisibilibus modis per subtilitatem corporum suorum corpora horum non snia penetrando a se cogitationibus eorũ per quædam imaginaria visa se immiscendo siue vigilantium siue dormientium, hæc ille. Vnde & de beata Catherina de Senis legitur ꝙ cum postulasset sibi a domino dari donum fortitudinis reuelatum sibi fuit ꝙ perfectissime sibi conferretur sed per experientiam grauium certaminũ cum vicisset, post quæ cũ virgo purissima foret per plures dies magnas tentationes luxuriæ passa est, magis per imagines seu repræsentationes sibi factas a demone, q̃ per carnis stimulos. Nam repræsentabat imaginationi ois actus immundiciæ, ac si videret virum & mulierem pariter commiscери, ẽt cum in oratione persisteret adeo importune vt quasi æstimaret dominum a se recessisse, nec posse habitare in mentem tam turpibus cogitationibus occupatã. Sed viriliter resistenti dns apparens consolatus est eã, declarans sibi mentem non cogitationibus inquinari quantumcunq; turpibus, cum non assentit nec eorum causa existit. ¶ Aliter etiam diabolus tentat in imaginatione, cum videlicet per ludificationẽ seu prestigia maleficorum facit apparere quod in veritate non est. Sicut magi Pharaonis per suas incantationes fecerunt apparere serpentes, qui non erant veri serpentes sm unã expositionẽ, sed apparẽtes Pharaoni & seruis suis; vt per hoc diabolus induceret ad obstinationẽ. Et in lib. de septem donis refert ille se audisse ꝙ quidam incantator adiurabat sic demones ꝙ ipse imprimebat in phantasia horum ꝙ videbatur eis, ꝙ vnus gallus qui filo trahebat se stucam: traheret maximam trabẽ cũ maximis funibus. Et quod incãtator modica ligaturam feni diuideret per plures particulas videretur aspicientibus ꝙ diuideret equũ suũ per frusta cum mitteret eis frusta dicta per hospitia eis receptis, postea recedente illusione nihil inueniebant nisi modicas ligaturas feni. Et sic possent induci multa alia exẽpla, vt de illa iuuencula quę arte malefica visa est couersa in equã. Sed beatus Macharius destructa virtute maleficii oratione sua apparuit omnibus mulier vt prius. Ad hoc etiam facit quod hĩ 26. q. 5. epi, & capi. nec mirum, ibi vide. Memoriam. ¶ Secundo inuadit sensum seu potentiam memoriæ dum ad mentem facit reducere mala quę egit vel vidit aut audiuit præcipue turpia, vt in eis delectetur. Sic diabolus ad memoriam reducebat multis ex Egypto egressis de carnibus & piscibus, & alleis, & peponibus, quibus gulosi uescebantur in Egypto, & tunc eis carebant. Vnde & dicebant Exod. 16. Vtinam essemus mortui in Egypto, qñ sedebamus super ollas carniũ, &c. Et Numer. 2. Recordamur piscium &c. Sic & B. Benedicto in solitudine apparens in specie merulæ diabolus ipsã disparente ad mentem ei reduxit quandam iuuenculam forte sic vocatam quam amauerat, ex qua recordatione secuta est magna tentatio carnis. Sed ad se reuersus nudum se in spinis iaciens, dolore punctionum vicit stimulos carnis. Similiter & confessoribus ad mentem reducit (cum sunt occiosi) turpia audita, vt ex curiositate re-

Tẽtat & aggredi tur imaginationem.

cogitent & delectentur, vt & b. Grego. dicit ꝙ plerunq; sit vt rector audita tẽtatione alterius & ipse tentetur. Sed vt subdit; citius liberatur a sua dum fatigat aliena, si tñ cautus & timoratus sit. Sed & peccatoribus volẽtibus recogitate & memorare peccata sua vt doleant, & cõfiteantur, diabolus instigat vt in ipsa recordatione delectentur, quod figuratum fuit in percussione & morte Asaelis qui insequebat Abner ducẽ exercitus Saulis. Nã hasta auersa retrorsum in inguine pcussus & occisus est. Sic peccator psequens diabolũ seu peccatũ intendens extinguere eũ, aliqñ auersa hasta pcutitur, dũ. s. peccati delectatione qđ destruere nitebatur occidit. Et ideo caute procedendũ nec multũ immorandum, qđ locũ habet in peccatis carnalibus. ¶ Tertio accedit tentator ad intellectũ, & hoc vel per naturæ subtilitatẽ cũ. s. intellectũ suum plenũ formis seu similitudinibus oĩum rerũ applicat humano intellectui, qđ tanq̃ speculũ est susceptiuũ oĩm formarũ. Sicut. n. de duob⁹ speculis sibi ex oppositotñdentibus forma quę est in vno resultat in alio, sic forte est in aĩa humana ꝙ forma & species q̃ diabolus vult ei pręsentare exhibet in sua intellectiua, & aliqñ applicat intellectui eam humano vt sibi resultent ita subtiliter ꝙ videat homini ꝙ sint cogitationes suæ nõ diaboli. Et hoc forsitan agit diabolus qñ tentat de rebus incorporeis seu spũalibus quæ nõ deprehendũtur in imaginatione corporali. Dicit. n Algazel phũs de aĩa, ꝙ aĩa est tabula breuis continens summam oĩum quæ in mundo sunt, in qua inuenitur exemplum oĩs rei ſm quam sit possibile recognoscere vniuersa. Et isto modo videtur fuisse tentatio angelorum malorum a principio, pp quod dicitur Apoc. 12. ꝙ draco iste rufus traxit cauda sua tertiam partem stellarum de cœlo. i. angelorum. Nam videntes angeli inferiores mali in intellectiua draconis seu luciferi, speciem seu similitudinem illius superbæ cogitationis qua appetiit & ęsti mauit sua propria virtute peruenire ad gloriã, inde allecti eius exẽplo in similem superbiam lapsi de ęlo ceciderunt. ¶ Vel ẽt aliter accedit tentator ad intellectum non quidem directe, sed indirecte. Nam quia ſm phũm necesse est quęcunq; intelligentem phantasmata speculari. Phantasma aũt est potẽtia affixa in organo corporeo, vnde & phantasmata eius. i. similitudines rerum apprẽhensarũ per altos sensus nõ sunt nisi rerum corporaliũ. ¶ Potest diabolus varia phãtasmata suggerere incitatiua ad mala a quibus intellectus capiat cognitionẽ. Tñ quia peccatum cõsistit in consensu voluntatis non in apprehensione intellectus, etsi volũtas inclinetur ad assentiendũ ex obiecto facto per intellectũ, non tñ cogitur. Propterea dicit Iac. Apls. 4. Resistite diabolo & fugiet a vobis. Et ad hoc facit qd ait Apls 2. Cor. 11. Ipse sathanas transfigurat se in angelũ lucis, qđ agit non solũ per corporales species quibus apparet sub similitudine sanctorũ angelorũ, vel sanctorũ, vt intellectu apprehendente eũ vt angelũ bonum reuerentiã exhibeat, & demum voluntas assentiat ad aliquod malum, sed ẽt cum tentat de aliquo vitio sub specie virtutis, ſm illud b. Greg. dist. 45. Sepe vitia se ingerunt, & virtutes se esse simulãt. Qũo hoc operet diabolus ponit practicam per multa exempla b. Grego. lib. 32. moral. super illud. Cartilago eius quasi lamine. ¶ Vel etiã & tertio accedit tentator ad intellectum, quia vt dr in coll. abbatis Sereni. Diabolus aliqñ intellectui se applicat quadã obscurirate & deformitate vt obscuret mẽtem humanam & obnubilet claritatẽ intellectus, vt in mentis tristitiam maximam veniat, vel accidiam vel vanum timorum vel bonorũ oblitionem, contingit hoc pro corporis debilitate, cum. s. in illis membris in quibus vigor animi continetur, immũdus spiritus insidens, eisq; importabile pondus imponens obscuritate teterrima intellectualis sensus aĩæ inuoluatur. ¶ Vel quarto accedit ad intellectum per somnia & visiones. Cum. n. per subtilitatem naturæ multa sciat nobis ignota & ex dispositione elementorũ vel corporũ nostrorũ plura valeat nobis occulta nosse, vt dicit b. Aug. 26. q. 4. sciẽdum. Prænunciat aliqua futura aliquibus vt illis sic euenientibus assuefiant tales eis demoniis credere, & tandem in interitũ ducunt, & ideo nõ multũ credendũ prophetis modernis, Egrediar (ait diabolus) & ero spiritus mendax in ore oĩum prophetarum 3. Reg. 22. Et sic deceptus fuit Achab rex Israel. Legit ꝙ quidam hæremitæ venerunt ad S. Antonium vt conferrent cum eo de suis reuelationibus. Beatus aũt Ant. prædixit seu expressit quædam quæ eis acciderant in via sibi a quocũq; hoie nõ intimata, & inter cętera de morte asini eorũ in via. Cũq; illi quererent vnde hoc habuisset. Rñdit sibi hoc a demonibus reuelatũ vt ex hoc illi discerent reuelationibus nõ de leui acquiescendũ, cũ hoc aliqñ procedat a diabolo vt tandem decipiat, sicut de quodã legitur in vitis patrum ꝙ cũ assuetus esset hmõi reuelationibus credere tandem reuelauit ei ꝙ pater suus veniebat ad eum pp quod occurreret ei. Et addidit. Ipse venit vt occidat te iratus contra te. Et in signũ accedit cum bipenni in manu, vt te cum ea percu-

Intellectum.

Aggredit intellectum multipliciter.

Quatr Diabol' accedit ad intellectũ pro somnia & visiones.

percutiat. Vñ tu eum prius pcute, ne te occidat. Quod ille miſer credēs occurrit patri, & cū viderit bipennē in manu quē a caſu detulerat, non vt eum pcuteret, exiſtimauit verū eſſe qđ ſibi reuelatū fuerat, vnde gladio quē tulerat patrē occidit, & diabolus in eum ptātē acci-
Aggreditur & rōnē, & qūo. piens ſubito ſuffocauit. ¶ Accedit quarto tēptator & draco iſte ad rōnem quę facit diſcurſum de vno ad aliud, vt cū ſuggerit rōni eē falſum vel impoſſibile qđ p̄dicatur de articulis fidei & ſacris, adducēs rōnes naturales in cōtratriū vel cum inducit rōnem ad pplexitatē, de quo exēpla habes & practicā diſt. 13. nerui. ibi vide. Vel cum inducit rōnes ex ſcripturis ad perſuadendū malum, ſicut diabolus cū Chriſtum rentauit in deſerto, vt mitteret ſe deorſum de pinnaculo tēpli, inducens auctoritatē pſalmiſtæ ad oſtendendū q̄ non læderet. Scriptum ē .n. Quia angelis ſuis deus mādauit de te vt cuſtodiant, &c. Matth 4. intendens ex illa ſui deiectione ad ſuperbiā inducere. Sic & ſanctam Iuſtinā tentauit. Nam accedens ad eā ſubſpecie puellæ, ex adiuratione Cypriani tunc magici, obtulit ſe ad manēdum ſecū & in ppetua virginitate Deo ſeruiendū. Vna aūt dierum cępit ſibi dicere. Timeo ſoror mea ne ex iſta virginitate nr̄a amittamus p̄mium cęleſte quod q̄rimus, ex eo q̄ facimus cōtra diuinū p̄ceptū. Gen. 9. Creſcite & multiplicamini & replete terram. Quod mandatū oēs antiqui ſancti impleuerunt Abrahā, Dauid, & cæteri. Sed virtute orationis Iuſtinę innotuit deceptio eius. Vñ facto ſigno crucis ſubito euanuit. Similiter de filio regis Ioſaphat, conuerſo ad fidē p Batlaā dicit Ioan. Damaſ. q eius hiſtoriam ſcripſit, q̄ cū conſilio Teoclæ peſſimi viri miſſæ fuiſſent ad eum ſeducendū & auertendū a ꝓpoſito caſtitatis & a fide pulcherrimæ puellæ, & inter alias filia cuiuſdā regis ſpecioſiſſima ei promitebat ſe futurā chriſtianam, ſi matrimoniū cū ea uellet contrahere. Et diabolus loquebat per os eius p auctoritatem veteris & noui teſtamēti, oſtendens hoc laudibile vt ad Hæb. 13. Honorabile connubiū thorus immaculatus, cum ille renueret ſubintulit ipſa vel ſaltem ſemel cognoſceret & ipſa cōuerteret ad fidem & cū eſſet ſuæ ſaluationis diabolo viriliter reſtitit. Per hanc viā accedit tentator cum aliquos ad hæreſim trahit pſuadens errorē per auctoritates ſcripturę male & falſe expoſitas, vt quia Chriſtus dixit Io. 4. Pater maior me eſt. Hinc Arrius cū ſequacibus ſumpſit ſibi occaſionem erroris dicēs filium Dei minorē patre ſm deitatem, cum Chriſtus ibi loqueretur de ſe ſm humanitatē. Vnde ne quis decipiatur in hmōi recurrendum eſt ad expoſitionem eccleſiæ nō proprio ſenſui. ¶ Tentat & de fide ſubtiliter vl de deſperatione, rōne oſtendēs hoīem nō poſſe ſaluari pp multitudinē vel magnitudinem peccatorum ſicut & tentauit beatum Bernardum in infirmitate graui cōſtitutum cui viriliter reſtitit ei reſpondendo tētanti, ſe nō ſuis meritis vel operibus, ſed miſericordia & liberalitate Ieſu Chriſti poſſe ſaluari, & hoc ſperare. Et in lib. de ſeptem donis refert auctor ſe vidiſſe pium & deuotum religioſum tentatū. Vtrū mundus eſſet aliq̄d vel ſomnium tm̄. Et vtrum animam haberet. Et vtrū Deus eſſet & de hoc vſq; ad mortē dolebat, adeo ut in procinctu erat deſperationis niſi ſaniori vſus fuiſſet conſilio. ſ. q̄ non curaret, q̄a culpa ei non erat, ex quo diſplicentiā habebat. Refert idem q̄ cum eſſet in quadam ciuitate inquiſitor cōtra hæreticos acceſſit ad eū mulier nobilis īnocens & deuota, offerens ſe vt cōbureretur tanquam hæretica, cū cogitaret peſſima de articulis, & ſacris. Et cū interrogaret eam ſi eis cogitationibus aſſentiret, vel ei placerent. Rn̄dit cū lachrymis q̄ potius vellet mori & cōburi q̄ illas habere cogitationes. Tunc ille conſolatus eſt eam & confortauit q̄ nō curaret de eis ſed cōtemneret q̄a non peccabat ex quo ei diſplicebant. Vnde conſolata remanſit, & tales tētationes euanuerūt. ¶ Accedit quinto tentator ad ſenſualitatem ſeu appetitū ſenſitiuū. Sicut .n. in primorum parētum tentatione ſerpens antiquus acceſſit primo ad Euam & ſeduxit, & p eam virum in æſu ligni vetiti delectantis. Ita vt dicit magiſter ſenten. in 2. lib. diabolus in tentando accedit ad ſenſualitatē vt delectet in aliquo modo, quod diabolus ſuggerit, & eā complacentiam in re ꝓhibita porrigat viro. i. rationi ſeu ſpiritui vt aſſentiat, & licet in ſenſualitate non inueniatur mortale peccatum, ſm beatum Thom. in prima. 2. tm̄ per eam peruenitur ad mortale, cum ratio aſſentit obiecto crimini vel ēt cum ratione occupata & diſtracta circa alia, ꝓcurante diabolo nō repellit talē delectationē, ſenſualitatis in criminalibus, vel reprimere negligit præcipue aduertens periculum, ſicut accidit in delectatione moroſa vbi eſt mortale. Propter quod dr̄ Hiere. 4. Vſque quo morabuntur apud te cogitationes noxiæ? ¶ Hæc tentatio figurata fuit ſm Origenē in ludo Hiſmaelis cum Iſaac, quem Apoſtolus ad Gal. 4. appellat perſecutionem. Dicit. n. q̄ is qui ſecundum carnem natus eſt. i. appetitus ſenſualis, perſequebatur eum qui ſm ſpiritum natus erat. i. appetitum rationalē. Et quo ad litteram dicitur q̄ Hiſmael iocando ita ſe-
Tentat & de fide.
Aggreditur & appetitū ſenſitiuum.

habebat tanq̃ vellet ei dominari, vel qa faciebat imagines luteas inducens illũ ad adorandum seu venerandum. Sic appetitus sensualis diabolo instigante vult dominari rationali appetitiui & terrena quærere, colere & venerari. Sed Sarra.i.sapientia hoc perpendens suadet Abrahæ viro.i.homini virtuoso vt eiiciat eum cũ Agar matre sua.i.appetitum sensualem cũ apprehensione sensitiua quæ ipsum generat.i. eos coerceat ne dominetur rationi. ¶ Per maxime ãt conatur diabolus inclinare appetitũ. sensitiuum ad venerea tanq̃ quid naturale. Et vt magis inclinet aliqñ etiam motus carnis excitat qui põt esse pctm̃ si ratio assentiat, vel reprimere & ad petram allidere negligit. Aliqñ etiam a te diaboli per aliqua visa vel audita, vel imaginata, tentatio vel modus illicitus ꝓcuratur. Et inexperti quadam curiositate incitati vt experiantur delectationẽ, vt qd maximum bonum quod turpissimum est, vnde & maxime erubescibile. Propter quod legitur de quadam virgine Deo seruiente ꝙ cum ex nimia familiaritate incidisset in peccatum cum quodam sacerdote etiam deuoto, in tantũ dolorem & confusionem incidit de illa miseria ꝙ præ tristitia mortua est. Ignitas vel incognitas carnis tentationes diabolus immittit ẽt in seruos Dei. Vnde sanctissimus Hiero. de se ait ad Eustochium. Quotiens in hęremo constitutus in illa vasta solitudine quę exusta solis ardore horridum monachis præstat habitaculũ putaui me Romanis delitiis ĩteresse. Horrebãt sacco membra deformia. Squalida curis situm Ethiopissę carnis adduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus. Et si qñ repugnantem somnus imminẽs oppresisset, vnde humo uix ossa coherentia collidebam. De cibis & potu taceo cũ languentes aqua frigida vtant̃, & accæpisse aliquid coctũ luxuriæ sit. Et tamẽ scorpionum socius & ferarum sæpe choris intereram puellarum, & in frigido corpore & carne præmortua sola libidini incendia pullulabãt. Hęc ille. Vnde dicitur de diabolo Iob penul. Ptãs eius in lumbis, & virtus eius ĩ vmbilico terræ.i. ꝑmaxime tentat & sæpe superat per vitiũ luxuriæ tã viros q̃ mulieres. Incitatiuum .n. libidinis in viris dr̃ in lumbis, qa inde deciditur semen ab eis quoad mulieres dr̃ in vmbilico, qa ex eo loco in eis decidit̃ semẽ. ¶ Exẽpla hẽs multa in vitispatrum. Spãliter de illo patre qui quẽdam inuenẽ multum de hoc vitio tentatum non est consolatus, nec confortauit, sed dure arguens in desperationẽ misit. Quem cum euntem ad seculum Abbas Apollo inuenisset, & causam audisset cõsolatus est eũ dicens & se hmõi tentationibus impugnari, & sic reduxit ad cellam, post quod accessit ad illum senem qui illum ita in desperationẽ induxerat, & rogauit Deũ vt tẽtationes illius iuuenis ipse pateretur. Quo facto cũ in cellam eius intrasset, inuenit ita eum turbatũ & quasi amentem effectum a tentatione carnis vt vellet ad sęculum redire. Sed ille admonuit eum & dixit hoc ei accidisse vt disceret compati tẽtatis. & non inducere in desperationẽ. Et orante pro eo cessauit tentatio. Exẽpla patent beatorum Benedicti, Bernardi se immergentis in aquam gelidã, Francisci post flagellum disciplinæ in niuibus, permanentis in nuditate. Et in uitispatrum de eo qui cũ ex cõpassione mulierem meretricem ab aliis missam, vt illũ ad peccandum induceret in cellam recepisset de nocte ne deuoraretur a bestiis, dum tentaret vehemẽter posuit digitos manus singulos singillatim ad lumẽ lucerne, vt dolore cõbustionis ignem tentationis extingueret illa vidente ex horrore mortua est, sed postea ab eo resuscitata. ¶ Non ẽt exemplum notabile in legẽda sancti Basilii de quadam puella virgine q̃ pr̃ deuotus patri Deo vouerat. In cuius amorẽ quidam iuuenis de seruis patris exardescens procurauit per opera diaboli ipso fidẽ abnegante ꝙ illa puella ita accensa est in amorem sui ꝙ langueret ad mortem. in virum als motrem obnixa ꝙ daret ei illũ Vnde rogauit pareretur, quod & factũ est. Sed Basilius illum reduxit ad pnĩam. Terribiliter diabolus tentat ꝑuitia carnis & perire multos facit. Narrat̃ in li. de septem donis de quadam muliere sic seducta a diabolo. Cæpit ista apud se cogitare ꝙ esset munda & pura mulier, & talis ꝙ esset digna ꝙ dñs faceret ei aliquas consolationes visibiles. Et cum aliqñ esset in camera sua sola de hoc cogitãs visus est ei fulgor maximus in camera sua intrare, & cum eo quidam rex pulcherrimus cõstipatus multitudine plurimorũ homĩum dicens ipsi timenti quod nõ expauesceret, q̃a esset Xp̃s cum discipulis suis veniẽs ad ipsam consolãdam. Cui cũ multa blãda dixisset, & multa ei promisisset si in eius amore ꝑseueraret & ipsa hoc se facturã ꝓmitteret recessit ꝓmittens ei ꝙ eã sæpe visitaret, veniẽs simil̃r scđa vice sollicitauit eã ad amplexus & fædã cõmixtionẽ. Qua cõsentiẽte facit cã iurare ꝙ ñ reuelaret alicui familiaritatẽ suã sed occultaret ex hũilitate plurima ꝓmittẽs. Tertia nocte ĩ spẽ nõ ita speciosa apparuit, deinde in forma militis, alia vice in forma clerici. Alia ĩ forma rustici, alia ĩ forma monachi, Postea in forma Goliardi. Demũ mul̃r ꝑpendẽs se dece

Talr narabdus tentur concupiscentia.

Exẽplũ Horẽdũ & notabile.

ptam

ptã a diabolo acceſſit ad cõfeſſorẽ totũ negociũ referans cum contritione. Veniens aũt ad eam diabolus ſequenti nocte fere inſanire vi debatur, & cõminans ei cum non poſſet eã opprimere volebat extinguere, ſed non poterat. Quotiens autẽ peccabat etiam veniaꝫ diabolus eam magis terrebat. Quando autem confeſſa erat & cõionẽ recipiebat, a longe ſtabat, nec poterat appropinquare vel ita ea turbare.

Exẽplũ de cõcilio, Demoniũ

¶ In vitis patrum etiam legitur q̃ quidam ſacerdos idolorum vidit in quodam templo caſu nocte ibi dormiens ſathan aduenire cum maxima multitudine vt iudex & cum poſito thorno ei ab aſſiſtentibus demoniis exigeret rationem a ſingulis de malis ad quæ induxerant quos tentabant, vno referente q̃ fecerat, quandam nauim ſubmergi in mare, & inde multos ſuffocari, fecit eum ſathan rex flagellare vt inutilem ſeruum qui tam paruum malũ procuraſſet. Alio vero referẽte q̃ in q̃dã nuptiis ſe reperiens inter conuiuas ſuſcitauerat rixas adeo q̃ multus ex eo languis effuſus eſſet, & ſponſus & ſponſa occiſi. Hunc etiã iuſſit vapulare tanq̃ remiſſum & negligentem. Surgens e medio tertius dixit ſe per 70. annos tentaſſe quendam anachoritam in hęremo de fornicatione, & illa nocte obtinuiſſe victoriã illo collapſo. Hũc ſathã amplexatus eſt, & coronam capitis ſui ei impoſuit, multum collaudans de ſtrenuitate ſua ſuper omnes. Multa exempla ad idem induci poſſent. Et quos in vigilia inquinare non valet, in ſomnis illudit. Nam etſi nõ imputetur ad culpam q̃d in ſomnis accidit, imaginaria cõmixtio quãtũcunq; fæda tñ poteſt eſſe culpa, cum videlicet ex crapula, vel præcedenti turpi cogitatione cum delectatione, vel mentis relaxatione ſm b. Tho. in 4. & diſt. 6. teſtamentum. Tñ diabolus ſic illud in ſomnis, vt in talium recordatione expergefactus delectetur, vel vt inducat accidiã ſeu triſtitiam inordinatam, vel vt perceptionem euchariſtiæ impediat. Sicut legitur in collatione Theone de quodam qui in feſtis cum debebat cum aliis cõicare talem illuſionem patiebatur, & cum perpenderent pres illũ nõ eſſe in cauſa huius conſuluerunt quod propter hoc non abſtineret a communione, quo facto ceſſauit illuſio talis. Et ſic oſtenſum eſt quod ex opere diaboli procedebat.

§. 4. ¶ Viſu de cornibus huius draconis modis, ſ. q̃bus tentat declarandũ eſt qũo illudatur, q̃bus ſcilicet ſuffragiis & modis deiiciatur. Dicitur enim draco iſte quem formaſti ad illudẽdum ei, i. vt ei illudatur. Tenetur autem ly vt conſecutiue non cauſatiue, vt illud ps. 1. Malum

De ſuffragiis cõtra tẽtationes

coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonib. tuis. Nõ peccatũ Dauid cauſauit iuſtificationẽ Dei ſed ex pcto Dauid hoc cõſecutũ eſt vt deꝫ inueniat iuſtꝫ. i. verax ĩ ſermonib. ſuis, illo videlicet ps. 115. Omis hõ mẽdax, vt illud Eze. 18. In qua cũq; die pctor cõuerſus fuerit oium iniquitatũ eiꝰ nõ recordabor. Et tũc ly. vt, refert ad illud a delicto meo mũda me. Sic ad ꝓpoſitum Nõ. n. deus creauit angelos ſeu draconẽ vt tẽtet, qa vt dr Ia. 1. Deus intẽtator malorũ ẽ, ipſe neminẽ tẽtat. ſ. ad ſeducendum. Sed cũ pſciret Deus eum conuertendum eẽ in draconem malicia ſua, & cupientem ex eo inficere & occidere hoĩes ſicut ipſe deus ex oĩb. malis elicit maiora bona, ita de malicia draconis hoc elicit ex tẽtationibus eius vt hoĩes ꝓficiãt gratia eius reſiſtentis. Sic ergo illuditur cũ ſupabat ab hoĩb. Illudit cũ ei inſultat & deridet. Illudit cũ ex eius ꝓpugnatiõibus dũ intẽdit bonũ virtutis electis ſubtrahere eis augetur, vñ btus Amb. Illudit ergo diabolus vt ſeipſum morſu ſuo vulneret, & cõtra ſe armet quem debilitandum putauit de pæ. di. 1. fieri poteſt. Primo ergo videamus de modis & auxiliis quibus draconi illudamus, ideſt tentationes eius vincendo. Et primum quidem & principale ẽ Dei gratia ſine qua nihil fit ſm illud ps. 93. Niſi qa dominus adiuuit me, ſcilicet per gratiam pau lominus habitaſſet in inferno anima mea Et illud. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Et Apoſtolus 2. Cor. 12. Cum ter oraſſet vt ab eo auferetur ſtimulus carnis, ideſt tentatio, ſibi fuit reſponſũ Sufficit tibi gra mea. In quocũq; minimo gradu gratia habeatur ſufficit ad reſiſtendum omni tentationi ſiquis velit ſequi inſtinctũ eius. Vnde & Iob. 17: Pone me iuxta te. ſ. per grãm & cuiuſuis manus pugnet contra me. Sicut autem diabolus (vt dictũ eſt) habet multos modos ad tẽtãdũ, ita & gra Dei & eccleſia docet multos modos ad illudẽdũ ei & ſuperãdũ, vnde & Cant. . . dicitur. Naſus ſponſæ, ideſt diſcretio eccleſiæ quo diſcernit odores virtutũ a fœtoribus vitiorum ſicut turris Dauid quæ ędificatur cũ ꝓpugnaculis, millę clypei pẽdẽt ex ea oĩs armatura fortiũ. i. vigor eccleſię q̃ eſt ex gratia qui dicitur vt turris, qa a remotis videt inſidias diaboli propugnacula ſunt auxilia angelorum, millæ clypei ſunt auctoritates ſcripturarum, oĩs armatura fortium ſunt virtutes & exẽpla ſanctorũ. ¶ Scd̃m adiutorium ad illudẽdũ diabolũ & ſuperãdũ eſt oĩo Mat. 26. Vigilate & orate ne intretis in tentationẽ. ideſt per orationẽ non ſuccũbetis, ſed vincetis tẽtatorẽ. In huius figuram legit Exod. 17. q̃d

Adiutorii Primus eſt Dei gra.

Secundũ adiutorium eſt oĩo

Moyſes

Moyſes dum perſeuerabat in oratione manibus erectis, ad cælum exercitus eius vincebat Amalech, dum dimitteret manus vincebatur ab Amalech, vt exponit b. Hiero. di. 36. Si quis vult, Amalech interpretatur lingens ſanguinem & ſignificat demones qui delectantur in peccatis noſtris deſignatis per ſanguinem, dū ergo mens orat exercitus potentiarum animæ vincit tentationum pugnam. Dum relaxatur & ab oratione ceſſat dicitur. Et in vitiſpatrū dicebat abbas Ioannes, q̄ monachus, immo, & quilibet debet eſſe ſimilis ſedenti ſub arbore, qui cum non pōt effugere malas beſtias occurrentes ſibi, aſcēdit arborem, ita homo aſcēdens ad Deū per oīonem vitat morſus demonum. Eſt. n. oratio ſm Damaſcenum, aſcenſus intellectus in Deū. ¶ Tertiū eſt humiliatio ps. 114. Cuſtodiens paruulos dñs. i. humiles ne. ſ. lędantur a multis lęſiuis occurrentibus. Et ſequitur humiliatus ſum & liberauit me ſ. a periculis inferni, de quibus locutus fuerat eū inueniſſe. i. tentationes. Legitur de b. Antonio q̄ cum in oratione poſitus vidiſſet mundum plenum laqueis ſeinuicem connectentibus & clamaſſet. O quis iſtos euadet? Reſpōſum eſt a Deo. Sola humilitas. Ita. n. cōnexa ſunt adinuicem vitia, vt dum quis vnum quærit euitare incidat in aliud. Cum. n. quis vult vitium gulę domare, incidit ad inſenſibilitatē. Et ecō uerſo cum quærit vitare indiſcretionem incidit in gulam. Cū triſtitiam vult remouere, incidit in diſſolutionem & vanam lætitiā, & ecō uerſo. Cum ſemel diabolus in angelum lucis transformatus apparuiſſet cuidam, & diceret ſe eſſe Gabrielem archangelum, ille ſe humilians ait. Vide ne mittaris ad alium. Ego. n. nō ſum dignus vt angelus mittatur ad me, q̄ ſubito euanuit. De alio legitur in vitiſpatrum, q̄ cum demones vellent decipere eum, dixerūt. Vis videre Chriſtum? Reſpondit Anathematizo vos & eum de quo dicitis, quia Chriſto meo credo dicēti. Si dixerint vobis hic ē Chriſtus, nolite credere, & ſubito diſparuerunt. ¶ Quartum eſt velocitas reſiſtendi ps. Beatus qui tenebit ne ſcilicet vltra procedant, & alli det mortificando paruulos ſuos primos motus tentationum, ad petram conſtantiæ ſeu reſiſtentiæ de pæ. di. 3. in Salicibus Poeta ſcilicet Ouidius. Principiis obſta, ſero medicina paratur. Cum mala per longas conualuere moras Hiero. Interfice hoſtem cū paruulus eſt. ¶ In huius figuram dictum fuit antiquo ſerpenti. Gene. 3. Inimicitias ponā inter te & mulierē, ideſt animam & ſemen tuum, quod eſt ſuggeſtio peccati, & ſemen illius quod eſt naturalis inſtigatio ad bonum. Ipſa cōteret caput tuū. i. ex hoc te ſupabit, ſi caput. i. principium tentationis abhorreat & extinguere conetur. Contritus in capite inſidiatur calcaneo. i. fini operis boni per aliquam elationem, vel incircunſpectionem, vel fini vitæ. Vnde in vitiſpatrum legitur de quoddam qui vexabatur ab immūdis cogitationibus a diabolo, qđ cum ad quendam ſanctum virum recurreret exponens ei tentationes ſuas vt pro eo oraret. Cum pluries ad eum rediret pro ſimili cauſa & ille pro eo pluries oraſſet, admirans quod non exaudiretur vt a tentationibus ille liberaretur ne eis ſuccumberet oſtenſum eſt ei diuinitus qđ ille erat in cauſa, quia non ſubito immundis cogitationibus reſiſtebat, ſed in eis morā faciebat & iocabat cum eis. Vnde reuertentem ad eum admonuit oſtendens ei defectū ſuum per exēplum poſuit. n. ſuper humerum eius inclinatum ſaccum plenum terra vt portaret. Et cum ſurgere vellet ille pater retinebat & deprimebat ex parte poſteriori. Cui pater ait. Quare non ſurgis vt portes. Reſpondit ille non valeo quia tu impedis & deorſum trahis ſic & tu inquit pater negligentia & deſidia tua impedis defectum orationis meæ pro te. Exinde ſenex cū nō deorſum traheret, ſed iuuaret ſurſum eleuari de facili ſurgebat & portabat. ¶ Quintum eſt ſacræ doctrinæ frequentatio Prouer. 30. Omnis ſermo Dei Clypeus ignitus ps. Scuto circundabit te veritas eius. ſ. ſcripturæ non timebis a timore nocturno tentationū. ſ. Sed non ſolum eſt ſermo Dei armatura defenſiua vt ſcutū, ſed vt offenſiua demonis vt gladius. Vnde Apl's ad Ephe. 6. poſtq̄ dixit. Sumitte armaturā Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli ſubdit inter cętera arma ſpūalia. Et gladium ſpiritus accipite quod eſt verbū Dei. Vt. n. idem dicit ad Hæb. 4. Viuus eſt ſermo Dei & penetrabilior omni gladio ancipiti &c. Sic dñs noſter princeps exercitus eccleſiæ in deſerto tentatus cum auctoritate ſcripturę ſe defendens diabolum ſuperauit Matth. 4. prout in figuram Dauid in prælio ſingulari cum lapide ſcripturæ occidit immanem Goliath, vt hr̄. 1. Reg. 17. Et ēt penè omnia prælia quæ habentur in ſacra ſcriptura figurant prælia tentationum, & in ipſa ſcriptura habentur remedia cōtra oia tētamēta, vt ait b. Gre. in moral'. ¶ Sextum remedium ad vincendas tentationes eſt relatio tentationū patri ſpirituali & permaxime in confeſſione. Vnde in figuram dicitur Iudicum. 1. qđ Iudas qui interpretatur confeſſio factus eſt dux belli tanq̄ ſcilicet precipuus ad ſuperanda bella tentationum. Ad hoc facit quod

Tertiū ē humiliatio.

Quartū velocitas reſiſtiēd

Quintū frequēta tio ſcræ ſcripturæ.

Supr. tit. 11. ca. 3.

Sextū eſt reuelatio tētationū pri ſpūali in cōfeſſione.

qđ dr̃ in Prou. Qui reuelat ſecreta. i. occultat tentationes perdet fidem amici. i. diabolus qui erat amicus eius per p̃cm̃ conſentiendo, non confidit de eo timens ne reuelet in cõfeſſione, vel patri ſpũali occultas tentationes, & ſic remaneat ipſe confuſus. Quidã ẽt patrũ dicebat q̃ nihil ita elidit virtutẽ demonũ ſicut ſiquis reuelet ſecreta malarũ cogitationũ ſanctis patribus Nã reuelare ſocijs niſi ſint bene timorati, hoc eſt ſibi augere certamẽ & alteri periculum. In collatione patrum hr̃ credo abbatis Moyſi de abbate Ioanne adoleſcentu o, q̃ cum ſimularet ſe cum aliis ieiunare, occulte accipiebat panẽ, quem in ſecreto comedebat. Cum autem quidam veniſſent ad viſitandum patrẽ eius ſpiritualem cauſa ædificationis & doctrinæ contigit eum loqui de hac materia, ſcilicet tentationum aperiendarum patri ſuo ſpirituali q̃ hoc multum vtilitatis afferret, quibus ſermonibus præſens Ioannes p̃fatus cõpunctus coram eis manifeſtauit deceptionem ſuam & furtum, ponens in medium panẽ quẽ iam acceperat occulte ad comedendum, pater autem ſuus conſolatus eſt eum, quia non tam ipſe q̃ diabolus ex hoc confuſus erat, & ſic liberatus uit a malo illo. ¶ Septimum remediũ eſt Euchariſtiæ deuota frequẽtatio Paratti in conſpectu meo menſam, i. Euchariſtiam in menſa altaris. Ponitur. n. continens pro contento, aduerſus eos qui tribulant me vt ſcilicet non præualeant, hinc Chryſ. Velut leones flammam inſpirantes ſic ab illa menſa domini diſcedimus diabolo terribiles effecti. In cuius figuram Helyas labore fatigatus & tedio ex perſecutione Ieſabelis, cum dormitaret expergefactus ab angelo & confortatus ſubcinericio pane ſignificante venerabile ſacramentũ, ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei Reg. 19. ¶ Octauum remedium eſt paſſionis Chriſti deuota meditatio & crucis ſignatio Eſa. 13. dr̃. Super montem caliginoſum lauate ſignũ ſcilicet crucis, ideſt contra diabolum. Per ſignum crucis de inimicis libera nos Deus noſter. In cuius figuram vt habetur Numeri 21. Illi qui in deſerto erant a ſerpentibus venenati, ſi aſpiciebant in ſerpentem æneum ſanabantur, alii moriebantur. Ita qui tentationibus vrgentur ſic ad Chriſtum crucifixũ reſpiciunt ſanantur a tentationibus. ¶ Nonum eſt in aliquo bono occupatio. Sicut. n. ocium, vt dicit b. Bern. eſt mater nugarum, nouerca virtutum, omnium tentationum & malarum cogitationum nutrix. Propter quod dicit ſapiens. Omnia mala docuit ociſitas. Et poeta Variam dant ocia mentem. Ita econtra dicit magiſter ſnĩarum in 4. diſt. 1. Non facile capit a tentatore qui alicui bono vacat exercitio Et iõ ait Hiero. de conſe. diſt. 5. Semper aliquid boni facito vt te diabolus inueniat occupatum. Vnde & venerabilis Ioannes Caſſi. narrat in tractatu de octo vitiis. Quod cum quidam ſanctus vir tranſiret ante cellam cuiuſdam anachoritæ, vidit diabolum aliq̃ intrantem, & aliq̃ exeũtem, & ingreſſus ad illũ quæſiuit ab eo opera ſua quæ agebat tunc, & inuenit q̃ cũ ſtabat bene occupatus, diabolus recedebat a tentatione eius, & ſortis cellã manebat. Cũ aũt ſtaret ociosus tunc diabolus intrabat & eũ tentabat. ¶ Decimũ & vltimum eſt vitatio & fuga occaſionũ. Qui. n. amat periculũ ait Salomõ in illo peribit. Nõ. n. eſt fortitudinis ſed præſumptionis & temeritatis exponere ſe ad pericula, vbi põt quis bene declinare. Fugite ait Apls 1. Cor. 6. fornicationẽ Non. n. melius vincitur illud vitium q̃ fugiendo, ſ. occaſiones eius, vt cogitationes & locutiones de ea, quia corrũpunt bonos mores colloquia praua ait Terentius. Similiter & malas ſocietates. Dicitur. n. 18. q. 1. Sæpe malorum cõſortia ad crimen inducunt innocentes quãto magis eos qui ad vitia proni ſunt. Sicut enim ut dicitur in pſal. 17. Cum viro innocente innocens eris, ita cum peruerſo peruerteris. Petrus Apoſtolus cum ſociis Apoſtolis cõfeſſus eſt Chriſtum, cum Iudæis malis conſociatus in domo Cayphæ Chriſtũ negauit, & Iſid. ait diſt. 81. Valet q̃ congruum eſt inde corporaliter euelli vbi quis illecebris deſeruiuit. Et in figuram Loth educto de Sodomis mandatũ fuit vt in ciuitate non maneret, nec in omni circa regione. Non enim ſufficit peccatum dimittere, ſed & circunſtantias & occaſiones malorum. Vnde & abſtinere ab aſpectu vano & cibis ſuperfluis 6. q. 1. Ex merito dicitur. Officium ſingulorum chariſſimi, non ſolum habere oculos caſtos, ſed & linguam & cor. Hiero. inquit. Sine Cerere & Baccho friget Venus his decem cornibus iuſti cõfringuntur cornua peccatorum, quibus draco iſte infernalis percutit tentando. Ad hoc etiam. ſ. uincendum tentationes, vt habetur in libro de ſeptem donis, ponitur talis figura pro diuerſis remediis. Fuit quidam cæcus qui uolens euadere tyrannidem domini ſui, aſcendit equum ruſum, prætermiſſis omnibus bonis ſuis ad locum tutum puerum equo ſuperpoſuit, cuius ducatu dirigeretur vt effugeret. Cumq; incederent per viam, clamauit puer dicens: Ecce quidam inſequitur nos cum equo nigro, quo audito urgens cæcus æquum ſuum calcaribus

Septimũ eſt frequẽtatio Euchariſtiæ ſacrę.

Octauũ eſt meditatio deuota paſſionis Xpi, & ſignum crucis.

Nonũ occupatio i aliquo bono.

Exẽplũ.

Decimũ eſt fuga occaſionum.

bus euasit. Postea mittitur alius a dño cum equo albo ad eum capiendũ. Clamat puer insi nuans insecutionem eius cũ equo albo. Et cæcus similiter vrgens equum suum calcaribus euasit. Cum aũt paululũ processisset clamauit puer. Ecce alius cum equo simili nostro. s. rufo venit post nos. Tunc cęcus valde timuit, & cũ multũ eum insequeretur, vt pene attingere ad eum, clamauit cæcus ad puerũ, dirige me per viam lapidosam, si forte equus nos insequens deferratur & fatigetur. Quo facto & illo equo rufo fugato, cũ alius eũ simili equo rufo insequeretur dixit cęcus puero, vt sumeret viã lutosam, & euasit tutus. Iste cęcus est aĩus noster satis obscurus. Hic si vult euadere tyrãnidem diaboli, cuius serui nascimur & tentationes eius vincere, debet ascendere equũ charitatis, & puerum. i. rõne sumere ducem itineris sui. i. operum. Insequens eum equo albo, est diabolus tentans in prosperitate. In equo nigro, est tentans diabolus in tribulatione. Calcaria quibus debet qs se vrgere ad vitandũ tentationes, est timor supplicij, & amor præmij. In prosperitate enim tentat de superbia, inuidia, auaritia, & hmõi. In aduersitate de accidia, tristitia, & ira. Sed amor gloriæ, & timor inferni, oĩa facit superare. Equus rufus est amor carnalis, & ardor concupiscentiæ, qui persequit vehementer & quasi capit. Sed ad resistendum hmõi tentationibus, incedendum est per viam lapidosam. i. asperitatis & abstinentiæ. Quartus equus est tentatio vanę glorię de simulata charitate, Sed ad euadendum hanc, incedendum est per aliam viam lutosam, i. considerando se vilem terram & cinerem & peccatorem.

§.5. ¶Vltimo videndũ est de multis fructibus seu vtilitatibus tentationũ pp quas diabolus illu

Tẽtationis vtilitates sũt x.

ditur, vt cũ quærit detrimenta homini per tentamẽta inferre profectũ suũ inducat. Et primo quidẽ tentatio humiliat seu ab elatione pseruat. Vnde Apost. 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus sathanæ q me colaphizet. B. Greg. Dum vitia nos tentant proficientes in nobis virtutes humiliant. Hinc est q Israel Ie buseũ tolerat, vt humana mens de se humilia sentiat. In vitispatrũ quidã ad hoc dabat exẽplum dicens. Quod nisi velaret pistor oculos aĩalis molentis ad molã verteret se aĩal, & comederet suos labores. Si Deus permittit cogitationes sordidas in mente nostra exurgere, & tentationes quæ mentem nostram obnubilãt, bona nostra videamus & ea per superbiã tendamus. ¶Secũdo tentatio hominem honorabilem reddit vnde dicitur 1. Mach. 2. Abrahã in tentatione sua inuentus est fidel. Et ideo reddidit ei Deus gloriam in gente sua. Magna vtiq; fuit tentatio qñ tentauit Deus Abraham mandans vt immolaret filium suum. Gen. 22. Bellabat enim paternus affectus & promissio prius ei facta cum præcepto diuino 1. Petr. 1. Modicum si oportet nunc contristari in variis tentationibus, vt probatio fidei vestræ inueniatur in laudem, gloriam, & honorem. Legitur in vitispatrum de B. Antonio q cum viriliter dimicasset contra tentamẽta demonum, qui etiam vsq; ad mortem pęnę eum verberauerant & prostratũ ex dolore ad maiora certamina eos prouocantẽ in diuersas animalium ferocium formas visibiliter apparentes discerperent, cum sensisset diuinam adesse præsentiam in radio lucis emisso clamauit. Vbi eras bone Iesu? &c. Cui respondit dñs, Antoni hic eram & certamen tuum expectabam. Nunc ãt quia viriliter dimicasti, faciam te in toto orbe nominari quod patet de se. ¶Tertio bona multiplicat spiritualia & temporalia 1. Corint. 10. Faciet cum tentatione prouentum. Greg. Multum adiicit sibi virtus lacessita. In cuius figuram Iob multipliciter tentato, ad aucta sunt ei, & duplicata bona sua, vt patet Iob vlt. Vnde in vitispatrum cum discipulus cuiusdam senis grauiter tẽtaretur, & vt resisteret grauiter se affligebat. Ait pater. Vis fili vt rogem dominum ut auferat a te hanc tentationem? Respondit. Non pater, quia sentio in animo meo ex eo profectũ, quia huius occasione amplius vigilo, ieiuno, & oro. Tantũ ora pro me vt det mihi Deus fortitudinem. De quo eum commendans gauisus est. ¶Quarto in multis docet & illustrat. Ecclesiast. 34. Qui tentatus non est, qualia cognoscit. q. d. pauca. Et in figuram dicitur Iudic. 2. Has igitur gentes Chananeorum dereliquit Deus, scilicet in Israel vt ex toto non delerentur, sed aliquando impugnarent vt erudiret Israelem in eis vt scirẽt artem pugnandi. Dum. n. tentatio instigat ad malum, docetur homo q si magna operatur ei superat, hoc nõ a se sed Dei virtute agere cum experiatur sæpe in minimis quasi deficere etiã si nolit. Vnde Greg. Tentari permittit Deus, vt dum per tentationem homo concutitur, imbecillitate cognita fortius solidetur. Potest ẽt talis expertus aliter alios docere, & cautos reddere. Experientia. n. est magistra rerum. Vnde & de Christo dicit Apost. ad Heb. 4. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatũ per oĩa prosimilitudine absq; peccato, quia. s. in nullo cessit. In quo enim tentatus est, potens est, & his

qui

qui tentantur auxiliari.¶Quinto consolatio nem & refectio nem spiritualem causat. In cu ius rei exemplū,postq̄ Christus tētationes su perauit in deserto dr Mat.4.Ecce accesserunt angeli & ministrabant ei,Hiero.ad Eustochiū de se ait.cum tentaretur tentatione luxurię. Ipsam quoq; cellulam meam quasi cogitatio num conscientiam pertimescebā,& mihi iratus, & rigidus solus deserta penetrabam & (vt mihi testis Deus est)post multas lachrymas nonū̄q̄ videbar mihi interesse agminibus angelorum.Hinc & Sarra vxor Tobię iunioris aiebat.Non delectaris Deus in perditionibus nostris,sed post tempestatē trāquillum facis.s. post tentationes quietē mentis,post lachryma tionē &fletū, exultationē infundis Tobiæ.3. dr a naturalib us de ceruo,q̄ prælians cū dracone vel serpente postq̄ occiderit quasi infectus ex fletu eius, ad fontem currens in aquā se proiiciens totus refrigeratur & iuuenescit. Sic seruus Dei præliatus cū dracone infernali & quasi infectus ex tentatione mala ad fluuiū paradisi recurrens,totus confortatur & vigora tur.¶Sexto maliciā demonū debilitat ps.90. Cadēt a latere tuo mille,s.demones tentātes in aduersitate significata per sinistrā,& decem milia a dextris.i.prosperitatem tentantes, tibi aūt non appropiquabit.s.aliquis eorum qui victus a te cecidit.Dicit.n.Origenes vt allegat magister in 2.Senten.quod viri sancti debellantes cum demonis,s.in tentationibus & superantes diminuunt numerum eorum,vt.s.ta les victi non amplius valeant tentare. Quod intelligit b.Tho.in scripto quoad illum qui vi cit & perfectē vicit tentationes.Sed qūocunq; sit manifestum est q̄ sancti viri vincendo ten tationes diaboli assumunt magnas vires cōtra eos,vt eis illudant ne valeant aliis nocere ad petitionē eorū.Sic b.Margaretha victo demo ne qui apparuerat ei sub specie hoīs cōpatien tis ei de tormentis sibi illatis ad persuadendū vt assentiret,Olibrio Præfecto proiecit eum ad terrā,pede suo eum calcans & dicens. Sternere superbe demon sub pedibus fœmine.Cui il le.Dimitte me obsecro,satis illusisti mihi.San ctus vero Basilius ,p eo qui fecerat Chyrographum sua manu diabolo se ei tradens reuertē ti ad pniam orās cum populo, coegit diabolū ad reddendum publice initū̄m talis obligationis,& liberauit illum de manibus eius.¶Septi mo alios confortat,vnde dr Tob.2.Hanc tentationem dedit illi Deus,vt posteris daret exē plum patientiæ eius,sicut & sancti Iob. Cū.n. quis considerat sanctos etiam tentatos cōfortatur,& non desperat,quasi solus ipse,vel pec cator es & imperfecti tentētur.Et aduertēs ēt q̄ illi homines erant,& tamē Dei adiutorio su perabant rentationes,inde etiam confortatur & animatur ad fortiter dimicādum.Et si titubat datur sibi occasio recognoscendi debilita tem suā.Vnde & ps.25.Proba me domine & tenta me.i. tentando proba me,non quidē vt tu cognoscas me quasi prius non cognoscēres cū omnia noueris,sed vt cognoscā meipsum. ¶Octauo præmiorum merita augmentat, nō enim quis meretur ex hoc q̄ non furatur vel mechatur,vel nō odit,cū super his non impu gnet.Sed cū tentat de his & resistit,tūc meritū augetur Ia.1.Beatus vir qui suffert tentationē qm̄ cum probatus fuerit recipiet coronā vite. ¶Nā in vitispatrū legitur,q̄ cū quidam adole scens discipulus cuiusdā sancti Senis semel cū eo diceret officium & pater propter vigilias p̄ cedentes dormitasset,præ reuerentia nō aude bat cū excitare,sed tentatio cogitationis irrep sit ei,vt recederet ad cellā suā vadēs,& post tē pus aliquod rediret.Sed sibi vim faciēs respō debat q̄ licentiam nō habuerat a patre suo, sicq, septies sup hoc tētatus fuit.Exinde patet euigilans illum videns astare miratus est. Et post officium dictum cum eo misit ad cellam. Post quod in oratione se tradens vidit in cœ lis sedem paratam cum septem coronis desup Et cum ille mirareē,& quæreret cui illa para ta sedēs esset,dictum est discipulo suo.Et cum interrogaret quare septem coronæ sup eā posi tæ erant dictum est,quia illa nocte septem vi cib.restiterat tentationi instiganti eum ad rece dēdum.Et ideo pro qualibet vice sibi meru erat vnam coronam. ¶Nono tētatio peccata purgat Sap.3.Deus tentauit illos ideſt per mi sit tentari & inuenit illos dignos se.Tanquam aurum in fornace probauit illos,aurum autē in fornace ignis purgatur a mixtura vili,hinc & be.Greg.ait.Ab electis suis temporali afflictione maculas iniquitatum curat abstergere, quas in eis in æternum non vult videre de pe. dist.1.si peccatū.In tentatione enim hō affligitur, dum sibi vim infert ne assentiat, in quo magis frequēter anxiatur q̄ per afflictionem corporalem.Vnde patienter ferendo molestiā & resistendo, purgant peccata quoad pœnam debitam,scilicet per modum satisfactionis,& ad hoc facit quod legitur ī vitispatrum quod cum quidam sanctus religiosus adextrema ve niens,timorem & horrorem multum ostēdis set ex tētationibus quas patiebatur defunctus apparuit cuidam sibi familiari,in statu glorię se eē affirmans.Et cum ille quæreret quare tā tum horrorem & afflictionē habuisset in fine.

Exēplū

Respon-

Respondit. Nescis scriptum esse. s. in Iob. 41. c. quia territi purgabuntur. ¶ Decimo & vltimo in cælo coronat Lu. 22. ait Christus discipulis. Vos estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis & ego dispono vobis regnũ vt edatis &c. Non coronabitur ait Apostolus. 2. Ti. 3. Nisi qui legitime certauerit. Certat legitime qui resistit & vincit in prælio tentationum, vnde Apoc. 3. dr. Vincenti dabo edere de ligno vitę quod est in paradiso Dei mei. Hæc est fruitio diuinitatis. Et ex his illuditur draco istæ & serpens antiquus, & demum proiicitur in terram inferni, vt dr Apoc. 12. Adaucta sibi pœna ex accidentali malicia tentationum & sancti liberati ab eo gratias agunt omnipotenti Deo de victoria habita eius gratia, de materia tentationum habes etiam multa supra in prima parte titu. 6.

¶ *De tribulatione maxima quæ erit tempore antichristi. Cap. 4.*

De pse-cutione Anti--christi.

QVia tentatio maxima fiet hominibus tẽpore Antichristi, ideo nũc de ea. Et qa locuti sumus de diabolo tentante sub nomine draconis Io. Apoc. 20. de dracone loquens ait. Vidi angelum descendentem de cœlo habentem clauem abyssi & cathenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpẽtẽ antiquũ qui est diabolus & sathanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit & signauit super eum. Et subditur. Postq̃ cõsummati fuerint mille anni, soluetur sathanas, s. draco istæ de carcere suo, & exibit & seducet gentes. Et de eo etiam dr. c. 12. qꝑ draco iste cauda sua traxit de cœlo tertiam partem stellarũ. Quis sit iste draco ipse Ioannes insinuat, quia sathanas angelus descẽdens de cœlo & deiiciens & ligans eum in abyssum, potest dici esse magni cõsilii angelus .s. Christus qui passus & ad inferos anima eius descendens cũ deitate patris de lymbo eduxit ligans in inferno insatiabilem homicidã diabolum. i. potentiam suam & maliciã suam debilitans virtute suæ passionis, ne quantum cupiat nocere prævaleat in animabus. In corporibus aũt seuiendo per tyrãnos infideles cõtra christianos, ꝑcipue videtur fuisse ligatus tẽpore Siluestri imperio ad fidem conuerso. Vnde & in signum huiusmodi Siluester papa alligauit draconem materialem insicientẽ & occidentem populum Romæ in foueam profundissimam, dicit autem b. Greg. 32. moraľ. tractans illud Iob. 40. Stringit. s. Beæmoth caudã quasi cedrum, qꝑ millenario numero ratione sue perfectionis significat omne tempus ecclesiæ quantuncumq; sit vsq; ad finẽ eius. i. tẽpus Antichristi, vnde ponit numerus determinatus pro indeterminato, post quod dr solui draco sathanas de carcere suo qui tẽpore Antichristi permittetur amplius seuire corporaliter & spiritualiter per illum pessimum hominẽ Antichristũ. Et hoc est cauda vbi maxime est venenum draconis, & Beæmoth. s. Antichristum qui in fine ecclesiæ erit quasi Beæmoth qui ad litteram est Elephas, quia diabolus ipsum Antichristum valde eleuabit in potentia & temporali dignitate super omnes, sicut cedrus est altissima arborum, & stringit duricia & feritate. Vnde & tertiam partem stellarum dr draco istæ deiicere cauda, qa per Antichristũ multos qui valde resplendebant in ecclesia doctrina & vita deiicet. Vel prosternendo per mortẽ ad terrã quoad sanctos, vel prosternendo multos spiritualiter inducendo ad terrena, Quantum aũt sit diabolus tunc tentationibus & tribulationibus seuiturus dns noster Iesus insinuat di. Mat. 24. Erit tunc talis tribulatio qualis non fuit ab initio mundi vsq; mõ nec fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro, & vnde sit grauitas huius tentationis tunc b. Grego. vbi supr. s. 32. li. moraľ. sic ostẽdit di. Videndum valde est cũ Beæmoth iste caudam suam vt cedrum subleuat in quo tunc attrocior q̃ nunc se erexerit surgat. Quæ .n. pœnarum genera nouimus quæ non iã vires martyriũ exercuisse gaudemus. Alios. n. in ꝓpriso ictu, immersos gladio strauit. Alios crucis patibulo affixit, in quo & mors ꝓpriocata repellitur & repulsa pronocatur. Alios hirsutis serra dentibus attriuit. Alios armatos ferro in sulcans vngula sparsit. Alios beluina rabies morsibus detruncando cõminuit. Alios ab intimis viscerum per cutem pressa vis verberũ rupit. Alios effossa terra viuos operuit. Alios demersos in morte præcipitium fregit. Alios in se proiectos aqua replẽdo absorbuit. Alios edax flãma vsq; ad cineres depasta cõposuit. Cũ ergo Beæmoth istæ caudã suã in fine mundi amplius dilatat, quid in illis tormẽtis tunc attrocius exurgit nisi illud qđ in euãgelio dns dicẽ. Surgẽt pseudo ꝓphetę, & dabũt signa magna & ꝓdigia, ita vt in errorẽ mittant si fieri pôt etiã electi. Nunc. n. fideles nr̃i mira agunt cũ puersa patiuntur. Tunc aũt Beæmoth huius satellites. s. Antichristi ẽt cum praua ingerunt mira acturi sunt. Pensemus igitur quæ erit illa humanæ mentis tentatio, quando pius martyr & corpus tormentis ingerit, & tamen ante oculos eius mira tortor facit. Cuius tunc virtus

tus non ab ipso cogitationū fundo quærit, qñ is qui flagris cruciat signis corruscat. Sic ergo Beęmoth stringit caudā suā quasi cedrū qa nimirū & altus tunc erit veneratione prodigii, & durus crudelitate tormenti, hæc b. Greg. Et in Antichristo fuit & erit fortitudo tpalis. In sanctis qui vincent tentationes & tormēta erit fortitudo spiritualis. Multa reperiuntur de Antichristo prænunciata in sacris scripturis & per doctores declarata. Sed permaxime de eo agit Dan. c. 7. vt exponunt oēs doctores. Vnde & Christus loqueus & prænuncians de exterminio & tribulatione maxima Hierosolymæ, ac ēt afflictione ecclesiæ durissima per Antichristum, quę postea cito habitura est finē, inquantum militans per finē mundi, & finale iudiciū dixit Matt. 24. Cum videbitis abominationem desolationis stantē in tēplo quæ dicta est a Daniele propheta. Tūc qui legit intelligat. s. tunc impleri illā prophetiā, hæc prophētia hr Dan. 9. in fi. Vnde postq̄ Danieli fuit reuelatum tps determinatū futuræ incarnationis in 70. hebdomadibus annorū, & de passione Christi & fructu ei⁹, & destructione Hierosolymę p. Tytū cū Romano exercitu dicit post finē belli statuta desolatio. l. Hierosolymæ & paulopost. In tēplo erit abominatio desolationis, & vsq; ad cōsummationē & finē perseuerabit desolatio, vt dicit Nico. de ly. Abominationē appellāt Hebrei idola seu idolatriā, q̄ inter vitia maxime est abominabilis. Abominatio ergo desolationis est idolū positū in tēplo desolato. i. destructo, quod fuit factum ꝑm quosdam de imagine Tyberij imperatoris q̄. Pilatus posuerat in templo. Sed hoc iam factum fuerat. Vnde alij dicūt de imagine Gay imperatoris, hoc quam mādauit poni in templo ut adoraretur, quod fuit factū post decennium a passione dñi. Sed melius vr exponendum, vt dicit Pe. come. in historia scholastica de eo quod gestum est per euersionem Hierusalem, per Titum ab Ariano imperatote qui posuit statuam suam in templo desolato & euerso vbi arca steterat. Vestigia. n. adhuc quædam ciuitatis remanserant & Iudei qui vndecūq; venientes ad locum sanctum redibant & multiplicati remouerunt statuam. Et hoc Adrianus audiens posuit manū suam extremā & funditus euertit urbē & mādauit arctissime ne quis Iudęorū remaneret in terra illa. Nam ciuitas quæ postea fuit ædificata & dicta Helya, nō fuit sita vbi prius erat, sed iuxta. De hac ergo abominatione, i. idolo abominabili posito in templo desolato, vr intelligenda auctoritas Danielis inducta a Christo quæ fuit data in signum propinquissimæ totalis euersionis Hierusalē. Et in figurā euersionis quasi ecclesiæ & finis mundi cū videlicet Antichristus reędificata Hierusalem, & tēplo, vt ait Apost. 2. Thess. 2. In templo sedebat tanq̄ sit Deus, faciens se pro Deo & uero messia Iudeorū adorari. Et hoc erit signū propinquissimum destructionis totalis Hierusalē, spiritualis, i. ecclesiæ. Non q̄ ecclesia deficiat ex toto tpe Antichristi, Licēt tunc multi recedēt ab ea & ruent spiritualiter. Sed quia post mortem Antichristi cōiter creditur q̄ patū durabit mundus, sed finem habebit. Christo veniente ad iudiciū, & tunc deficiet ecclesia inquantum militans translata in triūphantem. Hæc igitur desolatio tēpli & ciuitatis durabit vsq; in finē, i. circa tps Antichristi qui erit circa finē mūdi.

¶ De ipso Antichristo q̄ aduētu Christi ad iudicium qui sequet̄ hñr in d. c. 7. Danielis. Vbi prius fit mētio, de quatuor monarchiis mūdi, succcssiuis q̄ notant̄ p quatuor bestias exeuntes de mari magno vbi pugnabāt quatuor venti. i. angelicæ ptātes ex quatuor mūdi partibus pro regnis vel cōtra. Mare magnū est mūdus, vet moralr, quatuor vēti quatuor horum passiones. Gaudiū seu delectatio includens in se amorē & desiderium. Dolor seu tristitia includēs odiū & abominationē. Spes includēs in se audaciā & irā. Timor includens in se desperationē. His. n. passionibus hoies dediti ad inuicē pugnent. Quatuor bestiæ exeuntes de mari vna post aliā, significant monarchias q̄ habuerunt principale dñium mundi tpibus suis qui cōiter, bestialiter, & tyrannice vixerunt. Hatū prima dr similis leenæ habenti alas aquilę cui alæ auulsæ sunt, & datū est ei cor & stetit vt homo, significat regnū Assyriorū, qđ fuit primū in monarchiis. Assimilatur aūt leenæ pp violentiā & libidinē talis gētis. Nam leena est taīal violentū & luxuriosum. Duę alæ sunt duę gentes. i. Assyri & Chaldei quibus pręcipue ꝑfuit. Alæ istæ dñr aquilę pp diuturnitatē talis regni. Aquila. n. diu uiuit. Incepit. n. illud regnū sub Saruch proauo Abrahæ forte a Nēbroth, vel saltē a Nino qui regnauit in Niniuē, & duravit vsq; ad Balthasar qui sedem regni tenebat in Babylone, vbi iuterfectus fuit, vt patet Dan. 5. Qđ auulsę sunt ei alæ & postea datū est ei cor, refert ad Nabuchodonosor magnū auū uel proauum Balthasaris, cui ad tps sublatum est imperium, cum. s. pp superbiam cōuersus est in bestiam, sed postea restitutus, vt patet Dan. 4. ¶ Secunda bestia egressa de mari similis, dicitur Vrso habent i tres ordines dentium in ore, eique dicebatur. Surge comede carnes plurimas hæc designat monarchiam Persarum

§. 1.

Hebrei Idola Appellāt Abominatiuē.

Quatuor bestiæ q̄d significent.

rum & Medorō quæ ſimilatur Vrſo pp patien tiā laboris & victus parcitatē. Nā pro pulmēto ſal vtuntur & cardamomo. Cępit hæc monar chia in Dario & Cyro nepote eius poſtq̄ occi derunt Balthaſar capta Babylone, & durauit vſq; ad Darium Vrſani huius nois quartū, de victum ab Alexandro Magno per ſucceſſionē 14. Reg. Medorum & Perſarum. Dr autem in parte & non in toto ſimilis vrſo huic beſtiæ, quia ita parca fuit in victu hæc monarchia q̄ nil tñ crudele fecit in opere erga populū Dei. ſ. iudęorum ſibi ſubditum. Tres ordines dētium ſunt tria genera principum ſibi aſtantium. ſ. Medorū, Perſarū, & Chaldeorū. Et qđ ei dicebatur, Comede carnes plurimas, refertur ad regem Aſſuerum, cui perſuaſum fuit ab Amā amiciſſimo, & iam litteræ deſtinatæ erant vt certa die occiderentur oēs iudęi vbicūq; inue nirentur, ſed reuocatū totū fuit, vt patet in hy ſtoria Heſter per totū. ¶ Tertia beſtia dr ſimilis Pardo habenti alas auis, & quatuor capita & ptās ei data eſt. Hæc ſignificat monarchiam Græcorū quæ aſſimilatur Pardo quæ eſt varii coloris, ſicut pp varietatem regnorum ſiue pp varietatem doctrinarum. Nam ſub iſta monar chia multum clauerunt philoſophi. Ariſtote les. n. dr fuiſſe magiſter Alexandri. Alas dr ha buiſſe auis pp velocitatē adeptionis dominij. Nil. n. velocius victoria Alexandri, vt non vi deatur vellaſſe, ſed volaſſe ad acquiſitionem dñij. In 12. n. annis ſubiugauit ſibi regna orien tis. Et cum moreretur allatæ ſunt epiſtolæ de regnis occidentis. Poteſtas ei dr data quia non a ſe ſed a Deo habuit tm dominium ad pu nitionem malorum. Quatuor capita fuerunt quattuor reges qui ei ſucceſſerunt in dominio Macedoniæ. Nam in oriente regnauit Seleu chus in Babylonia & Syria ab occaſu, Philip pus in Græcia, Ptolomeus in Egypto verſus meridiē. Antigonus in Aſia & Pontho verſus Aquilonē, paulatim aūt defecerunt. ¶ Quarta beſtia diſſimilis cæteris, licet non ponat ſimi litudo eius tñ Hebręi dicūt ſimilem Apro. ſm illud pſal. 89. Exterminauit eam aper de ſilua. Hæc beſtia terribilis habens dentes ferreos co medens & cuncta cōminuens & reliqua pedi bus conculcans, eſt mornarchia Romanorum quæ oīa ſibi ſubiecit regna ferro armorū. Ha bebat aūt hæc beſtia cornua 10. quod reſpicit ad finem mundi. Nam incępit hæc monarchia a Iulio Cæſare qui primus ſibi vſurpauit Im perīū, ſed perfecta eſt in Octauiano Auguſto ſub quo natus eſt Xps. Et iam durauit ab ipſa dñi Natiuitate per annos. M. cccl. Sed circa finem mūdi diuiditur in decem partes. Nouē enim regna recedent a Chriſtiano imperio, & maior pars horum ēt ab obbedientia eccleſiæ vt regnū Indorū, regnum Turchorū, regnum Saracenorum, regnū Tartarorū, regnū Arme niorum, regnū Georgianorū, regnū Græcorū. Licet. n. imperator eorum cum patriarcha ſuo redierint ad fidē Romanæ eccleſiæ, tñ nō re cognoſcit imperatorem Romanorū ſibi ſupe riorem. Regnū Boemorum qui iam 35. annis elapſis receſſerunt a ſinceritate fidei, necdum reducit ad vnitatē eccleſię. Regnū Francorum etſi fideliſſimū ſit, non tñ recognoſcit ſuperio rem imperatorē Romanorū. Decimū regnum ſeu decima pars imperij diuiſi eſt Romanum imperiū qđ figuratū eſt per decē ſoles ſm va ticiniū ſibyllę. ¶ Inter iſta decē cornua vidit Daniel oriri cornu paruulū, & tria euulſa ſunt de prioribus cornibus a facie eius. Hæc cornu eſt Antichriſtus de tribu Dan ignobilis, cum Damnatus ſit de ancilla, tria cornua euulſa de prioribus, vt dr in hiſtoria ſcholaſtica, ſunt tres reges. ſ. Aphrice, Egypti, & Ethyopię, quos interficiet. Alij ſeptē colla ei ſubijcientur vt vi ctori. Oculi quaſi hoīs quos vidit Daniel in cornu iſto paruulo, eſt ſubtilis & alta eius ſcia & malitia. Os aūt ingentia loquetur, qa Deū ſe dicet & meſſiā & in lege promiſſum. Quod iudei credentes cōfluent ad eū. Qui reędificare faciet tēplum Dei. Et in eo ponet ſoliū ſuum vt Deus. Et ad ſe trahet hoīes terrore torméto rū, promiſſione terrenorū, & donatione opa tione falſorū miraculorū, vt dicet plenius in fra & interficiet Enoch & Helyam. Et ſubdit Dan. Aſpiciebā donec poſiti ſunt throni. ſ. aſ ſeſſorū, & antiquus dierū ſedit. ſ. de maieſtate ſua iudiciū faciet. Et ponit diſpoſitio eius ibi, vide. Et libri aperti. ſ. cōſcientiæ ſingulorū tūc patebunt. Et vidi q̄ beſtia illa quarta periiſſet, & corpus eius traditū eſſet igni, & ptās aliarū beſtiarum ēt ablata, qa oīs principatus mundi ceſſabit. Et ecce in nubibus cœli filius hominis veniebat, & obtulerūt eum vſq; ad antiquum dierū & data eſt ei poteſtas honor, & regnum & oīs populis tribus & lingua ſeruient ei &c. Et ſubdit de cornu illo paruulo. ſ. Antichriſto, q̄ faciebat bellum aduerſus ſanctos & præua lebat donec venit antiquus dierum. Et puta bat. ſ. Antichriſtus q̄ poſſit mutare tempora & leges & iudicium, ſedit vt auferatur potentia eius & conteratur.

In ſeq. cap. Dan. 8. ponitur alia uiſio Dan. q̄ habuit anno tertio Balthaſar qui regnabat in Babylone monarchia vltimo Aſſyriorū. Aliā quam expoſuimus in §. præcedenti habuerat anno primo regni eius. Et tangit de duabus monar-

Quare Frācorū Rex nō recogno ſcit ſu periorē in pali bus.

monarchijs.ſ. Perſarum & Medorũ, & de monarchia Græcorũ. Et monarchia Medorũ oñſa eſt ſibi in ariete habẽte duo cornua q̃bus ventilabat contra oẽs partes mũdi, & nullus poterat reſiſtere. Monarchiã vero Græcorũ vidit in Hyrco caprarũ qui habebat cornu magnum in fronte, quo efferatus in arietem occidit eum. Iſtud cornu fuit Alexander Magnus qui percuſſit arietem illum cornua habentẽ duo, q̃a deuicit & occidit Darium vltimũ monarchã Medorum, & Perſarum. Illo cornu fracto. i. Alexandro mortuo, orta ſunt quatuor cornua in capite Hyrci, quia diuiſum eſt imperium Alexãdri in quatuor regna. In Egypto regnauit Ptolomæus filius Lagi. In Macedonia Philippus frater Alexandri, q̃ eſt ad occidentem. Syriæ & Babyloniæ, & ſuperioribus locis ad Orientẽ Seleuchus. Nicanor imperauit Aſiæ, & Pontho, & prouincijs illius regionis. Antigonus ad ſeptentrionẽ, & hoc ſm orbis totius plagas. Cornu aũt modicum q̃d egreſſum eſt ex vno de his quatuor cornibus, & factum eſt grande, hic eſt Antiochus Epiphanes deſcendens a Seleuco, q̃ dũ eſſet Romæ obſes fugiens inualuit in regnum & magnificatus eſt contra meridiẽ, i. cõtra Egyptios, & cõtra orientem. i. eos qui in perſide moliebant nouas res, & contra fortitudinẽ cœli. i. filios Iſrael, & deiecit de ſtellis in terrã. i. de Iudeis, & vſq; ad principẽ fortitudinis magnificatus eſt. i. contra Deũ, q̃a ab eo abſtulit iuge ſacrificiũ, & deiecit locum ſanctificationis, quia poſuit in tẽplo ſtatuam Iouis. ¶ Vbi ſciendum q̃ iſtæ peſſimus Antiochus qui martyrizari fecit matrem cũ ſeptem filiis, & multos alios pp obſeruantia legis Dei, figura fuit Antichriſti ueri. Vnde quæ dñr de ipſo ſignato per illud cornu paruum, exponuntur penè oĩa & aptiſſime de Antichriſto & magis proprie. Vnde & Gabriel dixit Danieli declarans ſibi viſionem de cornu paruo. Ego oñdam tibi quæ futura ſunt in nouiſſimo maledictionis, q̃m habet tps finem ſuum, hoc aũt non erit niſi in fine mundi. Et poſt explanationem Arietis, & Hyrci, & quatuor cornuũ eius, exponens de alio cornu paruo exorto inter illa ait. Cum creuerint iniquitates., conſurget rex impudens facie. ſ. Antichriſtus, & intelligens propoſitiones. i. magnã ſciam. Et roborabitur fortitudo eius, ſed nõ in viribus ſuis. ſ. quia in malicia diaboli & arte magica qua vtetur. Et ſupra q̃ credi põt vniuerſa vaſtabit, vt. ſ. ſubiiciat ſibi omnes. Et proſperabitur & faciet. Et interficiet robuſtos. ſ. Enoch & Helyam, & populum ſanctorum ſm voluntatem ſuam. i. veros fideles. Et dirigitur dolus in manu eius. i. fraus & fallacia in miraculis faciendis. Et coſuum magnificabit, vt. ſ. faciat ſe ab oĩbus venerari. Et in copia rerum omnium occidet plurimos. ſ. promittendo & donando diuitias credentibus ſibi. Et contra principem principum conſurget. i. contra Chriſtum dicendo non illum, ſed ſe eſſe Chriſtum in lege promiſſum. Et ſine manu conteretur, quia. i. dum dicet ſe cœlum aſcenſurum, fulminabitur. Et paulo ante dicit q̃ auferet a Deo iuge ſacrificium. ſ. celebrationem Chriſtiani cultus & ſacramentorum eccleſiæ. Et proſternetur ueritas in terra, quia non erit qui audeat prædicare veritatem. Quod vero ſubditur, hanc tribulationem duraturam diebus duobus milibus trecentis, & poſtea mundandum ſanctuarium, refertur ad ipſum Antiochum, q̃ñ Hieruſalem cepit & violauit tẽplum Dei multis immũdiciis. Quæ prophanatio durauit tanto tpe. i. circa ſeptem annos. & poſtea mundatũ eſt templum a Iuda Machabeo cum ſuis. ¶ In c. etiam 11. Daniele plura dñr de iſto Antiocho peſſimo & Antichriſto, quædam quæ conueniunt Antiocho, & quædã Antichriſto, cuius figura extitit, vt dicit magiſter in hyſtoria ſcholaſtica. ¶ Et in c. 12. ponitur de Michaele pugnante pro eccleſia. Et de tpe quãtum durabit talis tribulatio. Et de tempore poſtmodum dando.

§. 3. ¶ De Antichriſto loquitur pſalmiſta cum ait pſal. 9. Conſtitue domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt. Vt quid domine receſſiſti longe deſpicis in oportunitatibus in tribulatione, dum ſuperbit impius, incenditur pauper Glo. exponit hoc de Antichriſto. ¶ Iſte Antichriſtus ventus eſt ſm doctor. & ſcripturas in fine mundi. Qui (vt dicit Vincẽtius in ſpeculo hyſtoriali) circa finem naſcetur in Babylone de tribu Dã, ex viro & muliere, ſed concepto & animato (vt dicit magiſter in hyſtoria ſcholaſtica) deſcendet diabolus in vterum matris, ad implendũ eum omni malitia vt vaſe ſuo. Et quãuis angelus bonus non ei ſubtrahatur ad cuſtodiam, ſicut & datur aliis ex vtero matris natis (vt dicit b. Thom. in prima parte) tamen poſtquam incipiet malitia vti, nullum effectum cuſtodię in eum exercebit eo obſtinato. Hic Antichriſtus (vt dicit Methodius martyr, qui multa prædixit de futuris nouiſſimis) apparebit Corozaim, quæ eſt ciuitas vicina Iudeæ, nutrietur in Nazareth, regnare incipiet in Capharnaum, demum (vt dicit Vincẽtius vbi ſupra) veniet in Hieruſalem, & ibi faciet ſe circunci-

Antixp̃s quo tpe vẽturus ſit & vbi naſcet.

di, vt oñdat ſe conformẽ patribus Iudeorum & dicet ſe meſſiã in lege eis promiſſum. Et in-

dęi in eũ credent, & vt messiam suũ suscipient & venerabuntur. Et hoc est qđ Christus dixit eis Ioan. 5. Ego veni in nomine patris mei & non me recepistis, alius veniet in noĩe suo, s. Antichristus, quærens gloriam propriã & illũ accipietis, s. vt verum Christum. Ipse igitur Antichristus fortis in malitia & potentia temporali, bellabit contra fortes virtualiter, s. fideles. Et inde sequetur maxima tentatio. ¶Et in dictis verbis Psal. potest notari quadruplex modus tentandi quomodo vtetur Antichristus ad deceptionem hominum.

Quadruplici mõ Antixps hoĩes tẽtabit.

¶Primo per prolationem fallacium doctrinarum psal. Constitue domine &c.

¶Secundo per oblationem plurium diuitiarum. Sciant gentes &c.

¶Tertio per illationem multiplicium prẽsurarum. Vt quid domine re.

¶Quarto per patrationem rerum prodigiosarum. Dum superbit impius &c.

¶Quantum ad primũ ponitur ibi prẽsens imperatiui pro futuro indicatiui, qđ frequenter faciunt prophetæ Iuxta illud Hier. 17. Duplici contritione contere eos dñe Deus noster, i. cõteres. Non. n. propheta optat vel impetrat malum populo suo, sed prẽnunciat. Constitue ergo dicit, i. constitues legislatorem super eos peccatores, videlicet qui legislator erit Antichristus, vt dicit glo. Dr aũt Deus illum cõstituere non faciendo, sed permittẽdo. Vt. n. ait b. Aug. in enchiridion. Nihil in mundo fit nisi opus fieri velit, vel permittendo fieri. s. quoad mala quæ non impedit. Vel ipse faciendo, quo. s. ad bona quorum est actor. Antichristus igitur dicens se esse messiam promissum iudęis in lege sua Mosayca, dicet ad se spectare cõdere nouã legem ꝓm q̃ prædixit per Hieremiã dñs, dabo leges meas in cordibus eorum. s. &c. Et Dan. 7. dr de Antichristo q̃ putat q̃ possit mutare tpa & leges Et legẽ quidẽ Mosayca nõ reprobabit, sed quæ in ea hñr de Messia, vt illud. Prophetam suscitabit Deus de fratribus tuis, ipsum tanq̃ me audietis. Deu. 18. &c. Dicet de se pronunciata, & in se impleta. Vnde & multa occulta aliis vel futura, diabolo reuelante prænunciabit, vt ostendat se magnum prophetã. Christum aũt quem adorant Christiani dicet per se & suos prędicatores fuisse deceptorẽ, & ideo pp scelera sua seu superbiam fuisse crucifixũ, & a Deo derelictum. Quæ aũt in veteri testamento hñr de passione eius, exponet falso, diuersis apparentibus veritatibus, vt etiam nunc exponunt iudæi. Moralia legis male interpretabitur, vt de vsuris, libello repudii, persecutione inimicorum, & hmõi, quæ oĩa concedet. Legales cerimonias vt datas a Deo dicet obseruandas. Et vt dr a Greg. 7. de consec. dist. 3. peruenit. Ipse faciet celebrari a suis diẽ sabbati vt placeat iudæis cum hoc sit in lege eorum, & diem dominicam in veneratiõe suæ non Xpi resurrectionis. Dicet. n. se morturum & tertia die resurrecturum. Vnde ibi dr ꝓ festinantes sabbatum & dñicam sunt prædicatores Antichristi qui vtrunq; faciet celebrari. Locus residentiæ Antichristi dr fore Hierosolyma. Sed prædicatores suos mittet per orbem, sicut Xps misit Apls ad eum prædicandũ & manifestandũ esse Christũ. Vnde & ait Christus Mat. 24. Multi pseudo prophetæ surgent, & multos seducent. Et paulopost. Si dixerint vobis. s. pseudo prophetę. i. prędicatores. Ecce in deserto est Christus, nolite exire. s. ad videndum eũ. Ecce in penetralibus, nolite credere. Exponent aũt eius pdicatores scripturas fallaciter, & cũ magna eloquentia & versutia verborũ. Prędicatores aũt ecclesiæ tacebunt, vel timore passionis, vel amore terrenorũ, vel ignorantia scripturæ sacræ pp quã nescient confutare expositiones extortas illorũ. Et sic implebitur illud signum propinqui iudicii datũ a Christo. Matth. 24. c. Stellæ cadent de cœlo. i. doctores decident ab intellectu & studio scripturæ. Dr. n. Dan. 12. Qui ad iustitiã erudiũt plurimos quasi stellæ. Scriptura dr cœlum. Vnde Zepherinus Papa distin. 38. Sic ait. Mentes fidelium inhærentes sacræ scripturæ firmamento. i. cœlo, non obscurabit mundana iniquitas. Non tñ ex toto cessabunt pdicatores veritatis, & permaxime da paradiso terrestri mittentur in mundum Enoch & Helyas quo fuerunt translati, vt hr de primo Gen. 5. De secũdo 4. Reg. 2. Hi prędicabunt cõtra Antichristum, detegentes eius fallaciam. ¶De quibus exponitur communiter illud Apoca. 2. Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt. i. prædicabunt diebus mille ducentis sexaginta. i. annis tribus cum dimidio, quanto etiam tempore durabit prædicatio Antichristi, & persecutio. Amicti erunt saccis, vt dicitur ad inducendum exemplo ad pœnitentiam. Hi sunt duæ oliuæ. s. pleni misericordia, & duo candelabra lucentia. s. doctrina in conspectu Dei. Hi habent potestatẽ claudendi cœlum ne pluat, & potestatem super aquas conuertendi in sanguinem & percutere terram omni plaga. ¶Opinio ẽt est aliquorũ vt Ioannis Dominici, & Theophili, q̃ Ioannes Euangelista non sit adhuc mortuus, ꝑm illud Ioan. vlt. Sic eum volo manere donec veniã. s. ad iudicium Christus ait. In paradisum ergo terrestrem, & ipse translatus veniet, & ipse prædi-

Loc9 residentiæ antixpi.

De Ioã. Euang.

prædicaturus contra legem Antichristi, & suã doctrinam. Satis. n. vr̃ istis congruum, q̃ si de tpe legis naturæ mittetur vnus testis p̃ Christo cõtra Antichristi fallacẽ doctrinã. s. Enoch & vnus de tpe legis Moysaice. s. Helyas & lex euangelica q̃ est dignior cæteris hẽat suum testem q̃ erit Ioannes Euangelista, vt sit numerus plenus testium. s. ternarius. Et tunc cũ eis bibet calicẽ passionis ab antichristo occidẽdi. Et enim dictum fuit Matth. 20. sicut & Iacob fratri suo. Calicem meum bibetis. Quod non dum vr̃ plene impletum in Ioanne cũ martyrio non legatur migrasse. ¶ Secundo bellabit Antichristus contra fideles p̃ diuitiarũ donationẽ, vñ dicit. Vt sciãt gẽtes q̃m homines sũt, illi .s. q̃ suscipiẽt hunc legislatorem seu legẽ eius, homines. n. tales dicunt̃ prout homo deriuat ab humo. i. dediti terrenis diuitiis. ¶ Ex ly vt ponitur consecutiue non causatiue. Ex hoc. n. q̃ pmittet Deus illum Antichristum dare legẽ, & multi eã recipient, q̃a terrena cũ ea percipient, scient gentes q̃ tales sunt homines, non viri rõne vtentes & virtute, sed terrenis deseruiẽtes & ea quærẽtes, vnde & Dã. 8. dr̃ q̃ in copia rerum omniũ occidet plurimos, (vt dictũ est supra.) Et Dan. 1. dicit, q̃ diuidet terrã gratuito, & thesauri copiosi ibi manifestabuntur. Et descendendo ad practicam. Beatus. Vincẽtius maximus prædicator dicit in sermonib. .s. q̃ prædicatores sui discurrentes per orbem, facient populos cõgregari, vt zelantes salutẽ eorum dicentes. Vt clare percipiatis, quia non quærimus vestra bona, vt fecerunt prædicatores Xp̃i, seductores mundi, qui vt scitis non vacabãt ad aliud nisi vt acciperẽt bona vestra, petentes decimas, & primitias, & oblationes, & eleemosynas auaritiæ dediti. ¶ Non hoc quærimus a vobis, sed vt mãdauit nobis magister nr̃ verus Xp̃s salutẽ quærimus vestram, & excharitate volumus vobis subuenire qui indigetis, veniant pauperes in tali loco, & eis prouidebitur. Certe attenta cupiditate hoĩum q̃ non q̃runt nisi terrena, ista via est sufficiẽs ad seducẽdum innumerabiles populos. Si. n. quotidie vt vr̃ clare hoies pro vno floreno, immo & argẽteo negant Christũ opere, q̃a mẽdacia multa dicunt, & periuria addunt, quanto magis cũ eis magna quantitas pecuniæ offerretur. Vnde be. Greg. in penult. moralium tractãs illud Iob. 40. Sub ipso Leuiathan erunt tradii solis, & sternent sibi aurum quasi lutũ, dicit q̃d diabolus tunc per callidas suggestiones, tunc .s. in fine mundi per damnatum illum hoiem .s. Antichristum, quem replebit. s. malitia solis radios sibi. i. doctos quo sq; & sapientes subiicit. Vel aurum. s. viros sanctitate vitæ fulgentes quasi lutum vitiis sibi substernet. s. ad terrena quærenda inducens. Et habetur hoc de pæn. dist. 2. cap. multi. In Apocal. etiam ca. 13. dicitur q̃ bestiæ ascendenti de mari habenti septem capita & decem cornua simili Leopardo, sed pedes similes Vrso, os autẽ simile Leoni, dedit potestatem magnam draco. s. sathanas qui faciet oẽs pusillos, & magnos hr̃e characterem in dextera manu aut in fronte, & q̃ nemo possit emere vel vendere nisi. qui habuerit characterem, Bestia ista Antichristus est bestialis de mari mundi exiens, septem capitalibus vitiis plenus, & cornibus decem, scilicet transgressionibus præceptorum, ad quæ cunctos inducere conatur, & cum eis vulnerare animam, Leopardo variato in coloribus similis est propter maximam eius hypocrisim qua sanctitatem simulabit Vrso & Leoni propter crudelitatem. Hic faciet vt characterem. i. imaginem suam & cultum eius quibus habeat in manu dextera. i. in operibus spiritualibus, vt ieiuniis, eleemosynis, orationibus, & hmõi Per hoc intendens eius venerationem, aut in fronte. i. saltem in apparẽtia, vt saltem ab extra conformet se cum aliis in cultu & veneratione sui quia cor hominum nõ potest videre alius non possit cum aliis negociari, vnde nec lucrari tanquam excommunicati infideles putandi propter quod terrena amantes ei obedient & peribunt. Et ex hoc scient gẽtes, quia homines. i. humo inhærentes & terram quærentes erunt qui recipient hunc Antichristũ, & legem eius. Neque enim iudei qui ipsum vt messiam expectant aliud sperãt ab eo habere, propter quod ei adhæreant nisi terrenam patriam Hierosolymę. Libertatem a seruitute & diuitias, & gloriã. ¶ Tertio præliabitur contra christicolas per pressuram. i. tormentorum illationem & tribulationum, vnde ps. 9. Vt quid domine recessisti, &c. in tribulatione p̃ excessum. Erit. n. tunc inquit talis tribulatio, qualis non fuit ab initio mundi vsq; tunc, vt dicitur a Christo. Mat. 24. Daniel etiam cap. 12. dicit q̃ veniet tempus quale non fuit ab eo quo gẽtes esse cæperunt vsq; ad tempus illud. Et Apocal. 13. dicitur, q̃ datũ est bestię (de qua supra dictum est) bellum facere cum sanctis & vincere illos. Et data est ei potestas in omnem tribũ populum, linguam, & gentem. Quod in bello vincat sanctos viros, intelligit quoad corpus quia prævalebit, & occidet eos, etiam Enoch & Helyam faciet occidere in platea Hierusalem, dicitur Apocal. 11. Et ad terrorem aliorum faciet corpora corũ iacere ibi insepulta.

Et q̃a tunc fideles veri nō habebunt quasi aliquod exterius adiutorium, nec prædicationū, nec miraculorum, nec cōfortantium sacramentorum, dicitur Deum recessisse longe & despicere suos in tanta necessitate ſm apparentiā. Sed nō vsque quaq; deserēs eos spe ꝓmii confortās. Exercebit igit̄ Antichristus oia genera tormētorū in christianos ad flectēdū eos ēt in audita. Hāc aūt ꝓssurā insinuauit Iacob patriarcha cū ait Geń. penł. & c. 49. Fiat Dan coluber in via Cerastes i semita mordēs equi vngulas, vt cadat ascensor eius retro. Salutare tuū expectabo dñe. b. Greg. exponit in moral. ista de Xp̄o ꝓnūciata. De tribu Dan dī Antixp̄s nasciturus, & interpretat cā vel iudiciū, q̃a vt caput cā erit innumerabiliū malorū, & iudiciū sequit eū. Natus est Dā de ancilla in seruitutē generāti, qua omnes sequaces eius serui sunt diaboli. Et in numero signatorū 144. miliū ex oī tribu Israel ſ. in libro vitę nō ponitur tribus Dan q̃a eius sequaces reprobi sunt. Dicit ergo fiat. i. fiet. Dan. i. Antixp̄s descēdēs, vel signatus in Dā. coluber via. i. incedēs per viā mandatorum, vel per viam latam vitiorū vt coluber colens vmbram per affectū, & veneno perfidię occidens. Sed in semita. i. incedentibus p obseruantiam consiliorum, vt viam arctā virtutum. Fiet Cerastes qui vt dicit beatus. Greg. est serpens cornutus, q̃a hos ꝓsequetur cornu potētiæ torquens eos, & occidens, mordēs eq ungulas vt cadat ascensor eius retro. Equus se cūdū beatū Gre. hic signat mundum currentē ad occasū fumans p superbiam, hinnitum faciens in luxuriæ manifestationem, fodiens vngula terram & fodiens per auaritiam. Vngula q̃ę est vltima pars corporis huius equi est finis mundi. Ascensor ip̄ius equi, est qui mūdo inherer, & a mundi defertur hincinde amore. Mordet ergo Dan, vt Cerastes cornutus, ungulam equi. i. Antixp̄s vexat in fine mundi existētes. Ad quid. Vt cadat ascensor eius amator mūdi retro, vbi nō videt & sensum amittat vt ſ. non videant perditionem suam in quam cadunt Sancti tamē fortiter resistant expectātes salutare domini in gloria. ¶ Quarto certamē assumet contra fideles per miracula, sed falsa. Et istud erit periculosius cæteris, propter qđ dixit Xp̄s Matth. 24. Et dabunt pseudo propheti. i. prædicatores Antixp̄i prodigia magna ita vt si fieri potest in errorem inducantur ēt electi. Et hoc innuitur cum ait p̄s. ij. Dum superbit impius Antixp̄s antonomastice, q̃a extra & contra omnē pietatē veri cultus diuini. Superbit etiam in tantum, vt dicit Apostolus. 2. Thess. 2. q̃ extollitur super omne quod dicit ant colitur Deus, ita vt in tēplo sedeat tā q̃ sit Deus. Et ad ostēdendū suā dignitātē vt adoret. Dicit ibidē idē Apłus. Cuius aduētus est secūdū operationē Sathanæ in oibus. ſ. virtute & signis & prodigiis mēdacibus in oi seductione. Et Apoc. 13. dicit, q̃ data est ei potestas facere signa & ꝓdigia, ita vt ignē faciat descēdere in terrā i cōspectu horum vt seduceret gētes. Eliget. n. aliquos præ cæteris fautores suæ malitie quos vt Apłos suos mittet p orbē ad p̄dicādū, sup quos opere diaboli faciet descēdere ignem de cœlo vt quasi spiritū sactū accepe rint. Qui & ipsi ope diaboli ꝓdigia facient. Et descendendo ad practicam beati. Vincentii. Post q̃ sui p̄dicatores p̄nunciauerint doctrinā Antichristi vt veri filii Dei dicent. Vt nō dubi tetis de veritate doctrinæ nostræ ecce miracu lis cōfirmabimus. Accedant infirmi aliqui. ſ. in quos diabolus immittet infirmitates, quarum scit curationem, & eos publice sanabunt. Et si quos sanare nō potuerint, dicent ex defectu fidei eorum procedere, vel quia male vterenē sanitate. Et quod plus est, accedēt ad tumulos & faciēt eos aperiri, & ostēdēt se aliquos suscitare de notis populo, nō q̃ vere resuscitentur quia hoc diabolus nō pōt facere, sed assumet, diabolus ipse corpus aereum illius talis noti, & loquet vt ille, dicens se esse illum & virtute Messiæ, falsi tū suscitatū. Et de alia vita multa dicet diabolus in specie illius, & Christum quē coluerūt Christiani vt seductorē & dānatū & Antichristū uerū Deum. Dum ergo ita supbit impius Antichristus incēditur pauper fidelis illuminatur interius a Christo, incēditur zelo veritatis, dolens & lachrymās pro petitione & seductione tantorum. Hæc tētatio vtiq; maxima erit, qua vt dicit Grego. in morali. Videbit martyr ꝓ veritate se extorqueri sine operatione alicuius miraculi ad probādū veritatem suæ fidei. Et econtra tortorē suum ad ostensionem suæ sallitatis miracula facere O qualis tentatio. Certæ (vt dicit Xp̄s Matth. 24.) Nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro. Nō enim durabit nisi p tres annos cum dimidio, quanto etiam tempore prædicauit Christus, vt hī Dan. 12. & Apocalyp. 12. & 13. Post q̃ autem Antichristus ascenderit in tantam superbiam, vt post simulationē suæ mortis & resurrectionis, dicat se publice in cælum ascensurum super montē oliueti stans fulminabitur, vt dicit Magister in histo. scholastica & Vincētius. Et si non de mō mortis eius tamē de morte eius expresse hī Dań. 8. & 11. ca. in fine plenius. Et 2. Thessaloni. 2. & Apocalyp. 17. Ante mortem Antichristi resurgent

surgent Enoch & Helyas tertia die post occisionē eorū & publice vocati in cœlū ascendēt. Mortuo aūt Antichristo quantum mūdus sit duraturus incertum est nobis. Videtur tamen q̄ ad minus. 45. dies dentur hominibus seductis, vt reuerti possint ad pœnitentiam. Ex eo quod dicitur Dan. 12. Beatus qui expectat ad dies M.cccxxxv. Et ante ista ponitur tēpus persecutionis Antichristi, quo auferetur iuge sacrificium Christi, numerus videlicet dierum mille ducenti nonaginta. i. tres anni cū dimidio quibus addendo 45 fiunt M.cccxxxv.

TITVLVS QVARTVSDECIMVS
De dono Timoris.

¶ *Quomodo ad timorem multa inducunt. Cap. 1.*

Ad timēdum deū multa inducunt.

TIMOR domini est donum spiritus sancti, quod Esaias enumerando ipsa dona ponit in septimo loco. Sed hoc ponitur in quinto. Et licèt multa dicta sint de timore inquantū est passio in 1. parte in tit. de passionibus diffusius tamē hic agetur, & per alium modum de multiplici timore. Sciendū aūt q̄ ad timorem domini multipliciter inducimur ex septem. Primo ex scriptura theologicali. Secundo ex rōne internali. Tertio ex figura spūali. Quarto ex creatura vniuersali. Quinto ex actione super naturali. Sexto ex punitione diuinali. Septimo ex vtilitate plurimali. ¶ Pro primo dicitur Deut. 10. Quid petit dñs a te nisi q̄ timeas dñm Deum tuū & ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias ei in toto corde tuo & in tota aīa tua, & serues mandata eius? Psal. 33. Venite filij audite me timorē dñi docebo vos, quis est hō q̄ vult vitā. s. gr̄æ & gloriæ diligit dies videre bonos. s. in gloria q. d. timor dñi est initiū huius. Et signa eius sunt, declina a malo, quia timor dñi expellit pc̄tm Eccle. 1. Et fac bonū, qa qui timet Deū faciet bona. Inquire pacē, quia timor dñi quasi paradisus Eccl. 27. qui est locus quietis & pacis Christus in euāgelio. Timete eū qui pōt aīam & corpus perdere in gehennā Mat. 10. Princeps Apostolorū ait Deū timete. 1. Pe. 2. Bernar. super canti. In veritate cōperi nihil esse ita efficax ad gr̄am promerendā, retinendam, recuperandā q̄ si omni tpe corā Deo inueniaris non alta sapere sed timere. Beatus Hiero. in epistola. Timor custos est virtutum. ¶ Secundo ratio interna nobis suadet Deū sume esse timendum multipliciter. Dictat enim ratio vt timeatur qui superior est, qui nocere seu flagellare potest, nec valet ei resisti. Deus igitur cum sit summus dominus dominorum nec possit aliquis resistere potestati vel voluntati eius, ideo merito timendus est super omnes. Hanc rationem tangit Moyses Deuter. 10. Qui cum admonuisset populum, dñm Deum timere subdit quasi pro ratione. Ipse est Deus Deorum, & dñs dominantium, Deus magnus, potens, & terribilis, vnde & Malach. 1. dr̄. Si ergo dñs vester sum vbi est timor meus? & Hie. 15. Quis nō timebit te o rex gētium? Si demones cōremiscunt vt asserit Iacobus in canonica sua ad potestatem eius, cui non est potestas similis super terrā quantum debet timere plenus fragilitate? Alia ratio est, quia pater naturaliter timetur a filio cū ratio doceat q̄ habeat post Deum esse ab eo. Sed nunquid ipse Deus nō est pater tuus, q̄ possidet fecit & creauit te, a quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Neque. n. ego spiritum & aīam donaui vobis & vitā & singulorum mēbra non ego ipsa compegi, sed creatura oīum qui formauit hominis natiuitatem inquit illa sancta mulier filios hortata ad martyrū. 2. Macha 7. multo ergo magis Deus debet timeri. Docet ēt ratio timere multum cum oportet eum reddere rationem coram p̄sidente quæ omnia nouit, & nil inultum permittit & præcipue cum conscientia remordear multa mala fecisse, & multa debita contraxisse ex iniquitate p̄fecta, vnde b. Greg. in moral. Iusti omne qđ agunt metuunt dum caute considerant ante quē iudicē stabūt. ¶ Tertio ex figura spūali volēs Deus inducere populum suum ad timorē dñi ante q̄ daret legem decalogi. s. per angelum suum terruit eos, qa mons Synai videbatur ardere coruscationibus, & audiebatur sonitus buccinæ pp quod cum populus esset exterritus dixit Moyses. Vt probaret nos dñs venit cū terrore, vt terror eius esset in vobis & nō peccaretis Exo. 20. Vbi innuitur q̄ per metum inducuntur homines ad seruandum leges. Vñ Isi. in lib. ety. Factæ sunt leges vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocētia. dis. 3. factæ. Et quia pmaxime oportet seruare legem decalogi ad qđ inducit timor dñi, ideo per ea quæ a Deo pcedunt timorem incussit. s. coruscationes, voces buccinæ & alia terribilia. Item mandauit dominus Deut. 24. Non accipietis loco pignoris molam superiorē & inferiorē, in quo figurabatur q̄ sicut semper quis debet secum habere spem ita & timorē, nam mola superior figurat timorē, quia sicut mola superior deprimit materiam molendam ne eleuetur, ita mola inferior retinet ne in imum descendat & pe-

reat. Vnde figurat spē. Timor ergo dñi deprimit mentem ne in bonis operibus quæ facit eleuetur & de se præsumat. Et spes subleuat ne desperatione in infernū cadat. Non ergo ista duo sunt alteri locanda, sed semper secū possidenda. Vnde B. Greg. dicit q̄ pēnitens mouet inter timorem & spem. Nec est contra qđ ait Boetius de philosophica consola. s. Pelle timorem, spemq; fugato, loquitur n. de spe vana, & timore inordinato. Item in huius figuram hr̄ Gen. 12. q̄ Abraham tetendit tabernaculū suū & habitauit, habens in oriente Bethel, & ab occidente Hay. Et figurat q̄ homo iustus debet timorem habere in prosperis & spē in aduersis Bethel. n. interpretatur domus vel habitaculū Dei, & significat patriā supernam q̄ quis debet contemplari in aduersis ad spē. habendā vt roboretur. Hay interpretatur vita vallium vel abyssus & significat vitam peccatorū & abyssus significat infernum quæ quis debet recogitare in prosperis ne eleuet in superbiā, sed timeat futurum iudicium & infernum. ¶ Quarto inducimur ad timorem dñi ex creatura vniuersali. Sicut oīa inuitant nos ad amandū Deum quia oīa sunt facta in obsequium nostrū sicut beneficiū inuitat beneficiatū ad diligendū benefactorem, ita & oīa creata inducunt nos ad timendū Deū. Cēlū & terrā, inquit B. Aug. in li. confes. & oīa quę in eis sunt mihi vndiq; clamant & clamare non cessant, vt ament te dñe quia cū bonum sit quod oīa appetunt & amant sm̄ phūm, & oīs creatura bona est, nec aliunde habet suam bonitatem nisi a Deo prima causa oīum. Omnis aūt virtus & bonitas cuiuscunq; effectus sit: in sua causa est perfectiori modo, q̄a nemo dat quod nō habet & potior est causa effectu, ideo oīs bonitas & perfectior est in Deo, & hinc creaturæ iudicando nobis summā Dei bonitatē ad amandum eum super oīa inuitant & per consequens ad timendū. Nam oīs amans est timens & quāto quis plus amat aliquid, tanto plus timet illud amittere, vt patet de substantiali, tpali & filiis & aliis rebus. Sicut ergo inuitant creaturæ ad amandum pp̄ suam immensam bonitatē, ita & timendū ne eum offendamus & amittamus tam infinitum bonū. Inuitant ēt per aliū modū ad timēdum Deū creaturæ, q̄a oīa elementa & quæ in oīs sunt punita sunt in peccato primi hoīs pp̄ qđ dixit Deus ei. Maledicta terra in opere tuo spinas & tribulos germinabit tibi Ge. 3. Et multa alia bruta facta sunt nociua hoī, vel rebellia pp̄ peccatū, & fructus terræ minus boni. Nec ēt tantam lucem & profectum ex corporibus cœlestibus habemus. Si ergo pp̄ offensam Dei etiam punita sunt quę non peccauerunt, quanto magis quis debet Deum timere ne offendat tam seuerum mali vltorem? Inducunt ēt ad timendū, quia ipse Deus, vt dr̄ Sap. 5. Armabit creaturā ad vltionem inimicorū eius. Et cum oīa pauent & obediant ad nutum eius multo magis homo hoc agere debet, qui plus, recepit & ratione fulcitur. Vnde Angelus clamabat omnibus gentibus dicens. Timete dominum & adorate eum qui fecit cœlum & terrā & oīa quæ in eis sunt Apoc. 14. ¶ Quinto ex operatione supernaturali. s. miraculorum psalm 64. Turbabuntur gentes. s. ad pniam & timebunt qui habitant terminos a signis tuis. s. miraculorū qui habitant terminos. s. vsq; ad habitantes vsq; in extremis terrę. Cum. n. viderent homines fieri opera quæ nullus hominum facere potest nec dii gentium dęmonia, nec tota virtus naturæ creatæ. s. cęcos illuminari, dęmones effugari, mortuos suscitari, & corpora cęlestia a soliro cursu immutari, ad petitionem Iosuæ & Ezechie varias infirmitates subito curari. Ipsi etiā reges terræ videntes sic admirati sunt, turbati ad pniam commoti sub ad infidelitate ad fidē, tremor apprehendit eos ad venerandū & colendū & ad timendū tantā maiestatē quæ prædicabatur a sanctis quæ inuocabatur, in cuius virtute totū agebatur. Cum. n. illi qui nauigabant cum Iona tēpestate in mari orta, solum circa nauim eorum post missionem eius in mare vt iusserat, mare sedatū, fluctus mitescere, timuerunt Deū verum, vt scribitur Ionæ 1. c. Cum vidisset rex Darius Danielem prophetam missum in. laeum leonum quia verū Deū cęli adorabat illesum permansisse, nec ab eis in minimo lęsum timuit ipsum Deū ac publice mādauit paueant oēs Deū Danielis, & contremiscat, q̄a ipse est verus Deus qui liberauit Danielem &c. Dan. 6. c. Christo Iesu dño nro cuius miracula sunt, vt ait Chry. Pelagus immensum resuscitante adolescētem filium viduæ accepit oēs pręsentes ibi timor & magnificabant Deū Luc. 7. Videntes turbæ paralyticum sanatum timentes glorificauerunt Deū. Mat. 9. Sed & Centurio, & qui cū eo erant gentiles in passione Christi, viso terremotu & his quæ fiebant timuerunt valde dicētes. Vere filius Dei erat iste Mat. 17. qs enarrat miracula oīa? ¶ Sexto inducit ad timorem dñi multiplex punitio eius Hier. 2. Arguet te malitia tua, & paulopost. Scito & vide q̄a malū est tibi & amarū te dereliquisse Deū tuū & timorem eius non esse apud te Deu. 5. Deū tuū timebis. Et infra neqñ irascatur furor eius contra te & auferat te de terra. Eccl. 1. Vnus. n. est altissi-

mus

mus ops rex potens & metuendus nimis quis .n. non timeat considerando q̃ terribiliter flagellauit peccatores? Angelos superbientes de cœlo ꝑcipitauit in infernũ, & in dæmones cõmutauit, primos parentes de Paradiso terrestri pp inobedientiam expulit, genus humanum pp luxuriã diluuio pdidit. Sodomitas combustos igne & sulphure subuertit. Israel itas peccantes incredulitate & murmure in hæremo prostrauit. Dauid. pp inanem gloriã & populũ suũ pp coniurationẽ cũ Absolone cõtra eũ peste percussit 60. milia in triduo infectione illa peremptis. Ezechiã pp ingratitudinẽ vsq; ad mortem infirmum reddidit, & sic de aliis. Et ideo merito sancti clamant Apoc. 15. Mirabilia sunt opera tua dñe quis te non timebit? Et bea. Grego. Si placere Deo veraciter cupimus, postquã subegimus puersa, ét in nobis bene gesta timeamus. ¶ Septimo & vltimo ad timorẽ inducit vtilitas copiosa ex ipso timore proueniens. Deut. 5. c. Quis det eis talẽ habere mẽtẽ vt timeãt te dñe, & bene sit eis in sempiternũ, obstetrices Egyptię hæbreorum, qa timuerũt Deum ob reuerentiam eius nõ occidentes mares, vt mãdauerat Pharao, dicit Moyses quod ędificauit eis domos. Exo. 1. c. Siue spũales sm bea. Hiero. infundendo virtutes & gratiã. Siue temporaliter sm bea. Greg. dando diuitias, vt 22. q. 2. si quælibet. Et Eccl. 33. Timenti Deum non occurrent mala. s. peccatorum, & intentatione deus liberabit illum Ps. 33. Timentes dominum non minuentur omni boni.

¶ *De timore mundano.* *Cap.* 2.

TImor mũdanus est quo quis timet tpalia amittere, vt diuitias, dignitates, & hmõi, pp quod vitandũ deũ offendit cõtra eius mãdata faciendo quod est mortale peccatũ vel cũ est ad hoc mente dispositus, cũ cogitat sibi posse accedere. Inde procedunt multa mala. Vñ be. Aug. super illud Ps. 79. Incẽsa igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt inquit.

Ex timore mundano multa mala ꝑcedunt.

¶ Omnia peccata ꝑcedũt aut ab amore male inflammante. i. inordinato aut a timore male humiliante. i. deiiciente. Per amorẽ inordinatum dr̃ anima seu opera eius incensa, per timorem mundanum dr̃ suffossa. Timor. n. deiicit & ad ima sumittit. Sed ista cum criminalia sunt, vtiq; peribunt ab increpatione vultus dei. i. in futuro iudicio. Ad perditionem. n. ducunt quod testatur Ioan. Apocal. 21. Timidiãt & incredulis, homicidis, & veneficis, fornicariis, mẽdacibus, pars eorum in stagnũ ignis, & sulphuris, Quod ad multa & grauia scelera inducat talis timor mundanus patet ꝑ exempla. ¶ Nam Pharao rex Egypti, quia ex multiplicatione filiorum Israel in Egypto, timebat regnum sibi auferri, mandauit occidit & submergi mares hebræorum cum nascerentur. Exo. 1. Herodes rex timens ne puer natus nũciatus a magis rex iudæorum, auferet sibi regnum turbatus est, & næcem innocẽtum procurauit. Matth. 2. Hieroboam rex Israel timẽs de accessu populi Israel ad Hierosolymam vt adorarent & hostias offerrent in templo iuxta legem dñi, populus ipse Israel amicitia iungeretur cum tribu Iuda, vnde se subderet regi Iuda, & ipsa regnum amitteret, fecit fieri vitulos aureos in Dan, & Bersabeæ terminis regni Israel ꝑcipiens populo vt illos colerent & immolarent. 3. Reg. 12. Pontifices iudæorum timentes ne forte venirent Romani & tollerent eorum locum & gentem. Ioan. 11. Consilio de creuerunt Christum occidi. Sed timẽtes amittere temporalia & pp hoc iniustitiam committentes, amiserunt temporalia & spũalia, aiam & corpus. Dehis ergo q propter timorẽ amittendi tẽporalia, vr diuitias, honorem, famam, & hmõi offendunt deum potest apte dici illud ps. 42. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. i. vbi non erat ratio timendi, ita videlicet ꝙ propter hoc peccarent. ¶ Et propter septem rationes seu conditiones terrenorum. Quia vilia ob cõditionem. Quia defectibilia ad permansionem. Quia inquinabilia ad trãsgressionem. Quia impendibilia ad perfectionem. Quia obligabilia ad rationem. Quia nocibilia ad felicitationẽ. Quia deceptabilia ad conseruationem.

Septem tõnes q̃ re non dẽmus timere amittere bona tpalia.

¶ Primo igitur non est timendum temporalia amittere, vt propter hoc committatur peccatum, quia ipsa sunt vilia, nullus. n. curat vel timet amittere vilia, & ꝑcipue cũ ex hmõi amissione conseruet præciosa, sicut patet in nauigãtibus q̃ non timent vel curant proiicere merces preciosas in mare, vt conseruent vitã quæ præciosior est. Temporalia bona vocantur stercora in diuino eloquio propter sui vtilitatem. Dicit enim Eccl. 22. Destercore bonum lapidatus est piger. Piger est qui ob timorem alicuius laboris omittit facere bonum quod debet. Talis lapidatur spiritualiter & occiditur. Sed vnde destercore bonum. i. ob ista temporalia q̃ timet amittere vel non habere, quæ stercus dicuntur boum, quia. s. sancti doctores qui agros montium scindunt vomere verbi dei, stercus ea reputant. i. vilissima. Audi Paulum egregiũ prædicatorem quid dicat de hmõi ad Phil. 3. Omnia arbitror vt stercora, vt xp̃m lucrifaciã,

Prima.

& inueniar in illo. ¶Consideremus conditionem eorum & videbimus vtilitatem præcipue attenta præciositate spiritualium bonorũ. Quid est aurum & argentum & alia metalla? Certe spuma terræ. in visceribus terræ nascit. nullã vitam habet, non rationalẽ vt homo, nõ sensibilem vt animalia bruta, etiam vilissima vt formica, musca, & vermes, non vegetabilẽ vt arbores, & quęcũque herbæ vilissimę Quid fœtum? Nonne stercus vermium vilissimorũ. Quid vestes laneæ. Nonne vellus pecorum? Quid palacia? Nõne lapides insensibiles. Quid agri? Nõne terra Quid gloria temporalis? Nõ ne ventus? Vnde Boe. de philosophica conso. O gloria quid es aliusq̃ in milibus hominum inflatio q̃dam aurium? Sed & in comparatione preciositatis spiritualium bonorum ad huc magis vilia apparent. Propter quod dicit sapiens de sapientia seu gratia loquens. Proposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius, nec comparaui illi lapidẽ prętiosum, quia omne aurũ in cõparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutũ ęstimabitur argẽtũ i cõspectu illius. Sap. 7. Cum ergo spũalia bona vt virtutes sint ꝑcio sissima, & temporalia respectu eorum vilissima, contra omnem rationem est, vt non curet quis amittere bona spũalia pp timorem mundanum ne amittantur tẽporalia. Hoc timore mundano ducti Ananias & Saphyra, timendo videlicet ne totum ꝑcium suæ possessionis vẽditæ ab eis Petro Apostolo assignantes vt debebant, non possent sibi prouidere de aliquocum superuenirent necessitates, & non ꝓuideretur eis de communitate pp paupertatẽ vel aliam cãm, quia retinuerunt sibi fraudulenter facientes contra præceptum Apostolorum ad imprecationem vel increpationem Petri subito mortui ceciderũt. Act. 5. Quod accidit quotidie quoad religiosos qui retinẽt proprium, timẽtes ne eis prouideatur in necessitate, ideo incurrũt mortem spiritualem. 12. q. 1. scimus. Hoc timore mundano ducta nobilis illa matrona Romana Lucretia, timẽs. s. ne filius Tarquinii vltimi regis Romanorum infamaret, eam de adulterio, prout ille comminabatur ei, assensit in adulteriũ pessime faciens. Nã vt dicit bea. Aug. de ea loquens in primo de ciui. Dei. Ita ne aliquem polluat aliena libido metuitur. Sed nõ polluit. s. quoad animam si aliena erit. Si polluet aliena nõ erit. Virtus omnia mala tolerare potius q̃ peccato consentire decreuit. Hæc bea. Aug. 32. q. 5. ira ne. Illi ergo trepidauerunt timore vbi non erat timor.

§. 2. ¶Secundorõ est timẽdum amittere tpalia, qa deceptibilia sunt ad fælicitationem. Nam vñ ꝓmittere fęlicitatem vt quietem, & quasi oia, quia vt dr Eccl. 10. Pecuniæ obediunt oia. Sed decipiunt hoiem pstantes miseriam & anxietatem. Vñ Christus appellat diuitias fallaces cũ ait. Luc. 8. Sollicitudo huius sæculi & fallacia diuitiarum suffocant verbum. Ecce fallacia, qa dicunt hoies in se. Si haberem diuitias ego essem quietus in mentem non haberem tãtam sollicitudinem laborãdi, soluẽdi creditoribus & hmõi. Sed si contingat ꝙ habeat maiorem curam & anxietatem habet q̃ prius in cogitãdo qũo non amittat, qũo ipsas adaugeat,, in quibus expendat, &c. Et hic pũgitur & inquietatur mens eius continuis stimulis sollicitudinum. Et ideo ibi assimilat eas spinis, quia pungunt mentem & tollunt quietem, cum adaugeant semper desiderium ad plura. Et ideo dr Eccl. 5. Auarus nunquã implet pecunia, sicut nec potibus hydropicus, nec ariditate. i. lignis focus. Hinc & beat. Ambr. Nec finis nec satietas vnquã aderit cupiditati, dist. 45. sicut hi. Ibi vide pulchra. Falsissimum autẽ est ꝙ pecuniæ obediunt oia, quod tñ dicunt & videtur mundanis, in quorum persona ibi loquitur Salomon. Nam nec sapientia, nec scientia, nec virtus moralis, nec sanitas, nec pulchritudo, nec fortitudo corporis, pecunia haberi pñt. Sed ẽt & multa tpalia ea cõsequi non possunt. Simon Magus non potuit ab Apostolis pecunia magna oblata obtinere põtestatẽ dãdi spiritũsanctum. Achab rex Israel non potuit pecunia obtinere a Naboth subdito suo vineam suã. Israelitę non potuerũt pecunia sua a sancto rege Amoreorũ obtinere eis necessaria ad victũ, Balach rex Moabitarũ non potuit conse qui a Balaã Ariolo magna pecunia vt malediceret populo Dei. ¶Quod tollant tpalia quietem mentis nota exemplum in lib. de septem donis. Erat q̃dam artifex satis pauper festẽtãs se & familiam suam de labore manuum suarũ propter quod die noctuq; eum operari oportebat. Inter labores aũt suos frequenter cantabat ob solatium, quia modicã anxietatem habebat, & quasi nullam de tẽporalibus, quia eis carebat. Iuxta domum eius habitabat diues, multum, qui ita curis & sollicitudinibus vexabatur vt nedũ canere, sed vix ridere vel lętam faciem ostẽdere cuiq̃ valeret. Vnde quasi inuidens quieti & læticiæ pauperis imaginatus est & executus, quomodo posset eius lætitiã interrũpere & inquietare. Accepit ergo quendã saculum plenum aureis, & mane quodam eadẽ hora qua solitus erat egredi domnũ pauperi, paulo ante inde transiens, permisit ante domũ

Quod tẽporalia tollãt mentis qętem.

pauperis

pauperis cadere ſacculum illum, & certo loco ſe firmans vt viderent quis illum recolligeret. Itaq; pauper cum domũ egrederetur inuento ſacculo ſurſum leuat ſibi retinens. Cępitq; cogitare quid agere de tanta pecunia deberet, timens ne illud ſciret, vel ſi emeret aliqua magni præcii contra eum ſuſpitio de furto oriret. Vel ne ſibi auferrent vel qnid vtilius emeret. Sicq; mentem eius anxietas timor & varia cogitatio deuaſtabant, vt amiſſa omni quiete & lætitia mentis non vltra cantaret vel iocunditatem oñderet. Quod cum percepiſſe diues intentum, ſ. ſuum conſecutum, noluit propterea amittere pecuniam ſuã. Sed poſt aliquos dies dicit ei diues. His diebus per viam incedens, habens mecũ ſacculũ aure orũ ſeu burſam, neſcio qũo cecidit circa domum tuam & meam inaduertenter. Si ſcires vel audiſſes aliquid qs iuueniſſet vterer bona diſcretione, alias nõ inueniendo intendo fieri facere non ſolũ excõicationem, ſed ẽt inquiſitionẽ per poteſtatem ciuitatis. Rñdit ille. Non oportet aliquid facere, ego inueni tali die vnũ ſacculũ aureorum. Ex quo dicis tuum eſſe & ſigna ſufficiẽtia huius tradidiſti, accipe qđ tuũ eſt. Deus aũt parcat tibi, qa oibus his diebus quibus ipſam pecuniam tenui, priuatus fui quiete & gaudio meo ſolito, deditq; mihi multos malos dies & malas noctes, nec quieſcere potui prę tumultu cogitationum. Reddita igitur pecunia, cũ ſua paupertate reuerſus eſt ad quietem ſuã & cantos ſuos. Cum ergo tpalia ſint fallacia, qa promittunt quietem & non præſtant, ſed anxietatem & appetitũ earũ augent, ſm illud Chry. Ipſa appoſitio diuitiarum auget flammam & maior ſit cupido. Ideo qui timent trepidauerunt timore vbi non erat timor.

§.3. ¶ Tertio nõ eſt timendũ tpalia amittere, ita qꝙ pp hoc Deus offendatur, qa ipſa ſunt defectibilia ad permanſionẽ, pp qd dicit Magiſter veritatis. Mat. 6. Nolite vobis Theſaurizare Theſauros ſuper terrã vbi erugo & tinea demolitur & fures effodiunt & furantur. q.d. Ideo nõ debetis reſeruare & multiplicare tpalia iſta bona & ſollicitari circa ipſa timendo ne deficiant vobis, quia defectibilia ſunt in ſe. Nam ſi ſunt metalla, erugo & rubigo conſumit. Si panis vel victualia, tinea rodit & deſtruit. Si pecunia numerata vel gemmæ, fures poſſunt occulte rapere. Si poſſeſſiones & agri & domus, domini temporales qui (vt dicitur Eſa. 1. ſunt ſocii furum) effodiunt, ideſt diuerſas occaſiones inueniunt, vnde ea auferant, ſed quia homines non curant quomodo temporalia multiplicent per phas & nephas, nec faciunt eleemoſynas ſubueniendo indigentibus vt deberent timendo ne ſibi deficiant, Deus ſuſcitat bella, immittit penurias, infirmitatibus vexat quibus homines tẽporalia conſumant. Vnde beatus Aug. 16. q. 1. decime. Quod non accipit Chriſtus, accipit fiſcus. Dabis impio militi qđ non vis dare Chriſto. Verũ etſi certus ſit quis vttẽporalia ei in vita nõ deficiãt, nunquid in morte quæ non tardat aliquid de his ſecũ deferet? certe non. Et ideo inquit Pſal. 49. Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Ne timueris. ſ. amittere tẽporalia, quia & diues qui habet ea tandem ammittit. Et idem firmat Iob 27. c. qđ. tamen experientia docet, diues ait, cũ dormierit nihil ſecum affert, aperit oculos ſuos & nihil inuenit. Diues hic dormit mente alienus a conſideratione dei & periculi ſui. Et proprie accidit ei ſicut dormienti qui cũ ſomneit ſe habere multas pecunias & in conuiuijs lęctari & epulari, ſubito ex pgefact⁹ nihil ſe habere eorũ cernens, triſtatur ſe illuſum. Ita qui inherent temporalibus quaſi ſomniant, cum enim ęſtimant ſe pmanere in eis, ex improuiſo ſubito ſuperuenit mors quę dormitio dicit, quia reſurecturus eſt in fine mundi. Moriẽs autẽ aperit oculos mentis quos hic culpa clauſit, & nihil inuenit de temporalibus hic poſſeſſis, ſed inuenit nihil quod cõmiſit ideſt peccatum. Nam etſi actus peccati aliquid ſit. inquãtum actus, tamen inquantum peccatum nihil, nulla natura eſt, ſed defetus rationis, ſicut tenebra defectus luminis. ¶ Exemplum notabile ponit Saluator noſter in euãgelio vt refert. Lucę. c. 12. de quodam diuite qui cũ ager ſuus vberes fructus attuliſſet, cępit mente eſtuare & timere ne ſibi deficerent loca ad reponẽdũ tantos fructus. Sed ſubito cogitatio malitę ſi biipſi reſpondit dicens. Scio quid faciam, deſtruam horrea mea & maiora faciã, & illuc cõgregabo omnes fructus meos, & dicam animæ meę. Anima mea habes multa bona repoſita ĩ annos plurimos, comede epulare, & quieſce. Cũq; iſta diceret, dixit illi deus. Stulte, animã tuam hac nocte repetant a te. ſ. demones. Quæ autem paraſti cuius erunt? quaſi dicat, nõ tua. non te cum portabis, ſed omnia tibi deficient. ¶ Ponit Ioannes Damaſce. ſimilitudinem in hiſtoria Ioſaphat videlicet qꝙ in quadam ciuitate erat iſta conſuetudo. Ciues illius eligebãt quẽdam ex ea rectorem & dominũ ipſius ciuitatis cum omni libertate & poteſtate, vt poſſet facere quod ſibi liberet & vti omnibus bonis ad placitum, ſed tranſacto anno regni ſui, mittebatur ad quandam inſulam ſolus & ſine

aliquo

aliquo ſubſidio bonorum, vbi nil erat ad eum ſuſtentādū, vnde oportebat eū deficere & cito. Cum autem quidam ſagax ad tale regimē ſuiſſet aſſumptus, conſiderans quid ſibi futurum erat, quia mittendus ad illā inſulam, prudenter ſibi prouidit, nam intra illum annū plures miſit ad inſulā multa & varia bona & victualia, & qa ea cuſtodiret, quo facto poſt ānū illic directus ex bonis quę illic deſtinaueratbene & copioſe vixit, non præ inopia defecit vt alii qui nō ſibi prouiderūt. Ciuitas iſta eſt mūdus iſte in quo etſi quis valeat omnibus bonis eius vti ad placitū, tamē poſt vitam eius quæ breuis eſt, ad aliam vitam trāſire oportet, nec de his aliquid oportare poteſt tunc niſi ea quæ dum hic viuit illuc trāſmittit, ſcilicet per eleemoſynas & bona opera. Opera enim illorū ſequuntur illos, vt dicitur Apocal. 14. Vnde & beatus Ambro. ſuper Luc. Non ſunt hominis bona, ſcilicet iſta tēporalia, verba bona non ſunt q̄ ſecū afferre non poteſt. Sed vt ait beatus Laurentius Decio. Facultates quas requiris, manus pauperum in cæleſtes Theſauros deportauerūt. ſ. per eleemoſynas datas ab eo. Illic ergo trepidauerunt timore vbi non erat timor.

§. 4. ¶ Quarto non eſt timendum temporalia amittere, quia inquinabilia ſunt ad traſgreſſionē. Maculant enim animam pluribus generibus, tranſgreſſionum propter abuſum earum, propterea dominus appellat diuitias iniquitatis cum dicit Lucę. 15. Facite vobis amicos de mā mona iniquitatis. Mammona nomen eſt ſyria cum, vt ait Hiero. latine diuitiæ interpretatur. Diuitię autem iniquæ dicuntur, non q̄ in ſe ſint malæ, ſed quia frequenter malæ acquiruntur vel male retinentur, vel eis male homines vtuntur. Vnde beatus Hiero. Omnis dines aut iniquus aut hæres iniqui. Et beatus Augu. Vermis diuitum ſuperbia, inde enim ſe maiores aliis æſtimant & alios deſpiciunt, quia præ aliis abundant. Sed & inordinate homo afficitur ad diuitias & auare ſeruat. Vnde beatus Aug. ad Macedonium. Iam prudenter intueamur quod ſcriptum eſt, fideli homini totus mundus diuitiarum, infideli autem nec obolus. Nonne omnes qui ſibi videntur gaudere conquiſitis eiſque vti neſciunt alienum poſſidere conuincimus. Hoc certe alienum nō eſt, quod iure poſſidetur, hoc autem iure q̄d iuſte, & hoc iuſte quod bene. Omnes igitur quod male poſſidetur, alienum eſt. Male poſſidet qui male vtitur. Hæc beatus Augu. 14. q. 4 quid dicam, vbi glo. exponit principium huius auctoritatis ſic, infideli ideſt auaro, quia auaritia dicitur idolorū ſeruitus per-

Diuitiæ quare dicunt mā mona iniquitatis.

ſimilitudinem, tali infideli totus mundus nec eſt obolus, quia quaſi nil reputat, ſed alia adhuc plura affectat, fideli autem totus mundus ideſt quilibet pars etiam minima eorum quæ ſunt in mundo diuitiarum eſt pro diuitiis cō putata. Propterea Apoſtolus. 6. cap. ad Timothe. diſcipulum inſtruit quomodo diuites debeat docere & cautos facere dicens. Diuitibus huius ſæculi præcipe nō ſublime ſape, nec ſperare in incerto diuitiarum ſuarū, ſed facile tribuere, communicare ſcilicet aliis res ſuas &c. Nā qui volunt diuites fieri incidunt in laqueū magnum diaboli & tentationem, & in deſideria multa & inutilia quæ mergunt hominem in interitum. Et in figurā huius dominus anathematizauit Theſauros hiericho, prohibēs vt nullus ex populo iſrael de eis acciperet, ſed igni cōburerentur Ioſue. 6. Ad inſinuandum q̄d Theſauri huius mundi nō debent tranſire in ſortem bonorum fidelium, vt exponit Gratianus. j. q. 4. §. ſed obiicitur. Hiericho enim interpretatur luna, & ſignificat mundum mutabilem. Iſrael vidēs Deum, & ſignificat fideles videntes Deum, nunc per fidem, poſtea per ſpeciem Iſti ergo Theſauri mūdi, ſcilicet temporalia, inquantū mundi ſunt ideſt nō licite habita nō debent haberi a fidelibus, ſed igni charitatis exponere, ideſt affectu deſpicere ne coinquinetur ab eis. Nec obſtat q̄ diues fuit valde Abrahā in poſſeſſione auri & argenti & animalium, vt patet in Gene. Et Iob magnus dominus & diues, qa etſi diuites effecti in rebus tamen pauperes affectu & patres pauperū, vt oſtenditur in eorum geſtis, quod manifeſtum ſui per tentationes eorum. Iob in nullo turbatus ex amiſſione omnium. Abraham in relinquēdo patriam in peregrinando & habitādo in papilionibus in oblatione filii, & huiuſmodi, de talibus eis conceduntur omnes diuitiæ & non coinquinabuntur. Sed quis eſt iſtę qui inuētus eſt ſine macula in diuitiis, qui poſt aurum nō abiit, ipſum ſequēdo non Deum, nec ſperauit in pecunie Theſauris, quis eſt hic & laudabimus eum? Econtra illic homines mundi trepid. timo. vbi non erat timor, ideſt ratio timendi iſta amittere.

§. 5. ¶ Quinto non eſt timendum temporalia amittere, quia ſunt impeditiua ad perfectionem. Sicut bonum eſt quod omnia appetunt, ſecundum philoſophum in principio Ethicorum, ita & vnamquodque appetit ſuam perfectionem, perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut Magiſter eius ait Chriſtus, Lucę 6. qui & Matheus. 23. dicit, Vnus eſt Magiſter veſter Chriſtus. Sed vt ait beatus Auguſtinus. Omnia terrena

tena contempſit hō Xps vt contemnenda eſſe monſtraret. Vbi notandū q̄ non ea rōne contēpſit pauperimus factus, ita vt non haberet vbi caput ſuū reclinaret, ne videlicet ex poſſeſſione ipſarū rerū & diuitiarū traheretur inordinato affectu ad ipſa, vel nimia ſollicitudine occuparetur aut a diuina contemplatione retardaretur. Nihil horū poterat in eo eſſe. Impeccabilis enim erat dñs Ieſus. dicit Ioannes Damaſc. & continue aīa eius diuinitate fruebatur. Sed ideo hoc fecit vt daret nobis exemplum & prouocaret ad iſta faciendū vt eū perimitaremur, ſciēs q̄ iſta tpalia etſi nō ipſum, tñ nos infirmos multū retrahunt a perfectione quæ conſiſtit præcipue in contemplatione & amore diuinorū. ¶Sunt ēt iſta tpalia vt viſcus pp amorem & ſollicitudinem eorū, qui viſcus cū tangit pennas ſeu alas auiū volare non pūt, ſed ad ima deſcendentes de facili capiuntur. Sic tpalia alas intellectus & affectus inficiūt & & impediunt ne ad ſuperna libere valeant auolare. Vnde Saluator nr̄ inueni qui mādata impleuiſſe ſe dixerat, & de maiori perfectione q̄rebat inquit ipſe, ſi uis perfectus eſſe vade vende oia quæ habes & da pauperibus & ſequere me. Matth. 19. Non q̄ ipſa perfectio conſiſtat in ipſa paupertate & abrenunciatione oīm, ſed quia hoc eſt inſtrumentum valde accommodum veniendi ad perfectione, vt determinat B. Thom. 2. 2. Quod etiam firmat venerabilis Ioannes Caſſi. in coll. 1. abbatis Moyſi. Hoc ēt intellexerunt gentiles philoſophi, qui vt magis liberi eſſent ad ſpeculationem veritatis tēporalia iſta contemſerunt. Et de Socrate dicit B. Hiero. 12. q. 2. gloria. Socrates ille Thebanus homo quondam ditiſſimus cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnū auri pondus abiecit, nec putauit ſe poſſe virtutes ſimul & diuitias poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur, & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, q̄ō poſſumus aliena fideliter diſtribuere qui noſtra timide reſeruamus? Hęc ille. Aliusphūs (ni fallor) Anaxagoras ad ſtudium ſapientiæ pergens in mare proiecit pecunias quas habebat dicens. Abite male cupiditates, demergo vos ne demergar a vobis. Hoc de pluribus in genere refert Lactantius in prin. inſtit. Multo tñ perfectius chriſticolæ iſta tpalia & delitias & diuitias & gloriam contemſerunt timētes iſta habere non illa perdere. Nam de B. Antonio in vitiſpatrum legimus q̄ cum iret per deſertum & in uia reperiſſet maſſam veri auri q̄. potuiſſet licite accipere cum in theſauris nullus de propinquo fuiſſet, ſed pro derelicto eſſet, fugit ab ea ſicut a facie ſerpentis, ſtimēs ne a cupiditate eius traheretur affectus ad montē pergens ſolitudinem quærens vt honores vitaret, & non delitias ſed auſteritatem augeret, ita qui vult ad montē contemplationis & perfectionis aſcendere vt aptius & facilius agat, oportet q̄ onera temporalium dimittat & ſurſum tendat. Nec ita timeat amittere temporalia vt perdat vel minuat æterna, ſicut plurimi faciunt qui illic trepidauerunt timore vbi non erat timor, ideſt ratio timendi.

Diuitiæ quare aſſimilant uiſco.

§. 6.

¶Sexto non eſt timendum tpalia amittere, q̄a obligatoria. Cuilibet. n. noſtrum dicturus eſt Chriſtus in fine vitę. Redde rōnem villicationis tuę, i. diſpenſationis circa tpalia. Quod expreſſe teſtatur b. Augu. in li. de paruulis ad Petrū dicens. Homine quia rōnabiles facti ſunt, de ſe & de oībus rebus quas in vſum acceperūt vitæ p̄ſentis, rōnem reddituri ſunt Deo, & pro ſuorum actuum qualitate recipient pœnam aut gloriam 15. q. 1. §. ex eo aūt. Nō ergo habet quis timere tpalibus carere, cū per hoc de obligetur a reddenda rōne in quo quilibet meritò timere debet, cū ſubtilis ſit illa examinatio, nec quicquam iudicem ſupernū poſſit latere, & pro quolibet defectu pœna parata ſit. In parabola de talentis variis cōmiſſis a dño ſeruis ſuis, ut cum eis negociando ſuperlucrarentur, narratur Mat. 25. Seruus ille qui vnicū talentum acceperat, quia non illud ad lucrū expoſuit, & hoc ex timore ne illud amitteret, redargutus a dño eo priuatus condemnatus fuit. Iſta temporalia bona & diuitię, & poteſtas ſeu prælatio, & honores talentum a domino datum ſunt operante ſi licito modo hñr, uel permittente ſi indebite. Obligatus eſt qui iſta habet ad reddendam rationem, q̄ō his vſus fuerit. Et ſi non multiplicauerit uidelicet virtuoſe ea diſponendo, & ſic inde merita augendo, ſed ocioſa tenuerit nō dando pauperibus, non corrigendo & inſtruendo ſubditos ſi poteſtatem habet, non dirigendo ad Deū intentionem in gloria & honoribus. Vtiq; hisbonis priuatus, demum condemnabitur ex neglectu ſuo, etiam ſi aliàs bonus videatur non rapiendo aliena, non vſurpando officia, nō ambitioſe ea quærendo. Et propterea notabiliter dicit Greg. in Homel. dictæ euangelicæ parabolæ de talentis. Hęc lectio euangelij conſiderare nos ſollicite admoner, ne nos qui plus cęteris in hoc mūdo accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi inde grauius iudicemur. Cum. n. augentur dona, rationes etiā creſcunt donorum, ideſt obligationes ad reddendum rationem de vſu earum, propter quod dic-

Grego. Quisquis sacerdotū (idem intellige de ꝓlatura & dignitate) adipisci desiderat, prius vires suas cū eo quod subiturus est onere metiat, & si impar est abstineat, & ad id cū metu ēt cui se sufficere existimat accedat 1.q.1. non est putanda. Non ergo debet timeri amittere, sed ad ipsa accedere. Nam vt dr Sap.6. Exiguo conceditur misericordia, sed fortioribus fortior instat cruciatio, & iudicium durissimum fiet his qui præsunt. Et dr exiguus qui modicum habet de tpalibus bonis, & quia parum recepit, de paucis habet reddere rationem, & si deliquit misericorditer punit. Sed fortes sunt qui mundo abundant tpalibus, vt diuitiis dignitatibus & honoribus, & isti cōmittunt fortia, ideſt grauia peccata, timore non amittendi potentiam, dignitatem, diuitias & honores, & ideo fortior in eis sequitur cruciatio. Vnde ab Abraham dictum fuit diuiti epuloni. Recordare quia recepisti bona in vita tua & Lazarus similiter mala, nunc aūt hic cōsolatur, tu vero cruciaris. Luc.16.q.d. quia fuisti potens in diuitiis & dignitate, etsi qua bona fecisti recepisti bona in vita tua vt præmia eorum, & ideo nunc cruciaris pp fortia peccata tua. Lazarus vt exiguus & mendicus si qua peccata cōmisit, mala pœnarum recepit, paupertatis & infirmitatis, per quę sibi cōcessa est misericordia venie. Nunc aūt consolatur in requie. Sicut ergo non timet ipse hō de obligari a reddenda rōne de debitis factis, sed timet obligari cum rō est intricata, vnde habet timere confusionē & punitionem, ita nō debet timere tpalia amittere, sed habere, cum de singulis horū sit debitor & habeat reddere rōnem Deo. Verebar oīa opera mea (inquit Iob) sciens ꝙ non parceres deliquenti. Qui tamē (vt patet ex gestis eius) oibus tpalibus optime vtebatur. Sed mundani illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

§.7. ¶Septimo non est timendum amittere tpalia, quia nociua. Quis.n. est ille qui timeat amittere quæ sibi nocent? Cærte nullus, immo optat talia ab eo remoueri. Sed tpalia plurimum nocumenti inferunt aīæ & corpori. Nam vt dr in Prouerb. Diuitiæ congregatæ in malum dñi sui, de multis quotidie audimus ꝙ occiduntur violenter a seruis suis vel subditis suis, vt haberent diuitias eorum vel dominium. Tales semper manent in timore qui non parum cruciat eos ne talia amittant. Vnde Dionysius tyrannus Siciliæ cum quidam amicus suus laudare eum de diuitiis & potentia beatum dicendo. Ille voluit per exemplum ostendere ei infœlicitatem suam ex continuo timore suo. Inuitauit.n. illum ad prandendum secum, & ordinauit ꝙ supra caput eius vbi residere habebat in conuiuio amicus ille, gladius acutissimus penderet filo ęneo subtilissimo, qui nō videretur ligatus ex solario affixo. Cunq; ille loco prędicto in conuiuio locatus fuisset iussione tyranni & gladiū aspexisset pendentem supra eum, epulis uariis & exquisitis appositis, vix ille cibum sumebat cū maxima anxietate timens ne momento ad momentū gladius caput eius impeteret. Videbanturq; ei mille anni vt conuiuiū ita solemne finiretur vt periculum euaderet, inde recedens. Finito itaq; conuiuio surgentibus illis emēsa interrogauit tyrannus quare ita tristis & anxius & non lætus fuerat in epulatione tam solemni. Assignauit ille causam. s. timorē casus gladii, & suæ inde mortis. Qui dixit. Tu ita timuisti vnius gladii periculū, quātum ergo ego timere debeo, qui habeo non vnū, sed multos gladios supra me, qūo ergo me dicis beatum, qui dego in tanta anxietate timoris? Et cū multa istæ tyrannus egisset ad vitandū pericula amissionis tpaliū, vt de nullo consideret tandem ea amisit & ad inopiam deuenit. Vltra mala & afflictionē huius vitæ in tpalibus tandem ducunt ad pœnas ęternas pp abusum eorum, vnde Iac.5. Agite nunc diuites, vlulate in miseriis quæ aduenerunt vobis diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, &c. quæ ibi habes. Et Luc.6. Veh vobis diuitibus qui hic habetis consolationem vestram. Veh importat damnationem æternā sm B. Hiero. Ille ergo trepidauerunt timore mundano vbi non erat timor. Et ꝙ tpalia ista noceant aīæ & corpori, ostendit B. Ambr. di. Oēs cupidi, oēs auari, Giezi leprā cum diuitiis suis possident, & male quæsita mercede, non tam patrimonii facultatem q̄ thesaurum criminum congregauerunt æterno cruciatu, & breui fructu. Hæc ille 1.q.1. cum ordinaret. Nocuerūt bona tpalia diuiti Epuloni quoad animā post mortem. Nam quia dimisit fratribus suis qui eis abutebantur augebatur ex hoc ei pœna in inferno tanq̄ occasionē præbenti vitiis illorum, & propterea petebat saltem ad fratres suos mitti Lazarum vt eos admoneret abstinere a uitiis & malo vsu tpalium. Non quia cōpateretur perditioni eorum sed sibiipsi ne augeretur pœna. Illic ergo trepidauerunt mundani timore vbi nō erat timor. i. iusta causa timoris, sed seruan dū est qđ Tobias admonuit filiū suū. di. Noli timere fili mi. s. timore isto mundano. Pauperem quidē vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus Deum. s. timore qui est donum spiritus sancti & abstinuerimus ab omni peccato & fecerimus bene Tobiæ 4.

¶De

¶ *De timore carnali. Cap. 3.*

Timore carni suæ q̃d sit.

SEcundus amor dicitur humanus seu carnalis quo. s. quis ita timet incommoda carnis vel etiam mortem ipsam q̃ Deũ offendit mortaliter contra aliquod p̃ceptorum faciendo vel venialiter p̃ter p̃cepta agendo. Cõtra quem ait saluator Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hoc nõ habẽt amplius quid faciãt. q. d. animam lædere nõ possunt. Et rationẽ assignat be. Aug. quare est repellẽdus iste timor dicẽs Timendo mortẽ carnis tuę dabis mortẽ animæ tuæ. Quãta est via cõfiteri. Christũ tanta mors est negare ipsum. 11. q. 3. non solum. Negatur aũt Christus non solũ verbis, negando fidem Christi, vel se esse christianũ, sicut fecit Petrus cũ timore mortis negauit se esse. Christi discipulum Matth. 26. sed etiã factis, ſm illud Apostoli ad Titum 1. c. Cõfitentur se nosse Deum factis aũt negãt. s. male operando Sicut fecit Aron qui populo Israel postulanti vt faceret ei deos qui p̃cederẽt eos & quos adorarẽt timens ne denegando occiderent eũ sicut Hur collegã suũ sputis occiderant, q̃a eos arguebat de tanta stulticia vt dicunt hebrei, acquieuit eis anulos aurium quos ei ad hoc obtulerãt in ignem p̃iciens liquefiendos. Vñ opere diaboli subito formatus est vitulus aureus quem adorauerũt. Exo. 32. Certe timor iste humanus mortale in eo fuit, vt ostendit Gratianus de p̃. dist. 2. §. opponit. De isto timore carnali põt illud intelligi psal. 54. Formido mortis cecidit super me, timor & tremor venerũt sup me, & cõtexerunt me tenebræ. Formido mortis est p̃cipuus, q̃ a vt dicit phũs. Mors est vltimum terribilium timor ab intra quoad alias pænas & infirmitates corporales, tremor ab extra in mẽbris qui manifestat interiorem. Et ista sunt peccatũ quãdo veniunt super hoiem. Vnde dicit super me, homo aũt est homo per rationẽ. Quando igit tãtus est vt sit super hoiem. i. dñetur rationi tũc est mortale, & inde tenebræ peccatorũ contegunt hoiem & obscurant, sed septem rationibus abiciendus est istæ timor carnalis quo vt penam carnis euitetur male agitur.

§. 1. ¶ Primo propter Dei voluntatem cui nos debemus conformare nec ei possumus resistere. Vitio ego ait dominus per Esa. quia consilium meum stabit & omnis voluntas mea fiet, fit voluntas Dei semper, vel de nobis sine merito nostro & vtilitate, cũ. s. non cõcordamus cum bene placito suo. A nobis & cum merito nostro quando conformamus nos cum ea. Sed mors & vita domino Deo inquit sapiens Eccle. 11. c. 1. de voluntate & operatione eius. Ego occidam ait ipse Deu. 32. & ego viuere faciam, percutiam. i. infirmitate, & ego sanabo & nõ est qui de manu mea possit eruere. Et sicut terminus est præfixus a Dei volũtate de vita & morte hois, ſm illud beati Iob. 14. Constituisti terminos eius qui p̃teriri non potuerunt, ita & de sanitate & infirmitate. Nec diabolus qui habet magnam potestatẽ supra corpora inferiora, potuit graui vlcere ipsum percutere Iob nisi licentiatus a dño, quinimmo nec in gregẽ porcorũ intrare & vexare, nisi de voluntate domini vt habetur Matth. 8. Timere ergo mortem vel alia affligentia corpus, vt per hoc quis Deum offendit est agere contra voluntatem Dei quæ sanctissima & iustissima est, vnde Cyprianus. Quam p̃cpostterum quã peruersum est, vt cum Dei voluntatem fieri postulemus. s. in oratione dominica cum euocat nos de hoc seculo & accersit, non statim voluntatis eius imperio pareamus obnitimur & reluctamur, & peruicacium more seruorũ ante conspectũ dñi cum tristitia & mærore p ducimur exeũtes hinc necessitatis vinculo nõ voluntatis obsequio & volumus ab eo p̃miis cælestibus honorari ad quem veniinus inuiti. 13. q. 2. Propter istum ergo timorem tenebræ cõtexerunt nos, q̃a multa mala fiũt ad ista euadenda. Sed vt ait Petrus in prima cano. c. 3. Siquid patimini propter iustitiam beati. Timorem autem eorum, scilicet qui inferunt vobis molestias ne timueritis, sed sanctificate Deũ in cordibus vestris.

¶ Secũdo timor humanus, & carnalis est abiciendus propter Dei fidelem largitatem, promittit enim largam remunerationem sustinẽtibus constanter afflictiones carnis, & mortem ipsam propter eum. Qui enim odit aiam suam in hoc mundo, ait ipse in vitam æternã custodit eam. Io. 12. Odit autem quis animam suam in hoc mundo. i. secundũ vitam mundialem & criminalem qui carnem affligit nec cruciatus abhorret & mortem non timet, vt propterea vitanda a virtute recedat, & istæ p̃uenit ad vitã æternã & gl'iosam. Expectamus ait Aplꝰ ad Philipp. 3. c. saluatorem dñm nostrum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostræ, ideſt deiectũ afflictũ & humiliatum corpori claritatis suæ ideſt corpori suo glorioso. Nec deficere potest a promissione, quia vt ait ps. 144. Fidelis Deus, ideſt verax in omnibus verbis suis, soluens & implens proculdubio quę promisit, & multo largius & abundantius quam meruerimus. Non enim sunt condignæ passione tẽporis huius

§. 2.

ad fu-

ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis ad Roma. 8. Super quo verbo ait bea. Auguſt. in ſermone. Fremat mundus, ſeruiat mundus coruſcet armis, increpet linguis qd faciet ad id quod accepturi ſumus. q.d. nihil eſt omnis cruciatus corporis reſpectu futuræ glorię. Hac conſideratione permotus vnus ex ſeptem fratribus cum matre ſub Antiocho paſſis, ne legẽ Dei etiam in minimis ceremoniis tranſgrederentur linguam poſtulatus vt ei abſcideretur aiebat. Et cęlo iſta poſſideo, & nũc hæc ipſa. ſ. mẽbra propter Dei leges deſpicio qa ab eo ipſa me recepturum ſpero. Sed & mater eorũ iã ſex filiis coram ea membratim ttũcatis, timẽs de ſeptimo adhuc ſuperſtite & adoleſcentiori non de morte corporis, ſed animæ ad tolerantiam mortis animauit dicẽs. Peto nate vt aſpicias ad cælũ & ad terram & ad oĩa quæ in eis ſunt & intelligas, quia ex nihilo fecit ea Deus & hoĩnm genus, & ita fiet vt nõ timeas carnificem iſtum, ſed dignus tuis fratribus effectus te in illa miſeratione recipiam. 2. Macha. 7. Sic & inuictus martyr Chriſti Vincentius cũ torqueretur & grauiora adhuc ei comminarent tormenta, ad Datianum tyrãnũ aiebat. Quenenoſa diaboli lingua tormenta tua nõ timeo ſed hoc ſolum valde metuã, quo te fingis mihi velle miſerreri. ſ. parcẽdo & a tormentis ceſſando ſi ſacrificauero diis tuis. Nolo gloriam meã minuas minuendo aliquid de ſuppliciis. Ita & Moyſes inquit Apoſtolus ad Heb. 11. magis elegit affligi cum populo Dei q̃ tẽpora lis peccati habere iocũditatem, aſpiciebat. n. in remunerationem. Fide reliquit Egyptum nõ veritus animoſitatẽ regis, inuiſibilẽ enim tanquã videns ſuſtinuit. Non ergo timẽdum.

§. 3. ¶ Tertio eſt timor carnalis abiiciẽdus ob euitandã Dei ſeueritatẽ. Et dictamine rõnis naturalis eſt illud Eſopi Ferre minora uolo ne grauiora ferã. Potius qs eligit vna die in carcere affligi, q̃ per annũ potius amiſſionem rerum q̃ vitæ, magis abſciſſionem manus q̃ capitis, vnde & manum parat ad vitãdũ percuſſionẽ capitis. Cum autẽ diuina iuſtitia nullum malum permittat impunitũ & ſine cõparatione in futuro etiam in Purgatorio nedum in Inferno quis acerbius affligatur etiam pro venialibus q̃ quacũq; in præſenti vita pœna corporali. Eſt enim (inquit beatus Aug.) ille ignis Purgatorii miro modo grauis, excellit enim oẽm pœnam quam hic aliquis paſſus eſt, de pę. diſt. 7. ideo non eſt timendum, ſed eligendum & optãdũ corpus hic affligi per ieiunia, vigilias, iperegrinationes, infirmitates, & cruciatus q̃ llic reſeruare, vel Deum propter timorem hu

Pœnę tẽporales non ſunt timendę

ius offendere. Qui timet pruinã, veniet ſuper eum nix, vt dicitur Iob. 6. ideſt qui timet pœnas temporales, & ꝓpter hoc abſtinet a bonis opibus pœnalibus, incidet in futuras quæ grauiores ſunt. Et vt dicitur Apoc. 18. Quantum ſe glorificauit & in delitiis. ſ. corporis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Ecõtra nõ iudicabit deus bis in idipſum in tribulatione. Naum. j. ſm aliam translationem, pro quo nõ ſtra (quæ eſt Hiero.) dicit. Non conſurget duplex tribulatio. i. qui hic affligetur patiẽter ferendo, & ſe ad deum in paſſionibus conuertẽdo, nõ affligetur in alia vita hic ſufficiẽter punitus. Vnde beatus Hiero. ſuper dicta auctoritate. Si vobis deus rigidus crudelis & cruentus videtur, qa gemus humanum diluuio deleuit Sodomitas igne & ſulphure, Egyptios mari ſubmerſerit, filios Iſrael proſtrauerit in deſerto. Scitote igit ad prẽſens reddidiſſe ſupplicia ne in æternũ perirẽt. 23. q. 5. quid ergo. Quod intelligit de illis quo interflagella ipſa compuncti ſunt & ad pœnitentiam reuerſi. Nõ ergo timendę ſunt pœnæ corporis temporales quæ breues & tenues ſunt reſpectiue, ſed æternales. Et hoc eſt quod dominus noſter iubebat attẽdere dicẽs Matth. 10. Timete eum qui poteſt animam & corpus in gehẽnam ꝑdere.

¶ Narratur in lib. de ſeptem donis ꝙ cum paterfamilias iaceret mortuus dum ei pararentur exequiæ, circa mediam noctem ſurgẽs terruit omnes qui aderant, & vadens ad eccleſiã gratias deo egit de ſui reſuſcitatione, reuerſuſque domum omnia bona ſua in tres partes diuiſit, vnam vxori, aliam filiis, tertiam, pauperibus diſtribuit. Et ad hæremũ pergens cellam iuxta fluuium aquæ gelidæ cõſtruxit. Et cum frigus erat, veſtitus in illum fluuium ſe iactabat, & vſq; quaſi ad vitæ extrema morã ibi trahens, egreſſus in aquam calidiſſimam introibat, ſic frequẽtiſſime per hunc & alios modos ſe crucians. Et cum ab aliis ſuper his argueret de indiſcretione & ſuiipſius occiſione, rñdebat. Si aſpexiſſetis quæ ego vidi, maiora horũ faceretis. Dixit enim quod egreſſus de corpore ſpiritus dictus fuit a quodam viro lucido, ſcilicet angelo in vallem maximæ longitudinis & latitudinis. Cuius vnum latus erat plenum flãmis feruentibus, aliud plenum gelu & grandine furentibus. Eratq; vtrũq; latus plenum animabus tranſeuntibus de flãma ignis ad frigus intenſum. Ad quod facit illud Iob 24. Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Poſtea duxit eum per tenebras denſiſſimas, viditq; globos igniũ de baratro aſcẽdentium, animaſq; inde aſcẽdentes & reine-

Exẽplũ.

dentes

dentes in modum fauillarum, & fetorem sen sit inde exhalantem intolerabilem fletum audiuit & eiulatum incomparabilem, & teterri mos demones forcipes & fuscinulas igneas ha bentes & eum capere voluerunt & in ignem il lum proiicere. Sed ille lucidus qui eum duxe rat demonibus imperauit ne eum contingerent, quia dominus mandauerat eum ad corpus reduci, vt si vellet pœnitentiam ageret de peccatis, sin aũt ad illa loca deueniret. Reuersus ergo ad corpus, quia recolo quæ vidi, non timeo istas pœnas corporeas vt euadam æternas. Simile factum narrat venerabilis Beda in gestis anglorum lib. 5. c. 13. Et illum virum vocat Drumphellinum, & refert hoc accidisse. Anno domini sexingentesimoprimo.

§.4. ¶ Quarto timor humanus est euitandus propter carnis hostilem contrarietatem debilitan dam non timet quis illud vnde hostis debilitatur eius, sed vnde fortificatur, caro autem est hostis animæ ſm illud Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum adeo vt eum ad mortem æternam inducat, propter quod idem Apostolus ait ad Romanos septimo. Video aliam legem in membris meis repugnantẽ le gi mentis meæ & captiuum me ducentem &c. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius, ideſt de corpore cuius concu piscentia quæ est lex membrorum sensualitas inclinans ad delectabilia, & horrens grauia, & per hoc debellans contra rationem quæ est lex mentis quærit eam suffocare. Et ad idem dicebat propheta Micheas septimo capitulo. Inimici hominis domestici eius. Hi sunt domestici nostri quinq; sensus signati secũdum Chrysost. per quinq; fratres diuitis Epulonis, secum cruciandos in inferno. Quanto autem sunt magis domestici, tanto sunt periculosiores. Nulla enim peior pestis ad nocendum q̃ familiaris inimicus inquit Boetius de consolatio. philosophiæ. Hinc & Bea. Ambrosius in libro de pœnitentia tractans illud psalm. 136. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? dicit. Si caro menti repugnat nec subdita est animi gubernaculo & mentis imperio, aliena terra est, quæ nisi domatur cultoris exercitio, fructus non potest charitatis pœnitentiæ, & pacis afferre. Hæc ille. Et sic impedit caro aliena. i. repugnans menti q̃ non apte & læte cantetur canticum domini, ideſt fiant bona opera, de pœniten. distinct. 3. In salicibus. Obseruandum autem quod ibi subdit beatus Ambrosius, videlicet sane cum caro repugnat mẽs ad Deum semper debet esse intenta, vt. s. timore eius abiiciatur timor carnalis. Cum igitur caro affligitur & torquetur inimicus non ſter debilitatur, propterea dicebat Apostolus 2. Corinth. 2. Cum enim infirmor tũc fortior sum & potens. s. spiritu. Quod etiam confirmat b. Amb. dicens. Quod nocet corpori iuuat spiritum, de pœniten. distinct. 1. potest fieri. Hæc intelligens quidam sanctus Abbas, vt legitur in lib. de septem donis. Cum lumen oculorum amisisset ait. Gratias ago Deo meo qui me vindicauit de aduersario meo, s. corpore qui solebat mihi tot mala inferre istos p duos proditores & raptores oculos meos. Dicitur enim Thren. 3. Oculus meus depredatus est animam meam. De beato etiam Francisco legitur q̃ cum in oratione maneret uidit cateruas demonum super domum discurrẽtes cum strepitu tanquam ei nocere volentes. Qui con citus exiens & crucis signum sibi imprimens dixit. Ex parte omnipotentis Dei nobis dico demones, vt quicquid vobis permissum est faciatis in meo corpore, omnia enim libenter su stinebo, quia cum maiorem inimicum non habeam corpore vindicabitis me de aduersario meo dum in ipso vice mea exercebitis vltionẽ qui cõfusi disparuerunt. Ex quo igitur per infirmitates & afflictiones corporis debilitatur ipsum quod est inimicus noster & per mortẽ occiditur non est timendum carnaliter vt per hoc deuietur a bono. Exẽplũ.

¶ Quinto timor carnalis est refrenandus propter veritatem clarius intuendam. Phũs in lr. Ethi. posuit summam hominis felicitatem cõsistere in actu suprẽmæ potentiæ quæ est intellectus erga nobilissimum obiectum, quod est Deus. i. in speculãdo summam veritatem. Sed corpus ad hoc impedit. Nam ois nostra cognitio ortum habet a sensu ſm philosophum, & ideo intelligi non potest Deus ab aia in corpore mortali existente, in sua pura & nuda essentia dũ vtitur sensibus corporeis, quia quicquid intelligit per modum rei corporalis intelligit. Sed spiritus est Deus, vt dr Ioan. 4. non corpus vel res materialis. Et ideo impedit corpus animam a perfecta cognitione. Et hoc est quod dicitur Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multum cogitantem & difficile æstimamus quæ in terra sunt & quæ in prospectu sunt cũ labore inuenimus quæ aũt in cœlis sunt, quis inuestigauit? Et hinc Plotinus phũs vt refert Aug. de ciui. Dei, dicebat fugiendum esse ad clarissimam patriam ibiq; patere omnia. Et Cicero lib. de senectute. Mors non est lugenda q̃ immortalitas animę sequitur. Meditatum debet esse ab adolescentia, vt mortem §.5. Summa hois felicitas cõsistit in actu suprẽmæ potẽtiæ. Mors nõ est timẽda.

mortē negligamus ſine qua meditatione tranquillo aio nemo eſſe poteſt cum certiſſimum ſit moriendum, & quotpe incertum dum in his corporis compaginibus incluſi ſumus munere quodam neceſſitatis & graui opere perfungimur. Eſt.n.aius cęleſtis & altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terrā, locum diuinæ naturæ æternitatiq; cōtrarium. Hæc ille. Apoſtolus ēt notitiam quæ hī hic de diuinis, aſſimilat cognitioni paruuli quæ eſt imperfectiſſima. Dicit enim 1.Cor.14. Cum eſſem paruulus cogitabam vt paruulus loquebar vt paruulus, & ſapiebam vt paruulus, cum aūt factus ſum uir euacuaui qui erant paruuli. ¶Non ergo timenda eſt mors vt per hoc deſeratur virtus quæ ducit ad perfectiſſimam cognitionem & fœlicitatem. Sed & in vita preſenti afflictiones corporis reſtringunt animam, vt acutior ſit ad intelligendū veritatem. Eſa. 28. Vexatio dabit intellectum, & b. Greg. Oculos quos culpa claudit pœna aperit. In cuius etiā figuram hī Tob. 11.ꝙ fel piſcis poſitum ſuper oculos eius aperti ſunt ei oculi, quia ſcilicet amaritudo afflictionis corporalis reducit hominem ad cogitionē & illuminationem. Et de Platone legit ꝙ ſcholas tenebat in locis peſtilentibus & aſperis, vt ex hoc ſcholares eſſent magis in ſeipſis recollecti ad percipiendum, veritatem doctrinę & non diſtraherentur in ima ex loco ameno. Manaſſes rex Iuda impiiſſimus non ſe recognouit & ſua ſcelera niſi flagellatus & corpore captiuatus 4.Reg. ultimo. Remouendus eſt ergo timor iſtæ.

§.6. ¶Sexto timor humanus eſt contēnendus ꝓp Chriſti conformitatem aſſequendā. Magna eſt gloria ſequi regem factorem ſuum. imitari. Rex aūt & creator noſter eſt Dei filius. Ipſe āt non ita timuit afflictiones corporis, ꝙ ꝓp hoc ſe abſtraheret a duriſſima paſſione, & morte ignominioſa vt nos a morte liberaret. Quinimmo a planta pedis vſq; ad verticem nō fuit in eo ſanitas. Non fuit in eo aliquod membrū quod impaſſione ſua pœna careret. Quod aūt Ioſeph nutritius eius ruerſus de Egypto cum paruulo Ieſu & matre eius timuit ire in Iudeā vbi regnabat Archelaus filius Hærodis vt dī Matth.2. ne ſ. occiderent puerum ſicut quæſierat pater eius. Et ꝙ etiam non volebat ipſe homo factus & prædicator in Iudeam ambulare, quia quærebant eū Iudei interficere, non hoc ideo fecit quaſi nollet mortem ſubire, ſed quia nondū venerat honor paſſionis eius prudenter euitans occaſiones augmenti malignitatis eorum. Quia ergo non decet ſub capite ſpinoſo mēbrum fieri delicatum non timendę ſunt & fugiendæ, ſed appetendæ afflictiones corporis vt conformemur capiti noſtro. Dicit enim Apoſt. ad Rom.8. Quos Deus præſciuit hos & prędeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui. Hoc igitur exemplo vt ſcuto circundabit te veritas eius nō timebis a timore nocturno., ait Chriſtus 90. Timor nocturnus eſt timor afflictionis corporalis. Nox.n. ſignificat aduerſitatem ſicut dies proſperitatem. Sed veritas Dei. ſ. Dei filius exēplo ſuo vt ſcuto protegit nos, vt nulla ex parte virtutem, deſeramus propter timorem afflictionis.

§. 7. ¶Septimo timor humanus eſt contēnendus, quia tollit mentis libertatem. Non bene pro toto libertas venditor auro. Sed vt dicit Iulius Celſus. Terror hoibus conſilium mentemq; eripit & mēbra debilitat. Nec eſt contra quod phūs dicit in lib. ethi. ꝙ timor facit hoies conſiliatiuos, quia hoc intelligitur qñ eſt ratione regulatus quia timendo mala quæ pñt occurrere, inducit timor & ſollicitat ad cogitādum qūo poſſit obuiari rationabiliter. Sic & Moyſes audiens ꝙ notum factum erat occiſio facta Egyptij per eum, timens Pharaonem receſſit in Madian. qui tamen non timuit qñ oportuit Pharaonem increpare, ſ. timor humanus quo, ſcilicet timetur perſecutio cruciatus corporis mors ipſa & hmōi tollit libertatē mentis cum quis agit contra id quod dictat vel dictare debet ratio vt mala illa euitet. Hic timor inducit ad incantationes, & ſuperſtitiones multas vt ſanetur corpus cum damnatione aiæ 26.q.7. non obſeruetis. Hic timor peruertit iudicia. Dicit.n. b. Greg. 11.q.3. Quatuor modis humanum peruertitur iudicium. ſ. amore, timore, cupiditate, & odio. Hic timor tollit libertatem increpationis prælatorum quoad tyrannos contra quos dicitur Ioā.10. Mercennarius & qui non eſt paſtor vidit lupum uenientem & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues. Mercennarius dicitur prælatus qui non habet curam de ſalute ouium, ſed de lana & lacte. Lupus veniens ideſt tyrannus vel hæreticus vel rapiens iura eccleſiæ, fugit mercennarius dum tacet prælatus, nec talibus reſiſtit, ut fecit Thomas Cantuarienſis, non timens mortem ſibi comminatam & tandem illatam. Et beatus Ambroſ. non acquieſcens imperatori in dando ei unam eccleſiam pro Arrianis hæreticis, vt patet 23.q.8. Conuenior, prohibens Theodoſium ab ingreſſu eccleſiæ propter homicidia procurata, vt ſecunda q.3. cum apud Theſſalonicam. Et ex eius timore carnali prælatorum multa mala ſequuntur in eis & ouibus. Hinc b. Gregorius in paſtor. Sæpe rectores im-

Timere carni nō debem⁹ exēplo Chriſti.

res improuidi humanã gratiam amittere formidantes loqui libere recta pertimeſcũt & iuxta veritatis vocem non iam gregis cuſtodiæ paſtorũ ſtudio, ſed mercenariorũ vitæ deſeruiunt &c. diſt. 43. ſit rector. Hinc & Nicolaus Papa ait di. ea. Diſpenſatio cœleſtis ſeminis nobis commiſſa eſt, Veh ſi tacuerimus, Veh ſi non ſparſerimus. Quod cum vas electionis formidet, & clamet, quãto magis cuilibet exiguo metuendum eſt. Non ergo timendum ne dicatur. Illic trepidauerunt timor &c.

¶*De timore naturali.* *Cap.* 4.

TErtius eſt timor naturalis. Conueniẽtius primo debet poni, tum quia communior eſt non ſolum oĩbus hoĩbus ineſt, ſed ẽt in brutis. Nam paſſiones ſunt ſubditi motus excitati in parte ſenſitiua, q̃ habemus cõem cum irrationabilibus, ſed perfectior eſt, quod ẽt patet ad ſenſum. Nam fit eis comminatio verberum & hmõi, vt timentes fugiunt. Tum ẽt quia in aliis timoris ſpeciebus reperiũ uirtus vel vitiũ in actuali, ſed non in tali motu naturali cum nõ excedit limites ſuos, paſſionibus.n. nec laudabiles nec vituperabiles ſumus ſm phũm in li. Ethi. Et rõ eſt, quia non ſunt in noſtra ptãte, ſed præueniunt iudicium rõnis ſubito. Et ideo nec eis meremur vel demeremur. De hoc timore poteſt intelligi illud pſal. 2. Seruite dño in timore & exultate ei cum tremore, quem timorem naturalem habeatis vt alias pãſſiones nec uitare poteſtis vt tales motus non ſuſtineatus quę mala menti occurrunt vt parata, ita tũ timeatis vt dño ſeruiatis, nec pp vitanda illa mala a dño & eius obedientia recedatis, & ita trematis in aduerſis q̃ ratione exultetis in dño. Vel ſic ita ſeruiatis dño timendo eius punitionem ne ſit ſeruilis talis timor, vt pp euitandam ſolum punitionẽ ſeruiatis ei, ſed exultate, ideſt amore & cum gaudio bona propter eum faciatis cum tremore reuerentiæ. Et quia Saluator noſter ſumpſit naturam noſtrã humanam cum oĩbus proprietatibus eius naturalibus quæ defectum non important. Ideo & ipſe timorem non habuit naturalem, ſm illud Matth. 26. Cępit Ieſus tędere & pauere & męſtus eſſe. In hoc tũ differentia fuit inter ipſum & nos, quia cum paſſio timoris vel alia exurgit in nobis fortiter obumbrat aliquantulum lumen rationis & obſcurat, quod in Chriſto non fuit, ſed ſemper ratio ſereniſſima. In animabus ſeparatis dr̃ eſſe timor, ſm illud Virgilij. Hinc metunt cupiunt gaudetq; dolentq; cum tũ ſenſitiuam non habeant, quia affixa eſt organis corporeis quibus carent, non quòd proprie ſint in eis ipſæ paſſiones cũ alteratione vt hic, ſed ſunt motus voluntatis in eis ſimiles paſſionibus modo ſuo. Diuerſæ aũt & auerſæ opiniones fuerunt inter Stoicos & Peripateticos quorũ princeps Ariſtoteles. Nam Stoici docebant timorem & alias paſſiones non cadere in aĩo ſapientis, ſapientẽ vocantes virtuoſum. Peripatetici aũt aſſerebant eas vtiq; cadere in ſapientem, ſed ab eis non deduci. i. non vinci, nec a virtute diſcedere B. Aug. aũt in li. de ciu. Dei. c. 5. dicit q̃ iſta cõtrarietas erat magis verbalis q̃ realis. Nam quod Stoici dicebant non cadere timorem, & alias paſſiones in aĩo virtuoſi nõ intelligebant de primis motibus paſſionum, ſed de dñio earum ſuper rationem, i. q̃ vincuntur a paſſionibus. Et q̃ Peripatetici dicerent cadere eas in mentẽ virtuoſi, non intelligebant de dñio earum, in mẽte, ſed de primis motibus earum proprius tñ loquebantur Peripatetici. Et q̃ ſic intelligerent Stoici ponit B. Aug. exẽplum cuiuſdam philoſophi Stoici. Qui cum pluribus aliis cum per mare nauigaret, tempeſtate valida exorta & periculoſa, philoſophus ille totus expalluit ex timore periculum cernens. Cumq; ceſſaſſet tẽpeſtas mox vt ſecuritas præbuit colloquendi vel garriendi locum, quidam ex illis quos nauis illa portabat, dies & luxurioſus cępit illudere phũm illum Stoicũ eo q̃ extimuiſſet & palluiſſet in ea tempeſtate cum ipſe dies mãſiſſet intrepidus. At ille Ariſtippi Socratici rñſum retulit. Qui cũ in re ſimili eadẽ verba ab hoĩe ſimili audiſſet, rñdit illum merito pro aĩa nequiſſimi nebulonis nun fuiſſe ſollicitũ, ſe aũt pro Ariſtippi aĩa timere debuiſſe illoque depulſo, Agellius qui nauigabat cum eis, quæſiuit ab ipſo philoſopho de cauſa palloris cum Stoici aſſerant timorem & alias paſſiones non cadere in aĩo ſapientis. Tunc phũs prouidit de ſarcinula ſua librum epitecti Stoici in quo erant decreta Zenonis & Chriſippi, qui fuerunt princeps Stoicorum in quo habebatur non eſſe in poteſtate hominis phantaſias. Verum & quando veniãt in animo, & ex terribilibus phantaſijs neceſſe eſt animũ moueri, ita vt pauliſper expaueſcat metu, vel triſtitia contrahatur tanquam his paſſionibus prẽuenientibus rationis officium, ſed non aſſentiri eis, hoc.n. uolunt eſſe in poteſtate noſtra. ſ. aſſentire vel diſſentire rationi. Idq; eſſe differentiæ inter ſapientẽ & inſipientem, q̃ ſapiens non cedit & aſſentit paſſionibus, ſed inſipiens, i. malus aſſentit, recedens. ſ. a virtute per paſſionem timoris uel alias. Hęc B. Auguſt. 9. lib. de ciuitate Dei. c. 5.

Paſſiones quid ſint.

Timor in Xpõ fuit & in nobis aliter & aliter.

An timor cadat in animo ſapiẽtis.

.1. ¶Ponit autem Damascenus sex species timoris, scilicet segniciem, erubescētiam, verecundiam, admirationem, stuporem, & agoniam, adde septimam quę est effectus exterior timoris, & dicitur tremor. Sufficientiam illarum sex specierum, ideſt quare tot sunt assignat sic B. Thom. 1. 2. q. 43. Cum timor sit de malo futuro quod excedit potestatem timentis, vt. s. resistere non possit. Sicut bonum hominis ita & malum potest considerari, vel in opere eius vel in rebus exterioribus. In operatione hoīs potest malum dupliciter timeri. Primo labor grauās naturam, & sic causatur segnities cum scilicet quis refugi operari pp timorem excedentis laboris. Secundo turpitudo lædens opinionem, & sic si turpitudo causatur id actu cōmittendo, sic est erubescētia, si sit de turpi iam facto, sic est verecundia. Malum vero quod in exterioribus rebus consistit, in triplici ratione potest excedere hoīs facultatem ad resistendū ei pro ratione suę magnitudinis cū. s. aliquis considerat aliquod magnū malum, cuius exitum considerare non sufficit, & sic est admiratio. Secundo ratione turpis consuetudinis, qa scilicet aliquod malum inconsuetum nostræ considerationi offertur, & sic est magnū nostra reputatione, & hoc modo est stupor qui causatur ex insolita imaginatione. Tertio rōne improuisionis, quia. s. præuideri non potest, & sic futura infortunia timentur, & dr agonia. Tremor autem est effectus timoris, & ab eo causatur. Huius ratio est fm B. Tho. 1. 2. q. 42. quia timore calor ab exterioribus ad interiora contrahitur. Remoto autē ab exterioribus calore qui membra continebat remanent mēbra frigida, & propter hoc accidit in eis tremor. Tremor. n. ex frigiditate causatur propter qđ tremunt membra timentium ipsorum. Et primo tremit cor, eo q̄ in timore calor deserit cor. Secundo tremit vox pp vicinitatem arterię vocalis ad cor. Tertio tremit mandibula inferior propter continuitatem. Quarto sequitur strepitus dentium pp eandem rationem. Quinto brachia & manus, pp connexionem ad pectus, vbi est cor, tum quia hæc membra sunt magis mobilia, pp qđ in timentibus genua tremunt, secundum illud Esa. 35. Cōfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate, dicite pusillanimes confortamini & nolite timere. Ecce Deus vester ipse veniet & saluabit vos. Est etiā effectus timoris contractio virtutis naturalis ad interiora & inde coloris mutatio vel in pallorem vel in ruborem, cum verecundatur qs. Sed declaratio horum vel multa alia de timore in quantum passio naturalis habes plene supra in 1. parte titu. 6. c. 10.

Sufficiētia sex specierū timoris.

¶De istis septem modis timoris qui in se non sunt peccatū quoad primos motus, qa naturales, sed quoad secūdos sunt peccata vel merita, fm q̄ in eis rō negociatur dirigendo eos in malum vitii, vel in bonum virtutis hr in sacra scriptura. Nā ab vltimo inchoando qui est tremor dicit Esa. Possedit tremor hypocritas, & in præsenti cū deteguntur eorum fallaciæ, & in morte conscientia remordente, & in dānatione inferni vbi dr esse fletus & stridor dentiū Matth. 13. qui est effectus tremoris. In bonum dr de tremore per Esa. super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum trementem sermones meos? Et de Io. Baptista canitur cū Christum baptizauit Baptista contremuit nec audet tangere sanctum Dei verticem, sed clamat cum tremore, Sanctifica me Saluator. §.2.

¶De agonia dr Luc. 22. de Christo. Factus in agonia prolixius orabat, in qua ita sensibus eius exterrita est timore mortis sibi præsentate, q̄ factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Sed rationi timorem illum subtrauit dicens. Non quod ego volo. s. fm instinctū naturalē & sensualem qui horrent mortē, sed sicut tu. Vnde & surgēs ab oratione non fugit, sed obuiā processit proditori. Ad hanc agoniā veniens Susanna vxor Ioachim, cū duo illi senes inueterati dierum malorū sollicitabant eam ad adulterium cum eis perpetrandum commīando ei si non assentiret, diffamationem & mortē ait. Angustię mihi sunt vndiq; & quid eligam ignoro. Si. n. hoc egero mors. s. aīæ mihi est, Si nō egero nō effugiam manus vestras: quia me accusabitis. Et subito in hac agonia posita subtrauit timorē infamiæ & mortis rōni dicens. Verumtamen melius mihi est absq; opere. s. peccati incidere in manus vestras q̄ delinquere in conspectu Dei mei Dan. 13. ca. Sicq; exclamauit succurrum. Et licet illi senes accusassent Deus mirabiliter liberauit eam a morte; vt ibi patet. In illa agonia positæ aliæ mulieres quas prædicti senes incitabant ad malū submiserunt rōnem timori scilicet assentiendo illis ne diffamarent & accusarent eas timendo. Vnde eis dixit Daniel quando examinauit. Sic faciebatis filiabus Israel & ille timentes loquebantur; vobiscum scilicet assentientes concupiscentiis uestris. De agonia.

¶De stupore dicitur de iudæorum populo vel anima peccatrice. Hierem. 5. Stupor & mirabilia facta sunt in te, i. ea quæ sunt causa stuporis. sin tua duritia ex acceptis beneficiis, & impunitione de tuis maleficiis. Et prout in malum accipitur Eccleſiast. 7. dicitur. Non sa- De stupore.

pias

pias plus q̃ neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. i. nõ ita curioſe te habeas inueſtigando, vt ex imaginatione inſolitorum deficias a veritatem. Et Iob. 12. Adducit dominus conſiliarios in ſtultum finem & iudices in ſtuporem vt neſciant prouidere. In bonum autem ſumitur Lucæ 5. ubi dicitur de Petro poſtquam cœpit vno iactu retium multitudinem copioſam piſcium ita vt implerentur ambę nauiculæ, Stupor circundederat eum in captura piſcium. Et Chriſtus ei dixit. Noli timere, &c. ¶ De admiratione dicitur primo. Ioan. 3. Nolite mirari ſi odit vos mundus, ita. ſ. vt timore mundialium perſecutionum deficiatis a fide. Et Apocal. 17. Ipſe Ioãnes dicit ſe miratum fuiſſe magna admiratione cum vidit illam mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam habentem capita ſeptem & cornua decem Babylonem dictã quæ aſcenſura erat de abyſſo, & ibit in interitum & mirabantur omnes inhabitantes terram, videntes beſtiam quæ erat non eſt, &c. Et de Pilato cum Chriſtus ei non reſponderet ad ea quæ ſibi falſo obiiciebantur a iudæis, dicitur Matth. 27. cap. q̃ mirabatur præſes de eius taciturnitate quaſi de prehendens innocẽtiam & parientiam eius & decernens dimittẽdum. Sed cum audiuit iudæos dicentes. Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris, tunc magis timuit. Io. 20. Timuit. n. diſplicere Imperatori terreno, & propterea dedit iniquam ſententiã ¶ De verecundia & erubeſcentia quæ frequenter ſumuntur alterũ pro altero, licẽt differant (vt dictum eſt,) beat. Ambr. ait. Verecundia in genuos prodit natales, diſt. 86. conſideranda, Pſ. 43. Tota die verecundia mea coram me eſt. ſ. de commiſſis peccatis. Et Iob. Si erubui peccata mea in conſpectu populi confieri. quod intelligendum eſt de his quæ publica ſũt & in iudicio dicenda. Erubeſcentia quidem eſt timor de turpi committendo. Verecundia de commiſſo, vt dictum eſt. Cum igitur quis ita erubeſcit de aliquo bono opere faciẽdo timẽs, irrideri vel vnius reputari, bonus vel ſapiẽs, vt pp hoc bonũ ipſum dimittat vtiq; peccat. Sicut multi erubeſcunt videri facere confeſſionem. Vel interrogare q̃ ignorant & addiſcere, vel p̃dicare vel reprehendere cum debent vel dicere in confeſſione integre peccata turpia, & hmõi. Contra quos dicitur Luc. 9. Qui me erubuerit & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet coram angelis dei. Et beatus Auguſt. de pẽn diſt. 5. cap. 1. Caueat peccator ne verecundia ductus diuidat confeſſionem, hoc. n. eſt ad hypocriſim tendere & ſemper venia carere. Econtra de his qui non erubeſcunt peccare, dicitur Hier. 3. c. Frons meretricis facta eſt tibi, erubeſcere neſciſti. Et iterũ. Confeſſione non ſunt confuſi & erubeſcere neſcierunt. Hinc beatus Bern. in ſermone. O nimia inſania hominum, pudet ſordes abſtergere, nõ pudet contrahere, pudet abluí. ſ. per confeſſionem, & non pudet inquinare. Abſtergitur caliga contemnitur anima. Multum autem valet verecundia in confeſſione ſi tamen habeatur principaliter reſpectus ad Dei offenſam, & nõ tantum ad reſpectum perſonæ audientis. Vnde & quanto perſonæ ad cuius cõſpectum magis erubeſcit confitetur, tanto maiorem inde fructum conſequitur, ſeipſum vincendo ad totum exprimendum. Vnde beatus Auguſt. de pẽnit. diſt. 5. ca. 1. ait. Quoniam erubeſcentia magna eſt pẽna, fit dignius venia qui pro Chriſto erubeſcit. ſ. confitendo peccata. ¶ De ſegnicia quæ idem eſt quod pigritia propter quam quis ſe tardat vel ſubtrahit ab opere bono, timendo laborem nimium, vel difficientiam in eo, & communiter in defectum vitii ſumitur, vnde & Matth. 25. dicitur de ſeruo malo & pigro qui talentum ſibi commiſſum ad negotiã dum non expoſuit exercitio, timens ne illud perderet condemnatus fuit, nec acceptata eſt excuſatio eius cum dixit. Ecce talentum quod habui in ſudario repoſitum. Timui enim te, quia homo auſterus es. ſ. ne illud amitterem illud exponẽdo, & tu exigere velles amiſſum. Contra huiuſmodi ſegnitiem ſeu pigritiam multum inuehit Salomon in prouerbiis. Prouerb. 6. Vſquequo piger dormis quando conſurges a ſomno tuo? Et iterum dicit piger. Leo eſt in via occidendus ſum, & huiſmodi. Sancti tamen viri vtuntur in bonum iſta ſegnicie videlicet ſubtrahentes ſe ab aliquibus operibus, etſi in ſe bonis, tamen periculoſis & diſtractiuis & honorem & laudem continentibus, timẽtes deficere in eis & deum offendere. Sicut beat. Greg. Papa, Ambr. Aug. Martinus cum fuerunt vocati ad prælaturã & p̃ſulatũ, demũ videntes ſe a dño vocari acquieuerunt. Exẽplũ ẽt in Moyſe cũ dñs voluit eum ad Pharaonem mittere, & ſe excuſauit. Exo. 2. Et in Hieremia cum dñs miſit eum ad p̃dicãdũ ſe excuſauit. Hiere 1. timens ſm Greg. amittere ex hoc lucra contẽplationis, tandẽ vterq; obediuit. In malũ aũt vtantur tali ſegnitie prælati qñ ex timore ſe ſubtrahunt vel tardant debitam reprehenſionẽ, vnde bea. Aug. Cum eis p̃ quos eccleſia regitur adeſt pace, ſalua poteſtas diſciplinæ aduerſus improbos & nepharios exercẽdæ, tunc neq; ſecordia, neq; ſegnitia dormiamus, ſed aculeis præceptorum q̃ ad ſecuritatẽ

De admiratione.

De verecũdia & erubeſcentia.

De ſegnicie q̃ accipit i bonũ & in malũ.

coertionis pertinent excitandi sumus. Nec patientię nomine torpescamus, nec obtentu diligentiæ sæuiamus. Hæc illæ 33.q.4.quidam.

§.3. ¶ Notandum aũt q̃ quamuis dicatur de iusto Prouerb.28. Iustus quasi leo confidit. Et de leone cui assimilatur iustus dicat Prouer.30. Leo fortissimus bestiarũ ad nullius pauebit occursu. Tñ secũdm naturales, & Isidorũ septẽ sunt q̃ Leo naturaliter timet. s. strepitũ rotarũ, ignẽ, quoddã animalia qd dr̃ Lazaym a cuius ferocitate nulla bestia põt esse tuta, item quoddã aliud animal quod dicitur Leothophonos, de cuius carnibus comedens Leo toxicatur a venatoribus & occiditur Leo, vnde illud aial maxime odiunt Leones & si possunt ipsum inuenire occidũt, qa paruũ est, nec tñ inde gustãt. Quinto timet Leo ingenia & artificia venatorum, vt pedicas, chordas, & hmõi, & ideo cauda delet uestigia sua ne inueniantur viæ eius vbi ei parentur laquei. ¶ Sexto timet Leo custodis sui flagella, cum. s. est paruus. Ducit. n. custos eius secum catulum quem verberat ẽt innoxium in præsentia Leonis, vt discat timere. ¶ Septimum quod timet Leo est strata publica. Ita & electi Dei, licet non timeant timore mundano, humano vel ẽt seruili quæcunq; grauia vt a veritate recedant, timent tñ & timorem naturalẽ qui est de malo futuro quo vt Leo vtuntur & conuertunt in bonum in septẽ rebus. ¶ Primo timent strepitũ rotarũ. Rota qui voluitur continue ex qua reuolutione id quod est supra descendit ad ima & econuerso, significat dignitates, honores, & prosperitatem tẽporalem, quę appellãtur bona fortunę, quę sunt in magna mutatione frequẽter. Nam de carcere & cathenis interdum quis egredit ad regnũ, & alius in regno natus consumitur inopia, vt dicitur Eccl.4. Vnde fortuna pingitur in forma rotæ, in qua vnus est supra, alius infra, iuxta illud. Dat varias fortuna vices. Et Boetius de philosophica consolat. Hunc ludũ cõtinuum ludimus, summa imis, infima summis mutare gaudemus. Strepitus rotarum est tumultus & occupatio dignitatũ. Electi igitur etsi Leones fortitudine', tñ timent poni vel se reperiri in dignitatibus, tum pp̃ periculum in curiæ. Vnde beat. Aug. de præsidente inquit. Timore coram Deo substratus sit pedibus vestris disciplinã libens habeat, metuẽdus imponat. Et quãuis vtrunque sit necessariũ s. amari & timeri prælatũ a subditis, tñ amari magis a vobis appetat q̃ timeri, semper cogitans Deo se pro vobis redditurũ esse rõnem. Et quãto in loco superiori, tãto in periculo maiori versatur, hæc ille. Ecce vnde hẽt timere. Vnde & Saul cũ esset melior in Israel, & sciret se eligendum in regem ex Dei reuelatione non comparuit sed se in domo abscondit. 1. Reg. 10. Timent etiã sancti dignitates & prosperitatem habere ne forte Deus velit eos hic de bonis operibus remunerare. ¶ Secundo timent ignem purgatorij & inferni, licẽt non timore seruili, vt scilicet propter hoc principaliter caueant a malis. In multis. n. cognoscũt se offendisse vel mortaliter vel saltẽ venialiter. De leuibus aũt culpis dicit b. Grego. Ante diem iudicij purgationis credẽdus est ignis dist. 25. qualis. De quo Apostolus. 1. Cor. 3. Si quis superædificauerit super hoc fundamentum scilicet fidei viuæ lignum, fœnum, stipulam, ipse saluus erit, sic quasi per ignem scilicet transiens purgatorii hic nõ purgatus. De mortalibus dicit bea. Augustinus. Si quis aliquod horum in se dominari cognouerit, si se hic nõ emendauerit, æterna illa flãma cruciabit dist. ea. §. alias & quamuis electi Dei multum doleant & pœnitentiam egerint de cõmissis, ignorant tñ si vnquam dolor contritionis fuit in eis, pp̃ quod dicitur Eccle. 5. De propitiatu peccatorum noli esse sine metu. Et in vitas patrũ legitur q̃ interrogatus Macharius quare erat ita siccus & macillentus q̃n comedebat sicut q̃n ieiunabat. Respõdit per exẽplum dicens, sicut ligna quæ versantur & reuersantur in igne paulatim consumuntur, ita qui mentem sæpe retinet in timore dñi recogitando. signem futurum consumitur. ¶ Tertiũ quod timet Leo est Lazaym, animal ferocissimum, ante quod nulla via est tuta, quod significat Christum, quem ẽt iustissimus timet, qa iudex venturus in particulari iudicare aiam, & demũ in vniuersali iudicio oẽs. Ad Heb. 10. c. Horrẽdum est incidere in manus Dei viuẽtis, pp̃ qd timens Dauid quẽ dñs secundũ cor suũ elegerat, orabat dicens. Non intres in iudiciũ cum seruo tuo dñe, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. Ego (ait Hieron.) quotiens diem illum considero, totus contremisco. Et in sequentia canit ecclesia. Quantus tremor est futurus. s. omnibus, q̃n iudex est vẽturus cuncta stricte discussurus, & beat. Greg. Nescimus quis in terribili Dei iudicio qualis futurus sit. Nam multa sunt quæ de illo iudicio homines ignorant, quia fortassis quos vos laudatis, ille reprehendet, & quos vos reprehenditis, ille laudabit 11.q.1. sacerdotibus. ¶ Quartum quod timent iusti est peccatũ & significatur per animal quod intoxicat. Animal irrationale est, quia sine ratione fit peccatũ Et vt dicitur in lib. Sap. 16. Per malitiam homo occidit animam suam. Veniale autem

ad

Iustus cõparat leoni p pter 7. q̃ timet.

ad mortale disponit. Vnde & Eccl. 21. dr. Quasi a facie colubri fuge peccatū, quia enim timet homo ne coluber intoxicet eū, & occidat, ideo fugit ante eum. Ira & iustus homo timet & vitat ea vbi potest esse peccatum. Propter quod dicit Greg. q bonarum mentiū est ibi culpam agnoscere i. timere vbi culpa non est, dist. 6. ad eius. Et beatus vir qui semper est pauidus, qui vero mentis est duræ. i. non timēs pericula peccatorum corruet in malum, inquit Salomon Prouer. 28. Ego, ait Hiero. omnia tuta timeo. Et præcipue cum cernunt electi Dei viros famosos in sanctitate ruere, magis timent sibi ipsis, vt Dauid, Salomonem, Ezechiam, Moysen, & Aaron, Iudam, Saulem, Origenem, Heraclium Imperatorem, & hmōi. Horum casus (vt ait b. Greg. in moral.) vtilitate nō modica electorū proiectibus seruit, qa illorū lapsum dum conspiciunt de suo statu contremiscunt, discunt. n. in superni adiutorii protectione cōfidere, dum plerosq; conspiciunt de suis viribus cecidisse, de pē. dist. 2. qui seduci. Quinto timet leo insidias venatorum & laqueos, & huiusmodi. Sic iusti laqueos tentationum ne sub specie boni decipiant eos. Vnde dr Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Hiero. contra Iouinianum Aedificemus aurum & argentum & lapides preciosos, idest opera perfectionis varia, & tentare non audebit quenquam & in hoc certe non sit secura possessio. Sedet quippe leo. i. diabolus in insidiis, & in occultis vt interficiat innocentē, de pēn. dist. in. 2. si enim. Nec est contra quod ait psal. 26. Dns illuminatio mea & salus mea quē timebo. q. d. nullū. Dns protector, &c. Si consistant aduersum me castra, &c. hoc enim intelligitur coniunctim, dum. s. quis illuminatur & protegitur a gratia dni. Sed quia liberum arbitrium est vertibile ad malū, & potest se a Deo auertere, ideo ait Apost. Ro. 11. c. Noli altum sapere, sed time. Timent insuper sancti viri, præcipue rectores & doctores ecclesiarum infirmitati spirituali proximorum vel subditorum, ne deficiant in tentationibus vel tribulationibus a via veritatis. Vnde Apost. ad Gal. 4. Dies obseruatis, & menses, & annos, timeo ne forte frustra laborauerim in vobis. ¶ Sexto timet iustus comminationes quas facit in scripturis Deus contra malos, vel etiam cum videt & innocētes grauiter affligi ex leuibus causis. Sicut Tobiam & Iob, & martyres, & S Ioā. Baptistam ad saltū puellæ decapitari. Petrum & Paulum princeps Apostolorum Neroniano gladio occidi, & hmōi. ¶ Septimum est strata publica. s. mortis. Omnes. n. morimur, & sicut aqua dilabimur quæ nō reuertitur 2. Reg. 14. Vnde cū quis moritur dr viam vniuersæ carnis ingressus. Et sic est strata publica. Est autē mors fm phm vltimum terribilium, q̄ etiam naturaliter sancti timent. Vnde & Paulus qui desiderabat dissolui & esse cum Christo, ne nimis timeret petiit a Plautilla discipula cū duceretur ad locū decapitationis velum capitis, quo oculos tegeret cum ictum ferientis exciperet, & accepit. Et per talem pœnam timoris sancti viri si quid restat purgandū emundantur. Vnde in vitas fratrum. Cum quidā deuotus frater fama sanctitatis celebris in morte multum timorem & horrorem ostendisset; pp quod aliqui dubitabant de pœnæ vel gloriæ retributione ipsius. Post mortē apparens cuidam suo familiari in habitu splendido insinuans se in gloria esse, interrogauit eum quare tm terrorem ostendit in fine. Qui rndit. Nescis scriptum esse. s. Iob penulti. Territi purgabuntur. Aliquando etiam ad roborandum animum & consolandum contra hunc timorē Deus consolationem immittit per angelorū apparitionē vel alium modum. ¶ Legitur in vitas patrum q̄ cum quidam sanctus vir desideraret videre qūo anima iusti egrederetur de corpore, fuit sibi per hunc modū o ñsum. Cum semel transiret per quandam plateam vidit quendā pere grinum iacentem infirmum ad extrema deductum, & ab oibus derelictum. Sed angelos de cęlo descēdentes ad eū consolandū sicut & de paupere Lazaro legitur in Euangelio. Michael aūt a dextris eius erat, & Gabriel a sinistris, qui rogabant aīam vt ex Dei præcepto de corpore egrederetur. Quę timebat corpus relinquere, & rogauit angelos vt pro se dnm interpellarent adhuc manere in corpore vt melius Deo seruiret. Michael aūt dicebat ad Gabrielē, Accipe huius aīam vt egrediamur hinc. Qui respondit. Iussi sumus vt sine dolore & violentia eam educamus. Quærebant ergo a dño q̄d agendum eis pro suaui egressione ipsius. Tunc misit dominus Dauid cum cythara sua seu psalterio, & cantoribus patriæ cœlestis. Ad cuius pulsum & cantum suauissimum anima subito exiliuit a corpore & cum gaudio in cœlum est recepta. Exēplū.

¶ Notandum q̄ in diabolo & membris eius timiditas erga Deū procedens ex superbia, sicut in Christo & membris eius. s. electis est timor domini ex humilitate procedens & ad ipsam tendens. Et hoc pulchre & diffuse ostendit Gregorius in 33. moral. tractans illud Iob penultimo. Factus est vt nullum timeret. Omne §. 4. Timiditas vnde oritur.

sublime videt. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. De Christo autem dr Esa. 11. Replebit eum spiritus timoris dñi, qui ait Matth. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et Matth. 10. Ita vobis dico hunc timete. s. Deum non mundum. Dicit ergo b. Greg. vbi supra sic per naturam factus est Leuiathã vt conditorem suum caste timere debuisset timore. s. subrio, & securo, non timore quem foras charitas mittit, sed timore qui in ęternum permanet, quem charitas generat. Aliter. n. timet coniugem vxor amans. Aliter timet domi num ancilla peccans. Sic ergo istæ fuerat conditus vt timeret auctorem suum, & amans timeret, & timens amaret. Sed sua prauitate talis factus est vt nullũ timeret. Et. n. a quo conditus erat subesse despexit. Ita. n. Deus super oĩa est, vt ipse sub nullo sit. Leuiathã ergo istæ eius celsitudinem videns prauam libertatem appetiit, vt præesse cęteris & nulli subesset dicens. Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo cuius eo ipso similitudinem perdidit quo ei esse similem superbiæ inculmine optauit. Celsus itaq; vere esset si participatione vere celsitudinis contentus fuisset, sed dum priuatam celsitudinem superbiæ appetijt iure perdidit participatam. Relicto. n. eo cui debuit inhærere principio, suum sibi appetiit quodammodo esse principium, relicto eo qui vere sibi sufficere poterat si sibi sufficere posset iudicaret. Nam quem exultabat libera seruitus deiecit captiua libertas, qua libertate nunc vt nullũ timeat, effrenatur. Sed ipsa grauiter effrenatione restringitur. Superno. n. iudicio omnia præordinante vinxit illum libertas quam appetiit, quia nunc omnino non timens omnibus pœnis subiacet, qui elemẽtis quoq; superesse poterat, si vnum quem debuit timere voluisset. Vnum vtiq; timens oĩa possideret, qui nunc vnum non timens oĩa perdidit. Factus est ergo vt nullum timeret, nullum scilicet quia nec Deũ. Sed hoc q̃ passurus est metuit, cui vtiq; fęlicius esset timendo vitare supplicia q̃ non timendo pati. Et q̃a ius quęsitæ p̃ãtis non obtinuit, quasi quoddam superbiæ suæ remedium infantiã insensibilitatis inuenit. Cuius adhuc superbia studiose describitur cũ subditur. Omne sublime videt. i. oĕs quasi infra se positos de sublimi respicit, quia dum per intentionem cõtra auctorem nititur æstimare sibi quælibet similem dedignatur.

Quod apte etiam membris eius construit, qa oĕs iniqui per timorem cordis elati, oĕs quos cernunt superbiæ fastu despiciunt. Et si quando foris venerantur, intus tamen in secreto cordis vbi apud se sua putatione magni sunt, omnium sibi vitam meritumque postponunt. Contra quos per propheram dicitur. Veh qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Et infra. Hoc aũt proprium electorum est, q̃ se semper sentiunt infra q̃ sunt. Vnde Salomon ad sapientiam parvulos vocat dicens. Si quis parvulus est veniat ad me. Et Christus Matth. 11. Confiteor tibi dñe pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Et Apostolus ad Philipp. 2. Superiores sibi inuicem arbitrantes. Sed hanc humilitatis formam reprobi, quia Leuiathan hmõi membra sunt vel agnoscere vel tenere contemnũt. Quibus sæpe accidit, vt si q̃n vnum quodlibet bonum vel minimum agant a malis omnibus suis respectu mentis mox auertant atq; hoc vltimum bonum quod fecerint semper bona intentione inspiciunt, & ex eo quasi se aspiciunt obliti malorum oĩum quę commiserunt. Sicut euenire econtra electis solet, vt cũ multarum virtutum gratia polleant, vnum eos uel tenue vitium nimis fatigatus pulset quatenus dum ex quadam parte sese confirmari considerant, de his viribus in quibus prævalent se non extollant, dũq; de infirmitate timent hoc quoq; vbi fortes sunt humilius seruant. Omne igit sublime Leuiathan videt, quia non solum per se, sed per corda quæ ceperit, quasi de sublimi oĕs inferius despicit. Dicitur aũt dæmon per bestiam signatus sublime videre quia cordis superbia dũ foris quæ ad corpus oñditur prius per oculos indicatur. ¶ Vt autem Leuiathã in oibus quæ dicta sunt caderet sola se superbia prætulit. Et ideo subdit. Ipse est rex super oĕs filios superbiæ. Neq;. n. per tot ramos illo vitio arescere, nisi per hac in radice putruisset. Scriptum est enim. Initium oĩs peccati superbia, alia quippe vitia eas solummodo virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur vt ira patientiam gastrimargia abstinentiã, libido cõtinentiam expugnat. Superbia aũt q̃ vitiorum radicem diximus, non vnius virtutis extinctione contenta contra oĩa membra aĩæ se erigit, & quasi generalis & pestifer morbus corrãpit oẽ corpus, vt quicquid illæ inuidente agitur et si esset virtus ostenditur, non per Deo sed vanæ gloriæ seruiatur. Quisquis in se eius tyrannidem captiua mente susceperit hoc primũ dãnum patitur, quo clauso mentis oculo iudicij æquitatem perdit. Nam oĩa quę ab aliis vel bene geruntur displicẽt, & sola ei quę vel prauę egerit placent. Sẽper aliena opera despicit. Semper miratur qd agit, & quicquid egerit egisse se

De effectu superbiæ.

se singulariter credit. Et ad tantam elationem mens ducitur aliqñ vt in eo q timet interius per locutionis ostensionem effrenat. Exemplũ ponit Nabuchodonosor cũ ait. Nõne hęc est Babylon magna q̃ ergo ędificaui? &c. Dani. 4. ¶Sed sciendũ q ipsa superbia q timor dñi humilians mentẽ prosternit aliter rebus infimis & terrenis tentat, aliter summis & cœlestibus virtutibus. Et aliter præpositos, aliter tentat, subditos plato. n. in cogitatione suggerit, qa solo vitæ merito super cæteros excreuerit, & si qñ ab eo aliqñ bene acta sunt aliqua. Hæc importune eius animo abiicit. Et cũ hæc Deo singulariter placuisse insinuat, quo facile suggesta persuadeat ipsa ad testimoniũ potestatis traditæ retributionẽ vocat dicẽs. Quia nisi oĩ potẽs Deus te meliorẽ his orbus cerneret oẽs hos sub tuo regimine non dedisset eiusq; mentem mox erigit & viles & inutiles eosq; q sibi sunt subiecti ostendit. At cõtra cũ subiectorũ corda superbia instigat hoc sũmopere agere nititur vt sua acta cõsiderare funditus negligãt & sẽp tacitis cogitationibus rectoris sui iudices fiãt. Et dum in eo quod reprehendere importune respiciunt in se quod corrigãt atrocius nunq̃ vident. Vnde & tanto atroicus pereunt quãto a se oculos auertunt. Aeqdẽ peccatores se asserunt, nec tamen tm̃ vt tam noxiæ in regimine personę, traderentur. Et dum eius actus despiciunt & ipsa præcepta contemnunt ad tantam insaniam deuoluũtur, vt Deũ res humanas curare non æstimẽt, quia ei qui quasi iure reprehendit, esse se cõmissos dolẽt. Sicq; cũ cõtra rectorẽ superbiunt, ẽt contra domini iudicia tumẽt. Et dum pastoris vitã diiu dicant ipsius quoq; sapientiã omnia disponẽtis impugnant. Sæpe autem rectoris sui dictis proterue obuiant, & tandem vocis superbiã libertatem vocant. Nam sicut quidam retinẽt ex metu, & tamẽ se tacere ex humilitate putãt ita & quidam loquuntur per impatientiã elationis, sed loqui tamen se credunt per libertatem rectitudinis. Et infra de cõditionibus malis & effectibus superbiæ ait. Soli ruinæ crescit qđ ædificant qui ante molã fabricę humilitatis fundamenta non procurant, ad quam. s. incitat timor. ¶Quod ostendimus ab intimis si paucis in exterioribus prodamus. Omnibus, enim apud se superba cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in lætitia, furor in mærore, in honestas in actu, honestas in imagine, erectio in incessu, rancor in responsione. Horum mens semper est ad irrogandas contumelias valida ad patiendum infirma. Ad obediendum pigra, ad lacescẽdos alios importuna. Ad ea quę agere debet & prędalet torpida, ad ea quæ agere non debet nec prędalet parata. Nec in eo qđ sponte non cupit nullis admonitionibus flectit. Ad hoc aũt quod clam cupit quærit vt cogatur, qa dum timet ex voto suo vilescere optat vim in sua voluntate pati. Et infra de remediis superbiæ. Qui de rebus temporalibus superbiunt audiant illud Esa. 40. Omnis caro fenũ & omnis gl̃a eius quasi flos feni. Audiant qui superbiunt de spũalibus quod dr̃ de faciẽtib. miracula. Mat. 7. Nescio vos. Discedite a me operarii iniquitatis. Audiant qui superbiũt de prælatione. Rectorẽ te posuerunt noli extolli, sed esto sicut vnus ex illis. Et illud Lu. 16. Recordare quia recepisti bona in vita tua. Audiant subditi superbiẽtes cõtra suos plátos. Obedite prępositis vestris, & subiacęte eis &c. Et illud. Non est cõtra nos murmur istud sed cõtra dñm. Et illud Apł̃i. Ro. 13. Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit. Audiãt simul oẽs. Deus superbis resistit humilib. ãt dat gratiã. Et alibi dr̃. Eccle. 10. Quid superbis terra & cinis? Cõtra hmõi languoris pestẽ, audiamus omnes qđ dominus dicit. Discite a me qa mitis sum & humilis corde Ad hoc. n. inuisibilis Dei filius nõ solum visibilis, sed ẽt despectus apparuit, ad hoc contumelias & irrisiones & passionum cruciatus tolerauit, vt superbũm, non esse hominem doceret & humilis Deus. Quanta ergo humilitatis virtus est pp quam solam veraciter edocendam is qui sine exterminatione magnus est vsq; ad passionẽ factus est paruus, quia. n. ortum nostræ perditionis se pbuit diabolus, instrumentum redemptionis nostræ inuẽta est humilitas Dei. Hostis. a. noster inter omnia cõditus, videri se sup oĩa voluit elatus, redẽptor noster magnus manẽs sup oĩa, fieri inter oĩa dignatus est paruus. Sed magis elationis rem deregimus & fundamenta humilitatis aperimus, si breuiter dicamus, qđ mortis auctor, qđ vite cõditor dicat. Ille ait. In cęlũ cõscẽdã. Iste p pphetã inqt. Repleta ẽ malis aĩa mea, & vita mea i inferno appropinquabit. Ille dicit. Super astra Dei exaltabo solũ meũ. Iste ait humano generi a paradiso expulso. Ecce venio & habitabo in medio tui. Ille dicit. Sedebo in monte testamenti in lateribus aq̃lonis. Iste ait. Ego sum vermis & non homo. Ille dicit. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo Iste cum in forma Dei esset nõ rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo, sed semetipsũ exinaniuit formã serui accipiens. Ille per membra sua dicit. Nescio dñm & Israel nõ dimittam. Iste per se ait.

Supr. pa. 2. ti. 3. c. 2.

Si dixero quia nō noui eum, ero similis vobis mēdax, sed scio eū sermonē eius seruo. Ille dicit Mea sunt flumina & ego feci ea. Iste vero nō posū ego a me facere quicquā. Ille omnia regna oñdit dicēs. Tibi dabo hęc oīa, & ꝙa mihi tradita sunt & cui voluero do illa. Iste dicit: Sedere ad dexterā vel sinistrā nō est meum dare vobis &c. Ille Eritis sicut dii. Iste dicit. Nō est verū nosse tēpora vel momēta &c. Iste p mēbra sua dicit. ¶ Nullū pratū sit ꝙd nō pertrāseat luxuria nostra &c. Iste aūt mēbris suis p̄nunciat dicēs. Plorabitis & flebitis nos &c. Ille nil aliud mentes sibi subditas docet quā celsitudinis culmen appetere, oīa æqualia mētis timore transcendere. Iste ad sputa palmas, colaphos, spineā, coronā lāceā ad crucē & mortē veniens mēbra sua monet dicēs. Si quis mihi ministrat me sequat. Quia igit mentes dominus regit humilium, & Leuiathan rex dicitur superborū, apte scimus ꝙa apertū signū repborū superbia ē, ecōtra humilitas electorū. Cū ergo, q̄ quisque habere cognoscit. s. sup̄biam vel humilitatem, sub quo rege militet inuenitur. Qui igitur sub rege humilitatis militāt se per pauidi & vndiq; circunspecti cōtra iacula elationis pugnant. Hæc omnia Greg. in fine. 34. moral. Ex qbus patet quomodo iusti timore vtātur ibi bonum, reprobi in malum.

¶ *De timore seruili. Cap 5.*

Timor seruilis quare dicitur.

QVartū timoris genus dī seruilis, ex eo p̄ habēs talē timorē, est similis seruo. Seruus.n. cōmuniter facit qd sibi p̄cepit dominus, & cauet sibi facere qd ei displicet, quia timet ne reprehēdat, ne verberet nō aūt ex amore quo sibi illud placeat. Est ergo talis timor in illis q̄ cauēt sibi a peccatis vt bona aliqua faciūt ne. s. illa mala faciēdo vel bona omittēdo incidant in pœnas infernales quas audierūt aliqñ vt legerūt eē grauissimas, vt ēt ne talia mala faciēdo quæ leges puniūt, illas pœnas a iudicib. illata sustinere cogant. Vñ dicit Isido. in libro ethymol. Factę sunt aūt leges vt earū metu humana coerceat audacia, & tuta sit inter reprobos innocētia, & in ipsis impiis formidato supplicio refrenet audacia, & nocēdi cupiditas, in decre. di. 4. Innumera eni homicidia, furta, & adulteria ppetrarēt nisi pœna mortis p hmōi posita hoies retineret. ¶ Hic itaq, timor bonus ē, ꝙa abstinere a malis vtiq; bonū ē Omne aūt bonū a Deo, vnde a spiritusancto pcedit, sed non est cū spiritusancto, idest cū gratia ꝙa nō diligit bonū propter se ex amore Dei & ipsius iusticiæ. Vellet eni sibi licere illud facere, quod & faceret nisi pœnam timeret sustinere, & ideo non est vere bonus. Vnde Aug. Qui ex timore facit præceptum (etsi bonum ē qd facit,) non tamē sicut debet facit. Et poeta. Oderūt peccare mali formidine pœnę. Et de hoc timore seruili intelligit illud. 1 Io. 1. Timor non est in charitate scilicet seruilis, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Est tamen vtilis, quia disponit ad charitatem, hoc autem notat beatus Aug. 23. q. 6. c. vlti. Cum per timorem gehennæ continet se homo a peccato si cōsuetudo iusticiæ, & incpit quod durū erat amari, & incipit timor excludi a charitate & succedit timor sāctus, hæc beatus Aug. sup̄ psalteriū. Et ideo vt dicit venerabilis. Gratianus. q. ea. §. vlti. quia humanæ naturæ est in ea quæ in dissuetudinem ducuntur ab horrore & consueta magna custodia diligere. Ideo flagellis tribulationum mali sunt cohibendi a malo & puocandi ad bonum, vt dum timore pœnæ malum in dissuetudinem ducitur abhorreatur, & bonū ex cōsuetudine dulcescat. Itē etiam beatus Aug. dicit super epistolam beati Ioannis. Sicut seta introducit linū, ita timor charitatem. Crescit charitas, minuitur timor de pę. di. 2. nota illud exemplum. Seta idest stula quę coniūgitur filo cum suitur corio calciamenti præcedit filum, nec intraret ni si illa educta. Sed male filum intraret corium nisi seta præcederet. Vnde beatus Tho. super. 4. sen. qd cōmuniter homines ex peccatis trahūtur ad pœnitentiam, & virtutes ex isto timore magis q̄ ex amore. Quāuis.n. amor virtutis & Dei de se magis deberet homines trahere ad bonū quā timor pœnæ, tamen quia peccatores habent gustum animæ infectum amore inordinato, ideo eis nō sapiunt bona spiritualia p̄ ut sunt, s. diuina bonitas, virtutes & huiusmodi. Sed mala pœnalia experiuntur quotidie q̄ naturaliter horrent omnes, ideo audiendo & recogitando pœnas grauissimas ad quas perueniunt homines propter peccata, & semper duraturas cauēt se ab illicitis ne in illas incurrant. Sume exemplum in infirmo fortiter febricitante, ꝙa enim gustus eius est humore sup̄fluo infectus nō habet & non sentit suauē saporem confectionum pullorum, vini optimi prout vere sunt sed ea quasi horret & fastidit. Sapiunt aūt ēi sibi & ea appetit quæ vilia sunt, & nociua, vt herbæ, fructus, aqua & huiusmodi Verum nisi vrgeatur nimia passione, abstinet se ab his quæ sibi sapiunt ne crescat infirmitas & mortē incurrat, & illa assumit q̄ sibi sunt grauia. Ne aūt victus passione capiat a se nociua cauet, quidet vt illa nociua ab oculis eius remoueatur. Sic infirmis anima peccatoribus, quia eis non sapiunt diuina, ppter

Timor seruilis bonus est.

febrem

febrem inordinati amoris ad terrena, in ſermonibus ſæpe tẽpore ſuo proponendæ ſũt pœnæ infernales, vt vel ſic talium timore a malis auertantur. Vnde Eſa. A timore tuo domine concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis. Et hic timor cauſatur ex fide, licet in formi ſm. b. Tho. 2. 2. Ex hoc enim q̃ quis credit pœnas infernorum & Deum iuſtum inferentem tales pœnas peccatoribus timet illas vt caueat ſibi. Sed q̃a iſte timor ſeruilis (vt dictũ eſt) nõ eſt in charitate, ideo nõ ſufficit ad ſalutẽ, & ideo pœnitẽtes p̃cipue in infirmitatibus gradibus oportet admonere ne ad pœnitẽdum & confitẽdũ, propter huiuſmodi principaliter moueãtur, nã inutilis eſſet ſibi talis pœnitentia hoc exp̃ſſe dicit beatus Aug. de pœ. di. 7. c. vlti. Non in ſolo timore viuit homo, quem ergo ſero pœnitẽtet oportet non ſolum timere Deum iudicem, ſed iuſtum diligere. Non tantum pœnam time at, ſed etiam anxietur pro gloria. Credo vtiq; illi qui dixit. In quacunq; hora ingemuerit ſci licet peccator, & cõuerſus fuerit vita viuet ſci licet gratiæ & gloriæ poſtea Conuerſum dixit non tantum verſum viuere. Verſũ q̃dẽ viuere puto, qui debet de crimine. cõuerſũ q̃ dolet de oi eius q̃ expoſuim⁹ varietate, vertit a peccato q̃ iã vult dimittere peccm̃. Cõuertitur q̃ totus & omnino vertitur, qui iã non pœnas timet, ſed ad bonum dominum feſtinat tendere. Quę conuerſio ſi contigerit alicui etiam in fine deſperandum non eſt de eius remiſſione. Sed quoniã vix vel raro eſt conuerſio tam iuſta, timendũ eſt de ſero pœnitẽte. Hæc ille. Cõfirmat hoc quoddã exemplũ q̃ narratur in li. de 7. donis. ¶ Quidã ſcholaris Pariſius ifirmatus ad mortẽ cõfeſſus eſt cũ multis lachrymis deuote ſuſcipiens oia ſacramenta ſm̃ humanũ iudiciũ, doctor autẽ eius frequẽter viſitãs eum in infirmitate rogauit cum vt ſi cõtingeret de hac luce migrari domino concedente, ſibi appareret ad reuelandum ſtatum ſuum, q̃ & promiſit. Eo igitur viam vniuerſæ carnis ingreſſo, poſt dies aliquot ei apparuit in lecto q̃eſcenti in chlamyde pergamenea plena ſophiſmatibus & igne foderata. Quem recognoſcẽs & interrogans de ſtatu ſuo. Reſpondit ſe fore dãnatũ. Cũq; ille mirare nimis, cãm quærens cũ ipſe cũ tãtis lachrymis pœnituiſſet in fine, & ſacra deuote ſuſcepiſſet. Reſpõdit ille. Pœnitẽtia mea & lachrymæ ille nõ fuerũt ex amore Dei, & pricipaliter propter Dei offenſam. Sed p̃p timorẽ inferni ne ad illũ deputare, & ideo mihi nõ valuit. Inq̃rens inſup magiſter cãm illius chlamydis. Reſpõdit q̃ ſibi hoc ſuppliciũ datũ erat pro ſup̃bia, & inani gloria ſuorũ argumentorũ & diſputionũ, q̃ ita ſibi põdera bat ac ſi haberet turrim ſupra ſe. Foderatura ignis ſibi erat põpa veſtiũ. Cũq; ille inquireret quomodo poſſet noſcere aliqualiter acerbitatem pœnæ grauiſſimę quã aſſerebat ſe pati. Dixit ille. Aperi manũ tuã & ſup eã imponã vnã guttã ſudoris ex fronte mea egredientis. Qd̃ cũ ille feciſſet & guttã paruã ſudoris imiſiſſet, perſenſit ille pœnã intolerabilẽ ad mortẽ quaſi inducẽtẽ. Tũc ille. Sic ardeo clamãs diſparuit. Ex qua viſione expoſitã ſcholarib. reliq̃t ſcholas & ſeculũ, & religionẽ ingreſſus deo ſuiuit.

Timor ſeruilis vñ cauſatur.

Exẽplũ.

¶C igit̃ timor ſeruilis q̃ reſpicit principaliter pœnã inferni vtilis ſit, quia facit hoiem a multis malis abſtinere, quanto oſtendit pœna illa eẽ grauior & horribilior, tanto magis habet timeri & caueri. Et iõ de grauitate eius videndũ eſt, infernum aũt eẽ ſeu pœna inferni q̃ parata, eſt malis oibus poſt ſeparationẽ aiæ a corpore, qui peccato originali cũ quo omnes naſcimur actualia peccata & mortalia addiderunt in perpetuũ animabus q̃dẽ eorũ imediate egreſſis de corpore, corporib. aũt ipſis poſt vltimã reſurrectionẽ ſimul ab animab. eorum reſumptis cruciãdis articulis eſt fidei implicitus & compræhenſus in vltimo ſymboli cũ dicitur vitã æternam. Vnde dominus Ieſus Io. 6. ait. Venit hora quando omnes qui in monumẽtis ſunt audient vocẽ filii Dei & qui audierint viuent. Et qui bona fecerunt ibunt in reſurrectionem vitę. Qui vero mala egerunt, in reſurrectionẽ iudicii. i. danationis, de qua idem ait. Mat. 25. Se reprobis dicturũ per ſentẽtiam. Diſcedite a me maledicti in ignẽ ęternũ q̃ parat⁹ eſt diabolo & angelis eius. Athanaſius. Hæc eſt fides catholica q̃ niſi q̃ſq; fideliter firmiterq; crediderit ſaluus eẽ nõ poterit. Sicut. n. diuina iuſtitia quæ reddit vnicuiq; ſm̃ opa ſua nullũ bonũ patit irremuneratũ fore, ita & nullũ malũ impunitũ, & ſicut aia nõ peccat niſi in corpe exiſtẽs, nec corpus ſine aia, iõ ſimul in vtroq; punit. Et q̃a peccatũ prius cõcipit aia q̃ corpe ꝓpetret, aia ipſa prius punit .ſ. imediate poſt ſeparationẽ. In corpe aũt poſt reſurrectionẽ generalẽ. Et q̃a quantitas pœnæ correſpõdet quãtitati ſeu grauitati culpæ ſm̃ illud Deut. 25. Scd̃m menſurã peccati erit & plagarũ modus. Grauitas aũt culpæ ſeu offenſę attẽdit ex qualitate p̃ſonæ offenſæ & ex volũtatis inordinatione & fictione. Quãto. n. perſona offenſa eſt dignior, tãto grauior eſt offenſio. Et quia Deus qui offenditur per quodlibet peccatum præcipue mortale, quia creatura p̃ hoc auertit a Deo eſt infinitæ dignitatis & bonum infinitum meretur talem pœnã infinitã.

§. 1. De grauitate pę nę infernalis.

Infinita

Pęna infernalis est perpetua.

Infinita autem esse non potest intensiue, quia consumeretur creatura seruat̃ infinitas in extensione, quia scilicet semper durat talis pæna cũ sit ęterna. Et quia etiam cũ voluntate fixa in tali peccato perseuerat vsq, in finẽ vitæ & postea in perpetuum, ideo & dum ꝑmanet culpa semꝑ durat & pæna. Vnde Gre. in lib. 4. dial. Voluissent iniqui sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare: Ostendunt hoc quia semper viuere in peccato cupiunt q̃ peccare non desinunt dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam pertinet iudicantis vt nunquam careat supplicio qui dum viueret nunquam voluit carere peccato de pæ. di. 1. Per quodlibet autem mortale (nisi pæniteat) hanc pænã ĩfernalem homo iucurrit. Et hinc est quod ait Ia. Apostolus in cañ. epistola. 2. Qui totam legem seruauerit, offendat aũt in vno factus est oium reus. Hoc exponit glo. super capitulo. 1. de pę. di. 5. tripliciter. Vno modo sic, qui offendit in vno, scilicet & præceptorum legis, scilicet faciens contra præceptum, ita pro illo dãnabitur sicut etsi omnibus peccatis inuolutus esset. Talis est expositio Inno. de pę. di. 6. cap. vlti. Ista tamen similitudo est in genere quo scilicet ad damnationem nõ in specie quo ad quantitatẽ pęnæ nam vnum quodq; habet suam pęnam. Vnde qui plura perpetrauerit acerbius punietur. ¶ Secundo exponitur sic. Qui offendit in vno factus est omnium reus, omnium scilicet virtutum, quia omnes amittit, quoniam omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Nam siquis cadit in auaritiam, largitatem destruit & charitatẽ minorauit, Amore enim pecuniæ, vel violaret charitatem vl̃ saltẽ minus amaret, & sic in aliis. Hęc ẽ expositio Augu. de pænit. di. 5. c. 1. ¶ Tertio modo sic. Qui offendit in vno, idest in charitate quę vnum nos facit cũ Deo, factus est omnium reus, idest omnium beneficiorum ingratus. Ingratus enim extitit qui plenus virtutibus Deũ omnino nõ timuit. In hoc fit quisq; culpabilior quo ẽ Deo acceptior. Et hoc etiam. b. Aug. de pæ. di. 5. vbi supra. Offendit autem in charitate qui mortaliter peccat, quia quodlibet mortale est contra charitatem Dei vl̃ proximi ſm Tho. in sum. & ideo scilicet ꝙ quodlibet mortale sit sufficiens ad pęnam subeundam infernalem dicit. b. Augu. in Homel de igne purgatorii. Postquã enĩ numerauit multa mortalia subdit. Quicunq; aliquod de istis peccatis scilicet mortalibus in se dominari cognouerit nisi digne emendauerit, & a peccatis ipsis abstinuerit illo transitorio igne, de quo Apostolus ait: ipse tamẽ salus erit quasi per ignem. 1. Corin. 3. Purgari non poterit, sed ęterna illũ flamma sine vllo remedio trucidabit dist. 25. §. alias ea.

§. 2.

Infernũ esse probat̃ multipl̃r.

¶ Esse aũt infernũ & punitionẽ malorũ in alia vita, non solũ sacra scriptura veteris & noui testi hoc docet aperte, sed & dicta doctorũ sanctorum, ac etiam plurium ethnicorum, & communis ratio humana, infernum & malorũ punitionem esse demonstrant. Hoc Patriarchæ docuerunt dixit enim Iacob. Descendam lugens ad filium meũ in infernum. Geñ. 37. & loquebatur de Ioseph quem existimans deuoratum a fera, quia filii eius miserant ad eũ tunicam suam tanquam inuentam a casu sanguine cruentatã inconsolabiliter deflebat, vt dicit b. Aug. ꝙ timuit Iacob ne tanto dolore absorberetur mens eius ꝙ propter nimiã tristitiam descenderet ad locum damnatorum. Moyses quoq; dux populi Israel primus dixit Dathan & abyron maioribus natu de tribu Iuda contemnentibus mandata eius. Descendãt in infernum viuentes. Num. 16. Quod impletum est. Nam vt dicit Ps. 105. Aperta est terra & deglutiuit Dathan & operuit super cõgregationẽ Abyron. Prophetę idem firmauerunt. Dicit enim Iob. 7. c. Qui descenderit ad inferos non ascendet. Idem. c. 13. Vadam & non reuertat (ait in persona damnãdi) ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine terrã miseriç & tenebrarũ, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Huius expositionem habes in prima parte, Dauid eximius prophetarum psal. 85. Misericordia tua domine magna est super me, quod declarat. Eruisti animam meam ex inferno inferiori, scilicet loco damnatorum, ad quem locũ descendisset merito peccatorũ adulterii & homicidii, nec ex sua se virtute vnquã potuisset exire. Vnde in alio psal. 92. ait. Nisi quia dominus adiuuit me scilicet misecordiæ gratia pręueniente, paulominus habitasset in inferno anima mea, nõ recedẽdo, scilicet a peccato Idem psal. De damnato peccatore ait. Frater. non redimet scilicet talis. Frater scilicet Christus redimet homo. q. d. Nõ. Nã si Christus, non redimit, idest non liberat talis, multo minus purus homo. Non dabit Deo placationẽ suam, talis damnatus per quæcunq; quæ fecerit de genere bonorũ vl̃ eleemosynas & præciũ redemptionis animę suę laborabit in æternũ in penis sciliect & viuet adhuc in finem, & infra. Sicut oues in inferno positi sunt vnus super alium constipati mors depascet eos, & dominabuntur eorum iusti &c. Esaias de Lucifero ca. 14. Detracta est ad inferos superbia tua concidit cadauer tuũ. Cadauer Luciferi sunt

Supr. par. 1. 5. c. 3.

omnes

oēs reprobi, in qbus vitijs ſętentibus vt cadatur habitat per effectū malitiæ q tandē ſimul cū eo cadūt in infernum, & c.vl. Ignis eorū nō extinguet & vermis eorū nō morietur. Apli hoc p̄dicauerunt 2. Pet 2. Rudentibus inferni detractos in tartarū &c. & Io. Apoc. 20. Infernus & mors dederūt mortuos ſuos. Deniq; ipſa ueritas Dei filius & cōfidentius hō ambularet ad veritatē. ſ. fidei ait. Veh tibi Corozaym. Veh tibi Bethſaida, & infra. Veruntū dico vobis Tyro & Sydoni remiſſius erit in die iudicij q̄ uobis. Et tu Capharnaū, nunq̄d in cęlū exaltaberis vſq; in infernū deſcendes? Mat. 11. b. Aug. Hoīe aſſumpto nō Deo cōſumpto veniēs fundauit & ſtabiliuit fidē, annūcians nō ſolū p̄mia iuſtorum, ſed & ſupplicia reproborū Matt. 25. Ibūt hi. ſ. iniqui repulſi ab eo in ſuppliciū ętern̄, iuſti āt in vitā æternā, & Mat. 13. In cōſummatione ſæculi exibūt angeli & ſeparabūt malos de medio iuſtorū & mittent eos in caminū ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Exēplū āt non parabolā tm̄, ſed hyſtoria verā iudęis propoſuit, diuitis Epulonis qui induebaī purpura & byſſo & epulabaī quotidie ſplēdide. Qui dives mortuus ſepultus eſt in inferno. Et cū cruciaret in illa flāma & guttā aquę poſtulaſſet ad refrigerandā linguā, obtinere nō valuit Lu. 16. Hoc idē cuilibet mente bene diſpoſito rō ſuadet. Nā quilibet rex & princeps ciuiliter ordinatus in regimine ſuo, hēt tria loca manſionū. Habet aulā regiā ad amicos & ſodales & filios recipiendū delectandū & ſecreta ſua eis reuelandū. Et ille locus dēt eſſe pulcherrimus & honeſtiſſimus bene mundus & ornatus. Habet & alū locū magis infimū vbi fiūt neceſſaria a ſeruis, vt coquina, ſtabulū, & hmōi. Eſt & tertius locus infirmor & abiectior, vbi eſt carcer reorū. Primus locus eſt cōmēſaliū & amiciſſimorū regis. Secundus ſeruorū & iumentorū. Tertius malefactorū & debitorū. Cum igitur dñs Deus ſit rex regū & dñs dñantium. Apoc. 19. ordinatiſſimus ex infinita ſapientia & iuſtiſſimus decens eſt vt habeat tria loca. Primus eſt cęlū vbi manifeſtat gloriā ſuā amicis ſuis & filijs adoptiuis videntibus eū facie ad faciē, vnde reficiunt ineffabiliter eius fruitione. Secundus locus eſt mūdus iſte vbi diuerſa exercent officia & labores & a ſeruis ſuis ac ēt iumenta horum irrationaliū ab eo paſcunt. Et cū locus iſte plenus ſit labore & erūna, tn̄ tāta eſt hoīm cecitas, vt ēt ſubſentibus delitias putent inq̄t Iob. Sed ſi iſta parua bona huius vitæ cū tanta anxietate mixta ita delectant & placent hoīes in eis cōſtituant finē ſuū, quanto magis debet hoīes allicere excellentia & ſumma perfectio bonorū ſuperne habitationis? Tertius locus eſt infernus vbi rei & iudicati arctant vt malefactores in carcere. De quo Eſa. 29. Cōgregabuntur ſicut in cōgregatione vnius faſcis, & claudent in carcere perpetuo. Pōt & alia rō adduci. Quanto. n. in aliquo dño plures & maiores virtutes relucent, tanto glorioſior apparet, & inde magis laudatur. Iuſtitia āt eſt maxima & excellens virtus, & vt dicit Cicero & phūs. Mirabiles ſplendores ſunt in ea, nec heſperus nec lucifer eſt ita clarus. Cū ergo in Deo manifeſtat potētia in rerū creatione. Sapiētia in mundi gubernat oē. Charitas & miſericordia in redēptione & glorificatione. Vt ēt appareat iuſtitia in Deo oportet vt ſit infernus in quo crucient mali &c. Sancti doctores hoc aſſerunt in ſuis doctrinis b. Aug. de pę. di. 7. c. vlt. Qui impęnitens moriī oīno moriī & æternaliter cruciat. Ob hoc ſine fine torquet, qa nunq̄ virtute dotatur, ſp plenus iniquitate ſp ſine charitate, torquet ſine fine. Idē in alio loco. Veh illis qbus præparat dolor vermiū, ardor flāmarum, ſitis ſine extinctione, ſtridor dentiū, lachrymę oculorū, tenebræ exteriores ſine luce, pęna interminabilis. Vbi nō eſt vllus honor ſiue agnitio proximi, ſed continuus dolor & gemitus. Vbi mors appetit & nō dabitur, vbi nō eſt honor ſeruorū & regis, nec dñs ſup ſeruum, nec mr̄ diligit filiū aut filiā, nec filius honorat patrē, vbi eſt oē malū, & oīs indignatio & fętor & amaritudo abūdat. Itē Greg. in li. moral. In inferno eſt frigus inſuperabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fętor intolerabilis, tenebrę palpabiles, flagella cedentiū, horrida viſio dęmonū, confuſio peccatorū, deſperatio oīm bonorū. Itē. Proſp in li. de vita cōtēplatiua ait de pctōribus. Quid eis ꝓdeſt humanū vitare iudiciū, cū ſi in malo pſeuerauerint ituri ſunt in ęternū, Deo retribuente ſupplicium. Qui ſi ſuiipſi iudices fiāt, & veluti ſuę iniqtatis ultores. ſ. pęnitędo tpalibus pęnis mutabūt æterna ſupplicia, & lachrymis ex vera cordis cōtritione fluētib. reſtringēt ęterni ignis incendia de pę. di. 1. facilius. ¶ Exēpla ſunt plura. Iuuenis ille quē ſuſcitauit Io. Euāgeliſta retulit cūctis qui aſtabāt populis audiētibus de pœnis inferni quas viderat in alio ſęculo illos meruiſſe quos pœnituerat mūdū reliquiſſe. Tres iuuenes quos legīt ſuſcitatos poſt mortē Hieronymi meritis eius poſita tunica ſup eos referebāt de pęnis intolerabilibus inferni Gre. in 4. dial. narrat multa exēpla de pœnis inferni &c. Platonici philoſophi ait Aug. 21. de ciui. Dei. impunita nulla volunt eſſe pctā. Hinc Maronis 1. Virgilij in 6. Eney. Illa ſnīa de aīab⁹ ſeparatis a corpo-

Eſſe infernum ſuadet ratio.

Patet exēplis p̄mis.

§ 5 §

Concordat ad hoc tex. in l. ita vulnerat⁹. ff. ad l. aquill. & ibi Flor. de Sac. Per.

a corpore ait. Hinc metuũt, cupiũt, gaudentq; ꝙ dolẽtq;. Nec auras respiciũt clausę tenebris & carcere ceco. Quin & supremo cum lumine vita teliquit. i. cum recedunt de vita ista. Non tñ omne malũ miseris nec funditus oẽs. Cortpore excedũt pestes pęnitusq; necesse est. Multa diu concreta modis mollescere miris. Ergo exercentur pęnis vete umq; malorũ. Supplicia expendunt, aliæ panduntur inanes. Suspensæ ad ventos alijs sub gurgite vasto. Infectũ eluitur scelus aut exuritur igni. Hæc ille. Ex qbus verbis oñditur peccata in alia vita puniri q̃uis non perfecte isti intellexerint infernum, prout fides fatetur ex scripturis diuinis, Iudęi quoq; & Saraceni in sua lege habent malos in alia vita puniri varijs modis plus & minus.

§. 3. ¶ Septem sunt quæ ostendunt grauitatem pęnæ infernalis ex quorum considerationę insurgit merito in homine timor seruilis. Et quæ etiam ipsi damnati videntes, scilicet per experientiam turbabuntur timore horribili, & in subitatione insperatæ salutis præ anguștia spiritus gementes & pœnitentiam agentes, ut dicitur Sapien. 5. Sed pœnitentia illorum inutilis. Descendent ergo in infernum viuentes ait propheta psal. 54. scilicet dum uiuunt descendant, ad infernum, considerando illas pœnas timẽdo pñam agant & ipsa erit fructuosa.

¶ Primum ergo est loci ipsius qualitas.

¶ Secundum est pœnarum quantitas.

¶ Tertium est tortorum atrocitas.

¶ Quartum est animarum infęlicitas.

¶ Quintum est corporum pęnalitas.

¶ Sextum diuinæ iræ implacabilitas.

¶ Septimum omnis boni egestas.

¶ Quantum ad primum sciendum, ꝙ sm diuersa nomina talis loci quæ habentur ex sacra scriptura vel etiam ex libris gentiliũ, comprehenduntur horribiles, & timendæ qualitates loci infernalis. Primo enim talis locus dicitur infernus, quod nomen est vsitatius alijs Ecc. 51. Vita mea erat appropinquans in inferno deorsum. Dicitur autem infernus ab infra, quia est infra, idest subtus terram in centro eius. Vnde & maxime distans a cœlo, ibi enim est locus inferni, quoad situm, vt dicitur communiter & creditur. Cum. n. Christus secundum articulum fidei descenderit in mortę secundum animam eius ad inferos, ad limbum videlicet partum, iuxta quem quantum ad situm est purgatorium & postea limbus paruulorum qui cum originali decedunt. Sub his omnibus infra est locus damnatorum secundum b. Tho. & alios in 4. Esa. 30. dicitur. Vallis Tophet præparata est ab heri. i. ab initio, a rege. s. Deo præparata profunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna multa, s. peccata quæ secum portant homines, flatus dñi quasi torrẽs & sufflans in illum. Flatus dñi est iustitia sua Tophet interpretatur gehenna pauoris pp hoc etiam. s. quia in profundo loco dr abyssus, quæ importat voraginem, cuius fundus non vr, vnde legio dęmonum quæ inuaserat quændã obuiantem Christo rogabat Iesum ne mitteret in abyssum. i. locum inferni sed pmitteret eiecta ab obsesso intrare in gregem porcorum vicinum loco. Qui permissi in illos ingressi cum impetu in mare eos immisę runt Luc. 8. ¶ In vitis patrum legitur ꝙ cum b. Macharius per heremum ambularet inuenit caluariam hois quam virga sua tangens interrogauit quis in vita præsenti fuisset. Cui rñdit ꝙ fuerat sacerdos gentiliũ in eo loco adiiciens ꝙ quantum distabat cœlum a terra tantã habebat de igne super caput suum cum aliis paganis. Et tantũdem ab infra sub eo esse ignis in quo cruciabant mali Christiani & qui Christum negauerant. Et ideo bene dr Eccl. 1. Profundum abyssi. i. inferni qs dimensus est? q. d. nullus nisi Deus aut forte diabolus. ¶ Et ad hoc facit quod legitur in li. de septem donis, videlicet ꝙ cum quidam magister annuatim faceret solemne festum in Natali b. Bartholomęi Apostoli ob eius deuotionem singularem multos inuitando, celebrando, & prędicando, cum prædicaret intrauit ecclesiam in speciem cuiusdã speciosissimę & ornatissimę dñę diabolus, & sedit ante oculos dicti magistri qui in eum oculos iaciens excitauit cõcupiscentiam eius. Et finito sermone fecit eam inuitari cum aliis ad prandium, quæ cum aliis residens nitebatur magis ac magis aĩum suum accendere in sui amorem. Sed b. Bartholomęus patronus eius a periculo cum liberauit. Nam in spẽ peregrini apparens, portam domus pulsans, rogauit vt amore S. Bartholomæi introduceretur ad magistrũ illum. Quod cũ non fieret dissuadente dña, misit ei panẽ quẽ accipere rẽnuit, sed rogauit vt vel saltem per nunciũ sibi rñderet, quid esset maxime propriũ homini. Rñdit magister ꝙ esset risibile. Sed dña illa adiecit ꝙ magis propriũ esset peccatũ, quia hõ concipit, nascitur, & viuit cum eo. Rñdit peregrinus ꝙ bene dixerat magister, sed dña melius. Propositum & secundã quęstionẽ, interrogans qs esset locus vnius pedis ubi dñs in terra plura fecisset mirabilia? Rñdit magister ꝙ erat locus vbi affixa fuit crux Christi quando operatus est salutem in medio terræ. Sed dixit domina ꝙ non illud erat, sed facies hominis siue caput

Loc⁹ dãnatorũ dr infernus.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

put in quo quasi est minor mundus. Approbat Apostolus sententiam domini magis q̃ magistri. Tertiam quæstionem ei fecit, videlicet q̃tum distat a summo cęli vsq; ad profundũ inferni. Cũq; magister hæsitaret super hac re nec quid responderet occurreret, respondit dominа illa, ideſt diabolus. Modo bene video q̃ detegor. Ego hoc vtiq; bene noui q̃ de altero ad alterum descendi. Et hoc oportet q̃ tibi nunc ostendam, & diabolus cum magno sonitu & eiulatu in abyssum se præcipitauit, & peregrinus nusq̃ comparuit. Aliud simile legitur de Andrea apostolo, licet non in toto. Secundo dr talis locus damnatorũ caminus ignis Mat. 13. Sic erit in cõsummatione sæculi. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorũ & mittent eos in caminum ignis. In camino duo considerantur ignis ad infra, & fumus supra obscurus, propter ignem intelligitur gehẽna Christus. Melius est tibi vnũ oculum habẽtem vel vnum pedem introire in vitam, quã duos oculos habentem vel duas manus vel pedes habentem mitti in gehennam Mat. 18. Et dicitur gehẽna quasi generans ignem vel generans Ethnam, qui est mons in Sicilia ignem eructans. Et interpretatur vallis tristitiæ, qa ex cruciatu eius anima habet magnam tristitiam & dolorem. Cum enim anima considerat se detineri & quasi alligari a re infima, cum ipsa sit nobilissima magna tristitia absorbetur. Naturaliter enim ignobile nõ habet virtutem in nobilius, sed econtra. Sed vt instrumentum diuinæ iustitiæ ignis agit in animam dãnati, nõ cõsumẽdo, sed affligendo per modum deterionis vel inflictionis. Vnde dominus per Moysen. Deut 32. Ignis succẽsus est in furore meo & ardebit vsq; ad inferni nouissima. i. vindicta seu punitio peccatoribus hic incipiet multis modis crucians peccatores, & postea in inferno plenior erit. Hic ignis (ait b. Augu.) miro modo est grauis, excellit enim omnem pœnã quam vnq̃ aliquis expertus est in vita ista di. 25. §. alias. Etsi hoc dicit b. Aug. de igne purgatorii, multo magis intelligendum est de igne inferni cum grauior sit pœna inferni q̃ purgatorii sine comparatione. Caminus ex parte superiori habet obscuritatem fumi, vnde & tenebrositatem. Et propter hoc dicitur etiã locus ille tenebræ exteriores Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Dictũ fuit a rege de eo qui in nuptiis non fuit cũ veste nuptiali, & significat quẽlibet qui in ecclesia manet sine charitate. Quamuis enim ibi sit ignis nõ tñ lucet eis. Sed est obscurus sicut flãma in lignis humidissimis est obscura propter fumũ Apoc. 9. De fumo putei obscuratus est aer, idẽ ascẽdit fumus tormẽtorũ eius in sęcula sęculorũ. In huius figurã legitur Exo. 10. de tenebris a Deo immissis Egyptiis obduratis, q̃ vir nõ est motus de loco suo, nec cognouit frater suus pp tenebras horribiles & palpabiles, & Sap. 17. dr. Nulla vis ignis poterat illuminare noctẽ illã horribilẽ aut limpidę sydera flammę, sunt ergo tales ille tenebræ cũ ignæ vt aliquid luceat ad dãnatorũ maiorẽ cõtristationẽ & nõ ad cõsolationẽ. Vnde b. Greg. in li. moral. Illa vltrix flãma vitiorũ cõcremationẽ quidẽ hẽt, sed lumen non habet. Ille ignis ad consolationẽ lumẽ non habetur luceat, sed tñ vt magis torqueat ad aliquid lucet, nã sequaces suos in tormẽto secũ reprobi visuri sunt, quorũ amore deliquerũt. Hæc ille. Experimur quotidie q̃ sicut dulce lumẽ & delectabile est oculis videre solẽ, vt dicit Salo. ita manere diu i tenebris est valde tediosum, vt cũ noctes sint prolixe vt in hyeme nisi lumẽ adsit attrediatur homo & similiter qñ diu aer est nubilosus, quid aũt cum semper tenebræ sint duraturæ? ¶ Narrat Greg. in li. dial. q̃ quidã solitarius sanctus homo qui busdã Romanis nauigantibus & applicãtibus ad insulam in qua morabatur, ac visitantibus eum audita fama sanctitatis eius, retulit. Theodoricum regem Italiæ esse defunctum narrãs se vidisse in spiritu ipsum Theodoricum pessimum tyrannum duci discalciatum vinctis manibus & proijci in ollã vulcani a Papa Ioanne quem in custodia carceris affligendo occiderat, & Symmacho patricio quem iniuste ferro trucidauerat. Refert etiam beatus Gregorius idem. Quod quidam miles Romanus eductus a corpore & postea cito rediens narrauit se vidisse pontem altum & arctum sub quo currebat fluuius nigerrimus, & caliginosus nebulam fœtoris intolerabilem exhalans, vltra quẽ pontem vidit prata virentia & florentia suauissimi odoris quo reficiebantur & satiabantur perambulantes & habitantes illic dominicæ lucis plenæ erant mansiones ibique miræ potentię ædificabatur domus aureis latercu lis. Et alii homines alias domos ædificabant diuersæ ętatis & sexus iuxta ripam fluminis habitacula aliqua tangebantur a nebula fętoris. Aliqui vero de ponte labebantur in fluuium. Iusti vero transibant. Ibi vidit Petrum maiorem familiæ ecclesiasticę multo ferro depressum & demersum in flumine. Dictũq; est q̃ iõ hoc patiebatur, quia plus erudelitatis desiderio q̃ obedientia vel corrigendi zelo plagas inferebat. Vidit & quendam peregrinum sacerdotem

Infernus dr caminus.

Ethna uallis tristitiæ.

dotem cū magna celeritate & ſinceritate tranſeuntem. Vidit & Stephanum quēdam cuius pes dum vellet tranſire per pontem lapſus eſt, & a teterrimis viris ex flumine ſurgentibus ex media parte corporis a ponte eiectus trahebatur per coxas inferius. Sed quid de eo poſtea actum ſit ignorauit. Erat quippe vir ille laſciuus & luxurioſus; & ideo per coxas trahebatur. Erat & eleemoſynarius, & hoc eum tenebat ſuſpēſum. Eſt ergo locus igneus & tenebroſus ſeu nebuloſus. ¶ Tertio eſt locus intemperatus. Vnde dicitur auernus. De hoc nomine patet in hymno Et auerni iguibus ipſi cremēmur acrius. Et Virgilius in Eneidos 6. Facilis deſcenſus auerni. Sed reuocare gradus ſuperaſq, euadere ad auras hoc opus hic labor eſt. Et dicitur auernus quaſi ſine materia temperamenti, quia erit ibi qualitatum inequalitas. Nulla temperies erit ibi, ſed omnia ſeuient quaſi in ſummo gradu. Ignis ardore vehementiſſimus, frigus intenſiſſimum, & ſic de aliis Sap. 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos Iob. 24. Ab aquis niuium tranſibunt ad calorem nimiū. Qui dolor quantus ſit aliquantulum poſſunt intelligere lotrices pannorum, quæ tempore hyemis de riparia, congelata veniunt ad ignem. Vnde b. Greg. in 11. moral. tractans illud Iob. 10. Vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat. inquit. Ideo null⁹ ordo, q̄a miſeris erit mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectione. Mors enim. i. pena mortalis ibi viuit finis ſemp incipit, defectus deficere neſcit. Quia mors peribit & non extinguit, dolor excruciat, ſed nullatenus dolorē fugat. Flāma cōburit, ſed nullatenus tenebras expellit. Et ita ſupplicia ordinem non hñt, quia non ſuā per oia qualitatem tenēt. ſ. ſicut hic. Sempiternus quoq; horror ibi inhabitat, quia hic flamma quæ ſuccēdit illuminat. Ibi ignis ille crucians obſcurat. Hic metus amittitur, cum tolerari incipit quod timebatur. Illic & dolor dilaniat & pauor anguſtiat. Horrendo igitur modo tunc erit reprobis dolor cum formidatione, flāma cū obſcuritate. Et quia a voluntate ſui cōditoris diſcere pauit peccator, ideo a ſuis qualitatibus tormēta diſcordabunt, hęc b. Greg. Et quia Apls dicit ad Rom. 13. Quæ a Deo ſunt ordinata ſūt, locus autem auerni ſiue inferni a Deo eſt paratus, ideo & ibi vtique ordo eſt diuinę prouidentię. Ordo autem diffinitur ab Auguſt. 19. de ciui. dei, eſſe parium diſpariumq, rerū ſua vnicuiq; loco congruenti tribuens diſpoſitio. Locus conueniens grauibus eſt terra. Et quia reprobi quorum iniquitates, vt ait Pſal. 37. Sicut onus graue grauatę ſunt ſuper eos, cum ipſo grauamine hinc recedunt, apte in centro terræ collocantur auerni. Et quia paria peccata pari pœna puniuntur, & ſimile cum ſimili apte collocatur. Ideo dicit dominus, colligite zyzania in faſciculos ſuos ad comburēdum vt auari cum auaris, ſuperbi cum ſuperbis, luxurioſi cum luxurioſis collocati ſint, ſicut & hęc conuerſati. Et quia ſicut omnium rerum deus, ita & pcōrum & ſuppliciorum nouit mē ſuram, vt menſura grauitatis pęne ſit ſm mēſuram quantitatis culpę, dicente domino miniſtris ſuis Apoc. 18. Quantum ſe exaltauit & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. & Sap. 6. Fortioribus ſcilicet maiori, deformitate voluntatis peccantibus, fortior inſtat cruciatio. Ideo qui abundantius peccauit & grauius ordo diuinę iuſtitiæ grauius punit. Sed intelligitur ibi non eſſe ordo, quia non ſeruans ille res ordinem illū quē hic habuerunt, ut flamma ignis quæ hic comburit & illuminat non autem ibi. Sed nec ibi ſeruabitur, qđ videlicet communiter dicitur in 6. Enei. Solacium eſt miſeris ſocios habere pœnarū. Vnde dicit beatus Auguſtinus. Non hi quos monemus agere pœnitentiam quærunt ſibi comites ad ſupplicia, nec gaudent quia multos habebunt ſibi ſimiles. ſ. in pœnis. Nam non propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt 2. q. 1. multi. Immo plus cruciabuntur, & precipue quoad eos quos ſuo exemplo vel occaſione traxerunt ad malum. Et propterea dives ſepultus in inferno petebat mitti Lazarum ad monendum fratres ſuos, vt agerent pœnitentiam, ne irent ad locum tormentorū, non quia ex charitate compateretur eis, ſed quia maius ſibi parabatur ſupplicium ex damnatione fratrum cum exemplo vł aliis modis eſſet occaſio peccatorum illorum. Sicut enim ex multitudine vbi eſt ordo reſultat pulchritudo quæ delectat, & quāto maior multitudo, tāto maior pulchritudo & delectatio, Ira vbi nō eſt ordo, quāto maior multitudo, rāto maior confuſio & afflictio in eis. Quanta autē ſit multitudo damnatorum; de facili poteſt perci pi, ex eo quod Chriſtus dicit Matth. 7. Lata eſt via quæ ducit ad perditionē & multi incedunt p eam. Et arcta & anguſta via quæ ducit ad vitam ſcilicet virtutū, & pauci vadunt per eam. Omnes infideles ad infernum tendunt. Et fideles chriſtiani ſimiliter qui mandata dei non ſeruant. Et his plenus eſt mundus. Timere ergo eum Matth. 10. c. qui poteſt animā & corpus perdere in gehennam, quæ eſt locus intemperatus, inordinatus, & horridus. ¶ Quarto eſt

Dicitur Auguſtinus.

Diffinitio Ordinis.

Quare dives Epulo volebat fratres ad moneri p Lazarum.

Dr & lacus, & puteus.

to est locus fœtidus & immundus, & propterea dr lacus & puteus psal. 49. Eduxit me de lacu miseriæ & de luto fecis, i. de inferno in quem quis se proicit merito cū peccat mortaliter, sed inde exire non valet nisi educatur a Deo per gratiā suā. Dr & puteus Apoc. 9. De puteo abyssi obscuratus est aer. Et pōt dici puteus a puteo. i. a fœtore. Est. n. quasi latrina mundi & quasi sentina, vbi oēs sordes confluunt. Vnde dicit Basilius q̄ dns in fine mūdi purgabit oia elementa & omnem immundiciam eorum & virtutem læsiuam proiiciet in infernum. Vt cloacam ad pœnam damnatorum. Qualitates eorum delectabiles in eis remanebunt ad gloriam beatorum & eorum decurem, sicut ignis habet comburendo viua affligere, habet & illuminare. Virtutem ergo afflictiuam proiiciet in infernum, illuminatiuam sibi dimittendo. In hmōi locis manent frequenter serpentes, dracones, & vermes Deute. 32. Dentes bestiarū immittam in eos cum furore trahentium super terram atq; serpentium & Esa. 14. Subter te sternetur tinea & operimentum tuum erūt vermes. Dicitur de Nabuchodonosor & diabolo B. Aug. in lib. de ciui. Dei. magis intelligit de verme spirituali. s. remorsu conscientiæ qui semper mordet eos, & ideo non morit de peccatis commissis pp quæ deuenerunt ad tantā miseriam damnationis æternæ. ¶ Legitur in vitis patrum q̄ cum Bononię esset quida scholaris nobilis qui illuc ad studendū de aliis partibus aduenerat multis pompis, uanitatibus & lasciuiis erat deditus. Hunc visitans supprior cōuentus Bonon. ordinis prædicatorum, quia ipse compatriota eius fuerat, cępit eum alloqui. Sed præfatus scholaris timens ne cōpunctiua aliqua diceret sibi, quæ eum haberēt retrahere a voluptatibus mundi fecit pactum cum eo ne de rebus spiritualibus aliquid sibi loqueretur, si vellet diutius confabulari cum eo quod ille promisit se facturum, ita tn̄ q̄ in fine eorum colloquii tantum duo verba scripturę sibi proponeret. Postquam ergo de multis & varijs rebus de parentibus eorum & amicis ac notis habuerunt sermonem, demum ab eo volens recedere dixit illa duo verba scripturæ volo vobis dicere vt conuenimus. At ille. Dicas cito & breuiter. Et supprior. Scriptum est in Esaia 14. c. de vnoque, qui se tradit delitiis & vanitatibus mundi quod in alia vita hoc ei eueniet. Subter te sternetur tinea & operimentum tuum erunt vermes. Et inde recessit. Ita autem inhesit firmiter hoc verbum menti eius vt nullo pacto posset a corde eius illud excidere. Sed eius recolendo inde cōsiderabat qūo posset sustinere talem lectum vermium & tinearū semper qui nec morsum pullicis patienter ferret. Cunq; socios vanos ipse quæreret & solaciis se applicaret, vt illius verbi obliuisceretur & cōsiderationis talis cruciatus vermium & tinearum, nec aliqua modo a mente sua valeret reiicere die noctuque. Demum verbis illis compunctus seculum deserens religionē ingressus Deo se ibi deuouit.

¶ Quinto locus ille est tumultuosus? Vnde tartarus dr a strepitu & cōtentione rixosa Esa. 3. Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem, filius obiurgabit patrem, & pater filium. Vnde legitur in lib. de septem donis, q̄ cum quidam vsurarius infirmabatur ad mortem, nec sacerdos vellet ei sacramenta conferre nisi restituere vel cautionem faceret. Ille aūt nollet. Hortabantur ad hoc eum filii ne ad infernum descenderet moriens. Et ille. Vos nescitis quid petatis. Oporteret vos ire ad hospitale si vellem cuncta restituere male ablata melius est committere se misericordiæ Dei q̄ misericordiæ hominum. Mortuus igitur ille sepultus est in infernum. Ex filiis autem eius duobus dixit vnum ad alterum. Pater noster damnatus est, non velimus imitari eum retinendo vsuras ab eo extortas, sed reddamus creditoribus vt saluari possimus. At ille. Ego parte quæ me contingit volo gaudere, ego nō feci vsuram. Ex quo ipse qui extorsit non restituit ipse luet pœnam. Alter portionem suam restituit & seculum deserens, Dei obsequio se totum tradidit. Dum aūt qui in seculo remanserat mundanis se immergeret infirmatus ad mortē, nec pœnitens, ad tartarum secutus est patrem. Quod frater audiens rogauit Deū vt sibi aliquo modo oñderet statum eorū in alio seculo. Vna igitur dierū cum oraret, vidit terrā apertam, & in infimo patrem in flāmis inferni sepultum & filium eius fratrem suum super eū iacentem maledicebatq; pater filiū dicens. Mæledicta sit hora in qua te genui, & tu sis maledictus, qui pp te ego feci vsuras nec volui restituere ne dimitterē te pauperem, & pp hoc crucior in hac flamma. Et filius econtra immo maledictus sis tu pater & maledicta sit dies in qua me genuisti tu me exemplo tuo docuisti fenerari, & vsuras extortas voluisti reddere, sed mihi reliquisti propter quod in perpetuū crucior. Quod cernens ille gratias Deo egit qui eum liberauit de tanto malo. ¶ Sexto est locus damnatorum locus obliuiosus, & occultus, vnde a gentilibus Lethes dicitur, & interpretatur obliuio, quia scilicet sui, id est eius qui est damnatus tradunt eum obli-

Dr etiā tartarus

Dicitur Lethes.

nioni

uioni. Et Deus etiam videtur eorum obliuiſci inquantum. ſ. nō liberat eos ab illis pęnis Pſal. ¶ Nec memor ero nominum eorum per labia mea, poteſt dicere Deus de eis. Amici & ꝓpinqui carnales cito tradunt obliuioni, qđ patet, quia modica ſuffragia faciunt pro eis, quinimmo nec illa quæ illi legarūt. Et ſi neſciant illis nō poſſe ꝓdeſſe cū non nouerint ſi ſunt in purgatorio vel in inferno. Vnde accidit eis ſicut de pincerna Pharaonis, qui in proſperitate cōſtitutus oblitus eſt interpręti ſui Ioſeph qui in carcere erat, qui ei beneficiū faciens interpretatus ex ſomnio ſuo ſui liberationem & ſi ei ſe recomendaret oblitus eſt cito eius. Omnium quoq; & ipſe damnatus obliuiſcitur, ex quibus poſſet in aliquo conſolari. Nam ſi memorię occurrunt gaudia vana & delectationes quas habuit in mūdo, hoc eſt eis ad cruciatū, quia per illa cognoſcūt ſe deo priuatos & omni bono. ¶ Septimo eſt locus piculoſus. Vnde dicitur baratrum in hymno. Conſurgit xp̄s tumulo victor redit de baratro. Et dicitur baratrum, quaſi latitudo arcta, quia eſt latus locus ad ingrediendum, ſed arctus ad exeundū adeo ꝙ nullus poteſt exire Mat. 5. Non exies inde quouſq; reddas nouiſimum quadrantem, & Mat. 18. Tradidit eum tortoribus quouſq; redderet vniuerſum debitum. Et quia ibi non eſt locus ſatisfactionis, vnde non habet quod reddat nunq̄ egredietur de loco, ſed ibi ſemper penas luet. ¶ Dicitur & herebus a gentilibus, q̄a ſemp adheret illi tali pęna. Vnde & ſi diabolus vel anima damnat ad horam de illo loco exeat vt appareat alicui deo diſponente ſecum tamen portat infernum, & ſemper ei illa pęna inheret. Quod aūt dixerūt demones Chriſto clamando. Veniſti ante tempus torquere nos Mat. 8. Non ſic eſt intelligēdum tanquam prius nō cruciarent. Sed quia aliquod accidēta le ſupplicium, tunc additū eſt eis pp preſumptionem eorum. ¶ Dicitur & Acheronta a gentilibus. i. luctuoſus, vel acherōta ab a quod eſt ſine & cheronta quod eſt ſalus, quia ſine ſalute ſunt lachryme ille Mat. 13. Ibi erit fletus & ſtridor dentium Eſa. 5. Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq; vllo termino ps. 68. Neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Puteus eſt profunditas humanę iniquitatis, in quem ſi ecideris non claudet ſuper te os ſuum ſi clauſeris os tuum. Cōfitere ergo & dic. De profundis clamaui ad te domine. Claudit os ſuum ei qui confitetur iuxta illud. Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates, & quorū tecta ſunt peccata. Quidam ſenex migrans cū crederetur mortuus ad ſe reuerſus fleuit incō ſolabiliter dicens frequenter. Veh mihi quia non fleui. Veh mihi qa nō fleui. Veh mihi qa non fleui. Fletus autem illic erit infructuoſus qui hic eſt vtilis & preciosus beatus Aug. Fruſta ibi flebunt peccatores qui malorum ſuorum veniam non conſequentur.

Dī etiā baratrū.

Dī &he rebus.

Dicitur acheronta.

¶ De punitione reproborum in corporibus poſt vltimam reſurrectionem, ꝙ cruciabuntur in igne inferni continue, nec tamen conſumētur vel deficient Matthei. 25. Dicet iudex vni uerſorum dominus Ieſus reprobis, quia ſiniſtris erunt iudicandi reſuſcitatis in corporibus ſuis. Diſcedite a me maledicti in ignem æternum & Eccleſ. 7. Vindicta, ideſt punitio carnis impij ignis & vermis. Hic ignis ait beatus Auguſtinus excellit omnem pęnam quam aliquis unquam eſt expertus in vita iſta. Dicitur communiter a ſapientibus ignem noſtrū quo vtimur eſſe quaſi ignis pictus reſpectu illius ignis infernalis, quia ita eſt afflictiuus ꝙ reſpectu eius ignis noſter nullam afflictionem videtur ingerere humano corpori poſito ſuper eum. Sed ſi aliquis nunc cum caſu tangitur ab igne iſto ſentit dolorem intenſum, quid faciet miſer damnatus ibi ſemper manſurus? Eſaia. 33. Quis de vobis habitare poterit cum ardoribus ſempiternis? quis habitabit cum igne deuorante? Et quia infidelibus videtur corpus humanum in igne manere & non conſumi impoſſibile, voluit Deus oſtendere per exemplum trium puerorum, Ananię, Azarię & Miſahelis, qui miſſi ſunt a Nabuchodoſor in fornacem ardentem, nec tamen conſumpti ab igne, Danielis tertio capitulo. In multis quoque rebus naturalibus oſtendit Deus multa fieri præter ſolitum curſum naturæ in aliis rebus. Sicut enim dedit naturam & proprietatem certam rebus, prout voluit, ita & poteſt immutare & dare aliam cum vult. Vnde hoc per multa exempla oſtendit beatus Auguſtinus in 21. de ciuitate Dei cap. ſecundo & ſequenti. Conuincantur incredulipoſſe humana corpora animata atque viuentia nonnunquam morte diſſolui, ſed in æternorum quoque ignium durare tormentis cum ſint animalia profecto corruptibilia: quia mortalia, quę tamen mediis ignibus viuant. Nonnullum etiam genus vermium in aquarum calidarum ſcaturigine reperiri, quarum feruorem nemo impune contrectet. Illos autem non ſolum ſine ſui læſione vlla ibi eſſe, ſed extra eſſe non poſſe, ꝙ ſi eadem incredulitate contendat, quia hęc animalia nec ſemper viuunt, & in illis feruoribus viuunt. Si mirabile eſt in ignibus doleret tamen viuere, mirabilius

§. 4.

Corpus humanū in igne manere, & nō cōburi nō eſt impoſſibile.

Optima rō quare corpora aliqua i igne nō cōſumūtur.

bilius eſt viuere in ignibus & non dolere. Si hoc creditur, cur non illud? Sed nullum inquiunt, ſ. increduli corpus eſt quod dolere poſſit, nec poſſit mori. Quibus dicitur. Et ſi nulla caro nunc eſt quæ ſenſum doloris perpeti poſſit moriq; non poſſit, erit tunc tñ talis, ſcilicet in vltima reſurrectione, qualis nunc non eſt, ſicut talis erit mors qualis nunc nõ eſt. Attendunt iſti contradictores nunc nullam eſſe carnem quæ dolorem pati poſſit mortemq; non poſſit, & non attendunt eſſe tamen aliquid tale quod corpore maius eſt. Ipſe quippe aĩus cuius p̃ſentia corpus viuit, & regitur, & dolorem pati poſſit & mori non poſſit. Ecce inuenta eſt res quæ cum ſenſum doloris hebeat, immortalis eſt. Hoc igitur tũc erit in corporibus damnatorum, quod nunc eſſe ſcimus in animis omnium. Si diligenter conſideremus, dolor corporis magis ad animum pertinet. Dolet itaq; anima cum corpore in eo loco eius vbi aliquid contingit vt doleat. Dolet & ſola quãuis ſit in corpore cum aliqua cauſa etiam inuiſibili, triſtis eſt ipſa corpore iucolumi. Dolet ẽt non in corpore conſtituta. Nam vtiq, dolebat diues apud inferos cũ diceret. Crucior in hac flamma. Corpus aũt exanime nec dolet nec animarum ſine aĩa dolet. Si ergo a dolore argumentum recte aſſumeretur ad mortem, vt ideo mors poſſit accidere, quia potuit accidere & dolor magis ad aĩam pertineret mori ad q̃ magis pertinet & dolere. Cum vero illa quæ magis dolere poteſt non poſſit mori quid momenti affert cur illa corpora, qm̃ futura ſunt in doloribus, ideo ẽt moritura eſſe creda mus? Et ſi Platonici quidam dixerunt. Vnde & Virgil. ex moribundis terreni corporis membris aĩas habere, vt metuant, doleant, & hmõi. Cur incredibile eſt ita magis illis corporibus dolorem poſſe inferre non mortem, ſicut ipſa corpora dolere animas faciunt, quas tñ ideo mori non cogunt? ¶ Idem capitulo quarto. Sicut qui naturas animalium curioſius indagarunt Salamandram referunt in ignibus viuere. Et quidam notiſſimi Siciliæ montes qui tanta temporis diuturnitate & uetuſtate vſq; nunc, ac deinceps flammis æſtuant atq, integri perſeuerant ſatis idonei teſtes ſunt, non omne quod ardet abſumi. Et anima indicat non omne quod dolere poteſt, poſſe etiam mori. Quid adhuc a nobis rerũ poſtulantur exempla quibus doceamus non eſſe incredibile vt hominum corpora ſempiterno ſupplicio punitorum, & in igne animam non amittant, & ſine detrimento ardeant, & ſine interitu doleant? Habebit. n. tunc carnis ſubſtantia iſtam qualitatem ab illo inditã, qui tam miras & varias tot rebus indidit quas videmus proprietates vt eas, quia multæ ſunt non miremur. Quis. n. niſi Deus creator oĩum dedit Pauonis carni mortui ne putreſceret? Qđ dicit b. Aug. ſe expertum vt per annum illum reſeruaſſet coctam, nec putreſceret, ſed ſolum corpulentiæ ſiccioris fuiſſe. Quis paleæ dedit vel tam frigidam vim, vt obrutas niues ſeruet, uel tam feruidam vt poma immatura maturet? De ipſo igne mira quis explicet, quo quæq; aduſta nigreſcunt cum ipſe ſit lucidus & pene omnia ambit & lambit colore pulcherrimus decolorat, atque ex pruna fulgida, carbonem teterrimum reddit? Neq; id quaſi regulariter diffinitum eſt. Nam econtrario lapides igne candenti percocti, & ipſi fiunt candidi. Et quãuis magis ille rubeat illi albedo colore nõ teſcunt, congruit tamen luci quod album eſt, ſicut nigrum tenebris. Cum itaq; ignis in lignis ardeat, vt lapides coquat, contrarios habet non in rebus contrariis effectus. Et ſicut & ligna & lapides diuerſa quidem ſunt: ſed nõ ſunt contraria ſicut album & nigrum, quorum in lapidibus vnum facit alterum in lignis, clarus illos clarificans, hæc offuſcans cum in illis deficeret niſi in iſtis viueret. Quid in carbonibus nonne miranda res eſt & tanta infirmitas vt ictu leuiſſimo frangantur, preſſu facillimo conterantur, & tãta firmitas vt nullo humore corrumpant, nulla ætate vincant vſq; adeo vt eos ſubſternere ſoleant, qui limites figunt ad conuincendũ litigatorẽ? Qui eos in terra humida infoſſos, vbi ligna putreſcerent tã diu durare incorruptibiliter poſſe niſi rerũ ille corruptor ignis efficit? Intueamur ẽt miraculum calcis excepto eo de quo iam ſatis dixi q̃ igne candidat, quo alia terra redduntur. Etiam occultiſſime ab igne ignẽ concipit. Cumq; iam gleba tangentibus frigida tã latenter ſeruat, vt nullo nõ ſenſui prorſus appareat. Sed compertus experimento ẽt dũ non apparet ſciat ineſſe ſopitus p̃p q̃ eam calcem viuã loquimur, uelut ipſe ignis latens aĩa ſit inuiſibilis uiſibilis corporis. Iã uero q̃ mirũ eſt, q̃ cũ extinguit, tunc accenditur. Vt n. occulto igne careat, aqua infundunt aquaue perfundit. Et cũ ante ſit frigida, ſinde ferueſcit, vnde feruentia cuncta frigeſcunt. Velut expirante ergo illa gleba diſcedens ignis qui latebat apparet. Ac deinde tãquam morte ſic frigida eſt, ut adiecta nuda nõ ſit arſura, & quam calcem uocabamus viuam; vocemus extinctã. Quid eſt quod huic miraculo addi poſſe videatur, & tamen additur? Nam ſi non adhibeas aquam ſed oleum, quod ma-

De cõſe ctione calcis.

gis fomes est ignis, nulla eius perfusione vel infusione feruescit, hoc miraculū si de ali quo inclyto lapide legeremus siue audiremus, & in nostrum experimentū venire non posset profecto aut mendacium putaremus, aut certe grāditer miraremur. Quarum vero rerū ante oculos nostros quotidiana documenta versantur non genere minus mirabili, sed ipsa assiduitate vilescūt, ita vt ex ipsa India quæ remota est pars orbis a nobis desierimus nonnulla mirari quæ ad nos potuerunt miranda pduci. ¶ Adamantem lapidē multi apud nos habent, & maxime aurifices insignitoresq; gēmarum qui lapis nec ferro nec igne nec alia vi ulla perhibet prēterq; hyrcino sanguine vinci. Sed qui eum habent atq; nouerunt, nunquid ita mirantur, vt hi quibus potentia primum eius ostendit, quibus aūt non oñditur, fortasse nec credunt, aut si creduli inexperta mirantur? Et si contigerit experiri, adhuc quidem mirantur insolita. Sed assiduitas experiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentum. Magnetē lapidē nouimus mirabilē ferri esse raptorem. Quod cum primū vidi vehementer inhorrui, quippe cernebā a lapide ferreum anulū raptū atq; suspensum. Deinde, cum tanq; ferro qđ rapuerat vim dedisset suā cōemq; fecisset, idem quoq; anulus alteri adamotus est eundēq; suspendit atq; vt ille prior lapidi, sic alter anulus priori anulo coherebat. Accessit eodē modo tertius, accessit & quartus. Iamq; sibi per mutua circulis nexis nō implicatorū intrinsecus: sed extrinsecus adherentiū quasi cathena pependerat anulorū. Quis istā vim lapis nō stuperet, quæ non solū illi inhereat, verumetiam per tot suspensa transibat, & inuisibilibus vinculis ea subligat? Et si argentū inter lapidē illū posuerit, & ferrū mouet immoto argento. Qñ aūt iuxta Magnetē ponit Adamas ferrū nō rapit & si eum rapuerit, vt ei appropinquauerit, mox remittit. India mittit hos lapides. ¶ Verumtñ infideles hoīes qui cū diuina vel præterita uel futura miracula prædicamus, q̄ illis experienda non valemus oñdere, rōnem a nobis earum flagitant rerum: quam quoniā non possumus reddere (excedunt enim vires mentis humanæ) æstimant falsa esse quæ dicimus: Ipsi de tot mirabilibus rebus quas vel videre possumus, vel videmus, debēt reddere rōnem. Quod si ab homine fieri non posse prouiderit fatendum est eis, non ideo aliquid non fuisse, vel non futurum esse, quia ratio inde reddi nō potest, quandoquidem sunt ista de quibus similiter non pōt. Non itaq; pergo per plurima quæ mādata sunt litteris: nō gesta atq; tractā, sed in locis q̄busq; manētia, quo si quis q̄ ire voluerit & potuerit, vtrū vera sint explorabit. Sed pauca cōmemoro. Agrigentinū Siciliæ Salem perhibent, cū fuerit admotus igni velut in aqua fluescere, cum vero ipsi aquæ velut in igne crepitare. Apud Garamantes quendam fontem tam frigidum diebus vt non bibatur, tam feruidū nocte vt non tangatur. ¶ In Epiro alium fontem in quo faces vt in cēteris extinguuntur accensæ, sed non vt in cēteris accendunt extinctæ. Asbestun Archadię lapidē propterea sic vocari q̄ semel accensus iā non possit extingui. Poma in terra sodomorum gigni quidem & ad maturitatis faciē peruenire, sed morsu præsu ue tentata in fumū ac fauillam corio fatiscente vanescere. Pyritē lapidē Persicum tenentis manū si vehementius præmatur adurere, pp qđ ab igne nomen accepit. In Capadocia ęthere vento eques concipere eosdēq; fetus non amplius triennio viuere. Tylon Indiæ insulā eo pferri cēteris terris, q̄ ois arbor quę in ea gignit nunq̄ nudat tegmine foliorū. De his atq; aliis innumerabilibus quę historia nō factorum atq; transactorū, sed manentium locorum continet, reddant rōnem si pūt infideles isti, qui nolunt diuinis litteris credere, quid aliud q̄ non diuinas putantes, eo q̄ res habēt incredibiles, sicut hoc est vñ nūc agim? Non.n. inquiunt admittit vlla rō, vt caro ardeat, & nō absumat doleat neq; moriat. Ratiocinatores videlicet magni, qui de oibus rebus quas mirabiles esse constat, possint reddere rationem, rationē reddant de his quæ pauca posuimus, quę proculdubio si ea esse nesciunt, & ea esse futura diceremus, multo minus crederent q̄ quod nūc dicentibus nobis nolunt credere aliquando esse venturum. Quis.n. eorum nobis crederet, si quemadmodum dicimus futura hoīum uiua corpora, quæ semper arsura atq; dolitura, nec tñ aliquando moritura sint, ita diceremus in futuro sęculo, futurum salem quē faceret ignis velut in aqua fluescere, eundemq; faceret aquā velut in igne crepitare, & alia de quibus supra dictum est. ¶ Hæc in illo sæculo quod futurum est si diceremus futura, nobisq; increduli responderent. Si vultis vt ea credamus, reddite de singulis rationem. Nos non posse confitemur, eo q̄ in istis & similibus Dei miris operibus infirma mortalium ratiocinatio vinceretur. Fixam tñ apud nos esse rationem non sine ratione omnipotentem facere, vnde animus humanus infirmus rationem non potest reddere, & in multis quidem rebus incertum nobis esse quid velit, illud tñ esse certissimum nihil eorum ei esse impossibile quæcunq;

De virtute Adamātis.

De virtute Magnetis.

Mirū de Sale Agrigētino.

De pomis Sodomorū

cunq; voluerit, eiq; nos credere p̃dicenti, quẽ neque impotente, neq; mentientem possimus credere. Hi tñ fidei reprẽhensores exactoresq; rationis, quid ad ista respondent de quibus rõ ab homine reddi non potest, & tamen sunt, & ipsi rationi naturæ videntur esse cõtraria, quę si futura esse diceremus similiter a nobis sicut eorum quę futura esse dicimus, ab infidelibus ratio poscereꝛur, ac per hoc cũ in talibus operibus Dei deficiat ratio cordis & sermonis humani sicut ista, non ideo non sunt, non ideo ẽt illa non erunt, qm̃ ratio de vtrisq; ab homine non potest reddi. ¶ Refert in cap. 6. idem Au. q̃ in litteris gentilium reperitur. s. esse quoddã Phanum Veneris atque ibi candelabrum & in eo lucernam sub diuo sic ardentem, vt eã nulla tempestas nullus imber extinguat vnde lucerna inextinguibilis nominata est. Circa huiusmodi dicit q̃ non habemus necesse credere omnia quæ historia continet gentilium, cũ & ipsi inter se historici sicut ait Varro. quasi data opera, & quasi ex industria p̃multa dissentiant. Sed ea si volumus credimus, quę non aduersantur libris, quibus non dubitamus oportere nos credere. De isto ergo Phano Veneris & lucerna inextinguibili non solum in nullas coarctamur angustias, verumetiam latitudinis nobis cãpus aperitur. s. ad respondendũ. Addimus. n. ad istam lucernam inextinguibilem & humanorum & magicarum. i. per hoĩes dæmoniacarum artium, & ipsorũ per seipsos dæmonum multa miracula quę si negare voluerimus, eidem ipsi cui credimus sacrarũ litterarũ aduersabimur veritati. Aut ergo in illa lucerna mechanicum aliquid de lapide Asbesto ars humana molita est, aut arte magica factum est, q̃ homines illo mirarentur in tẽplo. Aut dæmon quispiam sub nomine Veneris tãta se efficacia præsentauit, vt hoc ibi prodigiũ & appareret hominibus & diuitius permaneret. Illiciuntur autem dęmones ad inhabitandum per creaturas, quas non ipsi sed Deus cõdidit. Vt autem alliciãtur ab hominibus, prius eos ipsi astutissima calliditate seducũt vel inspirando eorum cordibus virus occultum, vel etiam fallacibus amicitiis apparendo, eorũq; paucos discipulos suos faciunt plurimorumq; doctores. ¶ Neq; n. potuit nisi prius ipsis docẽtibus discipulis, quid quisque illorum appetat, q̃d exhorreat, quo inuitetur nomine, quo cogatur, vnde magicę artes eorumq; artifices extiterunt. Maxime autẽ possident corda mortalium, qua potissimum possessione gloriant, cum se transfigurant in angelos lucis. Sunt ergo eorum facta plurima, quæ quãto magis mirabilia confitentur, tanto cautius vitare debemus. Sed ad hoc vñ nũc agimus, nobis ẽt ipsa proficiunt. Si. n. hoc immundi dæmones pñt. quanto potentiores sunt angeli sancti? Quanto potentior his omnibus Deus qui tantorum miraculorum effectores etiam ipsos angelos fecit? De magis Pharaonis seu maleficis scriptura diuina fatetur. De quadam fœmina quę tali arte pollebat nobilis poeta dicit. Hæc se carminibus ꝓmittit soluere mentes. Quas velit est aliis duras immittere curas. Sistere quã fluuiis, & vertere sydera retro. Nocturnosque ciet, manes mugire videbis. Sub pedibus terram, & descedere montibus ornos. Quãto magis Deus potens est facere quæ infidelibus sũt incredibilia, sed illius facilia potestatꝰ, qñ qui dem ipse lapidũ aliarumq; vim rerum & hominum ingenia, quia ea miris vtuntur modis angelicasq; naturas omnibus terrenis potentiores animalibus condidit vniuersa mirabilia, mirabili vincente virtute & operandi, iubẽdi, fumendiq; sapientia vtens omnibus tam mirabiliter q̃ creauit Cur igitur facere nõ possit Deus, vt resurgant corpora mortuorum & igne æterno cruciẽtur corpora damnatorum, qui fecit mundum in cœlo, in terra, in aere, in aquis innumerabilibus miraculis plenum, cũ sit omnibus quibus plenus est, proculdubio, maius & excellentius etiam mundus ipse miraculũ? ¶ In capitulo septimo idem. Sed istis cũ quib. vel contra quos nunc agimus qui & Deum esse credunt a quo factus est mundus, quando eis rerum vim mirabilem proponimus aliarum, quæ nec animalia sunt rationalia, nec vlla ratione prædita spiritus, sicut sunt ea quorum pauca commemorauimus, respondere assolent. Vis est ista naturę. Natura eorũ. sic se habet propriarum sunt istæ efficacię naturarum Tota itaq; ratio est. Cur Agrigentium salem flamma fluere faciat, aqua crepitare, q̃a hæc est natura eius, & hoc esse potius cõtra naturã videẽ quæ nõ igni sed aquæ dedit salẽ soluere, torrere autem igni non aquæ. Sed ista inquiunt, salis huius naturalis est vis vt his contraria patiatur. Hic igitur ratio additur & de fonte illo Garamantico & de aliis de quibus dictũ est supra. Quibus licẽt uis insolita contra naturam inesse videatur, alia tamen de illis non redditur ratio, nisi vt dicatur hanc eorum esse naturam. Breuis sane ista est ratio fateor sufficiensque responsio. Sed cum Deus sit auctor naturarum omnium cur voluntfortio rem nos reddere rationem, quando aliquid velut impossibile nolũt credere, eisque redditionem rationis poscentibus, rñdemus hanc esse

De phano veneris.

voluntatem omnipotentis Dei. Qui certe nō ob aliud vocatur omnipotens, nisi, quoniam quicquid vult pōt. Qui potuit creare tā multa quæ nisi ostenderentur, pfecto impossibilia putarentur, non solum quæ ignotissima apud nos, verum etiam quæ notissima posui. Nec. n. volo tenere credi cuncta quę posui, quia nec a meipso ita credunt, tanq̄ nulla de illis sit in mea cogitatione dubitatio, exceptis illis quæ vel ipse sum expertus, & cuius facile est experiri, sicut de calce q̄ feruet ī aqua in oleo frigida est De Magnete lapide trahente ferrū. De carne pauonis non putrescēte. De palea sic frigēte, vt non sinat fluere niuē. Sicq; calente vt matureſcere poma cōpellat. De igne fulgido candescente lapides. ſ. calcis, & offusante quæ urit. De carbonibus, & oleo, & argēto, de quibus supr. Cætera āt sic habeo vt neq; neganda neq; affirmanda decreuerim. Quæ aūt melior & validior rō de rebus tal. bus reddit, q̄ cum omnipotens Deus ea facere posse phibetur, & facturus dī q̄ pnunciasse ibi legit vbi alia multa pnunciauit, q̄ feciſſe monſtrat. Ipse quippe facerer, qa se facturū esse prædixit q̄ impossibilia putant, q promisit & fecit vt ab incredulis gentibus incredibilia redderentur. Si autem rńdent se propterea non credere q̄ humanis semp arsuris nec vnquā morituris corporib. dicimus, quia humanorū corporum naturam nouimus longe aliter institutam. Vnde nec illa rō hinc reddit pōt quæ de illis naturis mirabilibus reddebat, vt dici possit. Vis ista naturalis est rei huius. Ista natura est quam scimus humanę carnis istam nō esse naturam. Habemus q̄dem q̄d respōdeamus de sacris litteris. Hanc ipsam. ſ. humanam carnem aliter institutam fuisse ante peccatum. i. vt posset nūquam mortem perpeti. Aliter aūt post peccatū qualis est ærumna huius mortalitatis innotuit vt perpetem vitam tenere non possit. Sic ergo aliter quā nobis nota est instituetur in resurrectione mortuorum. Sed q̄m istis non credunt litteris. ſ. sacris vbi legitur qualis in paradiso vixerit homo, de litteris eorum qui doctissimi apud eos fuerunt aliquid proferendum est quo appareat posse fieri vt aliter se habeant, quęq; res q̄ prius in rebus innotuerat suæ determinatione naturæ. Erit in Marci Varronis, libris, quorum inscriptio est de gente populi Romani q̄d eisdē verbis ibi legitur. & hic ponam In cœlo inquit, mirabile extitit portentum. Nā stella veneris nobilissima quā Plaut. uesperuginem. Homerus Hesperon appellat, pulcherrimā dicens. Castor scribit tm̄ portentum extitisse vt mutaret colorem, magnitudinē, figurā, cursum, quod factū neq; antea nec postea fuit. Sic hoc factū Ogygio rege dicebāt Adrastus, Cyzicenos, & Dyon Neapolites mathematici nobiles. Hoc certe Varro tantus auctor portentū nō appellaret, nisi esse cōtra naturā videret. Oia quippe portenta cōtra naturā dicim' esse, sed nō sunt. quō. n. est cōtra naturā q̄ Dei fit volūtate, cū voluntas tāti vtiq; conditoris conditæ rei cuiuscunq; natura sit. Portentum ergo fit non cōtra naturam, sed cōtra quā est not a natura. Quis aūt portentorū numerat multitudinem quę historia gentium continet? Sed nunc in hoc vno attendamus, quod ad rem de qua agimus ptinet. Quid ita disposītum est ab auctore cœli & terræ quēad modum cursus ordinatissimus sy derū? Quid tam ratis legibus fixisq; firmatum & tn̄ q̄n ille voluit q summo regit imperio ac potestate quod condidit, stella p̄ cæteris magnitudine ac splendore notissima, colorē, magnitudinē, figurā, & quod est mirabilius sui cursus ordinē legēq; mutauit & turbauit? Sed hoc de lucifero stella contingit, nec antea nec postea cōtigisse dicitur. Nos in diuinis libris legimus etiā solem ipsum cum hoc a dño petiuisset vir sanctus Iesus Naue donec cęptum prælium victoria terminaret. Et retrorsum rediisset vt regi Ezech. 15. anni ad viuendum additi. Hoc etiā pdigio Dei significarēt adiuncto. Sed ista quo que miracula, quæ meritis sunt concessa sancto rū q̄n credunt isti facta magicis artibus attribuunt. Vnde est illud quod supra commemoraui. Virgilii. Sistere aquam fluminis, & vertere sydera retro. ſ. quādam magnam facere. Nā fluuium stetisse superius, inferiusq; fluxisse, factum est sub Iesu naue, scilicet in Iordane, & ab Helya & Helyseo, & de maximo sydere, scilicet solis reuerso sub Ezechia rege dictum est. Non ergo de noticia naturarum caligine sibi faciant infideles, quasi non possit in aliqua re diuinitus fieri aliud q̄ in eius natura per humanam suam experientiā cognouerunt, quāuis & ipsa quæ in rerum natura omnibus nota sunt, nō minus mira sunt, essentq; stupēdia considerantibus cunctis, si solerent homines, mirari mira non rata. Quis enim consulta ratione non videat in hominum innumerabili numerositate & tanta in naturæ similitudine, valde mirabiliter, sic habere singulos singulas facies, vt nisi inter se similes essent non discerneret species eorū ab animalibus cæteris, & rursus nisi inter se dissimiles essent, nō discernerent singuli ab hoibus cęteris? Quos ergo, similes confitemur, dissimiles inuenimus. Sed mirabilior est consideratio dissimilitudinis

De stella Veneris & quor nominibus appellat

nis. Sicut ergo non fuit impossibile Deo quas voluit instituere, sic ei non est impossibile in q̃c qd voluerit quas instituit mutare naturas. Nobis tamen ista quæ velut contra naturam fiunt & contra naturam fieri dicunt. quo more hominum locutus est Apostolus dicẽdo contra naturam in oliua insitum oleastrũ, factum esse participem pinguedinis oliuę. Et quę mõstra ostenta, portenta, prodigia nuncupantur, hoc monstrare debent, hoc ostendere vel præostẽdere, hoc prędicere quod factũrus sit deus, quę de corporibus hominum se pronunciauit esse facturum nulla impediente difficultate, nulla præscribente lege naturæ. ¶ Quod igitur de sempiterno supplicio damnatorum scilicet ignis suum per prophetam scilicet Esaiam, dominus dixit fietomnino. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ad hoc enim vehementius commendandum etiam dominus Iesus cum membra quæ hominem scandalizant pro his hominibus poneret quos vt sua membra quis diligit, eaq; præciperet amputari. Bonum est inquit debilem introire in vitam quam duas manus habentem mitti in gehennam, ideſt in ignem in extinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur. Similiter & de pede & idem de oculo dixit. Non enim piguit vno loco eadem verba ter dicere, put. s. refert Marcus euangelista. Quem non terreat ist a repetitio & illius pęnę comminatio tã vehemens ore diuino. Et in veteribus scripturis. Vindicta carnis impii, ignis & vermis. Eligat quisq; quod placet, aut ignem corpori vermem animo (hoc proprie, illud tropice) aut vtrunq; proprie corpori. Iam enim satis superius disputaui posse animalia in igne viuere, & in vstione sine consumptione, & in dolore sine morte p miraculum omnipotẽtissimi creatoris. Cui hoc possibile eẽ qui negat, a quo sit quicquid in naturis omnibus miratus ignorat, ipse est enim Deus, qui omnia in hoc mũdo magna & parua miracula q̃ commemorauimus, & incomparabiliter plura quæ non cõmemorauimus fecit, eadẽq; ipso mundo vno atq; omnium maximo miraculo inclusit. Et infra in cap. 10. Gehenna illa quæ stagnum ignis & sulphuris dicta est corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorũ aũt & hominum & dæmonum. Solida hominum, aerea dæmonum. Aut tantum hominum corpora cum spiritibus, ideſt animabus eorum. Dæmones autem spiritus sine corporibus herentes sumendo pænam, non impartiendo vitam corporalibus ignibus. Hęc omnia beatus Augustinus.

Quod autem dicit de corporibus dæmonum secundum opinionem aliquorum loquit non assertiue, vnde a modernis non tenetur q̃ dæmones habent corpora vnita sibi.

§. 7. De pęnis damnatorũ et eorũ miseriis.

¶ Vltra cruciatũ ignis quo corpora damnatorũ post iudiciũ torquebuntur, erunt ipsorũ corporum miseriæ aliæ & pęnæ. Quarũ prima est oĩmoda infirmitas. Erunt corpora illa infirma intus & extra. Iob 20. Attabit. s. extra, & ęstuabit. s. intra, & ois dolor inruet super eum. Vñ potest de quolibet transgressore mandatorum dei, & ideo damnato illud Deut. 28. verificari. Percutiet te dñs ęgestate febre & frigore, ardore & ęstu, aere corrupto ac rubigine. Et paulopost. Percutiet te dñs vlcere Egypti scabie, & prurigine amentia, & cæcitate, & furore mentis. Augebit deus plagas tuas magnas, & pseuerantes, infirmitates pessimas & perpetuas, & conuertet in te omnes afflictiones Egypti quas timuisti, & adherebunt tibi. Secunda miseria illorũ corporum est deformitas eorum. Sicut enim ignis noster cum sit formosus, omnia quæ lambit & tangit etiam lucida, & decora deturpat & denigrat, ita ignis inferni, & multomagis cũ sit obscurus denigrat, & deturpat corporat illa. Threñ. 4. Denigrata est sup carbones facies eorũ scilicet reproborum, & non sunt agniti in plateis Hierusalem. s. supernæ, immo ab ea excluſi. Si enim ethyopes sunt ita nigri propter calorem solis intensum in illa patria, q̃to magis corpora damnatorum ab illo igne? Et si ignis qui dr̃ sancti Antonii ita deturpat membra humana, q̃to magis ille ignis inferni, cũ ille sit vmbra vel signum eius. Vñ dicere pt quilibet damnatus illud Iob. 30. Cutis mea denigrata est, & ossa mea aruerunt caumate. ¶ Tertia miseria est ętoris qualitas. Iob. 25. Si ascenderit vsque ad cęlos, & caput eius nubes tetigerit. s. in mundo per dignitates & dominia, reprobus quasi sterquilinium in fine perdetur. s. in inferno. Nec mirum si fætor nimius ibi erit, vbi sunt tot trunci putridi qui defixi fuerant, & tot cadauera de fecibus inferni, vbi omnes sordes mundi congregãtur tanq̃ in sentina & latrina totius mundi. Vnde Esa. 14. dr̃. Quasi stirps inutilis sanie pollutus, & obvolutus cum his qui interfecti sunt gladio scilicet diuinæ sententiæ, & descenderunt vsq; ad fundamenta laci ideſt in profundũ inferni quasi cadauer putridum nõ habebis consortium. Et Esa. 34. De cadaueribus eorũ ascẽdit fætor. Cadauer quãuis proprie dicatur corpus sine anima, tamen aliquando etiam dicitur corpus cum anima, cum videlicet est infirmum & ętidum. Et Apoc. 14. dicitur de damnatis.

natis. Cruciabunt in igne & sulphure, & ascendet fætor torrentis & fumus tormentorum in sęcula sęculorum. Fumus sulphuris multum fętet. Qui ergo hic quærunt suaues odores florũ muscati, & huiusmodi, cogitent diligentertãtum ibi continuũ fætorem. ¶ Quarta miseria est in vtilitas mẽbrorum & impotẽtia. Non.n. poterunt se mouere ad aliquid agendum, vel se elongate a rebus affligẽtibus eos, vnde quod dictum fuit de eo qui venit ad nuptias regis sine veste nuptiali. Ligatis manibus & pedibus mittite in tenebras exteriores. Matth. 22. hic est quicunq; in nuptiis spiritualibus ecclesiæ non manet in charitate, q̃ est vestis nuptialis, non cõpatiens secũ aliqd mortale, cui in inferno ligantur manus & pedes idest potestas tollitur aliquid bene operãdi & volũtatis affectus. Et ideo bene dicit Eccl. 9. Quodcunq; potest manus tua, instanter operare, qa nec opus nec ratio nec sapientia nec scisntia valent apud inferos, quo tu properas. Certe si quis maneret diu in lecto satis molli & plumoso, nec posset se mouere ẽt in capite vnius diei, valde angustiaretur. Quid ergo vbi est ignis, fætor, & tenebrę? ¶ Quinta miseria est vermiũ corrosibilitas. Esa. vlt. Vermis eorũ nõ morietur. Et q̃uis vermis istę cõmuniter exponat de cõscientia continue remordente, bea. Augu. tamẽ non negat quin & de verme materiali possit intelligi, corpora damnatorum corrodẽte absq; cõsumptione. Et si dicatur quomodo vel de quo ibi viuunt. Posset dici ꝙ sicut ignis ibi ardet sine materia nobis nota nec deficit, sic & vermis corpora damnatorũ post iudicium affliget nec deficient. Esa. 14. dr̃. Subter te sternetur tinea, & operimentũ tuum erunt vermes. Abachuc. 2. Nunquid consurgent repẽte qui mordeant te, & suscitabũtur lacerantes te? Item Eccle. 40. Hæc parata sunt impiis, ignis, grãdo, fames, mors, insuper scorpii, & serpentes, & rumphea. ¶ Sexta est nuditas & luctus. Ezech. 17. Ecce congregabo amatores tuos, & quos oderas, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. Et Esa. 20. Sicut ambulabit Esaias seruus meus nudus & discalciatus, trium annorũ signũ & portentum erit super Egyptum & ethyopiam. Sic minabat rex Assyriorum scilicet diabolus captiuitatem Egypti, & transmigrationem ethyopię idest malos Christianos & infideles in morte iuuenem & senem, nudum & discalciatũ disco opertis natibus. De plantu Xp̃s. Ibi erit fletus & stridor dentium. Et Apoca. primo. Videntes &c. plangent se super se. Adde quod est supra de igne. Et sic sunt septem quoad corpora.

¶ De diuturnitate pænę infernalis scilicet ꝙ sit æterna idest perpetua non habens finem, etsi principium habuerit scilicet ab initio mundi parata dicit veritas ipsa quæ mentiri non potest incarnata. De reprobis in finali iudicio in anima & corpore reassumpto condemnandis. Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Matthei. 25. Quod supplicium ipse prius declarauerat in sua sententia cum diceret eis. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. In quibus verbis ostenditur & pæna damni in subtractione diuinæ visionis. Discedite (inquiens) a me & pęna sensus idest detentionis in igne, qui ęternus dicitur, quia finem non habet cruciatus ille ac societas eorũ s. dæmonum cruciantium eos. Et certe horrendum est & valde expauescendũ cõsiderare pænam illam acerbissimam incomparabiliter super omnes pænas vitæ p̃sentis semper sustinẽdã ab illis miseris, de quo & certi sunt. Haberent autẽ pro maxima gratia & summo beneficio, vt in illis pænis essent tot annis quot sunt granulæ arenę maris & guttæ aquæ eius, quia etsi a nobis numerari non possunt p̃ multitudine a diuina tamen sapientia numerantur, quæ omnia constituit in põdere, numero, & mensura, & finem vtiq; aliquando haberent, etsi post tempus longissimum & quasi infinitum. Et iõ cum tentatio vrget, sic consideranda est illa ꝑpetuitas pęnæ & timenda, quia si momẽtaneũ est quod delectat, æternũ tamẽ quod cruciat, ait beatus Grego. Et quis vnq̃ fuit qui si sciret post delectationem qualemcunque ẽt diu duraturam propter eam in igne mittendum & pænam ibi grauissimam toleraturum, diu, etsi nõ semper vellet illam non consequi, certe nullus. Sed etsi pęnę temporales infirmitatum, persecutionum, detrationum, contumeliarum, iniuriarum, flagellorum, exiliorum, paupertatum, & huiusmodi, ita durę sunt & graues hominibus, omnia patientissime toleranda sunt vt euadantur cruciatus æterni. ¶ Sed notandũ ꝙ circa huiusmodi diuturnitatem pęnarũ malorum in alio sęculo, fuerũt diuersę opiniones septem scilicet plenæ tamen erroribus & hæresim sapientibus, quas reprobat bea. Aug. in 21. de ciu. Dei, ca. 13. & ca. 17. cum sequentib. ¶ Platonici quippe quamuis impunita nulla velint esse peccata (ait idem) tamen omnes pęnas emendationi adhiberi putant, vel humanis inflictas legibus, vel diuinis, siue in hac vita siue post mortẽ. Hinc est Marronis illa sententia in 6. vbi cum dixisset de terrenis corporibus moribundisq; membris, ꝙ animæ hinc

§. 6.

Qualr inferni sit ęterna.

metuunt,

mentuunt, cupiunt, gaudentq; , dolentq;. Nec auras suscipiunt clausę tenebris, & carcere cæco. Et postea subdit. Ergo exercentur pœnis. s. variis per quas purgatæ reuertuntur ad corpora, sed falsum est hoc & contra doctrinā Christi dicentis. Ibunt hi. s. mali, in supplicium ęternum, & de quodā genere peccati ipse ēt ait. s. blasphemia in spm̄ sanctum q̄ non remittet ei neq; in hoc seculo neque in futuro. Matth. 12. Quod ad litteram verum est de quolibet impœnitente hinc migrante. ¶ Alii ex christolis dixerunt oēs malos post pœnas infernales tolleratas certo tpe demum misericordia Dei liberandos ex illis pœnis. Et vt dicit vt bea. Augu. In hac re misericordior fuit Origenes, qui & ipsum diabolum & angelos eius post grauiora ꝓ meritis & diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos & sociandos sanctis angelis credidit. Sed illud & propter hoc & ꝓpter alia nōnulla, & maxime pp alternantes sine cessatione beatitudines & miserias, & statutis se culorū interuallis ab istis ad illas, atq; ab illis ad istas itus & reditus ĩterminabiles nō im merito reprobauit ecclesia. Qui & hoc quod misericors videbatur amisit, faciendo sanctis veras miserias quibus pœnas luerent, & falsas beatitudines in quibus verum ac securum, hoc est sine timore certum sempiterni boni gaudiū non haberent. Hæc beat. Aug. Et aperte reprobatur talis falsitas ex verbis illis. Discedite a me maledicti in ignē ęternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et ibunt hi in suppliciū æternum, &c. ¶ Alii dixerūt oēs homines, non aūt dæmones sed hoīes tm̄, infideles ēt & malos christicolas post supplicia tolerata inferni vsq; ad finē mundi, demum in iudicio finali resurgentes Deus donabit eos & eruet a penis precibus sanctorum suorum. Si. n. ipsi sancti cum hic viuerent cum egebant & pro se dm̄ exorare ex charitate ēt pro ipsis inimicis suis Deū exorabant vt patet de Stephano, & aliis, quātomagis orabunt pro eis cum viderint eos humiles supplicesq; postratos? Neque credendum est (aiunt isti) sanctos tunc oblitos misericordiæ viscera amissuros, cum fuerint plenissime atq; perfectissimę sanitatis. Nec eo de? tunc non exaudiet tot & tales filios suos quādo in tanta eorum sanctitate nullum orationis in eis inueniet impedimentum. Allegant pro se isti illud ps. 76. Nunquid obliuiscetur misereri deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? q.d. non. Ira eius est dicunt vt omnes indigni beatitudine sempiterna, ipso iudicante puniātur supplicio sempiterno. Sed in hac ira non continebit deus misericordias suas, q̄a. s. liberabit eos dicunt isti. Inducunt & auctoritatē Apostoli dicētis. Conclusit Deus omnia sub peccato vel infidelitate, vt omnibus miseretur quasi significaret p hoc neminem abeo dānandum perpetuo. Quod autē Christus ꝓmiserit malis ignē æternū, dicunt hoc feciſſe ad ĩcutiendū timorē, vt magis hoīes a vitiis abstineant, nec in hoc esse mendacem, quia intelligitur ex demeritis quidem eorum quantū erat in eis ꝑpetuo cruciandos, sed in rōne miserationis diuinæ quam consequentur, tunc humiliter supplicantes eam & sanctis ꝓ eis exorantibus. Sicut de Niniue prædicere fecit esse subuertendam, quod vtiq; erat in merito malitiæ eorum, non in diuina misericordia. Sed opinio ista ēt falsa est & hæretica. Quia in inferno nulla est redemptio, & falsum est q̄ sancti tunc orent pro eis. Sed si ad sanctos reprobi pro eorum suffragio accederent diceretur eis qđ prudentes virgines fatuis dixerunt postulātibus de oleo earū. Ne forte nō sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, &c. Matt. 25. Et ps. 40. Dominabuntur eorum. s. reproborū isti in matutino. s. finali iudicio, & auxiliū eorum veterascet in inferno a gloria eorum, qa s. non ꝑcipient auxilium. Sed lætabitur iustus cū viderit vindictam. i. punitionem reproborum, non quidem de pœna eorum, sed de iustitia Dei eos punientis, vt decet & de sua liberatione ab illis pœnis nec est verum q̄ eos pœniteat. Quod ps 76. ait. Nō cōtinebit deus in ira sua misericordias suas quoad damnatos. Sic intelligēdum est q̄ ēt aliquo modo vtetur misericordia ad eos, non quia liberabit a pœnis, sed qa non tm̄ patientur, quātū meruerunt malum etsi immēsus sit cruciatus eorū fm̄ Aug. vel etiam fm̄ August. potest intelligi q̄ cum deus irascatur peccatoribus ꝓpter scelera sua eos multipliciter puniendo, vt totū genus humanus ꝓp primam transgressionem q̄ deriuata est ad oēs, ꝓp quam patimur miserias vitæ pñtis & mortē, vel alia ēt flagella pp actualia a nobis addita, tm̄ in ista ira non cōtinet misericordias, suas, quin sacra & doctrinā omnibus ꝓponat, & tpalia bona & naturalia concedat malis sicut & bonis. Auctoritatem ēt Apostoli male intelligunt. Vnde b. Aug. Deus & gentiles & iudeos quos p̄sciuit & p̄destinauit conformes imaginis filii sui oēs in infidelitate cōclusit, vt de amaritudine infidelitatis suę pœnitendo cōfusi & a dulcedine misericordiæ cō uersi credendo clamarent, q̄ magna multitudo dulcedinis misericordiæ tuæ &c. Omnium itaq; miseret vasorū misericordię. Omnium. i. eorū q̄ ex gentibus, & eorum qui ex iudeis ab

Error eorū qui dicunt pœnas dānatorum misericordia Dei posse tolli.

Qualiter intelligē dū est illud, Letabitur iustus cum viderit vindictā

eo vocati sunt, iustificati glorificati.¶ Non igitur omnium hominum, sed istorū omnium neminem damnabis. Alij dixerunt nō omnes homines malos, sed tm̄ eos qui baptisma Christi susceperint, quōcunque male vixerint in hæresi vel quacunque impietate perire demum & damnari non posse. Ad quod probandū inducunt auctoritatē Christi dicens. Io.6. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in ꝯternum. Baptizati ergo cum sumūt sacrm̄ altaris communicando necesse est inquiunt isti ab æterna morte erui, & ad vitam æternam peruenire. Sed & hoc falsum est, quia vt ait Apostolus. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. 1. Cor. 11. Māducat autem indigne q̄ cum aliquo mortali accedit ad sacrm̄. Non ergo intelligit auctoritas illa Xp̄i de manducatione tm̄ sacramentali, vt illi exponunt, sed de spūali siue sola, siue sociata cum sacramentali. Hoc autē est manducare panem illum, ait be. Aug. credere in Christum & credendo in Christum tendere. s. per opera charitatis, hic Christo incorporatur, vt membrum ecclesiæ.¶ Alii vero dixerunt, eos tm̄ qui in vera fide permanserint, non lapsi in hæresim aliquam, quāuis alias male viuant diuersis vitiis implicati, & in eis decedentes in æternum non damnādos, sed ꝓp fundumētum Christi quod habēt s. fidem Christi, & si mortuā igne illo finalis iudicii plene purgandos de suis peccatis, & sic saluandos. Inducentes ꝓ se auctoritates. s. Christi dicentis. Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit, exponētes perseuerare in finem, hoc est esse in fide ēt informi ꝑmanere, & Apostoli. Cor. 3. Pauli dicētis Fūdamentū aliud nemo pōt ponere prēter id qđ positum est, qđ est Xp̄s Iesus. Et postea. Si quis superedificauerit super hoc fundamentum lignum, senū, & stipulā, ipse saluus erit, sic quasi ꝑ ignem, exponentes per lignum, fenum, stipulam diuersa genera peccatorū ēt mortalium, quibus per ignem illum vltimum punitis saluari dicunt illos. Sed & hoc falsum esse ostendit Aug. de ciui. Dei lib. 1. Sed ēt in decretis, dist. 25. §. Alias ea. vbi expresse ostendit Aug. per lignum, fenum, stipulam, venialia tātū intelligenda non mortalia. Et ipse beat. Aug. in c. 26. de ciui. Dei, lib. 21. diffuse & pulchre declarat auctoritatem illam Apostoli.¶ Alii dixerunt catholicos in fide perpetrantes criminalia si ꝑ eleemosynas illa non purgent perpetuo damnandos. Sed si eleemosynas faciant quāuis in peccatis permāserint & decesserint illis eleemosynis purgari & sic saluari. Inducunt auctoritatē Christi dicentis eis qui nō fecerunt eleemosynas. Discedite a me maledicti in ignem æternum, &c. Esurui & non dedisti mihi māducare. Et illud Iacobi. 3. Iudicium sine misericordia. s. damnationis fiet illi qui non fecit misericordiam. Ergo arguendo a contrario facientibus misericordiam ꝑ eleemosynam, non fiet iudicium illud dānationum. Et illud Christi. Si dimiseritis hoibus peccata eorum, quod pertinet ad eleemosynam spūalem, & pr̄ vester dimittet peccata vestra. Et hoc quoq; falsum esse ostendit beat. Aug. de ciu. Dei, lib. 21. c. 27. vbi inter cætera ait. Profecto si quęratur q̄ dignę sint ꝑ peccatis eleemosynæ. De quibus ēt ille Christi præcursor dicebat. Facite ergo fructus dignos pęnitentię, proculdubio non inueniuntur eas facere q̄ vitam suam vsque ad mortem quotidianorum criminum ꝓperatione confodiunt. Qui si ꝑ vno scelere oia sua distribuerent indigentibus mēbris Christi, nisi desisterent a talibus factis habendo charitatē, q̄ non agit perperam aliquid eis prodesse non possit. Qui ergo dignas ꝑ suis peccatis eleemosynas facit, prius eas facere incipiat a seipso. Indignum est. n. vt in se non faciat quod facit in ꝓximum, cum audiat dicentem dominum Matth. 22. Diliges proximū tuū sicut teipsum. Itēq; audiat. Miserere animę tuæ placēs Deo. Hanc eleemosynā. i. vt placeat Deo, nō faciens animæ suæ, qūo dignas ꝑ peccatis suis eleemosynas facere dicendus est? Ideo autem dominus & a dextris eleemosynas ab eis factas, & a sinistris non factas se imputaturum esse prædixit vt hinc ostenderet quantum valeāt eleemosynæ ad priora delenda non ad perpetua impune cōmittenda peccata. Tales eleemosynas non sunt dicēdi facere, qui uitam nolunt a consuetudine scelerum in melius commutare. Si. n. christiano esurienti panem tanquā Xp̄o darēt, profecto sibi panem iustitiæ quod ipse est Xp̄s non negarent. Vnde dominus non cui detur, sed quo animo detur attendit. Nonne & qui dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto nō intrabit in regnum cælorum, ipse ēt dixit. Nisi abundauerit iustitia vestra plus q̄ scribarum & phariseorū, non intrabitis in regnum cælorum. Cur illud timendo multi currunt baptizari, & hoc non timendo, nō multi currunt iustificari? Et quemadmodum si quis præoccupatus fuerit hoc delicto vt fratri suo dicat fatue. i. non eius peccata volens auferre, videlicet corrigendo conuicietur iniuste, parum est illi ad hoc redimendum eleemosynas facere, nisi ēt quod ibi sequitur remedium reconciliationis adiungat. Ibi enim sequitur. Si

ergo

ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris &c. ita parum est eleemosynas quantaslibet facere pro quolibet scelere & in consuetudine scelerum permanere. Quod aũt Christus dixit. Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittentẽ & peccata vestra Dicit b. Augu. q̃ loquebatur tũc discipulis suis iam iustificatis quos orationem dn̄icam docuerat, p quam delentur quotidiana. s. venialia sine quibus etiam iusti & sancti non viuunt qui habebant. s. discipuli parua peccata & non de mortalibus quæ etiam nihilominus dimittuntur non ꝓp hoc q̃ dimittant aliis, sed quia pœnitet eos quod esse non potest sine tali remissione. ¶ Et quod dn̄s ait. Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Sic est intelligendum inquit bea. Aug. vt quisq̃ sceleratissimus a vita sua nequã mutatus possit recipi in æterna tabernacula, q̃m obsecutus est sanctis de Mãmona iniquitatis. i. de diuitiis suis, quæ dicuntur diuitiæ iniquitatis, vel quia male acquisitæ sunt. Vel quia humana iniquitas reputat eas diuitias, nesciensquæ sint veræ diuitiæ. Sed prẽsupposita in eis gratia ad quod per se non sufficerent eorum opera iuuantur ad æterna tabernacula peruenire suffragiis sanctorũ, quibus dant eleemosynas. Et addit bea. Aug. ibi. Mirari soleo etiã apud Virgilium reperiri istam dn̄i sententiã. Vbi ait. Facite vobis amicos de mammona &c. Nam cum Elyseos campos ille Poeta describeret, vbi putant habitare animas beatorum, non solũ ibi ponit eos qui propriis meritis ad illas sedes peruenire potuerunt, sed adiecit atq; ait. Quiq; sui memores alios fecere merendo. Hæc omnia b. Aug. vbi supra. ¶ Item fuerũt alii qui dicerẽt, q̃ etsi pœna damnatorum sit æterna minuitur tamen ꝓ suffragia facta pro eis, ita tamen q̃ semper remanet de ea in ipsis. Alii dixerunt, vt præposuimus q̃ non minuitur eis pœna si ꝓ suffragia pro ipsis dãnatis facta confortatus seu refocillatur tẽpore dãnatos. Sicut si portanti maximum pondus & multũ laboranti nihil sibi minueretur dependere, sed solum refrigeretur per totum ei datum. Sed vtrũq; prædictorum est falsum sm beatum Thomam in 4. quia in inferno nulla est redemptio, nulla. i. vnquam ab illa pœna liberatio, nulla diminutio, nulla refrigeratio. ¶ Hoc igitur firmiter tenendũ est & credendũ pœnam damnatorũ, sicut & demonum esse perpetuam, sm illud Matthei. 25. Ibunt hi scilicet reprobi in supplicium ẽternum iusti autem in vitam æternam. ¶ Quod autẽ aliquibus visum est & falso opinatum & dictũ pœnam illam reproborum aliquando desiturã (vt supra habitum est) Inde moti sunt, quia nõ iudicabant iustũ esse pœnam interminabilẽ deberi cuicũq; peccato quantumcũq; enormi, cum peccatum ipsum breui mora tẽporis perpetretur vt ex se patet. Volentes isti pœnã cõmensurari culpæ in quantitate temporis, vt sicut breui tempore peccatũ committitur, ita & breui tẽpore pœna puniatur plus & minus sm excessum peccati, vnde & iustissimam dei ordinationem in hoc condẽnant hi prẽsumptuosi nimis iustitia sua seu iniusta sententia sua. Sed neq; in humanis iudiciis ipse leges istam iustitiã seruant vel mandant, vt. s. tanto tẽpore puniantur delinquens quantũ temporis potuit in scelere sm bea. Aug. in dicto lib. ca. 11. Nam cum octo genera pœnarum in legibus describerit Tullius inueniri, s. damnum rerũ, vincula seu carcerem, verbera, talionem, ignominiam, exilium, seruiturem & mortẽ Quid horum est vt tanta vindicetur morula, quãta deprehenditur perpetratũ nisi forte talio. Iuxta illud legis. Oculum pro oculo, dentem prodente &c. De aliis per se patet diuturniorem pœnam q̃ culpam. Culpa. n. ꝓp quã quis verberatur, incarceratur, exiliatur, & hmõi cito cõmittitur, sed verberibus diutius cruciatur. Et multo magis hoc verũ de exilio seruitute & aliis. Qui vero ꝓ aliquo graui crimine morte mulctatur nunqd mora quę occiditur quę breuis est eius supplicium leges estimãt, & nõ q̃ eum in sempiternũ auferunt de societate viuentium? Quod est aũt de ista ciuitate mortale hoies supplicio primę mortis, hoc est de ciuitate illa immortali hoies supplicio secundę mortis auferre Sicut. n. non efficiunt leges huius ciuitatis, vt in eã quisq; reuocetur occisus. Sic nec illius vt in vitam reuocetur æternam secunda morte damnatus. Hæc be. Aug. Ec sic huiusmodi pœna mortis est perpetua qa priuatur vita ad quam naturaliter reuocari non potest. Quod autẽ dictum ẽ in veteri lege. Secundum mensurã delicti erit & plagarum modus. Et in noua lege Christus. Eadẽ mensura qua mensi fueritis remetietur vobis, non intelligitur vt illi male exponũt de mensura temporis, vt sm quantitatem temporis in quo perpetratũ est scelus, in illa eadem quantitate tẽporis puniatur. Sed q̃ sm grauitatem peccati sic grauiter puniatur, & eam mensuram pœnę vł præmii recipiat quisq; sm quã operatus est bonum vel malum. ¶ Attenditur autẽ permaxime iustitia Dei punientis reprobos pœna inferni perpetua ex hoc q̃ cum quantitas pœnę debeat respõdere culpę, & culpa ꝓpetrata sit infinita in mortali

Quod sũt octo gña pœnarũ legaliũ vt habet ꝓ Aug. de Perusio ī tractatu malefic. et ꝓ dominum Massue. in praxi. parla. in. tit. de pœnis.

Damnatorũ pœna quare perpetua.

Error dicẽtiũ qđ pœna inferni minuit per suffragia.

Supra. 1. par. ti. 9. c. 5.

Error illorũ qui ñ credũt pœnas infernales ꝓpetuas.

mortali peccato, qa auertit se a deo talis peccator, quod est bonum infinitũ, & sic peccatũ est infinitę grauitatis, pæna autem eius non potest esse intensiue infinita, quia cõsumeret subiectum, sed remanet infinita extẽsiue. s. quantum ad durationẽ perpetuam. Itẽ etiam quia semper voluntas reproborũ permanet fixa in malo & hic & in alio sæculo, & ideo vt ait beatus Greg. Ad magnã iustitiã ꝑtinet iudicantis vt nunq̃ careant supplicio, qui dum viuerent nunquam voluerunt carere peccato.

§. 7. Quaĩr aĩę damnatorũ sint infælices.

¶ De infælicitate animarũ quæ sunt in inferno. Ab igne qdẽ inferni cruciant̃ ipsę solę vsq; ad diem iudicii. Postea vero ipse simul cum corporib⁹ suis qbus reunientur. Hic ignis (ait beat⁹ Augusti. loquẽs de purgatorio igne) miro modo est grauis. Excellit enim omnẽ pænã q̃ vnquã quis passus ẽ in vita ista. Licet mirabilia passi sunt martyres, quãta etiã & nequiter mali sustinuerunt tormenta. distinc. 25. ca. qui in aliud. Eodem autẽ modo cruciat ignis ille, idest in substantia animas damnatorũ & purgandorum. Sed in purgandis est creta spes ex illo liberari, in damnatis nulla. ¶ Quomodo autem ille ignis cum sit corporeus agat in animas affligendo, est difficile intelligere, sed tamẽ necessariũ credere sicut & illa quæ sunt fidei. Et p̃cipue difficultas apparet in hoc ex eo ꝙ ſm beatum Augusti. super Geñ. agẽs est nobilius patiẽte. Sed nullum corpus est nobilius spiritu. Vnde non videtur ꝙ anima quę spiritus est possit pati ab igne illo corporeo. Itẽ ſm Boetium. Illa solum agũt & patiuntur ad inuicem quæ habẽt materiam cõmunem. Sed spiritus cum corpore nõ habet materiam cõmunẽ. Itẽ omne agẽs corporeum agit per cõtactũ, sed non potest esse contactus corporis ad spiritum. His nõ obstantibus respondet Pe. de Tharantasia in. 4. distin. 44. Constat ꝙ spiritus damnatorum ab igne inferni patiantur Vnde diues in inferno. Crucior in hac flãma, ait. Lucæ. 16. Et cũ istæ ignis nõ intellectualis sit tm̃, nec immaginarius solũ, sed corporeus oportet dicere ꝙ ab igne corporeo patiantur. Sed quomodo hoc sit, a diuersis diuersimode ponitur. Nam cũ in omni actione & passione oporteat agẽs aliquo modo cõiungi patienti, oportet illum ignem cõiũgi spiritui. Hanc autẽ cõiunctionem diuersi diuersimode ponunt. Quidã enim ponũt solum vt obiecti ad potẽtiam cuius est obiectũ. Dicũt enim ꝙ affliguntur ignẽ videndo. Vnde beatus Gregor. In eo ardent dum ardorem suum vident, quia nõ visibile ꝑ se nõ affligit sed per accidẽs, in quantũ apprehẽditur vt nociuum, oportet vt spiritus apprehẽdat illum ignẽ vt nociuum, & hoc cõcedũt dicentes, ꝙ spiritus apprehẽdit illum ignem vt nociuum, & inde affligitur, quãuis non possit ille ignis ex se nocere, sicut puer gladiũ pictum apprehendit vt nociuum. Sed hæc afflictio nõ esset ſm rei veritatem, sed ſm apparentiam, nec propter hoc dicerentur pati ab igne, sed ab ignis imaginatione. Nec est verisimile sic errare dæmones vt putẽt falso ignem illum sibi nociuum inexpertum, maxime cum nouerint optime naturam & virtutem omniũ rerũ corporalium. ¶ Alii ponunt coniũctionem illam per motum locati ad locum. Habet enim corpus naturaliter vt diffinitiue cõtineat spiritum, sed ꝙ retineat inuitum, hoc habet ignis ille ex diuina iustitia. Vnde quia impedit spiritum a faciẽdo quod vult & eundo quo vult, affligit ipsum, sed hæc ratio non videt̃ sufficere, quia tũc ęque bene posset dici spiritus torqueri a terra sicut ab igne. Præterea nũc dęmones non tenẽtur in vno loco, sed pro libito discurrunt per totum mũdum. ¶ Alii ponũt illam cõiunctionem vt instrumenti ad materiam in q̃ agit. Nam quanuis ignis ille vt corpus quoddã naturale est, nõ possit agere in spiritũ, agit tamen vt instrumẽtum diuinę iustitię tanquã manu diuina mouẽte ipsum, sed cũ instrumentum semper propriam virtutẽ habeat per quã agit ab altero motum, qualiter agit instrumẽtaliter ignis ille in spiritum. Dicẽdum ad hoc ꝙ corpus aliquod dupliciter agit, aut actione materiali imprimẽdo speciem sui in alterum. Aut actione spirituali scilicet immutãdo. Aliter enim agit in oculum ignis oculo admotus scilicet calefaciẽdo oculum, aliter remotus scilicet ipsum immutando. Primo modo nõ agit ignis in spiritum, sed secũdo modo, vnde per speciem quam vt instrumentũ diuinum in spiritum imprimit ĩmediate affligit ipsum, sicut per speciem mediãte corpore impressam affligebat inquãtũ est naturæ agẽtis instrumẽtum, & multo fortius ꝓpter maiorem potetiã agentis in sensibilitatẽ patientis & cõiunctionis immediatiorem modũ. ¶ Si in contrarium arguatur sic. Spiritus ab igne aut patitur solum vidẽdo, aut etiam sentiẽdo. Si videndo solum, ergo nõ affligitur, quia visio rei valentis nocere nõ affligit. Si vero sentiẽdo, aut ergo mediãte specie sensibili, aut imaginabili, aut intelligibili, nõ sensibili, quia nõ habet organum receptibile huiusmodi specierum spiritus seu aĩa. Non imaginabili specie, quia non habet imaginationis vsum nec organum. Nõ ab intelligibili, Illa enim specie perficitur. Nõ affligit intellectũ & indefferẽter se habet ad quęmlibet ignem.

ignē. Et sic videtur q̄ nullo modo spiritus possit pati ab igne. Respondet Petrus ibidē, q̄ spiritus patitur vtiq; non solū videndo, sed etiam sentiendo, nō per sensum corporalem mediante specie corporali, sed per sensum spiritualē mediāte specie intelligibili, quæ tamē ex eo q̄ nō est volūtarie accepta, sed violēter impressa accipitur vt discōueniens, qa ēt non abstrahitur sed imprimitur, sed accipit vt particularis non vt vniuersalis. Et per hunc modū mediāte specie spiritus ab igne corporali viso affligit non sicut pueri anima a gladio viso in pariete, sed sicut anima vulnerati a vulnerante gladio, qui gladius agit in animā, nō tamen vt obiectum, sed vt instrumentū per medium tū nō immediate. ¶ Ad obiecta etiam in principio respondet Petrus. Quod.n. dicit Aug. q̄ agens est nobilius patiente, hoc est verū de agente principali, nō de agente instrumentali, vt est ignis ille inferni quoad spiritū. Vel dicendū q̄ agens est nobilius patiente ſm quid, nō simpliciter. Ferrum .n. non est nobilius corpore humano simpliciter, sed ſm quid, inquantū corpus humanū est molle, & illud durū. Ad illud aliud quod dicit Boe. respondetur q̄ est verum de actione & passione naturali nō de supernaturali vt hic. Ad aliud de cōtactu, respondetur q̄ duplex est contactus. s. corporalis, & hoc nō potest esse inter corpus & spūm. Et cōtactus spūalis quo. s. corpus potest contingere spiritum & econuerso ſm vltimā quantitatis virtute non mollis, sicut intelligētia cōtingit corpus quod mouet, & aia corpus propriū. ¶ De hoc. s. quomodo ignis affligat animas in inferno vel purgatorio, habes plenius in 3. parte in tit. de purgandis in purgatorio, ibi vide.

Respondet obiectorum.

§. 8.

¶ Vltra istam pœnā ignis habebit, & habet aīa in inferno alias multas pœnas pro vt notat in li. de septem donis. Nā erit in aia perturbatio timoris indeficientis. In præsenti vita (vt ait Greg.) dum pœna infligitur, timor quiescit, apud inferos pœnę indictio est timoris augmētatio. Vnde de quolibet dānato pōt intelligi Iob. 15. Sonitus terroris sp in auribus eius, nō credit q̄ possit reuerti de tenebris ad lucē circūspectus vndiq; gladium, & post hoc terrebit eum tribulatio & angustia. Et cum habeāt omnia mala, semper timebūt & expectabunt peiora Sapi. 17. Dispersi sunt pauentes horrende. ¶ Tertia infelicitas animæ est confusio ineuitabilis doloris, quia nudabuntur & manifestabuntur oēs turpitudines & scelera malorū in finali iudicio oībus hominibus bonis & malis & angelis & dæmonibus. Vnde dñs Naum. 3. Reuelabo pudenda tua in conspectu omnium nationum, & manifestabo gentibus ignominiam tuā &c. O quanta confusio & verecundia erit illa reprobis cū videbunt & sciant oīa sua scelera turpissima oībus nota. Tantā pœnā habēt aliqui, q̄ scelera sua turpia sciātur per ipsos a confessore qui est priuata persona, & nil pōt alteri dicere, q̄ potius volūt ad inferna descendere q̄ confusionē illā pati. Quid ergo facient, quantāq; pœnam habebunt cum ab hoībus oībus scientur? Et ideo siquis vult cōfusionem illā vitare confiteatur ea & proponat se emēdare, & talis cōfusionē non patiet. ¶ Quanta miseria est infestatio cōscientiæ remordētis Sapi. 4. Venient in cogitationē peccatorū suorum timidi & traducēt eos ex aduersa iniquitates eorum. Hic est ille vermis. s. remorsus cōscientiæ ſm bea. Aug. de quo dī Esa. vlti. Vermis eorū non morietur, & ignis eorum nō extinguetur. Et Iudith. 16. Dabis. s. tu dñe ignem & vermem in carnē eorū, vt vrantur sp. Vermem conscientiæ remordentis in carne. i. propeccatis carnalium voluptatum. Sicut.n. si alicui ꝓponeretur certitudinaliter aliquod maximū bonū tēporale adipiscendū, puta cōsecutionē alicuius regni pleni oībus delitiis, diuitiis, & quiete dūmodo etsi in breui tempore prius vellet aliquos labores sustinere, & ab aliqbus delectationibus abstinere, & ille de hoc nō curaret, sed potius sequi vellet appetitus suos illicitos nec tollerare illos labores sibi ꝓpositos pp quod priuaretur talis adeptione tanti boni sibi præparati, quinimmo detrudet in vilissimum carcerem plenū vermibus & omni miseria, quando ille se ibi inueniret, & semper detinēdū se ibi intelligeret, o quantū remorsum haberet de sua negligētia & stulticia, q̄ tantum bonū quod poterat de facili obtinere amisisset cōtinue talis remorsus sentiret cū maximo sui dolore. ¶ Quanta infelicitas est tabefactio inuidię & liuoris Sapi. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarū, imitantur illū qui sunt ex parte illius. Totaliter autē sunt ex parte ipsius dānati. Nam viuentes in mūdo inuidię dediti et si sint aliquo modo de parte diaboli, dum inuidia detinētur, tamē per pœnitētiā pōt exire de manibus eius sed nō dānati. Inuidēt ergo illi miseri gloriæ beatorum q̄ in generali intelligunt ēt si fuerint amici & cōsanguinei in mūdo. Et tanta est puersitas eorū q̄ vellent oēs secum esse dānatos. Iste zelus inuidiæ finem nō habet, permanēs iugiter sine fine vt dicit glo. sup epistolā ad Cor. Et quāto ille cui inuidetur successu maiori ꝓficit tanto maioris liuoris incendio inuidus inardescit. Huic vultꝰ minax, toruus aspectus, pallor in facie, tremor

Sunt & aliæ miseriæ dānatorū.

De verme conscientiæ i dānatis.

De inuidia & liuore in dānatis

clet, tremor in labiis, stridor in dētibus, verba rabida, effrenata conuitia manus ad violētiam prompta, quæ si interim gladio vacet, odio tamen furibūdæ mentis armata est. Ex his signis quæ apparent in corpore inuidi, ostēditur rabies & magna passio mentis. Vnde & Ioā. in Apoc. dicit de eis, q̄ præ dolore manducauerunt linguas suas, & blasphemauerunt deum viuentem in sæcula sæculorū qui habet potestatem super has plagas, scilicet ad affligendum eos. Et quod diues Epulo sepultus in inferno petiit ab Abrahā, vt mitteretur Lazarus mortuus ad fratres suos quos in mundo reliquerat ad inducēdum eos ad pœnitentiam, ne irent sicut & ipse ad infernū, non hoc ipse fecit ex charitate, quæ nulla est in damnatis, sed p̄pter amorem proprium ne scilicet illi fratres abutentes diuitiis quas eis dimiserat diues ad infernum eum sequerētur, & exinde ipse magis torq̄rēt ex occasione mali dati illis. ¶ Sexta est excæcatio seu offuscatio rationis. Vnde Sap. 2. dicitur. Malitia excecauit eos, & Sophonie. 1. Tribulabo eos, & ambulabūt vt cęci, quia domino peccauerūt. Ita. n. excæcati sunt, vt æstiment deum iniustum in punitione eorum, & odiant eum, nec dolent de peccatis commissis inquantum offensa dei, sed q̄a inde cruciātur, & ideo infructuosa eorum penitentia. Et in mundo quidem illi qui habuerūt aliquā scientiam vel artem, delectationem habēt non modicam in speculando veritates talis sciētiæ & tanto magis quanto de altioribus fuerit illa veritas vel sciētia. Egressæ autē animæ talium sapientum huius sęculi de mundo, scientiam hic acquisitam secum deferūt, nec eam obliui scuntur, sed nullā delectationē vel refrigeriū ecipiunt de tali scientiæ pœnis absorti, sed augmentum doloris, quia considerant q̄ si recte vixissent eorum scientia in alia vita fuisset in eis perfecta in deum videndo. Et quia quā to magis notitiam habuerunt in mundo agendorum, tanto grauius puniuntur, vt grauius pecantes. Non ergo prodest Platoni, Aristotili, Anaxagore. Pythagoræ, Socrati, Tullio, Demosthenī, Virgilio, Homero, & aliis philosophis, & Poetis ac rhetoribus eorū sciētia & eloquētia in inferno. De his. n. dicit Hiero. illud intelligi q̄d ait Salo. Eccles. 10. Labor stultorū affliget eos q̄ nesciunt in vrbē p̄gere. Et quia non habuerunt sapientiā perierunt p̄p suā insipientiam, vt dicit Baruch. 4. non habentes fidem, sed maximam superbiam. ¶ Septima infelicitas est memoria p̄teritarum delectationum & earum defectus. Vnde dictum fuit diviti in inferno posito. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua. Lu. 16. quasi dicat. Defecerūt tibi omnia illa q̄ bona & maxima bona putabas & amabas. Quanto autem quis magis aliquid amat & illud consequi nō potest, tanto magis affligitur, psal. 68. Cum interierit non sumet omnia idest nihil ex eis q̄ hic amabat & in eis delectabatur, neq; descēdet cū eo gloria eius. Vnde vt dicitur Sap. 5. Videntes scilicet ipsi qui sunt in inferno felicitatē sanctorum & defectum in se omnium bonorum quę hic dilexerunt turbabuntur timore inſperatę salutis intra se pœnitentiā agentes, & præangustia spiritus gementes & dicētes scilicet de beatis. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum ęstimabamus insaniā & finem illorū sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Quid nobis profuit superbia nostra & iactantia diuitiarum? Transierunt velut vmbra omnia. Ergo errauimus a via veritatis & sol iustitiæ non illuxit nobis &c. Talia dixerunt in inferno.

De excecatione rationis in damnatis.

¶ De qualitate & conditione tortorum in inferno idest dęmonū dicit. b. Greg. quos habuerunt. s. reprobi incentores inculpa, habebunt tortores in pœna. Vñ Hieremī. quinto. Seruietis diis alienis idest dæmonibus alienis ab omni misericordia qui non dabunt vobis requiem. Septem autem sunt conditiones demonū propter quas sunt timendi, de quibus in libro de septem donis. ¶ Primum est eorum horribilitas & deformitas. Iob. 20. Venient super eos scilicet reprobos horribiles idest dæmones. Sap. 11. Potens eras tu deus immittere multitudinē irrisorum aut audaces leones, aut noui generis ira plena bestias &c. Et paulopost quarum non solum sessura poterat eos exterminare, sed etiam aspectus per timorem occidere. Vnde ad ostendendum horribilitatē ipsorum dæmonum, quando beatus Bartholomeus Apostolus, (vt scribitur in eius legēda,) voluit ostendere illis Indis quibus prædicabat horrorem seu aspectum horribilem ipsius demonis, prius monuit vt signum crucis sibi in frōte facerent ne ex timore & horrore aspectus eius infirmarentur. Quo facto viderunt omnes demonem vt ingentem maurum fuligine nigriorē facie acuta, barba prolixa, crinibus vsq; ad pedes p̄tensis, de oculis scintillas igneas emittentem, exore & naribus ignē sulphureum, vinctis retro manibus. In legenda quoq; beati Sebastiani aiebat ipse in sua exortatione. Peccator a morte perpetua capietur & tenebitur, in qua est ignis, flamma perseuerās

De inferni terroribus et eorum qualitate.

De sentētiā condemnationis dq̄ monum tortorū timēdis.

tribulatio

tribulatio & pena perpetua. Hinc atroces angeli. s. dæmones commorantur, quorum brachia capita draconum sunt, quorum dentes sicut Elephantis pro minent & stimulãt ad tormenta vt cauda scorpionum, quorũ voces vt fremitus leonis sonant, quorum aspectus dolorem & timorem inducit & mortem, & ad hoc ibi viuitur vt vita cruciatibus exponat, & ad hoc vita reintegratur vt serpentum morsibus iteratis reparata membra postea atterantur. Vnde quidam patrum dixit, ꝙ siquis videret dæmones in illa deformitate in qua vident dãnati non posset viuere. Et in vitis patrum hr, ꝙ quidam frater in ordine prædicatorũ cum vidisset diabolum in specie ita horribili sibi, apparuit ꝙ præ timore fortiter exclamauit. Ad cuius clamorem currentes fratres inuenerunt eum in terram prostratum quasi mortuũ non valentem loqui. Quem duxerunt ad infirmariam. Resumpto aũt spiritu interrogatus, de causa clamoris. Respondit ꝙ ex eo clamauerat & præ timore ita defecerat, quia diabolũ viderat. Quæsitus de forma & aspectu eius dixit. Ego nescirẽ describere & declarare qualitatem eius. Sed vnum dico, ꝙ si mihi daret optio, quid potius eligerem vel eum aspicere per modicum in illa specie tam horribili vel mittere me in fornacẽ ignis ardentẽ ante me positã, mallem ingredi fornacem ardentẽ. ¶ Secundum pp quod timendi sunt est eorũ crudelitas de quib. pót intelligi illud Iob. 16. Collegit furorem suum. s. diabolus in me vt sit locutio ista cuiuslibet damnati, & cõminans mihi infremuit contra me dentibus suis. Hostis meus terribilib. oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua. s. dæmones & exprobrantes percusserunt maxillam mea. s. pp peccata gulæ & malæ locutionis. Saturati sunt pœnis meis. Cõclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. i. crudelium. Ego ille quondam opulentus. s. in mundo repente contritus sum. s. in mundo. Et Hiere. 6. c. dr. Crudelis est, & non miserebitur. s. diabolus. Vbi bea. Hierony. Crudelis diabolus est in ustis, crudelior suis, crudelissimus sibiipsi. Qd diabolus sit crudelis sanctis, patet in Iob. 2. ca. quem Sathan post substractionẽ omniũ suorum bonorum & interfectionem ex ruina per eum procurata filiorum, percussit eum vlcere pessimo a planta pedis vsq; ad verticem. Exẽplum etiam ad idem in Antonio quem inferuore maximo Deo seruiẽtem & orantem demones verberauerunt vsq; ad mortem. Crudelior est diabolus suis. s. sociis dęmonibus & dãnatis Petrus in canonica. Aduersarius vester diabolus tanquam Leo rugiens circũit quærens quem deuoret. Et Hieremiæ. 51. In persõna damnati dicitur. Deuorauit me absorbuit, me, sicut draco repleuit ventrem suum. Vnde & legitur in vitis patrum. Quod quidam sacerdos illorum in templo quadam nocte vidit Sathan cum maxima multitudine demonum in throno sedentem & inquirẽtem a singulis de malis ad quæ hominis inducebant suggestionibus suis. Et cum vnus eorum retulisset se tempestatem in mari concitasse. Et sic naui submersa multos necatos Sathan fecit eum a satellitibus acriter verberari, quia parum mali fecisset. Exinde processit alius diabolus asterens se in nuptiis quibusdam rixas excitasse & multum sanguinem ab hominibus illis & inter illos fusum ad instigationẽ eius. Et hunc similiter flagellari fecit tanquã pigrũ & inertem ad malum procurandum. Post hunc surrexit alius in mediũ dicens, quia per multos annos tentasset quẽndam solitarium in deserto de fornicatione. Et demum illa nocte eũ vicisse, ad malumq; illud induxisse. Et hunc Sathan osculatus est & coronam sibi posuit in capite de victoria habita contra illum virũ sanctum. Crudelissimus autem sibiipsi, quia cum sibi augeatur pœna ex malis ad quæ inducit homines tanta est malitia & crudelitas sua, ꝙ potius eligit sibi pœnam augeri q̃ desistere a tentationibus suis. ¶ Tertia conditio demonis est procacitas & auiditas eius Deuteronomii. 28. Adducet dominus super te gentem de longinquo de extremis finibus terræ, gentem procacissimam idest dęmones. Legitur in vita beati Martini ꝙ cum ipse cum sociis pergeret iuxta quoddam stagnum cernens Mergulos insidiantes aliis piscibus, & se de eis ingurgitantibus, ait sociis. Forma hęc est demonum. Insidiantur in cautis captos deuorant, saturariq; nequeunt deuoratis. ¶ Quarta conditio eorũ est fortitudo & potestas eorum Iob. 40. Non est potestas super terram quæ possit ei comparari. Tanta est potestas eorum qd fm naturã omnis materia elementaris est subdita eis ad nutum, nisi a Deo & angelis bonis retineamtur. Vnde posset ignẽ mittere de aere, sulphura, tẽpestates, & pluuias, & infirmitates in hominibus, nisi coerceantur virtute Dei. Ipse fecit vt ait psal. 77. immisionem per angelos malos ad plagandum Egyptum. Diabolus fuit q ignem de cœlo immisit ad consumẽdum greges ouium Iob. Ipse ventum validum excitauit ad subruendum domum vbi filiis Iob septem cum tribus sororibus conuiuabantur. Ipse graui vlcere corpus eius vulnerauit, eius

Exẽplũ. de, Dæmonũ de formitate.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

opere

opere malificia multis multipliciter nocent. Ecclesiastici. 39. Sunt spiritus ad vindictã creati, & in furore suo cõfirmauerunt torméta sua, & in tempore consummationis effundent virtutem & furorem eius qui fecit eos confundent. ¶ Quinto eorum velocitas. Threnorum quarto. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli. Vnde vt habetur in lib. dialogorũ, dicente Stephano mancipio suo ex ira. Veni diabole discalcia me, statim affuit diabolus discalcians. Similiter cum Hermogenes incantator inuocasset dæmones, vt adducerent ad eum ligatum Philetum discipulum suum, hoc executi sunt. Missi autem ab eo & ad lacobum Apostolum etiam adducendum, veloces quidem fuerunt ad eundum, sed in nullo valentes eũ ledere, quinimo cruciati velociores fuerunt iussu apostoli ad Hermogenem captũ & ligatum ante apostolum adducendũ. ¶ Sexto eorum nocendi studiositas, sagacitas, & diuersitas. Vnde Apocalyp. 13. describitur habere septem capita, & decem cornua, quæ significant modos varios decipiendi & nocẽdi. Vnde in figuram. Serpens callidior erat cunctis animantibus terræ. Genesis. 3. Mille namq; nocendi habet modos, nec ignoramus astuciam eius. 16. quæstio. secunda. Visis. Ad quod fecit quod diabolus ipse confessus est. Nam cũ Magister Iordanus generalis secundus ordinis prædicatorum adiuraret dæmonem, vt discederet ab obsesso, & interrogasset quo nomine vocaretur ipse diabolus obsidens. Respõdit quod mille artifex diceretur. quia mille modos haberet ad nocendum. In dial. quoq; refert Gregor. quod cum quidam episcopus, Mediolañ. Corinthum accessisset intrauit domum quam multis annis dæmones inhabitabilem reddiderant propter clamores eorũ, & cũ vellet de nocte quiescere, audire cæpit magnis clamoribus rugitus leonum, balatus pecorum, sibilos serpentum, ruditus asinorum, grĩnitus porcorum & huiusmodi. Tunc episcopus ait. Bene tibi contingit miser. Tu es qui dixisti. Ponam sedem meam ad aquilonem similis ero altissimo. Ecce per superbiam tuam his bestiis similis, factus es. Ad hoc quasi erubescens diabolus discessit a loco. ¶ Septimo maligna eorum falsitas, uera enim exprobrat, & falsa opponit. Apocalyp. 12. Proiectus est in terram diabolus accusator noster, qui accusabat fratres die ac nocte. Iob. 16. Suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi. Collegit furorem suum in me. Gaudet enim de pœnis & malis iustorũ & reproborũ, & irridet eis. Omnia supradicta propter quæ diabolus est timendus & horrendus damnatis notanti. Abachuc. 1. vbi dicit Suscitabo Chaldeos qui iterpretatur feroces, ecce crudelitas gentem amaram ecce malignitas, & velocem ecce velocitas, ambulantem &c. ecce auiditas horribilem & terribilem, ecce horribilitas, ex seipa mendacem ecce falsitas, leuiores pardis, equi eius ecce fallendi & nocendi diuersitas. Pardus enim est varii coloris, & velociores lupis vespertinis ecce vorandi auiditas & insatiabilitas. Et postea dicitur. Ipse de regibus triumphabit ecce potestas & fortitudo. Potes ex his perpendere quanta miseria, quanta angustia, quãta pœna sit habitare cum talibus tortoribus. Et ideo timendum, ne ad talem societatem perueniatur.

De velocitate Demonum.

¶ De priuatione diuinæ visionis. Qui descendunt ad infernũ damnatorũ, nunq; Deũ videre possunt. Vñ dr eis. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Matth. 25. vt scilicet nũquam me videatis. Esaiæ. 26. ait dominus. Non videbit gloriam meam, scilicet dãnatus, vbi alia translatio habet quæ communius allegat. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Et hęc est eis maxima pœna sup omnes alias, beatus Augusti. Nulla pœna maior q̃ carentia diuinæ visionis, & Chrysosto. lib. de visione alias cõpunctione cordis dicit, q̃p potius eligeret mille gehennas idest ignes inferni q̃ priuari tali visione. Hæc visio vt ait Plotinus philosophus Platonicus, Et refert beatus Augusti. de ciui. Dei. Est tantæ pulchritudinis, tãtoq; amore dignissima, vt sine hac aĩam quibuslibet bonis quantislibet præditam æstimet infœlicissimã. Sed quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Ideo parum & quasi nihil intelligit in vita præsenti de Deo, quantũ bonum sit animæ, (vt ait enim philosophus.) Sicut lumẽ noctuæ se habet ad lumẽ solis, quod scilicet sufferre nõ valet, ita oculus noster scilicet intellect⁹ ad illa manifestissima naturę, vt angelos & Deũ parum & imperfectissime ea recognoscẽs. Si enim ista bona temporalia, & quæcũq; creata q̃ sunt bona, accidentaliter & participatiue trahunt nos ad amorem earum, & tanto magis quanto magis nobis repræsentant bona, quãto magis habet trahere ad amorem & consolationẽ & delectationem bonum diuinum seu deus qui est bonum per essentiã, vnde deriuatur o nnis bonitas? Sed quia hoc parum anima videt & considerat in mundo, ideo parum vel nihil diligit, & parum æstimat eius visione priuari. Separata autem anima a corporis grauamine tunc intelligit Deũ sum

§. 10.

Pœna maximã dãnatis.

mum

mum bonum,& q̃ ad illum adipiſcendum eſt creata. Et qa immediate ipſum ſummũ poſſideret, ſi non eſſet in ea impedimentũ. Conſiderans ergo q̃ pp̃ ſui defectum.ſ.peccatorum conſecutionem talis boni priuatur & in æternum ſi damnatus eſt ſummè dolet priuari ſe tali viſione Dei clara. Si.n.anima eſſet in igne inferni,& Deum videret clarè,nõ ſentirer pœnam.Et econtra ſi eſſet in cęlo cum ſanctis & angelis,& non videret Deum,nõ haberet gaudium & conſolationem.Sicut ergo Dei viſio.ſ. clara & facialis eſt tota merces ſm b. Auguſt. & præmium ſanctorum.Satiabor(ait pſal.16.) cum apparuerit gloria tua.i.clara viſio & quietatur oĩs appetitus,ita & priuatio talis viſionis eſt totum malum.i.principale ipſis damnatis. Et ſicut ex ipſa viſione cõſequuntur ſancti oĩa bona,ita ex priuatione eius, damnati oĩa mala contraria dictis bonis. Recipiunt.n.ſancti ex ipſa viſione Dei ſummam ſciam oĩum. Quid eſt quod neſciant.ſ.ſancti qui ſcientem omnia ſciunt ait b.Greg.Cum.n.in Deo ſint ideæ omnium creaturum ipſum videntes oĩa in eo vident quæ volunt de creaturis. Econtra dãnati priuati tali viſione nullius rei habent perfectã cognitionem, etſi aliquid hic in hoc mũdo nouerunt de Deo & creaturis, vt philoſophi Ariſtoteles, Plato &c de tali cognitione non habent delectationem.Sed maius tormentũ quia abuſi ſunt. Et minimus puer qui.ſ.mortuus eſt in infantia baptizatus maiorem ſcientiam de rebus habet in patria, q̃ oẽs philoſophi in inferno. ¶Secundo ſancti ex beatiſſima viſione conſequuntur maximum gaudium & delectationem pſalm.15. Delectationes in dextera tua vſq; in finem. Dextera Dei eſt vita æterna. Aug.Delectationes ſunt ex viſione Dei vſq; in finem.i.ad finiendum & perficiendum oẽm appetitum. Ecõtra damnati ex priuatione huius viſionis habent ſummam triſtitiã. Et ſicut beati ex omni parte ſupra,infra,intus,extra,& circũeirca, pleni ſunt gaudio pp̃ quod dr̃ cuilibet eorum. Intra in gaudium domini tui. Ita damnati ex omni parte circundati ſunt dolore ex cõſiderationem ſuperiorum præmiorum quæ amiſerunt,ex conſideratione inferiorum rerum quæ nimis dilexerunt oĩs priuati.Ex cõſideratione interiorum remordentium peccatorum. Ex conſideratione exteriorum ignium urentium. Et conſideratione circunſtantium demoniorum & ſociorum. ¶Tertio beati ex viſione Dei conſequuntur perfectã amicitiam ad Deum & ſocios. Ita ſe perfecte diligunt q̃ gloriam maiorem ſanctorum magis eis volũt q̃ ſibi, quia magis meruerunt. Econtra damnati odiunt Deum vt punientem. Vnde Io.in Apoc. Blaſphemauerunt Deum viuentẽ in ſæcula ſęculorum. Nulla dilectio vel amicitia eſt in eis, nec erga propinquos nec erga amicos. Quos ſecum vident in tormentis ſocios in peccatis odiunt. Oẽs ſanctos etiam propinquos genere uellent ſecũ eſſe in inferno quinimmo & ſeipſos odiunt.Et quãuis non eſſe ſimpliciter non cadat in appetitum creaturæ, tñ quia minus malum habet rationem boni reſpectu maioris mali, quia melius eſt non eſſe q̃ male eſſe,ideo dr̃ de damnatis in Apoc.c.9. Deſiderabunt hoies mori.i.deficere ab eſſe, & fugiet mors ab eis. ¶Quarto beati ex viſione Dei aſſequuntur magnam dignitatem. ſ.regiam & ſacerdotalem. Vnde decantant ante Deum. Redemiſti nos dñe in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro regnũ.i.reges, & ſacerdotes reges ad dominandũ toti mundo, ſacerdotes ad offerendũ cõtinue ſacrificiũ ſanctarũ & feruentium affectionũ. Econtra dãnati ex priuatione huius viſionis participantignominiã & ſeruitutem Hie.5.Seruietis diis alienis, qui nõ dabunt vobis requiem.i.dęmonibus quinimmo ſerui & ſubiecti ſunt ẽt captiui tenẽtur in carcere inferni, vt non ualeant inde exire ad libitum ſuũ. ¶Quinto ex Dei viſione hñt ſancti ſummã pacẽ Eſa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis & requie opulẽta. Oĩa appetunt pacẽ, dicit Diony. Et ſi tã dulcis eſt pax humana pro tpali ſalute hominũ quanto dulcior eſt pax diuina pro eterna ſalute angelorũ? ait b.Aug.23.q.1.noli. Nec hic põt eſſe perfecta pax,ſed ſolũ in patria.Sed in inferno eſt remotio oĩs pacis & continuum bellum. Nam dicit Sapiens. Armabit.ſ. Deus creaturam ad vltionem inimicorũ. Et iterum pugnabit pro eo.ſ.Deo orbis terrarum contra inſenſatos.Sicut aũt ipſi miſeri habent intra ſe continuum bellũ malarũ affectionũ,ſic & creaturę bellant cõtra eos affligendo diuerſis modis & pœnis. ¶Sexto ex Dei viſione habent ſancti maximã claritatem.Vnde 1.Io.1.Deus lux eſt,& tenebræ in eo non ſunt vllæ. Hæc lux ſicut illuminat oem hoĩem venientem in hunc mundum lumine gratiæ, quia.ſ.nullus illuminatur niſi ab eo, ita de mundo egrediens lumine gloriæ non illuminatur niſi a Deo, quod lumen gloriæ redundans ab aĩa glorificata in corpus ſuũ reſuſcitatum,facit ipſum clariſſimum & pulcherrimum. Videntes ẽt oculis corporis reaſſumpti Chriſti humanitatem fulgentem ſicut ſol, immo incomparabiliter plus, inde etiam illuminantur & iocundantur. Damnati vero priuati tali uiſione remanent obſcuri & tenebroſi

Septem ſũt quæ ſancti recipiũt ex viſione Dei.

nebrosi in aïa & corpore. Et q̃uis in iudicio finali visuri sint Christi humanitatẽ, qui habet eos iudicare, non inde recipient illuminationem vel aliquam cõsolationem vt sancti, sed summum horrorẽ & dolorẽ ex verbis Christi eos exprobrantis de malis suis, adeo vt dicant montibus & collibus. Abscondite nos & cooperite a facie agni. i. Christi turbati contra nos. ¶ Septimo recipiũt sancti ex visione Dei summam firmitatẽ in bono, quia cũ continue repræsentetur Deus menti vt summũ bonũ, non pñt ad momentum diuerti ab eo, & ipsum non summe amare nec valent in aliquo peccare. Sine macula. n. sunt ante Thronum Dei. Apoc. 14. Damnati aũt econtra sunt ita auersi a Deo q̃ non pñt Deum diligere, sed sicut dæmones (vt dicit Dionisius) habent phantasiam proteruam. i. iudiciũ intellectus peruersum æstimantes Deũ iniuste eos cruciare, sic & dãnati. Nec auerti possunt malis desiderijs eorũ quæ habuerunt in mũdo, sed nihil eorum pñt obtinere psal. 111. Desideriũ peccatorũ peribit. s. vt non consequi valeant desiderata ab eis.

§. 11. ¶ De subtractione oĩum subsidiorũ ab eis. s. dãnatis in inferno. A Deo seu psonis diuinis. Dãnati his subsidiis priuantur. Ab angelis. A sanctis. A notis. Ab ecclesiæ suffragijs. A bonis per actis. A locis sacris. ¶ In vita præsenti habent ẽt maximi peccatores subsidiũ multiplex a Deo, præcipue per pœnitentiã per q̃ placatur, s̃m illud collectæ. Deus qui culpa offenderis pœnitentia placaris. In qua pater cor lapideũ frangit per potentiã contritionis. Filius illuminat per manifestationẽ confessionis. Et spiritussanctus dignificat fructũ satisfactionis. Sed dãnatus non dabit Deo placationẽ suam, in psal. 48. quia pœnitere non pôt. Quod enim ait Dama. fuit angelo casus, hoc homini mors. i. sicut angelus ex primo suo lapsu factus est inconuertibilis ad Deum, ita moriens in mortali homo est irreuersibilis ad pœnitentiã. In inferno quis confitebitur tibi? q. d. nullus, ita ne contritio nec satisfactio. Quidam rusticus (vt hr̃ in lib. de septem donis) inuitatus ad regales nuptias cum aliis ibat. In uita aũt sitiens multum cũ a sociis suaderetur vt aquã fœtidam quam inuenerunt in via non biberet, sed abstinẽs ab ea & cito perueniens ad locum nuptiarum optimum vinum & alia delitiosa inueniret, noluit ille acquiescere cõsilio aliorum, sed vt satisfaceret siti impleuit ventrem aqua illa putrida. Cum autem peruenisset ad palatij fores vbi celebrabantur nuptiæ eructãs fetorem aquæ fetidæ q̃ adhuc habebat in ventre, quem rex non solum non permisit intrare, sed cum multis ictibus expulsus eiectus est in foueam fœtidissimam, vbi cunctis videntibus euomuit aquam q̃ ibi biberat ibi obfirmatus. Sic accidit dãnato cuilibet. In vita. n. præsenti vocatus ad cœlestes nuptias, cum in via naturaliter appetat bonum & sitiat beatitudinẽm, aquam fœtidam inueniens delitiarum & diuitiarum mundi, vt satisfaciat siti fuæ implet affectum inordinatum illis, cum tamen sibi dissuadeatur a prædicatoribus & alijs bonis: sed demũ venit ad mortem, & cũ deberet ingredi ad nuptias cœli vbi sunt oĩa bona parata, quia reperitur mens eius plena iniquitate ex terrenis inordinatè amatis, proiicitur in foueã inferni, nec pœnitere valet, sed priuatus tpalibus, in inferno permanet. Exẽplũ viuentiũ in fœditate.

¶ Secundo dãnatus priuatur auxilio angelorum sanctorum. In mundo innumera subsidia & adiutoria habemus ab angelis, vt patet per exemplum & figuram in angelo Raphaele sociante in via Thobiam. Sed in alio sæculo dicunt angeli de aïa damnata illud Hiere. Curauimus Babylonem, & non est curata, recedamus ab ea. i. in vita multipliciter quæsiuimus curationem talis per instigationes ad bonum, noluit acquiescere, nil in alia vita possumus agere subsidij. Dãnat' priuatur Auxilio Angelorum.

¶ Tertio orationibus sanctorũ. Sancti eos qui sunt in mundo multipliciter adiuuant meritis & pręcibus, & permaxime Beata Maria quo ad corpus & quoad aïam, vt patet 2. Macha. vl. vbi dr̃ de Hiere. sancto defuncto. Hic est qui multum orat pro populo. Sed pro his qui sunt in inferno seu damnatis nunq̃ orat, quia oĩno sunt conformes voluntati Dei quẽ sciunt hoc velle. s. in nullo eis subsidiari. Vnde nec diues nec guttam aquæ potuit ab Abraham vel Lazaro obtinere. Orationib⁹ sanctorum.

¶ Quarto ex orationibus eleemosynis & aliis quę fiunt specialiter a consanguineis & amicis alicuius, dãnati nullum refrigerium recipiunt, & qui sciunt aliquem esse damnatum quantumcunq, sibi amicissimum male facerent pro eo orando, sicut & si orarent pro diabolo liberando. Sed quia nisi quis decedat in notorio mortali sciri non potest si est damnatus vel saluus, ideo vt dicit b. Augustꝰ. 13. q. 2. Tempus rationabiliter pro cunctis fidelibus defunctis oratur, etsi illi dãnati essent vtiq, nihil ipsi inde percipiunt, sed in facientẽ illud suffragium & in alios de purgatorio conuertitur. Priuat eleemosynis.

¶ Quinto ex orationibus & aliis bonis quæ fiunt in ecclesia, oẽs qui membra ecclesiæ sunt vnita Christo per charitatẽ participãt aliquo modo de illis bonis, s̃m illud psal. 118. Participem me fac Deus omnium timentium te &c. Exemplum de cibo quem quis comedit, quia omnia mẽbra viua recipiunt partem nutri- Orationibus ecclesiæ.

nutrimenti, non aũt prę̃cisum mẽbrum. Quia ergo damnati sunt oĩno præcisi nec amplius incorporati seu reuniri pñt, ideo nullum subsidium inde percipiunt. Nec ẽt ex indulgentijs prælatorum Nam etsi his qui in purgatorio sunt valere possint, si ad eos extendatur a prælatis, non tñ ad dãnatos. Sexto ex bonis quæ fecerunt in vita siue viua, dum. s. fuerunt facta in gratia, siue mortua opera quæ. s. fuerunt facta in mortali nullũ inde auxilium suscipiunt directe. Et hoc est qđ dicit dñs per Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatem, oĩum iustitiatum eius nõ recordabor. Et Apõst. 1. Cor. 13. Si distribuero oẽs facultates meas in cibos pauperũ &c. nihil mihi prodest b. Greg. In perpetratione malorũ nulla debet esse fiducia bonorum præteritorum. Indirecte valent, qa si non fecisset illa bona, tunc feciſſet aliquod malum, pp quod specialẽ pę̃nam sustinere, q̃ euasit. ¶ Septimo loca sacra vbi boni sepeliuntur eligant eis vt. s. sancti illi in quorum honorem illa loca sunt dedicata orent pro aĩa illa si est in purgatorio pp deuotionem q̃ ille viuens habuit ad eos pp qđ elegit sepulturam, vt dicit b. Aug. 13. q. 2. Sed dãnatis hoc non prodest c ĩn potius nocet pp præsumptionẽ eorũ, qui elegerunt talẽ sepulturã, vt magis crucientur. Vnde & b. Gre. in 4. dialog. exẽpla ponit de quibusdã malis in loco sacro sepultis, qui miraculos. inde eiecti sunt.

Priuat bonis q̃ fecit in uita.

¶ *De timore initiali.* *Cap.* 6.

QVintus timor dr̃ initialis. De quo ps. 110. Initiu sapientiæ timor dñi. Hic timor semper est cũ charitate, qñ. s. quis timet pœnã siue tpalem siue æternã. Timet & erubescit culpam cõmissam. Sed plus timet Dei offensam. Prouer. 1. & Eccl. 1 Principiũ sapientiæ timor dñi, & Prou. 8. Timor dñi odit malum, plus. s. amore iustitiæ q̃ timore pœnæ. Hic timor habet duos oculos. s. dextrum amoris iustitiæ ad declinandum malum culpæ. Sinistrum euitationis pœnæ ad euadendum infernũ vel aliam pœnam. Hoc figuratum fuit in Abraham cum fixit tabernaculum suum inter Bethel & Hay. Gen. 12. & 13. quia vir iustus firmat mentem suam inter amorem paradisi & timorem inferni. Istæ sunt illæ duæ ancillæ, quæ inducunt Hester reginã, quæ interprætatur humilis, ad Assuerum qui interpr̃etatur beatitudo. Hester 15. Timor eleuat & comprimit vestimenta defluentia & defectus virtutum quæ nos vt vestimenta ornãt, amor eã sustentat. Hæ sunt duæ alæ datæ mulieri per quas volat in desertũ pœnitentię & vitę eterne. ¶ Et q̃a bona opera quę̃ fiunt ex isto timore filiali, & mala seu peccata quæ quis cauet ex eo sunt meritoria, quia magis timet offensam q̃ pœnam quia ex charitate procedunt, quia pœna respicit se, offensa Deum. Ideo q̃ magis timeat & doleat de offensa Dei q̃ de pœna signum est dilectionis Dei. Videndũ est de multis quæ debent timeri isto timore. Primo igitur timendum est peccatum ne incurratur. Eccl. 12. in fi. dicit Salo. Finẽ loquendi oẽs pariter audiamus. Deũ time. s. timore initiali saltẽ & mandata eius serua, qd. s. est eius effectus & signũ, qa qui timet Deũ faciet bona. Eccl. 15. Hoc est oĩs homo, i. per hoc homo habet vere esse hoĩs qđ est esse rationale.

Timor initialis hẽt duos oculos.

¶ Timendum aũt est peccatũ ad vitandum pp septẽ rões quæ ponunt in lib. de septẽ donis. §. 1.

¶ Primo quia si peccatum non esset, nihil homini obesset. Peccatũ timẽdũ pp septẽ

¶ Scđo qa sine hoc quicq̃d est, hoĩ prodesset.

¶ Tertio qa angelus bon⁹ sũme hoc abhorret.

¶ Quarto quia sanctis iniuriam infert.

¶ Quinto quia diabolo summe placet.

¶ Sexto quia Deo maxime displicet.

¶ Septimo quia facienti pessime nocet.

¶ Primo igitur timendũ est peccatũ & fugiendum, quia si hoc non esset nullũ malũ pœnæ esset Eccl. 8. Qui seruat mandatũ, non experiet quicquam mali b. Greg. Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas b. Hierony. Qđ oĩa mala sustineamus peccata nostra hoc fecerunt. Oĩa mala quæ timemus, valde uitaremus si peccatũ nõ esset. Non timeremus nec infernũ, nec purgatoriũ, nec Dei iudicium nec multiplex mundi periculum, nec mortẽ si nõ esset peccatũ. Vbi est peccatum non est bonus homo. Sen. Nihil est homini bonũ sine se bono. Et quia quodlibet mortale est venenum & contrariũ charitati per q̃ homo habet esse spirituale, & ideo non habens charitatẽ sed peccatum, dicit Apost. 1. Cor. 13. nihil est. Et ideo Petrus Apost. amissa charitate per peccatũ negationis Christi, quãuis hoc non intellexerit, tñ verum dixit cũ ait cuidam dicenti se esse ex discipulis eius, O homo nõ sum, quia esse amisserat spirituale, vt exponit Hilari. ¶ Secũdo est timendum peccatum & renuendum, quia homini extra peccatum oĩa cooperantur in bonũ diligenti Deum, ſm Apostolum quinimmo particeps fit oĩum bonorum ecclesiæ ſm illud psal. 118. Participẽ me fac Deus oĩum timentium te &c. Non solum bona eis cedunt in bonum, sed ẽt mala pœnæ. Nam quia ex pœnis purgantur eorũ peccata augentur & meritum & corona, vt patet in Iob Tobia & alijs. Sicut

econtra bona in se & optima fiunt mala malis. Vnde b. Aug. de conse. dist. 2. Et mala prosunt, bonis, sicut angelus Sathanę colaphizās Paulū. Et sancta obsunt malis sicut bucella. 1. eucharistia. Iudæ. Nec. n. illa bucella in se mala fuit, & iō nocuit, sed qa malus bono male vsus fuit. Insuper & mala culpæ bonis conuertunt in bonum. s. cū reuertunt ad pniam. Vnde b. Aug. de pę. di. 4. Vsq; adeo oia electis Dei cōuertuntur in bonū, vt ēt si qui eorum exorbitauerint, hoc eis faciat proficere, quia inde humiliores cautiores & feruētiores surgūt. Sicut & b. Amb. dicit de Petro. di. l. Fidelior factus est Petrus postq̄ fidē se perdisse defleuit. s. negādo. Et sic peccatū electis est sicut Tyriaca quæ ex serpente venenosissimo Tyro dicto cōficitur & remediū efficitur contra venenū, quia pctm̄ qđ habuit mortiferā delectationē in se vel in alio, ex eo assumitur remediū ad ipsum expellendū & mortificandū per cōpunctionē de eo, & per cōpassionem in alio. ¶ Tertio est timendū & abominandum peccatum, qa bonis angelis multū displicet, & abominantur ipsum. Hoc patet in malis & in bonis hoibus. Nam seuere puniūt Deo disponēte, vt patet de Sodomitis per quos & ciuitates eorū ipsi immiserūt ignē & sulphur. Gen. 19. c. Et in Dauid pp cuius vanam gloriam in numerare faciendo populum suum angelus dñi infra triduum percussit, ex peste videlicet 63. milia 2. Reg. vlt. Ansel. Tolerabilius sętet canis putridus hoibus, quā aīa peccatrix Deo & angelis eius. Vnde in vitis patrum legitur, qꝺ cū transiret per heremū angelus in forma hois cum quodam sancto heremita obuiam habuerūt quoddā cadauer hois, & quia valde fetebat, heremita nares obturauit cū chlamyde, ne sętorem sentiret. Angelus aūt nil tale egit, postea obuiā habentibus quēdam pulchrum iuuenem vestibus ornatū redolentibus. Angelus clausit fortiter nates, heremita aūt minime. Sed miratus de actu quare nares obturasset iuxta iuuenem trāsiens, cū esset ita pulcher & redolens. Non autem circa illud cadauer ita marcidū & sętidum. Rn̄dit. Tu cū sis caio sentis sętorē carnis. Nos autē qa spūs sumus, sentimus sętorē spirituū qui procedit ex peccatis, quorū iuuenis ille lasciuus erat plenus, & iō mihi fetebat. Cū aūt angeli boni sint nobis amicissimi & socii debem⁹ peā timere & cauere ne eis abominabiles fiamus.

¶ Peccatum quarto sanctis iniuriam infert, qa offendit regem & dn̄um, qui enim offendit dominum, offendit totam familiam suam quæ sunt sancti. Eccl. 28. Vir peccator turbabit amicos. s. æterni regis, vel quia a cōmunione sanctorum se subtrahit & societate militantis & triumphantis ecclesiæ, quasi si excōicatos eos iudicaret. Vel quia se contrariū sanctis efficit dum contrariæ ptāti militat Luc. 11. Qui non est mecū contra me est. Vel quia quantū in se est gloriā sanctorū, & gaudiū minuit q de eius gloria visa gauderent, & in præsenti de bonis eius exēplis iocundarentur. Vnde b. Aug. in li. de pę. dicit qꝺ pęnitens debet de hoc dolere, qꝺ multū boni contristati sunt de malis suis operibus. Sicut econtra de bonis eorū iocundati fuissent. ¶ Quinto peccatum ideo timendū & horrendū quia inimico nostro pessimo, i. diabolo summe placet, & de eo gauder. Psal. 12. Qui tribulant me inimici mei exultabunt, si motus fuero. s. recedens a Deo Prouer. 2. Exultant in rebus pessimis, hoc estimat maximum suum lucrum, si animas Christi sanguine acquisitas sibi subiciat & Deo subtrahat, & secū ad inferna deducat, & cum ex hoc qꝺ tentationibus suis hoies, ad crimina inducat, nil ei vtilitatis accedat, sed augmentum pœnæ, tāta est malitia eius & inuidentia qꝺ potius eligit sibi pœnam augeri cum perditione animarū q̄ eo augmento carere non tentando. Vnde vt hr̄ ex legenda Ioan. Euangelistæ, resuscitatus iuuenis quidam ab eo dixit publice qꝺ viderat demones magnum festū facientes & nimis gaudentes de ruina illorum duorū suorū discipulorum, qui pœnitentes de eo qꝺ mundum reliquerant, intendebant redire ad sęculū. Et ecōtra angeli sancti dolebant de casu eorū, qubus auditis conuersi sunt ad Deū cōpuncti. Quidā aūt demoniacus, vt patet in lib. de septem donis, cum per obsessum diceret peccatum ei sętere & hoc pp nobilitatem naturæ suæ. Vnde & quibusdam dr̄ qꝺ postq̄ induxit eos ad malū præcipue luxuriæ ipse ausugit in actu eius. Interrogatur quidam quare ergo cum tanta diligentia illud procuras? Rn̄dit pp lucrum. Sicut cloacarius intrat latrinā pp lucrum, licēt ei fœteat, sed certe cum quilibet sibi caueat facere id vnde inimicus eius lætetur, quod permaxime est sibi noxium, & diabolus sit maximus aduersarius noster sicut Leo rugiens circūeat, quærens quem deuoret per peccatum, summe debet quilibet timere & cauere. ¶ Sexto peccatum est timendum & vitandum, quia Deo summe displicet. Et hoc patet septemplicit̄er. ¶ Primo ex Dei odio cōtra ipsum & indignatione. Nihil Deo displicet nisi peccatum Sap. 11. Nihil odisti Deus eorū quæ fecisti. Et quia sine ipso factū est nihil, vt dr̄ Ioā. 1. ideſt peccatum, vt exponit b. Aug. qđ nihil dr̄, quia non est aliqua creatura seu positiuū sed priuatiuum.

Pctm̄ bonis angelis multum displicet.

Exēplū.

Et m̄ sā ctis iniuriā ifert.

Peccatū Diabolo placet.

Peccatū Deo detestatur.

tiũm. Ideo cũ omnia diligat q̃ fecit, hoc ſolũ odit qđ ipſe nõ fecit. Et in quo inuenit. ſ. mortale pcũ, inimicũ habet & odit. ſ. reſpectu culpæ. Eccli. 12. Altiſſimos odio habet pctores. Hiero. de pæ. diſt. j. Non enim hominibus ira ſcitur Deus, ſed vitiis, quę cũ ablata fuerint, non erit quibus iraſcatur Deus. ¶ Sc̃o peccatum Deo diſplicet ex cõtumeliæ eius ꝓpter ipſum irrogatione. Nõne maximã cõtumeliã faceret ſponſo nobiliſſimo, quid dulciſſimam eius ſpõſam viliſſimo adulterio proſtituere, hoc agit peccator, q̃a animã ſponſam Chriſti ꝓſtituit diabolo. Hiere. 2. Sub omni ligno frõ doſo proſternebaris meretrix. i. in omni apparente proſperitate vel delectatione. Hic peccator filios & filias Dei occidit. i. bona opera, tẽplum Dei ſuccẽdit. Stratam paradiſi ad modum pdonis frangit. In faciẽ Chriſti cõſpuit & quantũ in eo eſt, iterũ crucifigit. Ad Hębre. 6. Rurſus crucifigentes Dei filiũ in ſemetipſis & oſtentui habentes. Ecce quantæ contumelię. ¶ Tertio ꝙ peccatum valde diſpliceat Deo patet ex eius cõtra ipſum perſecutione, ꝓſecutus eſt. n. illud in omni loco, vt nullus locus ſit ei tutus. In cælo primum vt apparet in Lucifero, quẽ propter vnũ peccatũ ſuperbæ mentis de cęlo deiecit in infernum, de tãta fęlicitate in tantam miſeriã. In paradiſo de quo eiecit primos parentes propter vnam culpę tranſgreſſionem. In terra perſecutus eſt peccatum immitendo diluuiũ propter peccata per ignẽ in Sodomis, in aere per grandinationẽ in Egyptiis. In terra per abſorptionẽ a terra Dathan & Abyron. Et in inferno. Deute. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni nouiſſima, deuorabitque &c. ¶ Quarto hoc oſtẽdit ex Dei ꝓp hoc immutatione. Nam peccatum ei diſplicet tãtum ꝙ benigniſſimũ & clementiſſimũ patrẽ cõuertit in crudeliſſimum iudicem, ita ꝙ pro toto mũdo nõ dimittit quin filios quos creauit quos ſanguine ſuo redemit, ſi eos in mortali inuenerit in morte, quin gladio ętternæ dãnationis occidat, etiam ſi fugerent ſub chlamy de beate Marię. Prouerbio. 6. zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiusq̃ precib. Quinto patet ex cõtaminatione bonorũ ex genere. Nã quæcũ que quis faciat, ieiunia, eleemoſynas, martyria ſuſtineat, non placent Deo ſi ſint cũ mortali. Eccli. 34. Dona impiorum non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationib. eorũ. Iacobus. Qui in vno offendit, multa bona perdit. ſ. meritũ bonorũ operũ ex genere quoad vitam æternam. ¶ Sexto apparet quantum diſpliceat Deo peccatũ ex eius deſtructionis, elaboratione. Omnes. n. labores aſſumpſit vt deſtrueret peccatum. Voluit. enim carnẽ aſſumere vt carnem a peccato mũdaret, prædicare vt illud contẽneret. Sacramẽta inſtituere vt illud deſtrueret. Apoſtolos in mũdum mittere, vt illud expugnaret, vẽdi vt nos redimeret ligari vt nos a peccatis ſolueret, ſanguinẽ fundere, vt nos a peccatis lauaret, crucifigi ut illd̃ crucifigeret, occidi vt occideret peccatũ. Beatus Augu. Hęc omnia humiliter patitur Deus vt mundus qui perierat liberaretur. ¶ Septimo patet ex Dei ſeparatione & exhæredatiõe Nullus enim eſt ei tantum amicus, quin ſi in ueniat impænitentẽ, in mortali priuet hęreditate vitæ æternæ & fruitiõe eius. Eſa. 61. Iniq̃tates vræ diuiſerunt inter vos & Deũ veſtrũ. ¶ Peccatũ iõ timendũ eſt & cauend, q̃a multa nocumenta infert ipſi facienti. Naturalis. n. rõ dictat vt timeat q̃s & euitet q̃ homini plurimũ nocent. Præcipue autem ſunt, ſeptẽ nocumenta peccati.

¶ Quia facit ſibiipſi inimicum & odioſum.
¶ Quia efficit ipſum durum & ponderoſum.
¶ Quia conſtituit eum ſeruum & deſpectuoſum.
¶ Quia reddit animum immundum & maculoſum.
¶ Quia oſtendit illud fatuũ & exprobroſum.
¶ Quia innuit eum varium & monſtruoſum.
¶ Quia relinq̃t demum nudũ & amaricoſum.

§. 2. Septem nocumẽta pctĩ.

¶ Quantum ad primum clare ſacra ſcriptura atteſtatur quia peccatum facit hominem ſibi, ipſi inimicũ & odioſum. pſal. 10. Qui diligit iniq̃tatem odit animam ſuam. Et Tobias. 12. Qui faciunt peccatũ & iniquitatẽ hoſtes ſunt animę ſuæ. Non enim malos odium & inimicitia poteſt ad aliquem demonſtrari, q̃ cum quis illũ occidit & vita priuat, quod eſt maximum bonum in temporalibus rebus. Sed vt dicitur. Sapiẽ. 16. Per maliciam ſcilicet peccati, occidit homo animã ſuam, quia ſcilicet priuat eam vita gratiæ (ſi peccatũ mortale eſt,) quæ excedit incõparabiliter omnia bona tẽporalia & naturalia. Et ideo dicit ſapiens Eccleſiaſtici. 21. Quaſi a facie colubri fuge peccatũ. Sicut enim videns colubrum prope venientẽ non expectat eum vt magis videat ſed ſubito fugit timẽs ne eum mordeat & occidat, ita cum ſerpens antiquus appropinquat ad aĩam, ſua mala ſuggeſtione vt virus peccati infundat nõ eſt remiſſe agendum & dimittẽdum appropinquare per diſcurſum cogitationum, ſed ſubito fugiendum per reſiſtentiam & expulſionem talis tentationis. Iacobus. 4. Reſiſtite diabolo & fugiet a vobis. Bernardus. Vitam

peccati ingredientibus mel propinat sophisti cus.s. diabolus progredientibus fel & acetum, egredientibus venenum aspidum insanbile. Ingredientes contaminat, progredientes obscurat vel obstinat, egredientes exterminat vt inanima & corpore damnantur iusto iudicio Dei. ¶ Ponitur similitudo in lib. de septē donis de duob fratribus, fatuo & sapienti. Qui si mul incedentes deberent redire in patriā suā aqua elongati erant, venerūt ad quoddam biuium vbi audierunt a pastoribus loci q̄ vna illarum viarum erat quæ directe ducebat ad ciuitatem suam, quæ vtique erat alta, arcta, & aspera, sed secure ducebat ad patriam suam. Altera vero via erat plana, lata, delectabilis, sed periculosa & latronibus plena. Cum ergo auditis his sapiēs vellet capere viam montuo sam & asperam, exquo secura esset, dixit ei frater fatuus. Rogo te ne sumamus trm̄ laborem, sed eamus p istam aliam viam q̄ est ita delectabilis, quāuis. n. ibi sint pericula, poterimus euadere illa diuersis modis. Cui sapiens assensit. Cum igit̄ psequerentur per latam viam, a latronibus capti, spoliati, & vulnerati sunt. Et cum fatuus in foueam proiiceretur occidendus, & alius ligatus ad mortē duceretur, maledicebat sapiens fatuo dicens q̄ propter suā fatuitatem quia voluit capere viam illam ipse moreretur. Respondit fatuus. Tu potius maledicaris, qm̄ tibi potius imputandum est qui sciebas me fatuum, & mihi credisti, & acquieuisti. Ad propositū. Duo fratres anima & corpus seu affectus vel appetitus rationalis, & sensualis. Sapiens est anima, cui ratio dictat bene facere, ardua virtutum conscendere. Stultus appetitus sensualis vel corpus qui nō vult nisi delectabilia sibi. Cum autē peruenit quis ad vsum rationis occurrit biuium. s. via virtutū difficilis quā sequatur, quia pastoribus. i. prælatis & predicatoribus sibi manifestatur, quod hæc est quæ ducit ad vitam. Altera autem quæ occurrit. s. delectationum mundi, etsi lata videatur & placida, tamen plena periculis & latronibus dæmonum, & ad perditionē ducit. Licèt autē animæ seu rationi videatur magis sequenda via aspera, quia secura, trn̄ allectus a fratre. s. appetitu sensuali, cui grauius est via virtutum & pœnitentiæ, permittit se duci, vt complaceat fatuo per viam latam, præcipue cum multo videat ire per eam, cogitans qd̄ etsi multa pericula inueniet, ipse euadet, vel si erret q̄ poterit emendari. Pergendo igitur p viam latam mūdi incidunt in latrones dæmones, qui spoliant bonis spiritualibus, & vulnerant in naturalibus, & occidūt animam & corpus deiiciendo in foueam inferni. Vnde Iacobus. Vnusquisque tentat a cōcupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum cōceperit parit peccatum. Peccatum, vero cum consummatū fuerit generat mortē, & pauci sunt qui per pœnitentiam redeant ad viam salutis, vt sperant potius præsumunt. In inferno aūt positi anima & corpus post finem vltimum conquæritur anima de corpore, quia noluit laborare, sed magis rationabiliter corpus de anima, quæ vt domina eius & sapiens noluit refrenare, & sibi subiectum facere.

¶ Secundum nocumentum quod facit peccatū animæ, pp qd est timendū & abiiciendum est, qa facit hoiem durum & ponderosum. Vñ de diabolo dr̄ & mēbris eius & reprobis Iob 41. Cor eius indurabit quasi lapis. Et de Pharaone obstinato. Induratū est cor Pharaonis. Nec est credendum vel dicendū q̄ istā duritiā causet Deus in malis, quia Apostolus dicit ad Rom. 19. Cui vult Deus miseret̄, & quē vult indurat. Indurare Deus dicitur, quia indurare permittit relinquēs hominem arbitrio suo de meritis eius, vt dicit b. Aug. 23. q. 4. Nabucho donosor. Et quanto quis magis permanet in peccato, tanto magis obduratur. Poeta Ouidius. Qui non est hodie cras minus aptus erit Seneca. Pcā iuuenū prædicantur in quale, qa fiunt debilia de facili. Pcā senū p̄dicant in qd quia eis quasi substantiali adherent. Cū. n. per manendo in pcīs quasi impossibile est qui in illa iterent, vel alia perpetrēt iterando frequēter trahuntur in consuetudinē, quæ cū sit qua si altera natura fm̄ phūm, sicut naturalia tolli non possunt, ita tales obdurati raro reuertuntur ad Deum ea dimittendo nisi in magno miraculo. Vt patet exemplum de illo sene Nicolao luxurioso, qui cum proposuisset abstinere voluptatibus carnis. & propter hoc etiam portaret euangelium in sinum suum quasi in sui adiutorium, deuictus est mala consuetudine, stimulatus a concupiscentia accessit ad prostibulum ad scelus perpetrandum. Sed clamauit meretrix contra eum. Egredere senex, quia video super te mirabilia. Habebat enim tunc secum euangelium. Qui compunctus accessit ad beatum Andræam Apostolum narrans factum suum. Pro quo orans diu dominum pro remissione peccatorum illius & continentia audiuit vocem de cœlo dicentem se, exauditum, ita tamen q̄ & senex pœnitētiam ageret sex mensibus ieiunando & orando. Hęc ergo agens, & pauperibus cuncta distribuens salutem obtinuit & castimoniam. ¶ Quantum autem sit periculosa & pernitiosa ista obduratio

§. 3.

Exēplū. d̄ quodā Luxurioso.

duratio ostendit b. Bernar. in li. ad Eugenium Papam de consideratione dicens. Nemo duri cordis salutem vnquam adeptus est nisi forte cui Deus abstulit cor lapideum & dedit ei cor carneum. Ipsum.n.cor. durum est quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec precibus mouetur, minis non cedit, flagellis obduratur. Ingratum ad beneficia, infidum ad consilia, promptum ad iudicia, inuerecundum ad turpia, impauidum ad periculosa, inhumanum ad humana, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens futurũ non prospiciens. Et breuiter vt cuncta vno verbo comprehendamur. Ipsum est, quod nec Deum timet nec homes reueretur. De quo dr̃. s. Eccle. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Hodie igitur si vocem eius. s. Dei audieritis nolite obdurare corda vestra. Nam ipsa duritia facit hoiem ponderosum. Est.n. peccatum vt quoddam pondus aiæ, sm illud psal. 37. Sicut onus graue grauate sunt super me, s. iniquitates. Peccatum autem sm b. Gregorium quod per pœnitentiam mox non diluitur, suo pondere ad aliud trahit. Quanto igitur quis magis induratur, tanto peccata multiplicat, per consequẽs ponderosior efficitur. Anima quidem nostra de se leuissima est, nullum pondus materiale habens. Sed corpus quod corrumpitur (ait Sapiens) aggrauat animam, cum est vnitũ cum ea. Separata autem si sit sine peccato a Deo leuis est, q̃ in momento in ictu oculi supra cœlum peruenit vsq; ad conspectum Dei, quo peruenire non posset, s. vsq; ad primum etiam cœlum, nec aquila, nec alia auis, etiam toto tpe vitæ suæ. In mortali autem egressa ita ponderosa est per peccatum, q̃ consistere nõ potest vel in modico, quin ad profundum inferni descendat. Et in hoc patet q̃ etiam ponderosior anima, pp peccatum omni reponderosa. Nam si massa plumbea esset vbi est luna cum caderet eam terra retineret, Sed peccantẽ spiritum angelicum non potuit retinere firmamentum (quod sic dr̃ pp suam firmitatẽ) nec terra nec aliqua corporea creatura vel natura retineret potuit, quin caderet ad inferni nouissima. Vnde Zacha. 5. Iniquitas dr̃ sedere super talentum plumbi, vt ædificetur ei domus in terra Sennaar. i. inferni, & Eccl. 22. dicitur. Super plumbum quid grauabitur? quasi diceret nihil. Et post arenam & salem & massam ferri facilius est ferre, q̃ hominem imprudentem & fatuum & impium. Cum hoc autem pondere non potest non solum per arctam & altã viam currere vel ambulare, sed nec serpere vel erigere, nisi onere deposito. Et ideo hortatur Apost. ad Hęb. 12. Deponentes omne pondus, scilicet iniquitatis & circunstans peccatum curramus ad propositum nobis certamen.

Supra 2. par. ti. 4. c. 13. & ti. 8. c. 9.

Pctm cõ paratĩ pũ deri.

¶ Tertium nocumentum peccati pp quod timendum est & ab eo abstinendum, quia facit seruum vilissimum & despectum. Nil certe vilius peccato q̃a nihil est. i. non est aliqua creatura, sed priuatio boni. Peccatum autem facit perpetrantem ipsum seruum peccati, & consequentet diaboli. Vnde Christus Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Et 1. Pet. 2. A quo quis victus est ei seruus addictus est. b. August. bonus homo homo si seruit. s. alicui dño t pali, liber est. Malus aũt si regnet, seruus est non vnius hois, sed quoi peius est tot dominorum quot vitiorum. Vnde & Bragmani scripserunt Alexandro Magno (vt legitur in hystoria transmarina.) Tu hostes exteriores expolias vt interiores nutrias. Tu hoies tuę seruituti subijcis, & intus tuis interioribus seruis. Vos nullam partem vestri corporis potestati vestræ reliquistis quin inde tributarij sitis. Vos tot Deos aut dños asseritis, q̃d membra habetis. Mineruam deam capitis dicitis per sapientiam, Iunonem, quia iracũda deam cordis. Martem quia bellicosus Deũ pectoris. Mercurium, quia multiloquus Deum linguæ. Herculem, quia magnæ fortitudinis Deũ brachiorum. Bacchum, quia ebriosus Deum gutturis. Cupidinem quia fornicator Deũ renum. & sic de aliis. § 4.

Mirũ de quadam cerui p-prietate

¶ Accidit deuicto a peccato uel diabolo sicut de ceruo de quo dicunt naturales, q̃ exquo semel vincitur ab alio ceruo, sem per postea quasi dñum suum iudicans & recognoscens cum ei occurrit caput inclinat, & cornua dimittit quasi in signum subiectionis & seruitutis. In huius seruitutis figuram est q̃ Sedechias rex Hierusalem captus ab exercitu Nabuchodonosor in Reblata excecatus ductus fuit captiuus & seruus in Babylonem. Hiere. 39. Sic animus hois rex factus supernæ Hieru salem per gratiam si capitur ab exercitu uitiorum qui est exercitus dęmonis excecatur in ratione, & seruus ducitur in Babylonem infernalem. Facit igitur peccatũ hominem abiectissimum & vilissimum. Maxime enim vtilitatis est conditio seruilis, & tanto magis quanto dignioris conditionis est qui efficit seruus, & vilioris qui efficitur dominus. Seruitus.n. hominum quæ etiam per peccatum inducta est, non inducitur in totum hominem, quia solum in obsequijs exterioribus corporis, sed non in interioribus animi. Vnde Seneca. Errant qui æstimant seruitutem in totum hominem descendere pars melior excepta est.

Corpora dicimus obnoxia, mens sui iuris est, vnde præcipienti domino aliquid mali, nullo modo tenetur nec debet obedire, vt dicit Hierony. 11. q. 3. si dñs. Sic seruitus peccati deriuatur ad animã principaliter, & capit eam, cum tamen anima sit de sui natura nobilissima & peccatum (vt dictum est) quid vilissimum. Vnde Seneca. Si scirem Deos ignoscituros & homines ignoraturos adhuc dedignarer peccare. Et quidam philosophus cum incitaretur ad peccandum sibiipsi respondit. Erubesce cęlum intrare in cęnum. Est anima nostra illa margarita tam præciosa ꝙ cęlestis negociator oĩa bona sua dedit vt compararet eam ſm euangelicam parabolam Matth. 13. Sed peccatum nimis vilificat eam adeo ꝙ non capiat locum nisi immundissimum. s. sentinam mũdi, i. infernum. Et ideo dñs vt se peccator consideret & vtilitatem deponat peccati exhortans ait. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Hiere. 2. idest peccata sequens. Beatus Augu. Quid times o homo hominem in sinu suo positum abiicit Deus a suo & suorum consortio. Abiicit a mundo & proiicit in sentinam inferni cum diabolo, ꝑꝑ hoc. s. peccatum Lucifer vilis & abiectus abiicitur de consortio angelorum sicut leprosus. Adam eiicitur de paradiso. Saul a regno 1. Reg. 15. Nabuchodonosor ab humano consortio. Dan. 4. Et ideo dicitur in psal. 44. Homo cum in honore esset non intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus. Nec solum similis illis, sed vilior & abiectior eis Bern. O quam misera conditio peccatorum quæ de filio facit seruum porcorum, vt prodigus ostẽdit. Ecce qũo de grege facta tã egregia creatura. Puto dicerẽt iumenta (si loqui possent.) Ecce Adã quasi vnus ex nobis factus est.

§. 5. ¶ Quartum nocumentum peccati est, qa reddit immundum & maculosum. Dicit Apostolus ꝙ Christus elegit sibi ecclesiam vt spõsam non habẽtem maculam. s. peccati neq; rugam erroris. Et de triũphanti dr̃ Apoc. 14. sine macula sunt ante thronũ Dei. De militanti psal. c. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Qui ergo habet maculam peccati neq; in militanti ecclesia est per meritum neque in triumphanti erit per pręmium. Quãuis autem peccatum veniale obscuret aliquantulum animam propter quod beatus August. dicit quòd cauenda sunt & timenda, ne multiplicata faciant nauim mentis submergi, sicut guttę aquę intrantes in sentinam nisi euacuetur, non tamen generat maculam, sicut mortale quodcunq; secundum Thom. in 4. quæ macula non est materialis, sed spiritualis scilicet quædam dissimilitudo diuinę bonitatis. Est enim Deus summa bonitas sine aliquo defectu. Vnde Sapien. 7. de eius sapientia dicitur. Speculum sine macula & imago bonitatis. Anima igitur cum habet aliquod mortale dicitur maculata propter talem dissimilitudinem ab eo, & contrarietatem malicię, & quãto plura & grauiora peccata habet, tanto dr̃ magis maculata & longior a Deo & dissimilior. ¶ Ex quo etiam dr̃ aĩa sętida immunda & corrupta psalm. 52. Corrupti sunt & abomina. facti sunt in studijs suis, i. operibus in quibus multum intendunt & laborant. Et modicũ fermentum (ait Apost. 1. Cor. 5.) totam massam corrumpit? s. congeriem bonorum operum Hoc peccatum est lepra immundiciæ, cui nõ licet adherere ne alia immunda faciat, siue sit lepra in capillis, i. cogitationibus, siue in cute exterioris operationis. Siue in veste manifestę priuatis. Siue sit in domo quæ frequentatur, s. malæ consuetudinis. Omnia ista immundam reddunt animam & abominabilem. Figuram huius habes Leuit. 13. & 14. Tanta est hæc immundicia vt ad eius comparationem omnem immundiciam corporalem quantumcunq; lepræ plagarum, & vlcerum Deus & sancti qui rectum iudiciũ habent nullam æstimant. Ex corde exeunt cogitationes malæ, furta, blasphemiæ, adulteria, & huiusmodi. Et hæc sunt quæ coinquinãt hominem, ait magister ueritatis Christus. Matth. 15. Non lotis manibus manducare vel etiam lutulentis, non coinquinat hominem. Tanta est huiusmodi immundicia ut nulla ablutio terrena hanc immundiciam tollere possit & maculas, nisi Deus aqua cœlestis gratiæ figurata aqua iordanis in qua Naaman Syrus totus immundus lepra lotus mundatus est ad plenum, & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli 4. Regum 5. Beatus August. Nemo tollit peccata nisi Christus q est agnus Dei tollens peccata mundi remittendo quę facta sunt, adiuuando ne fiant, & ad vitam perducendo, vbi fieri non possunt, de consecrat. distin. 4. Et hoc virtute suæ diuinitatis. Tanta est huiusmodi immundicia vt ad huiusmodi ablutionem faciendam necessarium fuerit Dti filium de cœlo descendere carnem assumere, crucem subire, vt in sanguine suo auferetur ista macula immundiciæ Apocal. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ad hanc remouendam tot lauacra statuit aquas diluuij, ignem iudicii & purgatorii, tribulationum, & martyriorum, lachrymarum, sacramentorum verborum suorum. Abiicite ergo ait Iacobus Apostolus in canonica sua, omnem immundi-

Peccati macula assimilatur leprę.

mundiciam & abundantiam malicię. Immundiciā terræ. i. aialium terrestrium immūdorū quales sunt qui pp amorē terrenorum postpo nunt cælestia. Immūdiciā aquæ quæ est pisciū immundorū dū facit hoīes fluere per immundas cogitationes curiose discurrere in sciētiis, & volutari in carnalibus. Immundiciā aeris, .i. volatilium immundorum eorum qui volant & quærunt alta dignatum. Immundiciā ignis alieni, inuidiæ & præsumptionis quo combusti sunt Nadab & Abiu filii Aaron qui præsumpserunt igne alieno dño offerre, quia beati immaculati in via.

§.6. ¶ Quintum nocumētum peccati est, quia ostē dit hoīem fatuum, vnde & deridendū. Coīter in libris sapientialib. peccatores stulti dicuntur, vnde quia peccatores semper in mundo abundāt. Dicitur Eccl. 1. Stultorū infinitus est numerus, stultitia contraria est sapiētiæ. Sicut ergo sapiens permaxime dr qui bene iudicat de vltimo fine hoīs, ita & stultus q̄ male iudicat, & false de ipso vltimo fine. s. Deo præponē do creaturam creatori, & bonū tpale æterno. Ex septem ostendit peccator fatuus. Ex via, ex cura, ex mensa, ex domo sua, ex pugna, ex gloria, ex opere. ¶ Et primo ex via. Posui vos vt ea tis, ait Christus. Et cum oporteat nos ambulare vel versus Hierusalem supernam, vel versus Babylonē infernalē, & veritas q̄ mētiri nō p̄t docuerint q̄ sit via ducens ad vtranq; ciuitatem Hierusalē plenā omnibus bonis, & Babylonem plenam omnibus miseriis dicens. Arcta est via quæ ducit ad vitam. s. via virtutū & pænitentiæ, & pauci vadunt per eam. Et lata & spaciosa via q̄ ducit ad mortem, & multi incedunt p eam. s. via vitiorū & voluptatum. Peccator est ita stultus q̄ cū habeat esse certus de sententia ista eligit potius incedere p viam peccatorum p quā vt bos ad victimā ducit vi dens multos talē viam amplecti q̄ cū modico labore in virtutibus se exercere. Vñ bene dicitur prouer. 1. Sapientiā & doctrinā. i. sapientiæ doctrinā Xpi stulti despiciūt. Sed ī inferno positi dicūt: Nos insensati vitā illorū s. iustorum asperā æstimabamus insaniā, & finem eorum sine honore. Ecce qūo cōputati sunt īter filios Dei. Sap. 5. & nos vt fatui inter filios diaboli. Ex cura ostendit fatuitas peccatorum. Fatuus .n. reputatur qui nullam curam sui vel suorū hēt. Nec in infirmitatibus suis & suorum aliquam curam p se vel alios ad sanandum adhibet, quinimo freneticus extra se molestē recipit curā hēntes sui ne pareat. Et vt dicit Esa. 32. Fatuus fatua loquit̄, contumelias inferens eis q̄ reprehendunt vitam suam. Et sic curam sui vel familiæ & suorū alicui cōmittit fatuo, qui nec curare nouit alios nec seipsum. Familiā filios cōmittit erudiendos lasciuis. Alexāder Magnus in pueritia sub pedagogo Leonide malis moribus imbutus in adolescentia & iuuētute illos dedisce nequiuit. O q̄ta stultitia in platis, q̄ cōmittunt curam animarum psonis quibus non cōmitterent pecuniam nec forte pomorū sportam beat. Bern. sic stulti q̄sti mationem de maximis minimam, & de minimis maximā curā gerunt. Hi similes cuidā fatuo epo q̄ sollicitudinē maiorē, ostendit de custodia calati pirorum pleni, q̄ de multitudine animarum sui epatus. Cum. n. cōtulisset cuidā suo nepotulo archidiacona, tum & p̄sentatū sibi fuisset canistrum suauium pirorum, quærebat cogitans cui commendaret vt salua fierēt, dixit dictus nepotulus archidiaconus. Domine mi cōmenda mihi. Cui episcopus. Non confido de te male mihi custodires. Quidam aūt magister ibi exist̄s & familiaris ait. Omi ser quę fatuitas ista. Commisisti infinitū numerum animarum, cui non audes committere calatum pirorum? ¶ Tertio ex mēsa apparet stultitia vbi sunt diuersi cibi & potus toxicati, sed melle vel zuccaro ab extra liniti, & in uasis aureis ꝓpinati. Certę omnino fatuus esset q̄ tales cibos & potus sibi paratos, & tales declaratos esse a fide dignis pp pulchritudinē vasorum & dulcedinem ciborum aliquem illorū comederet cum mors pessima inde procul dubio sit secutura. Prouer. 1. Vsquequo paruuli digitis infantia, stulti ea quæ sunt sibi noxia concupiscunt bea. Greg. Quid insanius q̄ pro modica delectatione carnis ærernis se obligare suppliciis? In huius figuram habet Exo. qd̄ q̄dam de populo Israel cū essent ī deserto, pasti manna suaui cælesti, apperētes delectationes ciborū carnium, ignis consumpsit eos dū illos comedissent. ps. 77. Adhuc esce eorū. erāt in ore ipsorū, & ira Dei ascēdit super eos, &c. ¶ Quarto patet fatuitas peccatoris, & oñditur ex domo sua. s. mentis, qm̄. s. ignē ponit in ea, vnde se & omnia bona sua consumat ignem. s. carnalis delectationis. irę vel inuidiæ vel alterius peccati quæ consumit in eo vitā gratitię & omnia bona virtutū. Io 31. Ignis est vsq; ad consumationē deuorans & oīa germina eradicans. s. bonorum operū. Sic sardanapalus rex Assyriorū totus effeminatus & lasciuiis deditus, cum vidit ciuitatē suā obsessam ab exercitu & non posset resistere, seipsum in domo cōbussit, cum omnibus suis rebus pretiosis. Similis est huiusmodi aui Phenici, quę antiquata multas radices aromaticas in nido

Peccator assimulatur fatuo.

Fatuitas peccatorū ostēditex cura.

Cōparatio familiaris:

De fatuitate Sardanapali.

colligit,& seipsam comburit.¶ Quinto cũ sit positus in pugna continua,quando vt dicitur Iob.7.Militia est vita hominis super terram, propter quod oportet arma habere,secũdũ illud Apostoli ad Eph.6.Sumite armaturã Dei vt possitis resistere aduersus insidias diaboli. Ita fatuus est q̃ proiicit arma q̃bus se poterat defendere. Vnde philosophia Boetio. Talia tibi arma cõtuleramus quę nisi prius abiecisses nunquã victus fuisses. Vel est negligens, quia p̃mittit latrones sibi arma auferre,vnde possit vulnerari.Superbia furat ei calcaria timoris mortis tẽporalis & æternæ,& ensem timoris diuinæ iustitiæ,& vulnerat in oculis.Inuidia vulnerat in naribus ne odorẽ proximi bonorũ sustineat,& aufert ei loricã iustitiæ,quę connectit simul multos anulos.s.virtutes. Ira aufert scutum patientiæ & vulnerat in auribus. Pigritia aufert equum corporis ne eo vtatur ad laborem & vulnerat in pedibus. Auaritia furatur lanceam misericordiæ & pietatis eleemosynarum &vulnerat in manibus.Luxuria aufert cingulũ & brachia continentiæ,& vulnerat in lumbis.Gula aufert galeam spei salutis p̃ quam custodit corpus rõnis.¶ Sexto fatuitatem peccator ostendit in gloria, p̃ momentanea laude gloriam æternam postponẽs. Vnde in numero est quinque fatuarum virginum,quæ accipientes lampades suas nõ sumpserunt oleum in vasis suis,quæ ideo excluse sunt a gloria nuptiarum sponsi,vt habetur parabolice Matth.25.& exponit beatus Aug.signare eos & eas,quæ & si habeant in se integritatẽ quinque sensuũ cõseruando,quasi virgines ex hoc lucentes vt lampades,p̃ exempla operum exteriorum,tamen quia non habent oleum in vasis.i.lætitiam spiritualẽ quę exurgit in cordibus ex pura intentione bonorum operum,vt.s.fiant p̃ Deum, priuãtur gloria æterna finaliter.¶ Septimo in opere suo peccator ostẽdit fatuitatem,quia.s.cum habeat magnam sarcinã peccatorũ quã ferre non põt,ad huc addit alia quę plus onerẽt,sm illud Apocult.Qui in sordibus est sordescat adhuc. Exẽplũ in vitis patrum.Ostendit angelus hoies laborantes triplici fatuitate sub his exemplis Ostendit.n.quændam faciẽtem sibi fasciculũs de lignis,& cum præ grauedine non posset illud ferre,adhuc alia ligna addebat. Secũdum qui cum aquã de puteo cum labore hauriebat multo,haustam fundebat super terrã quæ absorbebatur ab ea.Tertium portãtem trabem, & cum vellet cum ea intrare domum tenebat tam ex transuerso sibiipsi ponens obicẽ ad non valendum intrare.Sic peccator fatuus est, q̃ dum habet multa grauia peccata eum onerantia non minuit ea,sed auget addendo alia. Secundus est qui laborat satis pro gratiæ aqua acquirenda & per incuriam eam amittit.Tertius est qui p̃ rigorem inobedientiæ & superbiæ vult intrare in domum Dei.

¶ Sexto peccatum est timendum & fugiendũ, §.7. quia spoliat hoiem cunctis bonis spiritualib. & amaritudinẽ inducit & angustiosum facit. Peccatũ spoliat Quod spoliatum & nudum virtutibus faciat, hoiem oñditur.Luc.1.dum dixit.b.Maria diuites.s. bonis peccatis dimisit inanes,vacuos.s.bonus Ihre. spũalib. 1.Manum suam.s hostis diabolus vel peccatũ misit ad omnia desiderabilia eius.i. præciosa auferenda.In huius figuram Iudicũ.6 habetur, q̃ p̃ septem annos veniebant Madianite in terram Israel postquam malum fecerant in conspectu domini filii.Israel & cuncta vastabant & nihil omnino relinquebant ad vitam pertinens.Sic dæmones peccatoribus malum facientibus & sibi seruientibus in septem peccatis mortalibus faciunt,quia spoliant animã virtutibus,nec relinquunt in ea aliquid pertiẽns ad vitam gratię vel gloriæ. ¶ Et q̃ bona auferat diabolus,magis particulariter ostenditur per figuram in libro Machab. quando scilicet Antiochus pessimus tyrannus ascendit Hierusalem,& intrans in templum abstulit omnia præciosa eius,inde Antiochus interpretatur silẽtium paupertatis,& significat diabolum seu peccatum,qui silet paupertatẽ bonorum spiritualium,ad quam animam induc it.Intrat enim templum Dei, scilicet cor cũ superbia contemptus Dei.Et aufert septem genera bonorum spiritualiũ ibi figurata. Primo quidem altare aureũ, quod signat Christum Dei sapiẽtiam,cuius gustum peccator perdit. Secundo aufert candelabrum cum septem lucernis,idest gratiam spiritussancti cum septẽ donis eius vel beatitudinibus.Tertio furatur mensam propositionis in qua continue manebant.12.panes propositionis. Et hæc est fides formata cum 12.articulis. Quarto aufert de templo animę cortinas seu vela de quatuor coloribus.Quæ significãt quatuor virtutes cardinales,prudentiam,iustitiam,fortitudinem, & temperantiam.Immo vasa templi & libatoria,idest in quibus solida ponebantur,vt farina vel panis,& huiusmodi.Et significat pertinentia ad spem,quæ futuram beatitudinẽ facit prælibare.Phialas quoq; in quibus continebant liquida,vt vinum, oleum,& huiusmodi,& significant viscera pietatis vt non liqscat lachrymis compunctionis,deuotionis.& compassionis. Mortariola etiam in quibus aromata

Materia cõgrua rędica toribus.

mata,vt thus & thimiama redigebantur,in puluerē,q̄ sunt meditationes & affectiones humilitatis,quę cæteras virtutes humiliāt & quasi in puluerem redigunt odoriferum,dum humilia de se sentit virtuosus. Quinto vela seu cortinas de sagis cilicinis.i. fructū seu opus pœnitentiæ & austeritatis.Sexto ornamentum aureum s.charitatis & coronæ ꝑmia. Septimo aufert vasa concupiscibilia.i. opera facta in gratia quoad meritum dum moratur in peccato.His bonis erat spoliatus ille pauper. De quo dicitur Apo.3. Dicis quia diues sum & locupletatus,& nullius egeo, & nescis, q̄a miser es pauper cæcus,& nudus. Quod amari tudinem inducat peccatum habes Hie.2. vbi dicit dominus animæ peccatrici. Scito & vide quia malum & amarum est tibi deliquisse te Deum tuum.s.per peccatum & timorem eius non esse apud te.Malum quidem est,quod est priuatio boni.s.virtutum(vt dictū est.)Amarum,quia inquietudinem & punctionem inducit.Vnde philosophus dicit q̄ omnis malus impletur pœnitudine propter remorsum scilicet conscientiæ Esa.57. Cor impii quasi mare feruens quod quiescere non potest & b. Augu.in lib.confes.Iustisti dñe & sic vt omnis inordinatus animus ipse sibi pœna fit.i. spargit Deus amaritudines super illicitas cupiditates b.Amb.O q̄ magna est amaritudo peccatorum meorum,pro qua tollenda tāta fuit necessaria amaritudo scilicet passionis & mortis Christi.Verū tñ nutriti in peccatis nō sentiunt istā amaritudinē,quia similes facti sunt piscibus maris,qui propter assuetudinē nutrimēti ex aqua maris amara seu salsa æstimant aquam illam dulcē. Similes ēt sunt mulieri prægnanti,cui amara sapiunt, & suauia fastidiunt.Si qui concęperunt dolorē & pepererunt iniquitatē ponunt dulce in amarū,amarū in dulce,vt dicitur Esa.5. Et hoc propter palatū infectū febre peccati.Legitur q̄ cū quidam fatuus audiret multū cōmendare Falconē domini sui de bonitate,occidit eum & comedit. Et cū plangeretur ab amicis dñi & cōmendaret ob eis de bonitate,nescientes quid actum esset de eo dixit fatuus.Falsum est,quia ego comedi eum cum audirē tantū cōmendare putans esse suauissimū cibū,sed nunq̄ comedi amariores carnes.Sic homes fatui credentes inuenire multam dulcedinē in peccato in fine inueniūt multam amaritudinē.¶ Vnde legitur de quadā virgine quæ diu caste vixerat, & cū instigaretur a diabolo de luxuria ad experiendam delectationē eius maximam,& quidā ēt viuens honeste nimis familiariter cum ea conuersaretur ēt virgo,tentatus & ipse ad experiendum hmōi delectationem. Demum victi a diabolo cōmixti sunt simul.Qua delectatione experta ad tantam amaritudinem deuenit virginitatem amisisset propter tam vilem & t ꝛ m & momentanea delectationem q̄ præ amaritudine mortua est. §.3.

Peccatū quātam amaritudinē inducit.

Exēplū.

¶Septimo & vltimo pctm̄ facit homem monstruosum & varū sen instabilē.Thr.en.1.Peccatum peccauit Hierusalē ꝓpterea instabilis facta est.Vnde & Cayn post pctm̄ ait dño.Ecce eijcies me hodie a facie tua,vagus & profugus ero super terrā.Et postea dr̄ q̄ posuit dñs signū in Cayn.Et hoc fuisse dr̄ qa erat tremulentus seu paralyticus quod est quid mōstruosum.Vnde & b.Aug.in vlt li.de ciui.Dei narrat de quadā matrona vidua,quæ cum a filiis suis quos decē habebat fuisset offensa ꝓp qd eos maledixit,subito oēs talis infirmitas apphendit vt oia eorū mēbra tremor quateretur quod erat ita mōstruosum,vt oium aspectus ad cur se cōuerteret.Nōne valde mōstruosū esset si vnus hō esset q̄ haberet in se de natura & ꝓprietate diuersorū aīalium,vt.s.caput haberet hois,sed mēbrum aliq̄d leonis,aliud asinis aliud porci,aliud canis,aliud vrsi,& hmōi?Sic euenit ait philosophia Boe.in lib.de philosophica conso.vt quē ꝓbitate deserta diuersis, vitiis transformatū videas cū in diuinā conditionē transire non possit vertatur in beluā & Leo quidē efficitur p superbiā, porcus per luxuriā,vrsus per gulam, & vulpis per dolositatem,& sic de aliis.Et permaxime monstruosum aīal est prælatus,& quicūque rector malę vitæ & exēpli. Vnde b.Ber. Monstruosa res est gradus primus & animus imus. Sedes prima,vita infima.Lingua magniloqua, manus ociosa.Vultus grauis actus leuis &c.& Esa.33. dr̄ de peccatoribus.Orient in domibus eorū .i.conscientiis spinæ & vrticæ, & paluitus in munitionibus eius. Et erit cubile Leonum & & pascua Struthionum,& occurrent dæmonia onocētaurus & pilosus & clamabit alter ad alterū.Ibi cubabit lamia & iuenit sibi requiē. ābi habuit foueā Eritius &ꝰenurriuit catulos suos. Ibi cōgregati sunt Milui & alter ad alterū.Et paulo superius dicit.Et Ibis & Coruus habitabūtur i ea.Hæc aīalia significāt diuersa vitia peccatorū p q̄ illis assimilant. Similis est peccator mōstruoso euāgelico,q̄ simul erat dęmoniacus,cæcus,surdus,& mutus quē dñs Ie sus sanauit Lu.11. Nā peccator cæcus ē,qa nō videt finē suū & piculū vt monoculus sicut in q̄busdā pribus dñt hoies mōstruosi, qa non hñt nisi vnū oculū.s. ad terrena.Surdꝰ ē q̄ nō

Peccātī redit homem monstruosū.

Prelati mali taxatio.

audit diuina præcepta. Mutus est qui non fatetur peccata sua, nec Deum laudat in operibus suis. Dæmoniacus furiis ab eo agitatus ad omnia mala. Et breuiter peccatum facit hominē non solum dęmoniacum, cæcum, surdū, & mutum, sed omni miseria miserum Prouerb. 14. Miseros facit populos peccatū be. Aug. Quid miseros misertus, non miserente se? Et ideo dicitur. Miserere ąnimæ tuę fili placens Deo, scilicet amouendo a te miseriam peccati.

¶ *Timendum est in præsenti propter septem pericula. Cap. 6.*

SEcundo timendum est in præsenti propter peticulorum multiplicitatem. Sed timore initiali vt meritum quis consequatur & præmium pp quod dicitur Prouer. 28. Beatus vir qui semper est pauidus. Qui vero mentis est durę corruet in malum. Econtra b. Hierony. Ego omnia tuta timeo. Vtiq; timēdum est nobis, quia hoc mare magnum & spaciosum manibus idest dæmonib., ait psal. 103. Est hoc sęculū i quo versamur. Sed vt dicitur Eccle. 43. qui nauigant mare enarrāt pericula eius, quæ vtique tanta non sunt in materiali mari quāta in mundi inhabitatione, & hoc ex septem.

¶ Ex eorum immanitate.

¶ Ex hominum fatuitate.

¶ Ex conditionis fragilitate.

¶ Ex malorum societate.

¶ Ex temporis qualitate.

¶ Ex sumersionis propinquitate.

¶ Ex paucorum euasibilitate.

§. 1. ¶ Et primo periculum in mari pp ventorum vehementiā & contrarietatem Dań. 8. Et vidi quatuor ventos pugnantes in mari. i. vanus timor, vana spes, vanus dolor, & vanum gaudium. Secundo periculosum est pp monstrorum diuersitatem quæ monstra designantur Dani. 4. per quatuor bestias, quæ surgebant de mari Prima similis Leoni significat superbiā Secunda similis Vrso significat carnalem voluptatem concupiscentiæ. Tertia similis Pardo auaritiam. Quarta dentes habens ferreos, crudelitatem & maliciam. Vel significāt quatuor genera persecutionum in mundo. s. tyrranorum per cruciatus, hæreticorum per doctrinā, hypocritarum per fictā vitam & Antichristi. ¶ Sunt & in hoc mari alia monstra, scilicet Syrenæ cantantes suauiter, ideſt pisces in mari. Hę habent voces & suauiter cantant, vt faciant homines nauigantes obdormire & inde nauem perire. Hos qui sunt adulatores debemus, vt ait Hierony. surda aure transire, ad modum Vlixis sapientis qui dicitur aures obturasse nec audiret voces earum. Adulatores .n. hmōi & blandi malorū suasores ad quorū cātus. i. suasiones hoies se proiiciūt in pericula mūdi, ne audiātur obturāde sunt aures mētis cōsideratione deformatis peccati tanq; pice, & de hoc mari alia bestia mōstruosa exurgēs malitiæ & inobedientiæ. de qua dr Apoc. 13. Vidi bestiā de mari ascendentem quæ habebat septē capita & decem cornua. Capita septem sunt. 7. vitia capitalia. Decē cornua sunt transgressiones. 10. præceptorū legis per quæ pugnat diabolus contra nauigantes hoc mare vt faciat perire. ¶ Tertio sunt in mari pericula propter peccatorum ponderositatem, cum quibus sunt & natant seu nauigant per mare. Qñ .n. nauis est nimis onerata, & pręcipue exurgente tempestate nisi alleuiaretur submergeretur. Onerat nauim alicuius congregationis peccatum graue aliquorum, sicut nauis in qua nauigabat Iudas cum apostolis in mari Galileæ periclitabatur b. Amb. Caueamus proditorem Iudam ne per vnum multi fluctuemus. 24. q. 1. nō turbatur. ¶ Quarto est magnum periculum ,ppter vasis debilitatem. Est. n. corpus humanum & sensualitas fragilior omni vitro. Sed & nauis ista est pforata ita q; intrāt paulatim aquæ tentationum & malarum delectationum vsq; ad animam per foramina q̄nque sēsuū. Et sic paulatim & quasi guttatim aquæ intrant in nauim per rimas & nisi euacuarētur ita augerentur q; nauim submergerent. Ita ēt & minima peccata nisi expellantur de mente per contritionem & alios pios modos ita aggrauant mentem q; de facili possit quis submergi in Infernum per mortale. Vnde b. Augu. Quod facit fluctus irruens hoc sentina negłecta. ¶ Quinto ostenditur periculum ,ppter defectum necessariorū ad viuendū & nauigandum. Carent. n. virtutibus per quas vt per instrumenta habent duci. Carent ēt vēto gratæ aurę spiritussancti, sine quo non potest nauis procedere in bonum. Carent nutrimēto spiritualiū consolationū. ¶ Sexto ostēditur periculum pp eorū varietatē. Numerat. n. Apostolus varia pericula in quæ incurrit quibus spiritualiter plenus est mundus. 1. Cor. 12. Periculis fluminum carnalium motuum ad voluptates periculis latronum dæmonum, vel superbiæ, & inanis gloriæ, qui furantur thesauros spiritualiū bonorum. Periculis ex genere. i. consanguineorum, pp nimiam ad eos affectionē. Periculis ex gentibus. i. infidelibus verbis vel factis instigantibus ad errores. Periculis in ciuitate, ex diuersis officiis in iudicando, & non recte

Contra Adulatores.

Supra ēt par. 1. ti. 3. ca. 7.

recte & ciuiliter conuersando. Periculis in solitudine, per accidiam & præsumptionem sui ipsius, & propriam voluntatē sequendo. Periculis in mari in studio sacræ scripturæ quę male dicitur non sane intelligendo, sed falso ut hæretici. Vel in mari tribulationum ne deficiat. Vel pœnitentiæ ne recte agat. Periculis in falsis fratribus, idest hypocritis & dolosis simulantibus se amicos ad decipiendum & nocendum. ¶Septimo ostenditur periculum ꝑ perplexitatem & implicationem malorū adinuicem. Aliquando.n. quis est ita implicatus in aliquo negocio vt non videat modum euitandi, quin alterum malorum incurrat. Et dum vnum vitium vult euadere, in aliud inuoluitur, sicut volendo vitare vnam lætitiam incurrit accidiam & econtra. Vnde legitur in vitis patrum ꝙ B. Antonius vidit mundum totum plenū laqueis seinuicem connectentibus. Et cū clamasset Anto. O quis istos euadet. Vox de cœlo ad eum facta est, sola humilitas.

§.2. ¶Secundum vnde oñditur magnitudo periculi huius mūdi, ꝑ quod semper in timore manendū est. Iuxta illud. Nisi tenueris te instanter in timore dñi cito subuertetur domus tua

Septem hois fatuitates.

scilicet cōscientiæ. Est fatuitas hominum non videntium vel curātium de periculis, propter quod sequitur in eis quod dicitur Eccl. 3. quia amat periculum incidit in illud. Et hæc fatuitas ostenditur ex septem. ¶Primo quia non vitant nec formidant homines ipsa pericula, non attendentes illud poetæ. Fœlix quem faciunt aliena pericula cautū. Sicut Balaam arioluus assuetus monstris, monstra visa nec stupebat nec formidabat. Ita isti qui periclitantium uisa pericula non vitant similes sunt latronibus qui cum vident aliquem de latronibus sociis suspendi, non ꝑ hoc dimittunt furta, ęsti mantes illud sibi non esse venturum. ¶Secundo apparet fatuitas hominum, quia nō solum non timent, sed nec sentiunt pericula in quibus sunt ad modū ebriorum & dormientium, hi sunt similes Ionæ ꝑ cuius peccatum nauis periclitabatur. Alii omnes clamabant & timebant attendentes periculum subuersionis nauis. Ipse solus in ea tempestate & periculo dormiebat Ionæ 2. & ideo aliis innocentibus euadentibus, ipse solus remansit in periculo absorptus a cete, & Prouerb. 23. Eris quasi dormiens in mari & quasi gubernator amisso clauo. ¶Tertio apparet ex hoc quia non solū non sentiunt periculum, immo ētipsum diligunt, adeo ꝙ se sciēter in illud impingūt & immergunt, currentes ad loca q̄ sciunt sibi periculosa, ad loca vbi sunt occasiones peccatorum, & in spectaculis mulierum & hmōi Prouer. 7. De fenestra domus meæ prospexi, & ecce video vecordem, & mulier occurrit ei in habitu meretricio ad capiendas animas. Et paulopust & sequitur eam quasi Bos ductus ad victimam & Agnus lasciuiens. Et velut si auis festinet ad laqueum & nescit ꝙ de periculo animæ agit. ¶Quarto quia nō solum pericula amant, sed periclitantibus se illaqueant vt ab eis auelli nequeant, ad modum eorū quæ cū sint in periculo submersionis aliqui vt fatui uolentes eos liberare mittunt se in aquis illos apprehendo, & cum illis se stringendo. Sed taliter astringuntur ꝙ pereuntes nunq̄ eos dimittūt, immo & cum eis pereūt, sicut accidit cuidam vt in vitis patrum legitur, ꝙ cum ęculum deseruisset & in hæremo Deo seruiret, apparuit ei diabolus in forma uiatoris cum multis litteris, dicens se missum a suis cōsanguineis eo ꝙ mortui essent sui & dimississent ei magnam hereditatē pauperibus dispensandam nisi ipse illuciret, multa scandala orirentur de substantia illa, quod ille incautus pergens ad ciuitatem pro hmōi re sedanda & substātia eroganda, inuenit oēs incolumes, qui tñ rogatus ab eis vt cum ipsis remaneret, acquiescens sæculo se totum dedit. ¶Quinto quia cum deberent se exonerare & explicare ab impedimētis in periculo siti, ad motum aquarum tumentiū, vt nudi & expediti liberius possint natare & euadere ipsi econtrario magis se onerant & implicant rebus tēporalibus & nociuis 1. Ti. 6. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes & laqueum magnum diaboli & desideria multa inutilia, quæ ducunt hominem ad interitum. ¶Sexto quia cum sint in periculo, Deum non excitant nec adiutoria aliorum vocant, sine quibus euadere nequeūt. Sed potius volentes eos a periculo liberare contemnunt. Et etiam eos quos vident sibi non acquiescere & pericula fugere eorum monita irrident, similes sunt isti duobus generis Loth. quos cum admonuisset vt discederent de ciuitate pessima ne inuoluerent in periculo, in perditione illorum de Sodomis non acquieuerunt, sed visus est eis per risum loqui, & ideo inciderunt cum illis in perditionem. ¶Septimo non solum diuinum adiutorium uel sanctorum non aduocant, sed eos ad iracundiam contumeliis prouocant, & vt maris Delphines in tempestate saltant, & vt frenetici in suis periculis exultant, & eos quos non vident inuolui periculis, insensatos & insanos reputant Sap. 5. Non insensati uitam illorum æstimabamus insaniam.

¶Tertio

§.3. ¶Tertio ostenditur quòd homo sit in magno periculo pp conditionis fragilitatem. Iob 14. Homo natus de muliere breui viuens tpe, repletur multis miserijs qui quasi flos egre. & conte. & fu.ue.um. & nũ.in eo. sta. permanet. Idem Iob 4. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis inuenit prauitatem, s. qui ceciderunt, & quãto magis qui inhabitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum, domus lutea est corpus in quo sunt quatuor pugiles continue pugnantes ad inuicem quatuor. s. humores, calidum, frigidum, humidum, & siccum, & si vnus contra alium vicerit excessiue superabundans, infirmatur corpus & demum domus lutea corruit, etsi male vixit ad suspendium æternum trahitur. Vnde dr̃ in lib. de septem donis sp quidam rex quęsiuit a quodam philosopho de quinque quæstionibus quæ faciunt ad propositum ad ostendendum fragilitatem conditionis humanæ & exinde magnũ periculum, ad quarũ singulas

Quid sit sit hõ. rn̄dit. ¶Et prima fuit quid est homo. Et rn̄dit phūs. Mancipium dr̃ mortis, hospes loci, viator transiens. Mancipium dr̃, quia manũ mortis euadere nequit. Et quia mors oẽs dies eius & labores rapit. Hospes dr̃ loci, quia cito obliuioni traditur, licèt cum gaudio recipiatur. Ac etiam quia pascens & potans nihil immane de hospitio vel rebus hospitij portare permittit, & quia in introitu in hospitium multa ei promittuntur sua via quę non soluuntur seu exhibentur. Dicitur quoq; viator transiens, quia siue dormiendo siue vigilando siue comedendo vel loquendo nec per momentum quiescit

Hõ quibus assimilatur. quin currat ad mortẽ. ¶Secunda quęstio fuit. Cui similis est homo. Et phūs. Similis est aceruo niuis, rosæ matutinæ, pomo nouo. Aceruo niuis, quia vt aceruus niuis modico calore cito in aquã de qua fuerat resoluitur, sic homo genitus de putredine modica infirmitate in eam reuertitur. Rosæ matinæ, quia in iuuentute habens colorem viuidum in vespere senectutis habet marcidum. Pomo nouo, qa dum in arbore pendens ad crementum debitũ peruenire creditur, verme interius ex orto corroditur, & subito corruens inutile efficitur, & sic frequenter homo in pueritia sua subita infirmitate & morte punctus inutilis suis inuenit. psalm. 144. Homo vanitati similis factus est.

Qũo se licet hõ. ¶Tertia quæstio est, qũo se habet homo. Rn̄dit phūs. Vt lucerna ad uentum quæ cito extinguitur, & vt scintilla in mari quæ cito abundis absorbetur. Sapien. 5. Vt spuma gracilis

Vbi sit homo. quæ cito a procella dispergitur, vt lanugo quæ subito a vento rapitur. ¶Quarta quæstio est, vbi est homo. Rn̄dit phūs. In bello multiplici, & diuerso, qa in se habet bellũ intestinũ & remordentis conscientiæ si est in pctõ. In proprio corpore hẽt bellũ ciuile & vicinũ quatuor elementorũ pugnantiũ ad inuicẽ per contrarias qualitates (vt supra dictũ est.) Quodlibet quatuor elementorũ vult eũ sibi vẽdicare ab alio, & per hęc pugnat cũ alijs vt prædominet. Terra vt fiat melancholicus. Aqua vt fiat phlegmaticus. Aer vt fiat sanguineus. Ignis vt fiat cholericus. Quodlibet horũ in hoīe & pro hoīe pugnat & contra aliud, quodlibet horũ pro viribus alteri repugnat. Tertium bellũ est rerum extra cõcupiscibilium quæ bellant allicendo vt per ea homes se a Deo auertant & ad se per inordinatum affectũ cõuertant. ¶Quinta quę stio est cũ quibus socijs est homo. Respondit philosophus, cum septem qui frequẽter eum molestant, & hi sunt fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, infirmitas, & mors. Et vt istis satisfaciat homo, frequenter Deum offendit.

Cũ quibus sociis sit homo.

§.4. ¶Quarto apparet periculum magnum, vnde & timendum pp malorũ societatem, quia homo naturaliter est aial sociale & ciuile, ideo cõiter delectatur conuersari cum alijs. Sed qa pauci sunt electi, & multi sunt qui incedunt per viam latã vitiorũ quæ ducit ad perditionem, ideo vitanda est societas hoim familiaris nisi notum sit eos esse bonos. Nam vt dicit psal. 17. Cum sancto sanctus eris, cũ peruerso peruerteris 28. q. 1. sæpe malorũ consortia ad crimen inducũt innocentes. Vnde Petrus Apostolus cũ fuit inter bonos. s. socios suos Apłos confessus est Christũ dicens. Tu es Xps filius Dei viui. Sed cũ reperit se cũ perfidis Iudęis in domo Cayphæ Christũ negauit & peiorauit. Considerantes sancti viri pericula conuersationis humanæ solitudinẽ quærebant. Sic Ioã. Baptista antra deserti teneris sub annis ciuiũ turmas fugiens petij; ne leui saltem maculate vitam famine posset. Adam cũ esset solus non est præuaricatus. Associatus autem ne contristaret sociam Euam ei acquieuit in transgressione præcepti. Sen. Quotiens inter hoies fui, minus homo fui. Sic Iudas Machabeus cũ fratribus magis elegit vitã ducere in deserto feni cibo vescentes q̃ cum hoibus in ciuitate declinantibus a lege dñi, Christus etiã resurgens a mortuis non legitur conuersatus fuisse cũ malis, sed tm̃ cum bonis, vt discipulis quibus sępe apparuit. Sed & Apoc. 12 dr̃ sp draco traxit tertiam partem stellarum de cęlo in terrã cauda sua. Prima pars stellarum ideſt angelorum est eorum qui voluerunt Deo contemplando assistere. Secunda pars est eorũ qui parati

Mala societas est timẽda.

rati fuerant ei ministrando obedire. Et hi non ceciderunt, sed in veritate steterunt. Tertia ps est eorum qui parati fuerunt diabolo consentire eum imitando in sua superbia, nō recognoscentes seu expectātes suam gloriam a Deo, & sic cum mala societate tracti sunt in ꝑfundū laci cum dracone Lucifero, vnde traxerūt exēplum imitationis malæ. Propterea deus prohibuit populum Israel contrahere matrimonia cum gentilibus, ne ex eorum societate addiscerent superstitiones eorum. Descēdentes ex Seth filio tertio Adæ, qui dicuntur filii Dei, quia boni erant, cum comiscuerunt se cum descendentibus ex Cayn quę dicūtur filiæ hominū quæ malæ erāt, inde effecti sunt mali & diditi vitiis carnalibus, propter quæ Deus immisit diluuium Gen. 6. Vnde Eccl. 13. Qui tetigerit picem inquinabit ab ea, & cōmunicauerit superbo induet superbiam. Et sicut in tēporalibus mundus est plenus periculis deceptionum, ita in spiritualibus. Propter quod dicit Hiere. 9. Vnusquisq; a proximo suo caueat, & in omni fratre suo non habeat fiduciā, qa omnis frater supplantans. Exemplum de illo propheta qui fuit missus a Deo de iudea in Samariam, vt reprehenderet Hieroboam de idolatria sua. Cui cum dominus præcepisset ne comederet in Samaria accedens illuc & intrepide arguens publice regem Hieroboā & extensam manum seu brachium regis, vt caperetur arefactam sanauit, nec oblata munera recipere voluit a rege. Postea cum reuerteretur quidā falsus propheta ex parte Dei suasit sibi vt rediens Samariam comederet cum eo, quia Deus sibi hoc mandauit, quod credens cum falsum esset cum comederet cum ipso propheta inuitante per eundem sibi declaratum est se deceptum propter quod puniretur prout accidit quia suffocatus est a leone in via. 3. Reg. 13. Ioseph sanctus venditus a fratribus in Egyptū, cum fideliter tractaret bona domini sui falso accusatus ab vxore patroni, quia noluit sibi opere nephario assentire, cum tamen per multa eum quæsisset ad hoc inducere, vt habet in lib. de. 12. patriarchis, incarceratus ē. Licet postea Deo operāte mirabiliter est exaltatus. ¶ Narrat Petrus Alphon. qꝺ cum quidam dives amisisset vnum sacculum aureorum in quo etiam erat serpens sculptus de auro, fecit per ꝓconē clamari qꝺ qui inuentum resignasset ei donaret sibi decem florenos. Hunc igitur sacculum quidā pauper inuenit, & inuita vxore sua restituit diuiti illi. Dolens autem dives qꝺ pauper haberet de illis decem aureos prout promiserat accusauit ipsum corā iudice dicens in sacculo illo erant duo serpentes aurei, & vnū solum reddidisset. Consultus autem super hoc quidam philosophus qui dicebatur auxilium miserorum, dixit. Dives probus hō vī, nec vī verisimile qꝺ debeat mentiri, pauper ēt iste fidelis, quia potuit sibi retinere peccuniā illam, & tn reddidit, & sic vī fidelis & veridicus. Secundum ergo dictum diuitis istæ non est sacculus eius, exquo ibi tm vnus est serpens aureus, & in suo erant duo, retine ergo eum tu pater quousq; inueniatur sacculus diuitis in quo sunt duo serpentes. Qua percepta sententia iudicis fassus est se falsum dixisse dives, sibi non erat nisi vnus serpens, sed hoc fecerat ne pauper illos 10. florenos haberet.

Notabilis Historia scripturæ sacræ

Exēplū.

¶ Quintum apparet mundus periculosus ex §. 5.
tpis qualitate. Dicit. n. Aplꝰs. 2. ad Ti. 3. In nouissimis tpibus instabunt tēpora periculosa. Periculosum ē pñs tempus pp quatuor
Erunt enim homines seipsos amantes, cupidi, elati &c. Tempus itaq; periculosum est quo ad corpora & causatiuum infirmitatū, qñ simul & semel est nimis calidum & frigidum & siccum. Sic spiritualiter est in hoibus modernis qui sunt in nouissimo tpe qñ nimius calor cupiditatis deficcat humorem grīæ & charitatis, vnde quia non habent humorem orto sole tribulationis vel oblatæ prosperitatis aret in eis propositum bonæ voluntatis. Erunt enim homines seipsos amantes &c. Vix in mūdo iam amatur aliquid pure propter Deum, sed omnia propter proprium cōmodum. ¶ Periculosum tps est propter abundātiā siccitati, s. ex ingratitudine. Est n. ingratitudo ventus vrens, deficcans fontem diuinæ pietatis, fluenta gratię & rorē misericordiæ. Vñ in dicta auctoritate dr ingrati, scelesti, sine affectione. Ingratitudo fuit cā destructionis Hierosolymorum, vt patet Lu. 19. cum Christus dixit. Nō relinquent in te lapidem super lapidem qui nō de struetur eo qꝺ non cognoueris tps visitationis tuæ Hiere. 8. Miluus cognouit in cœlo tēpus suum &c. Populus ât meus me non cognouit. Ber. Recolēs in corde meo torporē torporeq; horū miserabilium tporū, in memetipso cōfundor. Cui. n. modernorū inferat tm gaudiū tantorū bñficiorū exhibitio, q̃tum antiqs patribus sola promissio. Vī qꝺ iam mūdus sit in pedibus statuæ, de qua Dañ. 2. dr qꝺ cōiugebatur ferrū testę, qꝺ significat, qa ī fine erūt hoies absq; fœdere & pace & ficci grīa gratitudinis. ¶ Tertio est periculosū pp abundātiā frigiditatis, q̃ cōtrahit hoiem & impedita motu bonorū operū. Sicut frigidam cisterna facit aquam, Sic frigidā facit malicia aīam suā. Vñ Xps de vlti. tpe ait. Qm abundabit iniqtatis refrigescet

ſcet charitas multorum. Et ex hoc efficiuntur homines pigri ad bene operandum. Vnde in Prouerb. Propter frigus piger arare noluit, ideo mendicabit æſtate. Econtra. Amor enim Dei nunquam eſt ocioſus, operatur enim magna ſi eſt ſcilicet operari facit. Si operari renuit, amor nō eſt. Amor enim Dei qui eſt huic frigiditati contrarius, comparatur igni q̄ nun quam dicit ſufficit. Sic ignis diuini amoris ſemper ad alia ſe extendit. ¶ Quarto eſt periculoſum tempus propter ſuperabundantiam humoris, ideſt voluptatum carnalium. Vnde dicitur in dicta auctoritate Apoſtoli. Voluptatum amatores magis q̄ Dei. Aptiſſime conuenit huic tempori quod dicitur Geñ. 6. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam, & cum tēpus ſit præcioſiſſimum, nil pręcioſius tempore ait. b. Bernardus. Sed hæu, q̄a hodie nil vilius reputatur, quod vtiq; recuperari non poteſt. Et tamen homines amittunt de ipſo non ſolum horas & dies, ſed & menſes & annos, vnde cum quidam ſanctus homo quantum temporis vixiſſet interrogaretur, cum admodū eſſet ſenex. Reſpondit ille. 20. annis. At interrogās ait, quomodo hoc verum eſt cum ſis ſenex Reſpondit ille. Ego arbitror me. 20. ānis vixiſſe, quia tantum vixi quantum ſeruiui Deo ſcilicet 20. annis reſiduum reputo perdidiſſe.

§. 6. ¶ Sexto ē vita p̄ſens piculoſa valde pp abſorptionis ꝓpinquitatē pſal. 114. Pericula inferni inuenerunt me. Tentatio eſt vita hominis ſup terram ſm aliam tranſlationem Iob. 7. In quo cunque enim opere tentatio ſe offert, inclinamus ad veniale, & de veniali ad mortale, ſiue comedendo, ſiue bibendo, ſiue loquendo, ſiue audiendo, ſiue reſpiciendo Hiere. 9. Mors introiuit per feneſtras noſtras ſcilicet ſenſuum, Quācitius autem quis labitur in mortale, deſcendit merito vſq; ad portas inferni. Et quia per ſe exire non poteſt niſi manu diuina extrahatur de luto fecis, & continuo mori poteſt, iō eſt in magno periculo inferni. Periculum aūt maximum noſtrū ad inferos deſcendēdi oſtēdit Balaam ad Ioſaphat regem, prout refert Ioā. Damaſce. Dicit enim. Qui delectationes mundanas deſiderant, & animas ſuas fameueritatis perimunt, ſimiles ſunt cuidam homi
Cōparatio Balaam. ni, qui dum a facie vni cornis ne ab eo deuoraretur velociter fugeret quoddam magnum baratrum cadere cæpit. Dum autem caderet, manibus arbuſculam quandam apprehendit quæ erat in terra. Pedes vero ſuos in quadam baſi lubrica & inſtabili fixit. Reſpiciēs vero vidit duos mures, vnum album & alium nigrū inceſſanter radicem arbuſculæ quam apprehēderat manu corrodentes. Et iam prope erat vt eam abſciderent. In fundo autem baratri vidit draconem terribilem ſpirantem ignem, & aperto ore ipſum deuorare cupientem. Super baſes vero vbi pedes tenebat vidit quatuor capila aſpidum inde prodeuntia. Eleuans autem oculos vidit exiguum mellis de ramis illius arbuſculæ procedentem. Oblituſq; periculi in quo vndiq; poſitus erat ſeipſum dulcedini illius mellis modici totum dedit. Ad propoſitū vnicornis iſtæ mortis tenet figurā, quæ homines ſemper perſequitur & apprehendere cupit Baratrum vero mundus eſt omnibus malis plenus, Arbuſcula in terra, vniuſcuiuſq; eſt vita, quæ per horas diei & noctis quaſi per murē album & nigrum inceſſanter cōſumitur, & in ciſioni per mortem appropinquat, Baſis quatuor aſpidum vbi pedes figit, eſt corpus lubricum luteum ex quatuor elementis compoſitū quibus inordinatis corporis compago diſſoluitur. Draco terribilis os inferni cunctos deuorare cupiens ſcilicet Sathanas rex eius, qui tanq̄ leo rugiens circūit quærens quem deuoret vt dicit Petrus in canonica ſua. Dulcedo aliqua mellea in ramuſculis eſt delectatio fallax & momētanea quæ habetur in rebus vitæ pręſentis, in diuitiis, in honoribus, in voluptatibus, & aliis huiuſmodi, per quas homo ſeducitur vt attendat periculum ſuum. Nam iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Qua abſciſa per mortem infernum ingreditur, vnde nunquam egreditur. Aliud quoq; addit exemplum Ioānes Damaſcenus. In quadam ciuitate magna hæc fuit conſuetudo, q̄ omni anno hominem ignotum & extraneum in principē eligerent. Cui omni poteſtate accepta licitum ei erat facere quicquid volebat, & ſine cōſtitutiōe terram regebat. Illo igitur in omnibus delitiis permanēte, & ſemper ſic ſe eſſe ęſtimāte, repēte in eū ciues inſurgebāt, & p̄ tota ciuitatē, nudū trahētes, in remotā inſulā trāſmitebāt exulē, vbi nec cibū nec veſtimētū ſueniēs, fame & frigore vrgebat. Tādē q̄dā ſublimatus ad illud dñium cū didiciſſet illorū cōſuetudinē infinitos theſauros illuc p̄miſit ad inſulā illā vbi poſt annū in exiliū religatus vt cæteri aliis qui ſibi nō præuiderāt fame deficiētibus, in delitiis abūdabat inmēſis. Ciuitas hęc mūdus eſt ciues princeps tenebrarū, qui nos falſa delectatione decipiunt & alliciūt quaſi nō liceat gaudere vt volumus. Sed nobis inſpantibus mors ſuperuenit & in locum tenebrarum demergimur. Ecce periculū noſtrū quod nō videmus. Sed ſi pauperibus largiant̄ bona ita, tunc in alia vita fruimur bonis æternis ex meritis bonorum

norum factorum. Sed vt dicitur Eccl. 22. Qui timent dñum præparabunt corda sua & sacrificabunt aias suas. s. vt nõ incidant in pericula.

§. 3. ¶Septimo patet periculum ex paucorum euasione. Vnde in Thren. 3. c. Viæ Syon lugent, eo ꝙ non sit qui ui vadat ad solemnitatem. Viæ Syon dñr opera virtuosa, per quæ itur ad Syõ ideſt visionem Dei. Et dñr lugere, quia quasi nullus incedit per eas psal. 13. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum b. Bern. Periculum probat. s. huius vitæ spiritualis transeuntium paucitas & pereuntium multitudo. In magno mari Marsiliæ de. cccc. nauibus transeuntibus vix periclitatur una, horibus autẽ accidit contrarium. Nam in hoc mundo vix de quatuor, immo de decem transeuntibus vix euadit vnus de periculo.

¶ *Mors est timenda propter septem considerationes.* Cap. 8.

Septem sũt quæ sancti recipiũt ex visione Dei.

TErtium quod est timendum est coniunctorum separatio. i. mors per quam separantur abinuicem quæ sunt maximo amore coniuncta. s. aia & corpus. Naturaliter autem hanc oẽs timent. Vnde & Christus appropinquans ad passionem cepit tedere, pauere & mœstus esse Marc. 14. Et factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentis in terram prę horrere mortis sensualitati repræsentatæ Luc. 22. Mors. n. (vt ait phũs) est vltimũ terribilium. Quod aũt Tull. dicit. Mors timenda non est q̃ immortalitas animæ sequitur. Vult dicere ꝙ non ita timenda est ꝙ pp hoc quis a uirtute recedat & a debito rationis, uel nimia tristitia absorbeatur. Sicut legitur de quodam medico dicto. Vrsino, qui cum propter constantiam fidei sustinuisset iam plura tormenta, damnatus ad mortem cum deberet decapitari cepit expaueſcere, adeo ꝙ quasi inclinaretur ad fidẽ negandam. Sed sanctus Vitalis miles hoc aduertens confortauit eum & animauit ad tolerantia dicens. O Vrsine medice qui consueuisti aliorum curare corpora, noli te iaculo mortis æternæ vulnerare pp modicum tẽpus vitæ præsentis. Qui in se reuersus & compunctus de illa nimia trepidatione constanter & liberter recepit palmam martirij. Timenda est aũt mors & ad ipsam se præparandum sm illud Christi. Estote parati, quia nescitis qua hora dñs vester venturus est. Est aũt timenda mors propter 7. quæ considerantur circa eam.

¶Primo propter eius ineuitabilitatem.

¶Secundo propter eius velocitatem.

¶Tertio propter eius facilitatem.

¶Quarto pp eius incertitudinẽ & dubietatẽ.

¶Quinto propter eius occupabilitatem.

¶Sexto propter eius dæmonũ vexabilitatem.

¶Septimo propter consequentium qualitatẽ.

¶Mors vtiq; ineuitabilis est Apost. ad Heb. 9. §. 1. Statutum est hominibus semel mori quando scilicet Deus dixit primo parenti Adę. In quacunque die comederis ex eo, morte morieris Gen. 3. Comedens ergo incidit in pœnam statuti dominici cum tota posteritate ex eo descendenti. Quis enim est homo qui viuet, ait psalm. 88. & non videbit mortem? q. d. nullus. Nemo. n. est qui semper viuat ait Salomon, aut qui huius rei habeat fiduciam Eccles. 7. c. Omnes enim morimur, & sicut aqua dilabimur ad mortem tendendo quæ non reuertitur 2. Reg. 14. Sicut aquæ fluminum currunt ad mare, sic dies fluxibiles vitæ præsentis ad mare amarum mortis Poeta. Mors dominum seruo mors sceptra ligonibus æquat. Dissimilem simili cõditione trahit. Et ita est hoc vniuersale ꝙ vt dicit Apostо. ad Roma. 8. proprio filio nõ pepercit Deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum Ber. Qui non pepercit filio qũo parcet seruo, qui non pepercit figulo qũo parcet figmento? Et nos quidem necessitamur ad mortem pp peccatum originale quod ex parentibus contrahimus. Omnes. n. in Adam morimur Ro. 5. Christus autem cum non contraxerit originale, quia nõ sm propagationem carnalem ex Adam descendit, se opere spiritus sancti, ideo nõ necessitabatur ad mortem. sed voluntarie carnem sumpsit mortalem. Cum igitur nullus possit eam euadere in qua separatur aia a corpore receptura sm ea quæ gessit in corpore præmium uel pœnam, ideo habet timere & se præparare. Vnde Eccl. 18. Ante iudicium. s. particulare tuum per mortem para iustitiam tibi. ¶Narrat Ioannes Dama. ꝙ cum Ioſaphat filius regis educeretur de palatio ad solatia cum omni genere musicorũ & gaudio magno obuiam habuit leprosum & cęcum. Et cum quæreret quid hoc esset dictum fuit ei ꝙ sunt passiones humanę procedẽtes ex inęqualitate humorum quę non sunt omnium, sed esse possunt omnium, postea cum uideret senem decrepitum incuruatum & balbutiẽtem, & quæreret quid hoc esset, quomodo esset ille ita curuatus balbus, & edentulus. Responsum fuit ei ꝙ erat ex senectute magna ad q̃ omnes oportet uenire nisi præocupet eos mors, nec possunt homines uiuere circa centum annos quin ad huiusmodi statum perueniant. Tunc auditis his cœpit iuuenis cogitare de morte car-

Mors est ineuitabilis quare.

Nota.

te carnis, delitias, mundi diuitias & honores horrere & quærere. Si esset alia vita post hanc & quid esset futurum. Dicebat quidã ꝙ si haberet iudicem fidelem eligere, mortẽ prę cęteris eligeret, eo ꝙ non est acceptio personarum apud eam. Nec miseretur pupillo, nec defert seniori, nec timet potentem, nec veretur nobilem, nec horret pauperem, aut ignobilem, nec dimittit diuitem aut potentem, nec contẽnit infirmum, aut debilem, nec euitat fortem, nec parcit sapiẽti, nec insipienti Eccl. 41. c. O mors bonum est iudicium tuum. ¶ Narratur in lib. de septem donis ꝙ cum dñs Maioricarum haberet filium, nouum militem, euntem ad Tyrocinium, & transeuntem per Claram vallem videns ibi Dei milites b. Virgini militantes, cogitans quis finis est vtriusq; militiæ, & ꝙ in vtraq; posset mori quia mors cõis erat illis & his in iunioribus & senioribus intrauit ibi ordinẽ cistercienſium. Cum pr̃ eius hoc audisset furore repletus minatus est ꝙ nisi rediret filius ad eum, veniret & destrueret abbatiam illam. Tunc iuuenis remandauit patri ꝙ si vellet auferre & posset vnam cõsuetudinem remouere de terra sua, ipse rediret ad placitũ suũ, quod si non faceret eum in pace dimitteret. Pater assentit. Filius autem declarauit ei quæ essent illa consuetudo remouenda, videlicet q̃a ęque moriebantur iuuenes sicut & senes & vniuersaliter omnes. Et quia illud tollere non posset eum in pace dimitteret. Sicq; in religione permansit. Bona præparatio ad eam est per timorem iustum mitialem. Nam vt dr̃ Eccle. 1. c. Timenti Deum bene erit in extremis, & in diebus defunctionis suæ benedicetur.

§. 2. ¶ Secundo timenda est mors pp eius velocitatem. Velociter. n. ad eam currimus & ipsa ad nos. Vnde Iob 7. c. Dies mei velocius transierunt q̃ a texente tela succidit, consumpti sunt absq; vlla spe. Et notãter dicit q̃a texente &c. Texens nõ scindit telam quousq; perficiatur, sed de vita nostra quãtum fluxit tpis texit tm̃ statim mors scindit. Scinditenim filius instantis præsentis, quam cito cursus præsentis temporis texuit, quia statim esse difinit de cætero nõ erit. Et sequitur post illud Iob 9. Dies mei velociores fuerunt cursore. Cursor quantumcunq; velociter currat, tñ aliquando quiescit in comedendo vel saltem dormiendo. Sed homines cõtinuo minimo interuallo semper currunt ad mortem, & dormiendo & comedendo & bene, & male operando semper ad mortem tendunt, & sequitur ibidẽ. Pertransierũt quasi naues poma portantes, de quibus nescitur ad quem portum venient & velociter ẽt ducuntur. Vel q̃n etsi euadent periculum psal. 101. Dies nostri sicut vmbra declinauerũt. Vmbra hoĩs sequitur eum quocunq; vadit, vbi ponit vestigium, statim & vmbra sequitur, ita sequit̃ mors vitã per omne instans. ¶ Si quid vr̃ addi posse ad vitam seu mors retardari & abbreuiari est opera hominum bona vel mala. Dies. n. peccatoris breuiabuntur, ait Salomõ. Et econtra. Qui honorat parentes vita viuet longiori. Exempla patẽt. Nam cum Deus apparuit Noę erat quingentorum annorum prænuncians ei diluuium immittendum pp peccata hoĩum. Et nihilominus etiam promisisset expectare homines centum viginti annis, vt reuerti possent ad pœnitentiã dicens. Eruntq; dies eius. s. generis humani centum & viginti anni, quia homines abusi sunt eo spacio temporis dato ad pœnitentiam, peiora quotidie perpetrãtes, abstulit Deus de tẽpore quod promiserat vitæ viginti annos. Nam diluuium mundauit sexcentesimo anno vitæ Noæ. Ex quo patet ꝙ nõ expectauit nisi centum annis, ita dicit b. Hierony. de pẽn. dist. 1. prædixerat. Econtra dictũ fuit Ezechiæ regi Iuda per Esaiã ex parte dñi. Dispone domui tuę quia morieris tu & nõ viues. Et hoc propter peccatum superbię de victoria data ei a Deo contra Sennacherib cæsis per angelum in vna nocte centum octoginta milibus de exercitu eius. Vel secundum alios pp ingratitudinem quia non dignas Deo gratias egerit de tanto beneficio liberationis eorum. Sed quia Ezechias recognoscens peccatũ suum subito fleuit fletu magno curatusq; est quamcitius ab infirmitate illa, & additi sunt anni 15. ad vitam eius, vt patet Esa. 38. Et ideo sapiens salubriter admonet dicens Eccles. 5. c. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet tibi ira eius, & disperdet te. ¶ Narrat b. Greg. in 4. dialogorum ꝙ cum quidam assuetus esset multã fidem dare somnijs, quadam nocte somniauit ꝙ deberet viuere longo tempore, & ideo in futurum sibi prouideret, quod cum ille firmiter crederet cępit diuitias congregare sed cito moriens intactas dimisit. ¶ Legitur quoq; in lib. septem donis, ꝙ cum quædam vetula sortilega audisset quandam auem quæ dicitur cuculus vel cucudrinus prima die Maij quinquies cantantem cucuc credidit pro certo ꝙ tot annis deberet viuere ad minus. Vnde cum grauiter infirmaretur ad mortem filia sua instanter admonebat eam ad pẽnitentiã & confessionẽ, quia in periculo vitę erat, ait illa. Nõ oportet pro nunc, quia viuere adhuc habeo quinque annis. Et cum magis appropinquaret ad mortem

Exẽplũ. Claræ vallis in signis religio. Hoĩs vita, uel dies ꝙbus assimilatur. Exẽplũ.

§. 5. ¶ Quinto reddẽda eſt ratio, & ideo timẽdũ de ſapientię documentis. ſ. receptis. Aia noſtra vt ait phũs naſcit ſicut tabula raſa in qua nihil eſt pictum, ſed apta eſt pingi. Et ſicut aliæ ſcientię & artes addiſcũtur per documenta aliorũ, ita & ſapientia & noticia diuinorũ & moraliũ. Quia enim homo propter peccata ſua obſcuratus ne ſciebat legere in lege Dei inſita in medio cordis noſtri dedit hoibus legem ſcriptã, legẽ. 10. ꝑceptorum, q̃ ſemp fuit neceſſaria obſeruari oĩ bus qui voluerunt ſaluari. Hæc eſt lex dñi immaculata cõuertẽs aias, & teſtimoniũ eius fidele, ſapientiã præſtãs paruulis. i. humilib⁹ Deus igit deorũ dñs locutus eſt, ait idem in ps. 49. & vocauit terrã, a ſolis ortu vſq; ad occaſum ex ſyon ſpecies decoris eius. Deus dñs eorum ſanctorum qui dicunt dii participationem ps. 80. Ego dixi dii eſtis. Vel dæmonũ qui dicunt dii falſa nũcupatione. ps. Dii gẽtiũ demonia, vel ꝑſidẽtium q dicunt dii repũtatione, qa repreſentant Deum. ps. 80. Deus ſtetit in ſynagoga deorũ. i. ſacerdotũ. Oĩum horum Deus verus Deus noſter ẽ dñs & auctor locutus ẽ inquit. b. Aug. ſup ps. & illũ verſi. Multis modis per angelos ipſe locutus eſt dãdo legẽ in mõte Syna, ita ait Apoſtol. ad Gal. 2. ordinata p angelos. ſ. illa lex locutus per ꝓphetas ſuos Eſaiã Hieremiã, Ezechielẽ, Danielẽ, & alios. 12. minores ꝓphetas excitando hoies ad obſeruantiam legis ipſam declarãdo, futura multa prænũciando ad aiandum eos, & cõminationẽ adiiciẽdo cõtra trãſgreſſores. Demum locutus eſt nobis in filio ſuo incarnato. Et quid ſapientia docere vel exprimere potuit niſi verba ſapientię falſas expoſitiones legis a ſcribis reprobãdo, obſcura declarãdo, in ſeipſo adimplẽdo, cõſilia oĩs pfectionis adiiciẽdo, adiutoria ad obſeruãdũ oſſerẽdo. Locutus eſt per apoſtolos ſuos & diſcipulos quos miſit in vniuersũ mũdũ dicẽs. Docete oẽs gẽtes. Et q̃ niſi Xp̃m Dei virtutẽ & Dei ſapiẽtiã? Locutus eſt per doctores ſuos. b. Auguſ. Amb. Hiero. Gre. & alios innumeros Grecos & latinos quos impleuit in medio eccleſię ſpiritu ſapiẽtiæ & intellectus ad exponẽdas ſcripturas ſacras ſapiẽtia plenas. Loquendos aũt p hos & quotidianos ꝑdicatores vocauit terrã non Greciæ tm̃ vel Africę, vel Italię ſed terrã totã. i. mũdũ. Et hoc eſt qđ ſubdit. A ſolis ortu vſq; ad occaſum. i. per totũ. In oẽm enim terrã exiuit ſonus eorũ. Ex Syon tm̃ ſpecies decoris eius. i. pulchritudo huius ſapientis locutionis cæpit ex Syõ. i. populo Iudęorũ, qa dicit Eſa. 2. De Syon exhibit lex. ſ. euãgelica, & verbũ dñi de Hieruſalẽ. Nullus ergo põt ſe excuſaret quia ignorat iſta documenta ſapiẽtie. Vbiq; enim ꝑdicat & ꝑdicatũ eſt. In ꝑticulari etiã vocat terrã quẽlibet peccatorem a ſolis ortu vſq; ad occasũ. i. a principio quo in eo oriẽ ſol intelligẽtiæ quoad vſum, vſq; ad mortẽ dat homini documẽta ſapientiæ. ¶ Reddes igit rõnẽ de tot documẽtis ſapiẽtię qũo eo obſeruaueris. Et certe male illi poterũt reddere rõnẽ nec impune trãſibũt, qui verba Dei audiẽtes, nil eorũ q̃ audiũt, faciũt. Facti (ſm ꝓphetã) ſicut aſpidis ſurdæ aures eorũ obturãtis, qui non audiet vocẽ incãtãtiũ. Aſpis ſerpẽs cum ꝓpendit alique incãtaturum eum vnam aurẽ figit in terra, & aliã cauda obturat ne audiat. Sic multi audiẽtes verbũ Dei ex vna ꝑte figũt mẽtẽ in terrenis, ex alia ꝓmittũt ſibi futurũ tẽpus vitę ad emẽdãdũ, vñ incantatio ꝑdicãtis ſapienter, nõ põt eum ducere de clauſura peccati. Peius illi rõnẽ reddẽt qui audiẽtes verbũ nil mẽte retinẽt vel ruminãt meditãdo. Vnde aĩalia immũda in lege iudicant quæ nõ ruminãt. Eternæ mortis iudiciũ formidate fratres ait be. Greg. Si verbũ vitæ audientes in vẽtre memoriæ nõ retinetis. Signũ enim mortis eſt, cum infirmus nõ retinet cibũ. Sed peſſime illi rõnem reddent & grauiſſime punient qui nec ipſa verba dignant audire, nolẽtes intelligere vt bene agerẽt. Hos cõdẽnabit ſtudioſitas reginæ Sabba quæ venit a finibus terre audire ſapientiam Salomonis. Matth. 12. Contra hos igit in reddẽda rõne dicet ſapientia vt habẽt Prouerb. 1. Quia vocaui vos p ſcripturas & renuiſtis. Extendi manum meã in crucẽ etiam dando documenta, nec fuit qui aſpiceret. ſ. ad imitãdũ. Deſpexiſtis omne cõſilium meum ibi datum & increpationes meas neglexiſtis. Ego

in inte-

in interitu vestro ridebo & subsannabo, cũ vobis qđ timebatis aduenerit. Clamabũt ad me & non exaudiã eos, eo ꝙ exosam habuerint disciplinam, & timorẽ domini non susceperint.

§6. ¶ Sexto reddenda est ratio de peccati inquinamentis, ſm be. Aug. peccatũ est dictũ vel factũ vel concupitũ contra legẽ Dei & in hac diffinitione includitur omissio cuiuslibet horũ, ſm b. Tho. in summa. Nam ita peccari pôt mortaliter vel venialiter omittendo sicut cõmittendo. Sed primũ occultius, & ideo magis timendum. Et de oibus his differentiis peccatorum reddenda est ratio ante tribunal Xpi, vbi quic qđ latet apparebit, nil inultum remanebit. Et de malis opibus dicit Salomon Eccle. vlt. Cuncta quæ fiunt adducet dñs in iudicium pro omni erratu siue bonum siue malum. ſ. exigetur ratio. Non solum de malo opere in se, sed etiã in eo quod de se est bonum vel alias videtur bonum propter aliquam malã circunstantiam error est & in iudicium adducẽt. Et q̃tumcũq; occultũ opus fuerit manifestabit absc̃dita tenebratũ. i. pc̃tõrũ. ait Apls. ¶ Sed & de verbis ratio exigetur Christo dicente Mat. 12. De omni verbo ocioso, qđ locuti fuerint hoies reddent rõnem in die iudicii primo particularis iudicii qui est in morte, & ſm be. Greg. 1. moral. dr verbum ociosum, qđ necessitate vel vtilitate. ſ. rationabili caret. O quis vnquam enumeraret multitudinẽ verborũ ociosorũ, quæ quotidie dicimus nullã nobis de hoc conscientiã facientes? Quod si de ociosis rõ exiget cũ pœna, quid de cõtumeliosis, de detractoriis, de periuriis & blasphemiis, adulationibus & aliis malis? ¶ Sed & in cogitationibus impii interrogatio erit dicit sapiens. ſ. in futuro examine. Nam vt ait Saluator nr̃. Ex corde exeunt cogitationes, & hæ sunt quæ coinquinant hoiem quo. ſ. ad aiam. Nec tn̄ ait b. Gre. Immũda cogitatio mentẽ maculat cũ pulsat, sed cũ per delectationẽ supat de pe. di. 3. Quis aũt tãtæ virtutis & sanctitatis extat q̃ nõ hẽt cogitationes inutiles & superfluas etiã qñ clauso ostio sensuum & secreto vult patrem orare. Delicta aũt iuuentutis meæ & ignorantias meas quę sunt omissiones ne memineris dñe. Sed ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo ait ps. 18. Cuilibet ergo timẽdũ est i ista rationes exactione. Vnde in vitis patrũ legitur ꝙ eum quidẽ sanctus pater ad extrema veniret & alii plures visitassent eum. Videntes eum tremere totũ dicunt ei. Et tu pater times mori cũ semper in pœnitẽtia vixeris? Respondit ille. Vere timeo. Nã licèt per 40. annos laborauerim in ista solitudine ad seruiendum Deo, tn̄ quia alia sunt iudicia Dei q̃ hominum, ideo timeo, ne forte placuerim Deo. Vnde & Iob. 38. Semper enim quasi timentes fluctus timui dominum. Plurima sunt peccata nostra, quæ nobis leuissima vel nulla videntur, quæ tamen Deus discutit & punit. Vnde in vitis fratrũ legitur ꝙ cum quidam vir valde religiosus & sanctus infirmatus esset ad mortem læta facie & totus exhilaratus dixit astantibus qui eũ visitauerant. Ecce beata Maria mater Dei salutem eam. Quod cũ oẽs fecissent & magnam consolationem percepissent, licèt nil viderent dixit infirmus. O q̃ grate & iocũde recepit beata mater Dei vestra saluationẽ, & ipsa quoq; vos refalutauit, post paululũ aũt cæpit expauescere & valde anxiari, adeo ꝙ socius eius vir sufficiebat ad extergendũ sudorem ex labore. Et factus in agonia quasi tunc Deo redderet rationẽ de vita sua. Aliquando dicebat quasi ad aliũ loquẽs. Hoc non est verũ. Forte de aliquo peccato qđ diabolus ei obiciebat ad iuducendum ad desperationem. Aliquando dicebat. O dñe dona mihi & parce hoc modicum. Dixit ei socius. Quid est hoc frater ẽt ne parua peccata requirunt, & de eis Deus exigit rõnẽ? Qui ait, vtiq;. Et ea quę nulla putant hoies esse peccata. Confortauit tamen eũ socius efficaciter ad cõfidendum de misericordia Dei. Demum peracta pugna spirituali totus in domino releuatus cum magna deuotione quieuit in pace.

De omnib⁹ peccatis, & differentiis pcõrũ reddem⁹ rationem.

§7. Nota ꝙ habẽtib⁹ curam aĩalium.

¶ Septimo reddenda est ratio de regimine in subiectis & hoc valde timendum prælatis & rectoribus. Vnde Sapi. 6. dicitur. Audite reges & intelligite. Discite iudices finium terræ præbete aures qui continetis multitudines, qm̃ data est vobis potestas a domino & virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur, qm̃ cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis nec custodistis legem iustitiæ, nec ſm voluntatẽ eius ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum fiet his qui præsunt. Exiguo. n. conceditur misericordia. Potentes aũt potenter tormẽta patientur. Non tn̄ subtrahet personã cuius q̃ dñs, nec verebitur magnitudinem cuius q̃ Apostolus etiam ad Hẽb. 13. ait. Obedite præpositis vestris & subiacete eis. Ipsi enim inuigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris, vt cum gaudio faciant non cum tristitia. Ad idẽ facit quod ait Dionysius papa. 13. q. 1. Ecclesias, dicens. Vnusquisq; contentus sit terminis suis & ecclesiam & plebem sibi cõmissam diligenter custodiat vt de ouibus suis Deo rationem reddat & gloriam inde nõ iudiciũ. i. dãnationem recipiat.

Pericula præsidentia.

recipiat.¶ Rationē igitur præsidentes reddere habēt Deo in egressu suo de hoc mūdo qūo acceperint prælaturam, vtrū per ambitionem vel per symoniam, vel per intrusionē, qa vt ait Leo papa. Principatus quē metus extorsit vel ambitus occupauit, & actibus suis & moribus non offendat, ipsius tamē initiis est pernicios⁹ exemplo & difficile est vt bono pagant exitu, quæ malo sunt inchoata principio. 1.q.1. Principatus. Si per symoniā accepit vel alias iniustum titulum, cum careat iurisditione & auctoritate super pplm illum, quia suspēsus vl nullus, decipit quantū est in eo animas illas absoluendo. Vnde ab eo tanq oues perditę exigētur.¶ Rationē quoq; reddere hēt Deo si pplm suū verbo & exemplo ad male videndū induxerit Chry. In iudicio sedes si bene docueris & bene vixeris, pplm instruis qūo viuere debeat. Si autē bene docueris & male vixeris Deū instruis qūo debeat te condemnare.¶ Rationē quoq; reddere habet de administratione sacramentorum ne indignis dederit. Si restiterit potentibus vsurpātibus iura ecclesiæ, vt b. Tho. Cātuarien. & b. Amb. 23.q.8. Cōuenior. Vnde dns per Ezech. cōtra illos quę tanq mercennarii cum vident lupū venientem fugiunt & lupus rapit & dispergit oues, ait. Nō ascendistis ex aduerso neq; opposuistis vos murū pro domo Isrl. vt staretis in prælio in die dni.¶ Rationē quoq; reddituri sunt si crimina subditorū dimiserit impunita & incorrecta sine causa rationabili. Nam vt ait be. Greg. peccata q in nos cummittuntur facile dimittere possumus, quæ vero in deū perpetrantur cū magna discretione nec sine vindicta possumus relaxare. 23.q.4. Si is, & b. Aug. super spalteriū. Duo ista nomina non frustra dnr Homo peccator, quia peccator est corrigere, quia hō miserere nec iuste misereberis hoiem, si non correxeris peccatorē, huic nomini inuigilet, disciplina, prout vnicuiq; apta est cura non solum epo regenti plebē suā, sed & pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam, patri regēti prolem suā, marito regenti cōiugem suam regi regenti patriam suam, vt nulli mia claudat, nulli impunitas reliquatur. 23.q.4. Duo.

Facit p hoc qđ not. Flo. i.l. ita valneratus. ff. ad.l. Aqui.

¶ Valde timendum est vnicuiq; præsidenti qđ dominus ait Ezechieli in persona omniū prælatorum. Fili hominis speculatorē dedi te domui Isrl. Si dicente me ad impium. Morte impie morieris tu non fueris locutus vt impius se custodiat, impius ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de manu tua requiram sed si te annunciante ad impiū vt auertat a viis, suis, non fuerit auersus a via sua mala, morietur ipse in iniqtate sua, porro aīam tuā liberasti. Eze. 33. & in cap. s. 34. ait dns. Veh pastoribus Israel q pescebāt semetipsos. Lac comedebatis & lanis cooperiebamini, & qđ crassum erat occidebatis, gregē aūt meū nō pascebatis, qđ infirmū erat nō consolidastis, qđ egrotū non sanastis, qđ fractū n̄ alligastis, & qđ abiectū nō reduxistis qđ pierat n̄ quęsistis, sed cū austeritate imperabatis & cū potentia, & dis p sę sunt oues meæ, eo q nō est pastor, & factæ sunt in deuorationē omniū bestiarū, ppea pastores audite verbū dni. Ecce ego ipe sup pastores requirā gregē meum de manu eorū. Hec ibi, Heli licet sūm⁹ sacerdos in se sanct⁹ eēt, tn qa filios publice male faciētes n̄ correxit aspe vt exigebat excessus eorū, rephēsus fuit a dño terribiliter, & demū cū filiis vitā mala morte finiuit, vt patet. i. Reg. 4. Et notādū q cū dns pdixit p Samuelē, malū qđ cōminat⁹ est Hely pp negligentiā correctiōis filiorū ait. Ecce ego facio verbum, qđ qui audierit tinniāt ambæ aures eius scilicet præ timore. Et ideo vt dicitur Ecclesiastici. 19. Corripe proximum antequam cōmineris & da locum timori altissimi.

Notent istud ecclesiarū rectores et plati.

¶ *Quod timendum est purgatorium, & quod septem sunt purgatoria.* Cap. 10.

QVintum quod est timēdū sed timore inicioli, vt in timore meritū sit & pmiū est purgationum aspera variatio. Vñ dr Deut. 5. c. deū tuum timebis. Et paulopost seqt, nequā do trascat furor eius cōtra te. s. per varias puniciones, & Act. 10. ait princeps Apłorū. In oi gē te q timet deū acceptus est illi. Dicit ā t b. Grego. di. 25. qualis. De quibusdā culpis ante diē iudicii eē purgationis credēdus ē ignis p eo q veritas ait. Qui blasphemiam dixerit in spiritū sanctū non remittet in hoc sæculo nec i futuro. Ex his verbis arguit. b. Grego. a cōtrario sensu. s. q aliquę culpæ remittūtur hic in pñti vita & aliq in alia vita. Et cum remittunt purgantur sed non nisi per ignē afflictionis. Ignis enim in scripturis signat q cunq; afflictionem etiam vitæ presentis, sic exponitur illd qđ ait Ioan. bap. de Christo. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. i. lauabit purgabit a peccatis igne tribulationis. Vnde possumus ponere. 7. purgatoria intelligendo per purgatorium omne quod affligit ad tempus pro peccatis & purgat.

¶ Purgatorium innatæ q cōis passionis.

¶ Purgatorium penæ voluntarię afflictionis.

¶ Purgatorium illate ab alio vexationis.

¶ Purgatorium post trāsitū venialis offensionis

ita

¶Purgatorium pro criminali, incompletæ satisfactionis.

¶Purgatorium neglectę pro alio obligatiõis.

¶Purgatoriũ in pñti patriciæ procurationis.

¶In quolibet horũ ẽ pœna & ad tẽpus ad purgationẽ (si tñ patiẽter ferat & in statu gratię.)

§.1. ¶Primum igitur purgatorium est pœnalitatis cum qua nascimur quam continue patimur, famis, sitis caloris, frigoris, sudoris, fessitudinis, interne passionis & mortis, vt merito dicat Salomon Eccl'is.2. Cuncti dies eius laboribus & erumnis pleni sunt, nec per noctem quidem requiescet & ploratus hõis in ortu suo. est quasi quædã ꝓphetia suorũ miseriarũ ad quas ingredit Quauis ãt hæc sine peccato sint tñ ex peccato originali ꝓcedũt vt punitio eius. Vnde b. Greg. Sæpe sine peccato fit quod venit ex culpa. Nam sine culpa esurimus. Sed ex peccato ꝓuenit vt esuriamus di.5. ad eius. Ex ipsis aũt purgamur patiẽter ferẽdo & a peccatis cauẽdo. Cõsiderãdo quãta pœna inflicta sit humano generi toti pro vno peccato. Vnde apte dici põt illud Exo.20. Dñs venit cũ terrore vt timor eius esset in vobis & nõ peccaretis Xps volũtarie assumpsit has penas, etsi non habuit peccatũ originale q̃ venerat purgationẽ peccatorũ faciens, vt dicit Apl'us ad Hæbre.j.

De purgatorio innatæ, & cõis passiõis.

§.2. ¶Secundum purgatorium est pœnæ, quam sibi quisq; volũtarie assumit. Et istę est optimus modus purgandi sua peccata mortalia & venialia quantum ad culpã, & quãtum ad pœnã, vt ait. b. Gre. de pæ. di.1. si peccatum. Deus delictum sine vltione non patitur. Aut enim hõ punit se aut Deus cũ hoie, per se punit hõ, qñ volũtarie pœnam doloris assumit de peccatis, vnde. b. Aug. diffinit q̃ pnia est quędã dolentis vindicta puniẽs in se quod dolet cõmisisse & quanto quis magis dolet tanto magis purgatur, & quoad culpã & quoad pœnã debitam pro peccatis tpalem totum, tñ agit in virtute passionis Xpi. Vnde & de Dauid dr Eccl'i.47. Xps purgauit peccata eius. i. Dauid, & exaltauit cornu eius. Doluit enim de peccato commisso cõfesso Nathã & virtute passionis. Xpi, (etsi tunc futurę) fuit purgatum pctm eius. Et qa cotter dolor pœnitentis non est tantus qđ sufficiat purgare seu satisfacere omni debito pœnæ tpalis, ideo & cõfessor iniungit aliquod in pœnitentia agendũ pœnale vt magis purgetur a debito pœnæ tpalis vel alleuiet. Quia vero pœnitẽtię iniũctæ sunt paruę ꝑp imꝑfectionẽ pœnitentiũ ea ẽt q̃ hoies sibi assumunt volũtariæ de genere bonorũ, vt eleemosynas facere, oiones, ieiunia, pegrinationes, disciplinas, cilicia, abstinentiã ꝑp Deũ. Oia ista sunt purgatoria si fiant in statu grę inquãtum pœnalia sunt pœnæ tpalis ad quã quilibet est debitor propter peccata, & incomparabiliter plus q̃ sibi ẽxistimat. Et ideo dicit sapiens Eccl'i.5. De propiciatu peccatorum noli esse sine metu.

De purgatorio volũtariæ afflictionis.

¶Tertium purgatorium est illatæ ab alio vexationis. Oẽs qui Deo placuerũt ab initio per multas tribulationes transierunt fideles. Iudith.8. & quia vt dicitur Amos.3. Nõ est malũ in ciuitate quod dñs non fecerit. s. de malo pœnæ. Nam malum culpæ ipsæ non facit, ideo si quis recipit iniuriã a proximo puta infamiam rapinã, bonorũ ablationẽ, ꝓsecutionẽ ꝓcussionẽ, & hmõi, illa vexatio inquantũ est in pœnã a Deo est, quia omnis pœna inquantum pœna iusta est, omne iustũ est bonũ, omne bonũ est a Deo, ergo fm. b. Aug. oĩs afflictio est a deo, & nõ solũ infirmitas, pauptas, & hmõi, sed etiam mala quæ inferunt ab hoibus, sicut nõ potuit diabolus cũ omnia nequitia sua lædere Iob in substãtia, familia & ꝓsona, nisi licẽtiatus a deo vt patet Iob.j. Nec ẽt in gregẽ porcorũ intrare nisi permissus a Xpo, vt habet Matth.8. ita nec hõ põt homini nocere sine pmissu. Dei. Vnde & ipse Saluator ait. Pilato cum dixisset q̃ potestatẽ habeo crucifigere & dimittere. Nõ haberes potestatẽ aduersum me vllã. s. ad me lædendũ nisi tibi datum esset desup. Io.19. Dauid etiã cũ fugeret egressus Hierusalẽ a facie filii eius. qui vsurpauerat regnũ patris & mortem eius quærebat qñ ꝓgẽri cũ aliquibus sibi fidelibus per latera mõtis & plãgẽti peccata sua, quidã pessimus homo noĩe Semei iniuriaret ei cõtumeliãdo & ꝓiiceret lapides cõtra Dauid dicendo. Egredere egredere vir sanguinũ & vir Belial. Nũc prẽmũt te mala tua, qa vir sanguinũ es & inuasisti regnũ Saul. Abisai frater Ioab cum vellet ire ad vindicãdum iniurias regis, & occidẽdum illum prohibuit eum Dauid. dicens. Dimittite eum vt maledicat, dñs præcepit illi vt malediceret Dauid. Et quis est q̃ audeat dicere quare sic fecit, dimittite eũ vt maledicat iuxta præceptũ dñi, si forte respiciat dominus afflictionẽ meam & reddat mihi bonũ pro maledictione hodierna. 2. Regũ. 16. Huiusmodi igit tribulationes siue Deo siue ab hominibus illatæ cum patiẽter ferunt in statu gratiæ, sunt purgatoriũ pœnarũ debitarũ propeccatis & defectuũ. Vnde dicit a dño nostro Iesu Christo. Omnẽ palmitẽ qui fert fructũ, .s. bonorum operũ, purgabit eum, scilicet a superfluitate defectuũ per tribulationes præsentes vt fructum plus afferat. Ioan.15. Et beatus Greg. Ab electis suis maculas peccatorũ temporali afflictione Deus curat abstergere, quas in eis

§.3. De purgatorio illatę vexationis

Quod vexationes a quibuscũq; hoib. inferũtur sunt a Deo.

in eis in æternum nō vult videre. de pe. dis. j. si peccatū. Et quāto quis magis ad Dei obsequia se occupat, tanto magis tribulationibus visitatur. Et ideo Eccli. 2. dicitur. Fili accedēs ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

§. 4. ¶ Quartū purgatoriū est post hāc vitā, pœna q̄ sustinēt aīę cū egrediunt a corpe, nō plene hic emūdatæ ab oī defectu, q̄ pœnā sustinent ad tēpus quousq; purgent ad plenum, de quo pōt intelligi illud Malach. 3. Purgabit filios Leui & colabit eos quasi aurum & argentū. Leui interptat assumptus seu appositus, & significat eos qui assumpti a dño per mortem apponunt ad patres. Isti purgant per ignē si aliquid peccati vel expiabile secū deferūt, sicut fit de auro & argento cū colant per ignē purgat scoria eorū. Et sic vt ait Aplis. j. Cor. 3. Si quis supędificauerit sup hoc fundamentum. s. fidei xpianę viuæ, q̄ aurū dicit quātū ad dilectionē dei argētū q̄tum ad dilectionē ꝓximi, lignū, fenū, stipulā, ipse saluus erit sic quasi per ignē trāsiens. s. purgatorii, ita q̄ ly quasi vel est expræssiuum veritatis, ita q̄ est verus ignis crucians, vel si nota ē sīlitudinis, refert sīlitudo ad purgationē, vt sicut purgaret vas aureum vel argenteū mixtū cū ligno & hmōi per ignem trāsiens, ita aīa secū deferēs peccata venialia quæ habēt gradus maiorū & leuiorū p pœnā illius ignis purgat, vt ꝓsentet vas purissimum ante cōspectū Dei post certum tēpus. Nihil enī coinquinatū introibit in illā gl̄iam. Et hoc est q̄ dicit bea. Grego. & Aug. di. 25. §. alias. & c. qualis. s. quod de leuibus peccatis cū quibus homo decedit, purgationis credendus est ignis. Et ponūt exēpla vt risus immoderatus, sermo ociosus, cura rei familiaris q̄ vix pōt exerceri sine peccato, etiā ab his qui nouerūt vitare peccatum. Hæc b. Gre, Aug. addita alia exempla, & alibi dicit ipse be. Aug. q̄ lignum, fenū, stipulā sunt affectiones inordinatæ circa Deū, tū quibus dediti sunt hoīes rebus t palibus familiis suis & amicis vl̄ ꝓpriæ sensualitati in quibus radicatę aīę hinc discedūt. Et qa hic ignis purgatorius vt dicit bea. Augu. in lib. de igne purgatorii, miro modo est grauis. Excellit. n. oēm pœnā huius vitæ, ideo timenda est pœna purgatorii. Vnde saluator noster Matth. 10. ait Timete eū qui post q̄ occiderit potest mittere aīam & corpus in gehēnā. i. ignem infernal. Idē enim ignis est in substantia, ignis cruciās purgādos & dānatos, sed primos ad tempus, sc̄dos in ꝑpetuū. Ita dico vobis hunc timete, sed timore initiali nō seruili. De quo Eccl. 1. Initiū sapientiæ timor dñi, & cū fidelib. in vlua cōcreatus est, & cū electis seminis gradit, & cū iustis & fidelibus agnoscit. Dū aūt aīa purgāda in igne cruciat, deū videre non pōt facie ad faciē, vt sancti in gl̄ia. Et de hac ēt ad tempus subtractione diuinæ visionis maxime cruciat plus q̄ de pœna ignis. Scit. n. se aptā ad uidēdū & fruēdū summo bono, quo cū priuet ꝓ illo tēpore maxime affligit, p ꝓ q̄ dicere valet aīa illa. Fuerūt mihi lachrimæ meę. i. dolor panes die ac nocte. i. cōtinue talis cib. amarus, medicinalis tū ad purgandū, dum dr̄ mihi per singulos dies, cum ibi maneo in purgatorio, tibi est deus tuus. opes enim quæ differt. i. res sperata, affligit aīam, dicit Salomon, & tanto magis, quāto magis diligit. Nō parum ēt affligunt aīę ipsæ ex insulatiōe & irrisiōe dæmonū de earū pœnis, sicut in pūti siquis videret inimicū suū de suo infortunio vl̄ pœna insultare & lætari, multū affligeret. Nō tū ipsi dæmones torquēt aīas in purgatorio ſm. b. Tho. ī 4. q̄a nō decet vt quorū fuerūt victores, hi. s. q̄ sunt in purgatorio, habeāt eos tortores, nec ita absorbent a grauitate pœnæ, q̄n sciant se ad tempus ibi esse & aliq̄ liberandos, vnde patiēter ferunt punitionē diuinę iustitiæ. Et pie credi pōt q̄d angeli sancti aliq̄n visitēt & confortēt. ¶ Vnde legit in lib. de septē donis q̄ cum quidā scelerate viueret, visitatus a dño vt ad se rediret incurrit grauē infirmitatem & diutinā. Attediatus aūt ex ꝓlixitate languoris rogabat frequēter dñm vt de carcere corporis educeret eum. Apparēs aūt vna dierū ei angelus dñi ex parte Dei dedit sibi optionē eligēdi q̄ magis vellet, adhuc p duos annos illā infirmitatem tolerare & postea ad cœlū euolare, aut tūc morīēdo per tres dies in purgatorio ꝑmanere. At ille attēdens ad breuitatē tēporis quo erat māsurus in purgatorio, & lōgitudinē dierum quibus infirmitatē iam diu exptā adhuc erat passurus, eligit potius morari in purgatorio per triduū & mori. Exauditus ergo de hac luce migrauit ad ignē purgatoriū pergens aīa eius. Inde ad horā ab exitu suo de hoc mūdo, apparuit ei in purgatorio angelus dñi confortās eum. Interrogauitq; eū si cum recognosceret. R̄ndit, minime. At ille. Ego sum angelus dñi qui tibi dedi optionē sumēdi ex parte dei ad hūc locū. s. viuēdi & triduo morā faciendi an in illa tua infirmitate per brēnium ꝑmanēdi. Cui ille. Nequa q̄ vales esse angelus Dei, qa ille mētiri non potest. Sed qui mihi hoc dixit, mēdacium magnū expressit. Nam cū dixerit p triduū me hic moraturū, ego iā mansi in his maximis pœnis per plurimos annos. Angelus vero ad eum. Tu hic nō fuisti nisi per horam, ita quod

De purgatorio post trā sitū venialis offensionis.

Pœna aīæ purgandę p ter ignis cruciatum.

ita ꝙ adhuc habes hic manere quod reſtat. At ille. Roga dñm meum vt non reſpiciat ad inſipientiam meam hoc eligendo, & tu pro me intercede apud eum vt reducat ad vitam priorem, & ego nedum per duos annos, ſed quantum placuerit ei paratus ſum tolerare infirmitatem illam, quod & obtinuit, vnde vitæ reſtitutus patientiſſime & lætanter omnem dolorem tolerabat, expertus pœnas purgatorii.

§. 5. ¶Eſſe ãt purgatoriũ neceſſariũ eſt ad ſalutem credere. Ipſum ãt negare vt faciũt grẽci, hæreticũ eſſet & dãnabile. Hoc ãt probat & auctoritate ſcripturæ, & ex more & obſeruatione eccleſiæ, & ex ratione, & exemplis multifarie.

Purgatoriũ eſſe ꝓbatur multipliciter.

¶De primo dr̃ 2. Mach. 12. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis ſoluantur. Qui in inferno damnatorũ ſunt, a peccatis ſolui non pñt, quia in inferno nulla eſt redemptio. Qui in gloria ſuperna ſunt peccata non hñt a quibus ſoluantur. Reſtat ergo vt de his qui ſunt in purgatorio intelligatur, vt ſoluantur, vel a venialibus cũ quibus diſceſſerũt, vel a pœnis debitis pro mortalibus quibus in mundo ad plenũ non ſatisfecerunt. Vnde & Iudas Machabeus vt ibi dr̃ miſit Hieroſolymam 12. milia dragmas argenti offerri eas ibi pro peccatis mortuorum. ſ. in bello qđ geſſerant contra inimicos vt a pœnis purgatorii liberarentur, vel alleuiarentur. Et b. Auguſt. in Enchiridion ait. Neq; negandum eſt defunctorum aĩas pietate ſuorum viuentium poſſe releuari cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynę fiunt. Sed hęc eis proſunt qui cum viuereut hoc ſibi vt poſtea poſſent prodeſſe meruerunt. Idem Greg. 13. q. 2. animæ. Et b. Amb. c. quia alii. q. e. ¶Probatur idem ex obſeruatione eccleſiæ quæ eſt maioris auctoritatis q̃ dicta cuiuſcunque doctoris. Nam vbi in eccleſia fiũt miſſæ & ſuffragia alia pro defunctis, & miſſa ſpecialis pro eis quę incipit. Requiem. Et in omni miſſa fit in ſecũdo meméto oratio pro defunctis, & in offertorio dr̃. Libera animas omnium fidelium defunctorum, qui. ſ. ſunt in purgatorio quos ignorat. Nam pro aliis defunctis non intendit orare. Libera eas de pœna inferni, i. purgatorii qđ dicitur infernus, quia in ra terram, vnde & Chriſtus deſcendit ad inferna, ſcilicet limbũ. Ne abſorbeat eas tartarus, i. ne detineat abſorptas in illis pœnis, ne cadant in obſcurum, i. ne qui ceciderunt in obſcurum locum detineantur. Vnde 13. q. 2. Pro obeuntibus ſic dicitur. Sãcta ſic tenet eccleſia vt quiſq; pro mortuis vere Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum faciat memoriam. Et quãuis peccatis omnes ſubiaceamus, congruit ut ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat & intercedat, non tñ pro impiis quamuis Chriſtiani ſint, tale aliquid agere licebit. Et dicit ibi glo. ꝙ dicuntur impii qui decedunt in mortali notorio, vt qui ſe occidunt & huiuſmodi, & qui inebrietate moreretur. Secus ſi dubium ſit.

Qui dñr impii.

¶Probatur tertio hoc ratione. Nam qui decedit aut eſt in ſtatu gratiæ aut extra gratiam. Si extra gratiam hoc poteſt eſſe dupliciter. Aut quia habet ſolum originale, & talis deſcendit ad limbum puerorum priuatus ſemper gloria diuinæ viſionis, de quo tñ pœnam non ſentit, ſed liber a pœna ſenſus, ideſt ignis. Aut habet actuale mortale, & hic patitur pœnam damni, ſcilicet priuationis gloriæ & pœnam ſenſus, ſcilicet ignis infernalis, & de vtroque ſumme affligitur. Et quia in inferno nulla eſt redemptio, ideo pro his ſuffragia nõ valent. Si autem moritur in ſtatu gratiæ. Et hoc dupliciter, quia aut in tanta puritate & perfectione, vt nil deferat ſecum cremabile, vt baptizati paruuli, martyrizati pro Chriſto & perfecti viri. In cuius ſignum Chriſto baptizato apertum eſt cęlum. Stephanus prothomartyr vidit cœlos apertos, & Iohanni puriſſimo apertum eſt oſtium in cœlo. Aut in ſtatu gratię moriens defert ſecũ cremabile ſiue aliquod veniale. Siue quia non ſatisfecit ad plenum in mũdo pro mortalibus commiſſis, etſi contritus, & quia nil mali impunitum permittit diuina iuſtitia, nilq; coinquinatum aliquo peccato in regnum cœlorum poteſt intrare. Nec tamen eis qui talia cremabilia ſecum detulerunt debetur pęna æterna, quia non auerſi a Deo, ſed conuerſi tranſierunt, ideo iſtis debetur pœna ad tempus purgatoria, & pro his a Deo eſt ordinatum purgatorium. Officia autem quæ fiunt ſolenniter pro eis dicuntur uel ternarium uel ſeptennariũ, uel trigeſimarium vel anniuerſarium. Et ternarium quidem qđ fit in capite trium dierum a die tranſitus mortui, vt deleantur per illud peccata omnia commiſſa contra tres virtutes theologicas, fidem, ſpem, & charitatem. Septennarium vt per gratiam ſeptiphormem auferantur ab eis, ſcilicet defunctis peccata ſeptem mortalia cum filiabus ſuis. Trigenarium ut deleantur illis peccata commiſſa contra decem præcepta & fidem trinitatis. Anniuerſaria, vt de anno tem porali tranſeant ad annum ſempiternum.

Nota caſum cũ exẽplo Machabei.

Pœna purgandorum, quare ñ ꝓpetua.

Septimũ, trigeſimũ anniuerſariũ, ẽt ꝓ defunctis agit & quare.

¶Quarto probatur multiplici exemplo. Legitur in uitis fratrum, ꝙ cum quidam deuotus religioſus frater prædicator frequenter diceret miſſam pro peccatoribus, rariſſime autem pro de-

Exẽplũ qui orandũ & pro defunctis.

pro defunctis, quidã alius eiusdẽ ordinis religiosus sanctus hõ charitatiue arguit eũ, quare raro vel nunq̃ celebraret pro defunctis, & frequenter pro peccatoribus viuis cum mortui se iuuare non possent, viui autem multis modis. Cui ille rñdebat. Qui sunt in purgatorio sunt securi nec pñt deficere a gloria, & si retardent. Sed qui conuersant in mundo peccatores sunt in continuo periculo dãnationis. Sicq; firmus in sua sñia remanlit parũ inclinatns ad suffragia pro defunctis. Nocte igitur sequenti cũ in lecto quiescret in principio somni apparuerunt quidã mortui velut in capsis ligneis positi seu feretro & ipsa capsa lignea seu feretro opprimebant eum. Surgente aũt eo a somno disparebat illa capsa cum mortuo. Et cũ iterum dedisset se quieti, iterum apparuit mortuus in capsa vexans eum pp quod surgere cõpulsus est. Cũq; pluries ille apparuisset percutiens eũ cũ dicta capsa quiescere non valuit illa nocte, Ex qua re animaduertens defunctos ęgre ferre q̃ non in eis cõpateretur orando pro eis mane sequẽti celebrauit missam pro defunctis, de cętero magis eis compatiens & orans pro eis. Beatus quoq; pater Dñicus omni quasi nocte unã disciplinã cũ cathena ferrea sibiipsi dabat pro animabus quæ erant in purgatorio, vt inde ab illis pœnis subleuarentur. In eodem lib. legitur, q̃ cum quidam frater vocatus ad prędicandum ad exequias cuiusdã notabilis viri defuncti, cum remotus in domo cogitaret super prędicatione fienda, apparuerunt ei quidã defuncti dicentes se missos ab eis qui sunt in purgatorio, vt recõmendaret aias illas in tantis pœnis populo, qui auditurus erat prædicationẽ. Et q̃ pro themate sumeret illud Iob 19. c. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei. Conquerendo de amicis & consanguineis, quia pro eis suffragia specialia non faciebant. Vnde legitur in quinta parte de vita fratrum prædicatorum, q̃ quidam frater Lainardus magnus prædicator defunctus Tholose, apparuit cuidam suo familiari dalmatica indutus tanq̃ populo prædicaret, in facie fulgida & collo quasi aureo toto. Et cũ ipse recognouisset eũ & interrogasset causam fulgoris faciei & colli aurei. Rñdit primum recepisse ex pura confessione. Collum vero aureum habere in signũ prædicationis & zeli animarum, quem habuerat. Exinde ostendit ei per manicam dalmaticæ pectus & latus totum combustum. Et causam huius pœne purgatorij esse per nimium ardorem & distractionẽ ad ædificandum noua ædificia. Sed per suffragia fratrum, posse iuuari quibus factis ille liberatus est.

Exẽplũ. Zelꝰ aĩarũ meritorius.

¶ Item quidam noie Iohãnes magnus & subtilis prædicator cũ de hac luce migrasset, apparuit cuidam sibi multũ familiari, dixitq; fuisse in purgatorio septem diebus maxime pp ingratitudinem & verbis solacii & recreationis corporis. Addiditq; q̃ peccata venialia quę hic parua reputantur, grauiter in purgatorio puniuntur, nec pœna illa posset alicui pœnæ assimilari vitę prędentis. Interrogatus qũo de purgatorio exierat dixit, dñs misit angelos suos qui eum inde eduxerunt, & ante dñm cantando adduxerunt, & quãto plus ascendebat, tanto plus gaudij sentiebat. Quidã alius vidit aliquem defunctũ affligi in purgatorio eo q̃ aljjs limphãtibus vinũ ipsum purũ bibebat vt posset dormire. Alius visus est torqueri pp nimiũ affectum quem habebat ad quaternos & tenacitatẽ illos tenendi. Alter frater tristitia multa affectus, qui erat magnus prædicator ob recreationẽ accessit sine licentia ad balneandum se in loco vbi non erat multa aqua, qui ibi submersus est. Et apparuit amico suo in habitu vili exustus in brachiis, reuelans ideo puniri in purgatorio pp delectationem illius balneationis sine licentia. Sed adiutus orationibus amicorum quã citius fuit liberatus. Exẽplũ. ¶ In cõuentu Colonienſi vna & eadẽ die defuncti sunt duo fratres, vnus nouitius, alter antiquus prædicator. Tertia aũt die a morte eorũ apparuit nouitius infirmario, dicens se tunc a purgatorio liberatum pp feruorẽ conuersionis & tunc euolare. Post mensem vero apparuit prædicator ille gloriosus monile habẽs in pectore & multos lapides prætiosos in veste, & coronam auream in capite, quẽ recognoscens infirmarius & q̃ tunc a purgatorio liberatus ad cęlũ ascenderet, interrogatus cur tardius fuerit purgatus q̃ nouicius, rñdit. Ego pp familiaritatem secularium & verba solatij diutius fui in purgatorio, sed maiorem eo gloriam accepi. Monile significat rectam intentionem, lapides prætiosi aias conuersas mea prædicatione. Corona ineffabilem gloriam. ¶ Quidam alius apparens socio ostendit socio tibias adustas. Interrogatus causam huius, rñdit in purgatorio esse eo q̃ receptis caligis vel succis veteres nõ resignauerat, sed suo lecto habebat. Timeat ergo quilibet venialia ẽt cõmittere, & cõmissa nõ hic purgare.

¶ Quintũ purgatoriũ est pro satisfactione incõpleta. Et hoc purgatoriũ nõ est aliud a præcedenti loco vel qualitate pœnæ, sed cã, qa præcedens) vt dictũ fuit) est pro remotione venialiũ. Istud aũt est pro incompleta satisfactione mortalium, de quo b. Aug. de pę. dist. 7. c. vlti. ait. Et si conuersus vita viuat, s. gratiæ, & non moriat. s. §. 6. De purgatorio incõpletæ satisfactiõis.

moriat. ſ. ad infernū deſcendendo, non tamē ꝓmittimus ꝙ euadat oēm pēnam. Prius enim purgandus eſt igne purgationis, qui in aliud ſeculū diſtulit fructū conuerſionis. Hæc beat. Aug. Cum. n. in omni peccato mortali ſit ſecū dū beat. Aug. auerſio ab incommutabili bono qđ eſt deus: & conuerſio ad cōmutabile bonū qđ eſt creatura rōne auerſionis debet pcecato ri pēna infinita extenſiue. i. perpetua ſeu infernalis, qa auerſio eſt ab infinito bono, ratione vero conuerſionis debetur pena finita extenſiue. i. ad tēpus, qa id ad quod ſe cōuertit peccando eſt quid finitum, puta pecunia, delectatio carnalis, & hmōi. Cum aūt conuertitur ad pniam, immediate ſicut remittit culpa, ita & debitum pēnæ infernalis. Sed remanet obligatio ad pēnam tpalem, niſi tanta ſit vis doloris & contritionis in ipſa contritione, ꝙ deleatur eius magnitudine ēt oē debitum tpalis pēnę, ſicut accidit in bono latrone cū Chriſto crucifixo, & in Maria Magdalena, ſed rariſſime hoc accidit, vnde poſt dimiſſionē debiti pēnæ infernalis, cōiter remanet obligatiō ad pēnā tpalem plus & minus ſecūdū deuotionē conuerſionis. Ad quā pēnam ſatisfaciendā valēt, (vt dictū eſt ſupra) & cōtritio, & cōfeſsio, & pēnitentia iniūcta, & indulgētiæ, & bona quæ qs facit, & eleemoſyne, ieiunia, orationis, & hmōi, & tribulationes tolerare patienter ī gratia. Si quid ei reſtat ꝓſoluendum, in purgatorio luet. Vnde Hiero. ſu ꝑ Naū. Deus vt oīum rerum ita & ſuppliciorū nouit menſuram, nec ꝓueniri ſnia iudicis nec illi in peccatoē exercendæ dehinc pēnæ auferri ptātem, & magnū pctm magnis diuturnisq; lui cruciatib. 23. q. 5. qd ergo. Itaq; nō eſt æqualis pēna ignis omnibus in purgatorio, ſed valde varia. Et acerbitas pēnę ſecundū Richar. correſpondet grauitati culpæ cōmiſſæ. Diuturnitas verò in pēna radicationi culpæ ī affectu. Et vt dr Prou. 15. Per miſericordiam & fidem purgant peccata, quo, ſ. ad diminutionē pēnę vel abbreuiationem. Et hoc eſt quod dicit beat. Aug. ꝙ quib. proſunt ſuffragia, ſ. pro defunctis facta, aut ad hoc valent vt ſit plena remiſsio. ſ. illarum pœnarum, & ſic deliberatio aut tolerabilior ſit ipſa dānatis 13. q. 2. tempus. Damnationem appellat punitionem ad quam ſunt condemnati ī purgatorio. Purgantur aūt per miſericordiā ſuffragorum q̄ fiunt pro eis, & magis per ſpecialia q̄ ꝑ generalia, videlicet vel miſſarū vel eleemoſynarū, vel ieiuniorum, vel orationū, vt dr 13. q. 2. Quatuor modis ad quos reducū tur alia, purgantur peccata illorū & ꝑ fidem viuam facientium. Cum. n. hi qui ſunt in purgatorio ſunt membra viua militantis eccleſiæ ꝑ gram & charitatē capaces ſunt ſuffragiorū q̄ ſunt ꝑ eis, ſicut mēbra viua in corpore humano partē nutrimenti recipiunt de his quæ dantur corpori viuo per membra viua. Quæ aūt ſuffragia fierent per malos propria auctoritate nō valent eis, ſicut ſi fierent ex ordinatione & iuſſione alterius exiſtentis gratia, aut per clericos malos vt miniſtros eccleſiæ, quia inquantum miniſtri eccleſiæ valent his ꝑ quibus fiunt, ſed magis qñ & ipſi miniſtri ſunt in ſtatu gratiæ. Exemplum de monacho ꝓprietario, in 4. dialog. Nam vitiū proprietatis nulli dubium ꝙ eſt mortale in religioſo. Verum quia illum pēnituit & multū ingemuit in fine ſuo de illo vitio remiſſa fuit ſibi culpa, cū debito pēnę infernalis, ſed non quoad debitū pēnę tpalis. Vnde & ꝑ aliquos dies ſtetit ī purgatorio quia non plene ſatisfecerat debito pœnę tpalis. Ideo facto ſibi ſuffragio 30. miſſa rū ſecundum iuſſionem beati Greg. poſtea apparuit illi qui celebrauerat ꝑ eo lętus & pulcher, dicēs ſe de purgatorio liberatū ad gloriā aſcendere. ¶ Eſt hæc ēt aduertendū ꝙ aliqs in purgatorio cruciat vel ex negligentia ſua qñ caute ordinauit, vt q̄ citius fieret executio legatorū ꝑ anima ſua, vel qa ipſe executor cui cōmiſſum eſt exequi, vel hæreditatem adire ipſe nō implet. Dum. n. quis negligens eſt ad faciendū ſuffragia debita pro defunctis, q̄uis non noceat defunctis q̄tū ad meritū, qa minui nō pōt poſt trāſitū eius, nec noceat quoad augmentū pēnę, nocet tñ quantum ad ſubtractionē ſuffragij, qa cū non fiunt, nō ita cito liberatur a pēnis anima in purgatorio, ſicut liberaretur ſi facta eſſent. Et illi quidē ꝙ negligunt implere hæredes vel executores notabiliter & ſine cā vrgente differēdo, & multo magis nō faciendo peccāt mortaliter, qa inferūt dānū notabile ꝓximo. Vnde 13. q. 2. Qui oblationes, dr tales vt necatores aiarum excommunicentur. Si aūt eos pēnitet in fine de tali criminali omiſsione in purgatorio manent ꝑ tali negligentia. Vnde legitur ꝙ quidam religioſus cum mortuus eſſet & multæ miſſæ, & orationes, & alia ſuffragia fuiſſent facta ꝑ eo, apparuit ſuo amico dicens ſe eſſe in purgatorio, qa etſi multa ſuffragia fuiſſent facta ꝑ eo nil inde ſubleuationis acceperat, eo ꝙ in vita debita ſuffragiorum aliorum omiſiſſet, vnde & facta pro eo alijs a diuina iuſtitia fuerāt applicata, ideo ſe recōmendans vt alia fierēt, demū liberatus eſt. ¶ In hiſtoria Karoli magni legiē, ꝙ cū quidam miles intraret bellum cōtra infideles diſpoſuit cum cognato ſuo ꝙ in caſu

Ad ſatisfactionē valēt hęc

Quorum ſuffragia ualent defunctis.

Exemplū

Exēplū

mortis ſuę quendā bonū equū ſuū venderet, prę-
ciū pauperib. erogando. Eueniente autem
morte illius militis cognatus eius auāritia du
ctus ſibi equū retinuit. Inde ad octo dies appa
ruit miles cognato illi dicens. O infelix & in-
fidelis hō tu feciſti me cruciari in purgatorio
vſq; nūc, qa pp auaritiā, tuā non vendidiſti
equum prę-ciū erogādo pro aīa mea vt legaui.
Ecce nūc liberatus pgo ad gloriā, ſed tu impu
nitus nō euades de nequitia tua, immo ad in-
ferna deſcendes. Sicq; ille diſparuit, & quod p
dixit euenit illi. In 4. dialo. narrat b. Grego. q
cū eſſet abbas in monaſterio ſuo quēdā ex mo
nachis ſuis noīe Iuſtū infirmatū ad mortē, in-
Exēplum uenit occulte ſibi retinuiſſe tres aureos obla-
tos ab his quib. ſubuenerat medicinę cōſilio,
cuius arte erat peritus & in ea ſe exercens ali-
qñ. Qđ cū pcepiſſet b. Greg. prohibuit ſibi vi
ſitationē fratrū vt moris eſt i illa infirmitate.
Sedge rmanus eius laicus q ī monaſterio erat
ſibi prouideret de neceſſarijs, cāmq; in viſita
tionis fratrū ſibi explicaret. ſ. pp vitiū pprie-
tatis inuentū, qđ fecit b. Greg. vt ex hoc ma
gis intelligeret grauitatē ſui peccāti, indeque
magis doleret. Quo facto ingemuit frater val-
de, & exceſſum ſuū cōfeſſus. Demū eo moriē-
te mandauit b. Gre. nō in loco ſacro ſepeliri,
ſed in ſterquilinio fratrū proiectis aureis ſup
eū dicēdo. Pecunia tua ſit tecū in perditionē.
Qđ ideo fecit b. Greg. auſtere ad terrorē ſu-
puiuentiū, vt intelligerent grauitatē huius mor
talis criminis, quod vtiq; deſtruit oē monaſte
riū vbi reperitur. Poſt hęc iniunxit b. Grego.
cōpaſſione motus cuidā ex monachis, vt 30.
miſſas pro aīa illius celebraret, qđ cū pfeciſ-
ſet, vltima die apparuit cuidā fratri pfatus de-
functus qui req ſitus quō ſe hēret. Rndit. Nūc
vſq; male. Sed hodie bene per gratiā dei, qa
cōionē recepi, quia. n. etſi mortale cōmiſerat
vitii pprietatis: tn quia pœnituerat deleta cul
pę debitę pęnę infernalis, quia pęnę tpali cui
remanſerat obnoxius ſatisfecit, ıō ad tps in
purgatorio fuit. Nec tamen credat quis quòd
anima quælibet in purgatorio exiſtens nume
ro 30. miſſarum, liberata ad cœlum euolet, qa
non ſimilis illi. In libro de ſeptem donis le-
gitur, q cum quidam puer filius cuiuſdam du
cis accepiſſet ſub mutuo aliquam pecuniam
ad ludos ſolacioſos expendendam, ad extre-
ma veniens confeſſus deuote, ex obliuione di
miſit ordinare q pecunia illa reſtitueretur il-
li qui mutuauerat, pp quod moriens in pur-
gatorio fuit. Sed apparens defunctus & man-
dans reſtitutionem fieri liberatus eſt. In Chro
nicis quoque legitur quod defuncto quodam
ſummo pontifice, apparuit cuidam familiari
inſinuans ſe eſſe in magnis pœnis purgatorij,
tamen petens ſibi ſuffragia. Cumque ille dixiſ
ſet magnam pecunię quantitatem pro ipſo
pauperibus erogatam ait ille. Ego de illa nul-
lum præcepi ſubſidium, quia male fuerat ac-
quiſita, ſed fiant eleemoſynæ de tali pecunia
quæ licite fuit recepta, & ſubleuabor, quod &
factum eſt, pœnituiſſe illum credēdum eſt de
iniuſta acquiſitione illa, & ideo non ad infer-
num ſed ad purgatorium deſcendit.

§. 7. ¶ Sextum purgatorium eſt extraordinariæ lo
cationis. Quamuis non ſit certitudo de loco
purgatorij, cōis tamen opin. do. be. Tho. in 4.
& aliorum eſt q ſit in viſceribus terræ loco vi De purga
cino & contiguo inferno, tn ex diſpenſatione torio ex-
diuina aliquibus aſſignatur alius locus quam traordina
ille cōis ad ſui purgationem ſeu purgatoriū. riæ loca-
Et hoc quadruplici ex cauſa. Siue ad eorū le- tionis.
uiorem punitionem. Siue ad celeriorem libe-
rationem. Vel pp culpæ in loco perpetra-
tionem. Vel pp alicuius ſancti orationem. Et
ideo bene dr Eccleſ. De negligentiis purga te
cum paucis. ſ. ne in alia vita purgeris cū mul-
tis. ſ. pœnis. Vnde quantum ad primum reuela
tum eſt ſecundum b. Grego. animas quaſdā in
vmbra punitas. ¶ De ſecūdo vt, ſ. citius liberē
tur apparētes alijs a quibus ſuffragia poſtulēt.
Narratur q cum quidam piſcatores tpe autū
ni piſcarentur, magnum fruſtum glaciei pren-
diderūt loco piſcis. De quo ſatis gauiſi p eō
ſuo, quia magnum dolorem patiebatur in pe-
dibus ex calore intenſo illam glaciem pro en-
xenio ipſi eō ſuo noīe Theobaldo tradide-
runt. Quod fruſtum glaciei accipi ens eps, &
pedibus ſuis ſupponens, magnum refrigeriū
inde ſibi ſentiebat, quadam autem die de gla-
cie vocem audiuit exeuntem. Adiurauit autē
eps vt quis eſſet exprimeret. At ille inquit. Sū
quædam aīa quæ in hoc gelicidio pro pecca-
tis meis affligor, & liberari poſſem ſi 30. miſ-
ſas 30. diebus continuis pro me diceres. Qđ
eps qui ſanctus homo erat diſpoſuit ſe actu-
rum. Sed cum iam medietatem dixiſſet & ſe
ad aliam ſequentem præpararet diabolica fug
geſtione euenit vt fere omnes homines illius
ciuitatis bella inter ſe mouere vellēt vnde vo
catus eps ad ſedandam diſcordiam, veſtes de-
poſuit & illa die miſſam dimiſit. Iterum eps
reincepit miſſas 30. & cum iam duas partes di
xiſſet exercitus magnus vt videbatur ciuitatē
illam obſedit. Vnde cōpulſus eps ad prouidē-
dum miſſam illā intermiſit. Iterumq; reince-
pit. Et cum 29. dixiſſet ad dicendam 30. ſe pre
paraſſet tota villa & domus epiſcopi igne dia

bolico

bolico succensa est. Cur cum serui iudicassent vt missam dimitteret, ait ille. Si tota villa cremari deberet istam missam non dimitterē q̃n dicerem. Qua celebrata glacies illa per se soluta est, & anima liberata, & ignis quem se vidisse credebant, tanquam phantasma recessit, & nullum damnum recepit. ¶ Quātum ad tertiū casum, s. p̃p culpę in loco perpetrationē. Narrat Greg. in 4. dialog. q̃ cū quidam presbyter balneum frequentaret quendam virum incognitum ad sui obsequium p̃parātum inueniebat q̃ semper sedule sibi ministrabat, q̃ cū quadam die pro benedictione & laboris mercede sibi panem benedictum offerret, ille mḡrēs respondit. Quare ista mihi das pater? Iste panis sanctus est. Ego aūt manducare non possum. Ego. n. aliq̃n huius loci dñs fui, sed pro culpis meis post mortem huic loco deputatus sum. Sed quæso vt oīpotenti deo hunc panem offeras pro peccatis meis, Et tunc te exauditū noueris, cum huc veniens ad lauandum me hic nō inueneris. Presbyter aūt salutarē deo ꝑ eo hostiā quotidie p̃ vnā hebdomadā obtulit & reuersus eū minime inuenit. ¶ De quarto exē plum narrat, b. Greg. ī 4. dialo. de Pascasio, hic vir cū miræ sanctitatis fuerit, & etiam librum de corpore dñi ediderit vt doctus, & in illo tē pore duo in summos pontifices per dissensionem electi fuissent, s. Symmachus & Laurentius. Et demum ecclesia in vnū illorum cōueniret, s. Symmachū, alio reiecto. Pascasius tñ iste per errorem semper alium pertulit. s. Laurentium, existimās potius illū esse summū pōtificem. Et sic in hac sñia vsque ad mortē permansit qui tñ alios tantæ sanctitatis & famæ fuit ī populo vt cum esset defunctus & Dalmaticam super feretro positam dæmoniacus teti gisset statim liberatus est. Post multū verò tēporis cum be. Germanus epūs Capuanus, cuius aiam vidit b. Benedictus in cœlum deferri balnea gratia sanitatis petiisset p̃dictum Pascasiū dyaconū ibi stātem & obsequentem inuenit. Quo viso vehemēter extimuit, & q̃d illic vir tantus faceret inq̃siuit. Qui pro nulla cā se illo loco pēnali deputatum asseruit, nisi quia in illa cā dissensionis plus iusto sensit. Et addidit. Quæso te ꝑ me dñm deprecare, atque in hoc cognosces q̃ exauditus fueris si hic rediēs me non inueneris, q̃ cum ꝑ eo orasset, atq; post paucos dies reuersus illuc fuisset, p̃dictum Pascasium minime inuenit. ¶ Quā gratū sit defunctis ꝑ eis orare vel alia suffragia facere ostendit per hoc exemplū. Quidam de morte habebat cum transiret per aliquod cimiteriū dicere semper, De profundis, pro defunctis.

Exēplum

Exēplum

Exēplum

Exēplum

Cum autem quadam die ab inimicis insequeretur & fugeret per cimiterium quodam subito defuncti quorum corpora ibi requiescebāt surgentes cum instrumentis suæ artis in vita ipsum viriliter defenderunt & inimicos protinus fugarunt.

¶ Septimū purgatoriū est quod dī sancti Patricij, quod hoies intrantes certis modis dum hic viuūt purgant̄ de pctis suis. Et vī fieri ista purgatio ex pœna maximi terroris & horroris eorū qui vñr in illo loco purgatorij erga eos fieri imaginariè potiusqua in rei veritate. Vī enim eis qui ad illud intrant dum ibi morant̄, q̃ in igne ardeant & dæmones eos cum lāceis igneis vel verub. transfodiant vncinis ferreis euiscerēt, & hmōi, cum tñ corpora integra remaneant & inde sustinent magnum timorē & dolorē, & aperte eis cōueniat illud Iob 40. Timore territi purgabunt̄. ¶ Circa quod sciēdū, vt legit̄ in vita Patricij. Iste sanctus Patricius missus fuit ad prædicādū in Hyberniam quæ dī esse in extremis terræ habitabilis. Cūq; populum illum vt durū non posset conuertere, nec cōminationibus nec ꝑmissionibus flectere rentur oranti ei ꝑ hmōi ostēdit ei dñs fossam rotundam secūdum circulum quē baculo suo in terra fecerat, declarans quōd qui intraret in illā & p̃ vnā diē & noctē remaneret purgaret a pctis cōmissis. Qui Patricius iuxta dictā foueā fieri fecit Abbatiā quādā in qua monachi deo seruiebant. Et illi monachi instruebāt volentes intrare purgatorium illud quid eos facere oporteret pro præparatione ad hmōi. Ad quem locum multi intrantes egressi retulerunt multa ab eis visa p̃p quæ alij conuersi sunt. Et quidā magr̄ Ioh. lector Parisiē. referebat in suis lectionib. vidisse quēdā q̃ dicebat̄ fuisse in purgatorio illo, q̃ de nullo q̃d viderat in mundo gaudere poterat vel ridere, cui amara videbant̄ delectabilia mūdi q̃ inter viuos quasi mortuus videbat̄. ¶ Narrat̄ aūt in lib. de septem donis, q̃d tractū fuit de legenda beati Patricij q̃ quidā miles flagitiosissimus missus fuit ad quendam epm̄ cum cōfessus esset enormia sua peccata & eps daret ei certā pœnitentiā. Excusabat se ille dicens nō posse illā, adimplere, nec de eleemosynis, nec de ieiuniis, nec ēt orationibus. Tunc eps ad eum. Et quo non vis facere aliquā pœnitentiam uadas ad dñm tuum diabolū. Confusus in se miles, & ad cor reuersus dixit epo, ut daret ei ꝑ pœnitentia q̃ intraret purgatorium sancti Patricij, eps aūt̄ misit eum ad abbatē q̃ custodiebat & claues habebat spelunc̄ illius purgatorij. Abbas aūt cū monachis suis ꝑsuadebāt ei q̃ potius eligeret

§. 8. De purgatorio sc̄i Patricij.

¶ Quãtum ad primũ libr̃i præcipue notabiles sunt de pergameno quoad materiã seu chartã. Purgato tñ tripliciter. s. a pellis carnositate ab aquositate seu humiditate, qñ. s. siccat̃ & a superfluitate qñ raditur. Sic b. Maria purgata fuit a carnositate peccati originalis ꝓuenientis ex peccato originali Ps. 50. Ecce. n. in iniquitatibus cõceptus sum & in peccatis cõce. me &c. Et hoc in sanctificatione. Ab aquositate. i. fomitis fluxibilitate Gene. 6. cũcta cogitatio cordis prona est ad malũ &c. Et hoc in spũssancti supuentione. A superfluitate. i. a quadã legis irregularitate, & hoc in purificatione, qa. s. sm legem mulier pariens non poterat ire ad templum nisi post. 40. dies, vl̃a supfluitate quoad directionẽ actualẽ oĩum cogitationũ i deũ. Sic & nos oportet purgari si volumus paradisum intrare ab originali per baptismũ, a mortali ꝑ pnĩam, a supfluitate venialiũ per sacr̃alia beAug. de pæ. dist. 1. Neminẽ putes ab errore ad veritatẽ, a quocũq; magno vel paruo peccato ad virtutẽ sine pnĩa posse trãsire. Ita a deo impartiẽ largitas veniæ vt nõ deseraẽ veritas disciplinæ. Vel põt dici q̃ debemus purgari a carnositate luxurię. Ab aquositate supbiæ. Humiditas. n. nimia facit inflare vt hydropicum. Et a superfluitate auaritiæ, quę superflua congregat & retinet. Antiquitus aũt materia librorũ ẽbant charitate de ligno. i. ex cortice illo arboris subtiliori qui est medius inter corticem exteriorem groſſum, & lignũ qui cortex medius subtilis dr̃ lib. Vnde a tali materia liber est dictus, quæ materia bene congruit btæ Mariæ, qa facta est media seu mediatrix inter deũ & hoĩes ꝓp quod canit eccl̃ia. Mediatrix hoĩum ablutrixq; criminũ peccatorũ venia. s. ꝓcurando ista. Et ideo peccatores discordes & inimici dei facti ꝓp offensam vt recõcilient ei debent ad istum librum & ad istã mediatricẽ recurrere. Nã sicut ipsa mediãte sedata est lis quę erat inter deũ & hoĩes, ita ẽt per ipsam terminant̃ quæstiones inter hoĩes & diabolũ. Vnde legit̃ in li. de miraculis eius q̃ q̃dam grandis peccator ductus est per visionẽ ad iudiciũ dei, vbi ꝓ quatuor allegationes diabolus voluit ꝓbare, eũ esse suũ. Primo ratione publici instr̃i quod deꝰ dictauit cũ dixit. In quacũq; hora comederitis ex eo morte moriemini Cum ergo iste fit ex eius progenie morte perpetua debet mori. Sed btã Maria cuius ille deuotus erat rñdit vt mediatrix & aduocata istud Dæmon falsificasti, quia ad illud addidisti. Nequaq̃ moriemini, & ideo tanq̃ falsarius repellẽdus es. Scđo dixit diabolus illũ esse suũ rõne p̃scriptionis, qa. s. multis annis eũ in seruũ possedit. Ad qđ mediatrix btã Maria rñdit illa p̃scriptio fuit sæpe interrupta, & iõ non valet qa rõ eius sp murmurabat, & cõtradicebat q̃ tã crudeli dño seruiebat. Tertio dixit diabolus illũ esse suum rõne ꝓprietatis peccati. Nã peccati ꝓpriũ est esse põderosum Ps. 37. Sicut onus graue grauatę sunt sup me. Et qa põderosum iõ trahit ad centrũ terræ. s. infernũ, & ideo illuc demergẽdũ. Cui mediatrix rñdit q̃ pœna & passio filii sui plus oĩbus põderauit & sursum quodã modo trahit peccatores Iob. 6. Vtinã appenderent peccata mea &c. Quarto allegauit q̃a plura erant

Exẽplũ.

ra erāt eius mala q̄ bona. Et cum ad p̄ceptū iu dicis in ſtatera appenderētur bona & mala, & ſtatera in qua erāt mala præpōderaret ſubito btā Maria manū appoſuit ad ſtaterā ſeu bilan tiā in qua erant bona & ſi pauca, & traxit eam ad terrā & præponderauit alteri. Tūc diabolus cōfuſus abſceſſit & ille euigilans vitā ſuam in melius cōmutauit. ¶ Scđo beata Maria dī liber rōne ſcripturæ eius. Scriptura. n. libri nihil eſt aliud q̄ verbū incartatū. i. charta incorpora tum. Et repūtat verbū Dei incarnatū in virgine. Nam tanq̄ noſtrū verbū mētale eſt verbū a patre genitū Pſ. 44. Eructauit cor meū bonū Tanquam verbū vocale eſt verbū Dei a prophetis prædicatū. Eſa 55. Verbum qđ egredietur de ore meo. i. per ꝓphetas non redibit ad me vacuū. Sed tanq̄ verbū inchartatū ſeu ſcriptū eſt verbū Dei in vtero virginis formatum ſeu incarnatū, de quo dī Eſa. 8. Sume tibi librū grandē & ſcribe in eo ſtilo hois vt ſit verbum patris & filii ad ſpūmſanctū cuius opi cō ceptus dī. Liber iſte grandis fuit beata Maria. Libri qui ſiunt ab hoibus ſunt parui, qa pauca cōtinent. Nā & ſi Salomon dicat Eccle. vlt. Faciendi libros nullus ē finis tñ vt ait. Temiſtius. Ea quæ ſcimus ſunt minima pars eorum quæ ignoramus. Sed beata Maria fuit liber grandis quia continuit diuinā ſapientiā cuius non eſt numerus. In ipſo. n. ſm Apſtum ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei. Scriptor huius libri fuit optimus qm̄ ſpūſſanctus qui oīum eſt artifex oēm habens ſcientiā. Fuit quoq; in hoc libro & ſcriptura in qua oēs poſſunt & debent legere & obſeruare in eo contenta. Vnde beat. Amb. in lib. de virginibus ait. Sit vobis tāquā in imagine deſcripta vita Mariæ. Habetis in ea ꝓbitatis exēpla, vt ſciatis quid eligere, quid de beatis vitare. Virgo erat nō corpe. ſ. tm̄, ſed & mente quæ nullo doli ambitu ſincerū violaret effectum. Corde humilis, verbo grauis, aio prudens, loquēdi partior, legēdi ſtudioſior intēta operi, verecunda ſermone, arbitrū mentis non hoiem, ſed deum quærens. Nō in incerto diuitiarū, ſed in præce paupum ſpem reponēs. Aſſurgere maioribus natu, ęqualibus non inuidere, fugere iactantiā, ſequi rōnē, amare virtutē. Et infra. Congeminatus ieiunio dies. Et ſi reficiēdi neceſſitas fuit. Plerūq; cibus obuius erat q̄ mortē arceret, nō q̄ delitias miniſtraret dormiēdi nō prius cupiditas q̄ neceſſitas fuit. Et ſi qñ dormiebat corpus, vigilabat aīus, qui vel lecta repetit vel interrupta cōtinuat, vel agenda ꝓnunciat, vel ordinata diſponit. Hæc ille. Vbi multa dici poſſunt ad dilectionē & imitationē eius. Et de hoc libro virginali ait Baruch. 4. c. Hic eſt liber mandatorū. Mādata dei ſunt de opibus virtutū. Tot ſunt in hoc libro ſcripturæ quot opa virtutū, Ille vero legit in eo & colit, qui eā imitaī & diligit. Tertio dī btā Maria liber rōne clauſurę, libri. n. hñt ſua clauſoria vel ſigillā. Ipa dici pōt liber ille de quo Io. Apo. 5. Vidi in dextera dei ſedētis ſup thronū librū ſcriptū intus & foris ſignatū ſeptē ſigillis. Liber iſte btā Maria. ī dextera dei fuit. i. in dei ꝓdeſtinatione & ꝓelectione cūctorū. Scriptus habitibus intus in aīa & actibus virtutū ab extra ſeu foris in exteriori cōuerſatiōe. Septē ſigilla ſunt ſeptē figurę ſuæ ſciſſime natiuitatis. ¶ Primā clauſurā ſeu ſigillū appoſuit Balaā dicēs. Num. 24. Orieī ſtella ex Iacob, & hō exurget de Iſrael, qui pcutiet duces Moab. Hæc ſtella eſt btā Maria, orta vtique ex Iacob. i. ꝓgenie pīarchæ. Iacob. Hæc aſſimulatur ſtellæ rōne q̄titatis. Eſt. n. in cęlo aliqua ſtella quę oībus ſtellis ē maior. ſ. illa que eſt in arietis fine imaginis draconis, vt dicit Alphagranus. Quanto aūt aliqua ſtella magis eleuat a nobis, tanto apparet nobis minor ꝓp diſtātiā. Ita btā Maria maior eſt in eſſe ſpūali q̄ oēs ſcī & ſanctæ, & tñ q̄to maior fuit, tanto minor ſubiipſi uidebaī ꝓp immēſam humilitē. Dicta āt ſtella aliqñ vī maior videlicet qñ mediāte aliquo vapore humido videret. Sic & btām Mariā ille videt vt maiorē & magis laudat q̄ humore deuotionis abūdat. ¶ Scđa clauſura ſeu figura fuit de area. Et hanc appoſuit, Gedeon. Sed Dauid ipsū ſigillū magis amplia uit cū ait in Pſ. 7. Deſcēdit, ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia &c. Vellus eſt pellis cū lana beſtię ꝓ naſcit ī carne & de carne, ſed paſſiones carnis nō ſentit, qa ē ſeparatū ab aīali. ſ. poſt mortē eius. Sic btā Maria q̄uis nata fuerit de corpe Annę, & ī carne corpea fuerit ſepata, tñ ab ea vitia carnis neſciuit, ſed pura & illibata ſp pmāſit. Vñ b. Hiero. illud Pſ. exponēs ī ſmone ait plane cęleſtis imber virgineū vellus ſfundit, & tota deitatis vnda ī carne ſe cōtulit, ac deinde p crucis patibulū exꝑſſum oīb. pluuiā ſalutis effudit & humanis mentib. ſtillicidia grę pſtitit die clarius. Area eſt virgo Maria vellus Xps in ea ors diuinitas qua fuit plena. Area tñ arida remāſit, qa virgo intacta & inuiolata ſp fuit vt patet in figura Iudic. 6. Vel vell⁹ Maria (vt dictū ē.) ¶ Tertiā clauſurā ſigillū ponit Salo. dicēs Cañ. 4. Ortus cōcluſus ſoror mea ſpōſa. ſ. es ortus cōcluſus fons ſignatus puteus aquarū viuētiū, quæ fluunt impetu de libano. Soror dī btā Maria, qa creatura rationalis creata a deo vt patre oīum. Vnde & ſoror noſtra. Sponſa dī Dei ex quo genitus eſt Chriſtus,

Maria fuit lib grandis quare.

De ſeptē clauſuris ſeu ſigillis huiꝰ libri. Maria aſſiīaī ſtellæ.

Area Maria dī quare.

Maria ortus cō cluſius.

Christus. ſ. ope Dei ſupernaturali. Ortus fuit in quo fuerũt flores ſanctorũ deſideriorum, & oĩum adornamenta virtutũ. Concluſus dr̃ qa nullo doli aditu a diabolo ingredi potuit. Fons ſignatus dr̃ ſignatus ſigillo totius trinitatis. Fons de mari oritur, ſed per meatus ſubterraneos trãſiens dulcorat̃, & ſic ipſa aqua dulcorata fonti immittit & potabilis reddit. Et ſic in principio fons hẽt amaritudinem. ſ. in mari, in medio dulcorationẽ, in fine. ſ. in ipſo fonte dulcem & potabilẽ emanationẽ. Ita & b. Maria de amaro populo Iudęorũ ortũ habuit, & in amaritudine peccati originalis gn̄ata, ſed poſtea a ſpũſſancto per ſanctificationẽ dulcoratam gr̃a, ita ꝙ poſtea ſp emiſit aquas dulciſſimas actionũ, potabiles. i. inuitabiles. Dr̃ aũt bis ortus cõcluſus, qa nec intellectũ error intrauit, nec affectũ iniqtas venialis. Puteus ẽ aquarũ viuẽtiũ. i. gratiarũ perfectarũ, q̃ fluunt de paradiſo quaſi ſimiles illis. ¶ Quartã clauſurã appoſuit propheta Eſa. dicens. c. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet. Virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius exponit cantat eccleſia. Et notandũ ꝙ virga iſta non dr̃ orta, ſed egreſſa de radice Ieſſe. i. radice & gn̄e Iudæorũ. Radix. n. terræ humore, ſed virga rore cęli, & calore ſolis creſcit. Radix ſtat in imo, virga aſcendit ſurſum. Sic Iudæi ex qb. egreſſa eſt per Annam & Ioachim petebant imma vitiorũ, vnde & infernorũ b. Maria ſublima virtutũ, vnde & cęlorũ. Iudæi vt radix ſunt in terram fixi per cupiditatẽ tpalium. Hæc in aere per auiditatẽ cęleſtiũ. Iudæi cõſtringuntur vt radix frigore infidelitatis, & hæc foueĩ calore charitatis. Hæc eſt illa virga figurata per uirgã Aaron, quæ in tabernaculo poſita miraculoſe floruit & fructũ fecit, cum tñ ſicca eſſet, vt hr̃ Num. 17. qa b. Maria in templo Dei dedicata floruit Chriſtum concipiendo, fructũ fecit pariendo eũ ipſa tñ ſicca. i. virgine permanente. ¶ Quintum ſigillũ poſuit Ezechiel in ultima ſuarũ viſionũ, vidit. n. quoddã ędificiũ mirabile monte ſeu tẽplum, & in eo quadã porta factam de qua ei dictũ eſt. Hæc porta dñi clauſa erit. Dñs ſolus ingredietur per eã & clauſa manebit in æternũ. Ezec. 44. Tẽplum hoc eccleſia eſt poſita in ſublimitate virtutũ, & in ſpe cęleſtiũ præmiorũ. Et hoc vidit aquã egredientẽ, & ad quos peruenit aqua illa quæ eſt aqua gratiæ, quę ab eccleſia ſeu eccleſiaſticis ſacris egredietur, ſalui facti ſunt. Porta aũt in hoc tẽplo facta, eſt virgo Maria, nata in ipſa eccleſia p gratiã iam acceptã in vtero. Eſt. n. virgo fœlix cęli porta. Per hanc. n. bona ſpũalia de cœlo nobis exportantur, & per eam homines in cœlũ important̃. Clauſa fuit hęc porta, qa a nullo uiolata. Nõ a Ioſeph vt blaſphemant pfidi Iudæi, nec ab alio, dñs ſolus intrauit per eã, qa Dei filius incarnatus eſt in ea Deo operante, & clauſa p manſit, qa virgo in perpetuũ remanſit, vt dicit b. Aug. ¶ Sextum ſigillũ ſeu figura fuit de luce noua, de qua Heſter 8. dr̃, viſa eſt eis oriri lux noua gaudiũ & tripudium. Et hoc ex facto Heſter reginæ, q̃ fuit pulcherrima oĩum deſponſata Aſſuero regi, cũ. ſ. liberauit populũ ſuũ ex toto extinguendũ p inimicũ eius Amã. Interpretat̃ Heſter humilis, & ſignificat uirginem Mariã humillimã, pulcherrimã, aĩa & corpore, deſpõſata Deo qui eſt beatitudo ſanctorũ. Interpretat̃. n. Aſſuerus beatitudo. Hæc liberauit ſuis meritis populũ electorũ de manibus inimicis dęmonis a morte æterna. Vñ b. Aug. Quas tibi laudes digne perſoluet fragilitas humana, q̃ tuo ſingulari merito mundo ſuccurriſti perdito? Lux aũt noua dr̃ apte orta in eius natiuitate, qa nunq̃ ante eam tã lucida tã mirabr̃ nata fuit aliqua ita plena gr̃æ luce. Hæc eſt q̃ ſplendorẽ paternæ glorie gignẽdo, tenebras errorũ effugauit. Hæc eſt q̃ tenebras. i. deceptiones dęmonũ detegit, & oculos mẽtis ſanos lętificat & cõfortat. Prouer. 15. Lux oculorũ lætificat. ¶ Septimũ ſigillũ appoſuit Xps de Margarita. Mat. 16. dicens. Negociator inuẽta vna p̃cioſa Margarita abiit & vẽdidit oĩa quæ habuit, & emit eã. Iſte negociator eſt ipſemet Dei filius, qui abiit angelos in cęlo relinquẽdo. i. nõ aſſumẽdo naturã eorũ, oĩa ſua vendidit, dũ cũ humana natura cõmutauit, vt ipſe daret nobis diuinitatẽ ſuã, & nos ei humanitatẽ nr̃am, tũc. n. oĩa bona ſua acq̃ſita ſunt nobis cũ illa, cũ ipſe ſp̃aliter aſſumpſit iſtã p̃cioſam Margaritã. i. virginitatẽ Mariã ſponſam. Hæc ergo ad modũ Margaritæ genita eſt infra conchã. i. vterũ Annæ humilis matris ſuæ ex cœleſti rore. i. diuina gr̃a & virtute, quia Anna ſterilis erat dealbata & ſanctificata. Talis Margarita p̃cioſa reputatur. ſ. pulchra, candida & clara. Pulchra mente per puritatem, candida in corpore per caſtitatẽ, clara in opere per charitatem. Sap. 4. O quam pulchra eſt caſta geſta generatio cum claritate. Et ſic liber eſt.

¶ Scd̃o cõmendat̃ quoad principalẽ diuiſionẽ a facultate ſup naturali, qa gn̄ationis. Duplex eſt generatio Chriſti. Vna æterna ex patre ſine matre. Eſa. 53. Generationẽ eius qs enarrabit? q. d. nullus b. Amb. Mihi impoſſibile eſt hmõi generationis ſcire ſecretũ. Vox. ſ. non tñ mea ſed ẽt Archangelorũ. Alia eſt ex matre ſine patre. ſ. ſm humanitatẽ ſuã. Et ſic b. Maria dr̃ de Dei genitrix ſpũſctõ fęcũdata, qd oñdit euangeliſta.

Virga dr̃ quare.

Maria dr̃ porta.

Maria dr̃ lux noua.

Maria fuit Margarita p̃cioſa.

§. 2.

De duplici Xp̃i generatione.

geliſta dicens, Xpi generatio ſic erat. Cum eſſet deſponſata mr̃ Ieſu Maria inuenta eſt in vtero hñs de. ſſ. ſ. carnẽ. ¶ Sed notandũ q̃ b. Maria eſt liber gñationis hñs i ſe quadruplicẽ gñationẽ. Prima eſt naturalis, quæ vt mr̃ vera ex ſuis ſanguinibus purũ genuit Xp̃m filium ſuũ. Secunda eſt ſpecialis, qua vt mr̃ ſpũalis genuit Ioan. Bapt. modo ſpeciali non ſolũ leuans eũ de terra, qñ natus eſt, q̃ pñs in partu eius, ſed ẽt & magis qñ vt de ſacro fonte ſpũſancto & aqua gratiæ baptizatus eſt Ioan. in vtero ſanctificatus ad vocem virginis qñ ſalutauit Eliſabeth. Tertia eſt adoptiua qñ moriente filio imperator ipſe in throno crucis manens reſcripto ſuo & edicto adoptauit ſibi Iohannẽ Euang. in filiũ dicens. Ecce filius tuus. Et ecce mr̃ tua. Quarta generatio ſua eſt gñalis & deducatiua, qua. ſ. bonos generat vt pia mater & nutrit meritis & exẽplis Eccl. 24. Ego mr̃ pulchrę dilectiõis &c.

Maria eſt liber gñationis ſm quadruplicẽ generationem.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium commendatur ex dignitate filij quia Ieſus Chriſti. Ieſus interpretatur ſaluator, ipſe. n. nos ſaluat. Chriſtus interpretatur unctus. Tres autem perſonæ antiquitus vngebantur. ſ. reges, ſacerdotes & pugiles. Et in hoc apparet dignitas naturalis ab ea geniti, quia ſummus rex, ſummus ſacerdos, & ſummus pugil, vt pugil pro nobis pugnauit contra diabolũ, & vicit, vt ſacerdos ſe obtulit in ſacrificiũ, vt rex nos coronat in cęlũ, vt ſaluator ſaluat a morte peccati diaboli & inferni.

¶ *In natiuitate beatæ Mariæ.* *Cap.* 6.

IN me oĩs gratia vitæ & veritatis. Eccle. 24. Sicut in cęlo materiali ſunt diuerſa luminaria. ſ. ſtelle, luna, & ſol diuerſimode lucẽtia. Sic in cœlo eccleſiæ ſunt quidem ſancti & ſanctæ tanq̃ ſtellæ lucentes per gratiam & gloriam diuerſimode tñ ſicut ſtella differt a ſtella in claritate (vt ait Apls.) Sol ãt iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter plenus eſt lumine gratiæ. ſ. & veritatis, vt dr̃ Ioã. 1. a quo oẽs & ſtellæ & luna illuminantur. Sed b. Maria poſt eum vt luna luce maior ſtellis nobis apparens eſt b. Maria pulchra vt luna canit de ea eccleſia. Nam (vt ait b. Hiero.) Cæteris ſcis per partes. Mariæ uero plenitudo gratiæ ſe infudit. Et ideo de ea dr̃. In me oĩs gratia vitæ & veritatis. Vbi notanda ſunt tria genera gratiarum circa b. Mariam & parẽtes eius, quæ trahuntur ex genealogia dñi q̃ refert b. Math. in principio euangelij ſui, quod hodie legitur. Ex interpretatione. ſ. ipſorũ nominum Hębraicorum in Latinum, ex quibus Chriſtus ſm carnem deſcendit. Liber generationis incipit euangelium.

¶ Et primo ponuntur conditiones gratioſæ & virtuoſæ parentũ virginis. ſ. Annæ & Ioachim ex interpretatione nominum in patriarchis, ſ. ab Abraham vſq; ad Dauid. ¶ Horum igitur primus eſt Abraham, & hic notatur rectitudo fidei in qua eſt iuſtitia. Iuſtus. n. ex fide viuit qđ eſt verbum Abacuch allegatũ ab Apło, ad Rom. 1. Præcipue Abraham commendatur de fide ex qua iuſtificatus eſt, ſm illud. Credidit Abraham Deo, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã. i. ad ſanctificationẽ. Et interpretatur Abraham pr̃ multatum gentiũ. ſ. per iuſtittam fidei. Et de parentibus virginis. i. Anna & Ioachim dr̃ in hiſtoria eius q̃ erant iuſti ambo ante Deum. Nota aliquos eſſe iuſtos ante hoĩes, qui. ſ. ab hoĩbus quærunt iuſti reputari, qđ Xps prohibet dicens. Attendite ne iuſtitiã veſtrã faciatis coram hoĩbus vt videamini ab eis &c. Matt. 5. ¶ Scđm bonũ ex quo generatur in nobis Xps in mente eſt irreprehenſibilitas, cũ. ſ quis cauet ne offendat & ſcãdalizet proximum malo exẽplo. Ad qđ hortatur Apls dicens Cor. 6. Nemini dantes vllam offenſionẽ. Qđ quidem pauci faciunt malis operibus, & verbis ſcãdalizantes proximos ſuos. Sed parentes virginis (vt legit) erant ſine repręhenſione uiuentes. Et iſta irreprehenſibilitas ſignificat in Iſahac, qui interpretatur riſus, magnũ. n. gaudiũ exurgit in mẽte ex quo q̃ quis irreprehenſibilr̃ uiuit. ¶ Tertiũ ex quo gñatur Xps in mente eſt obſeruantia mandatorũ Dei. Nec aliter põt eſſe ingreſſus ad vitam Xpi. Vnde ipſe ait Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata Dei, non vnũ vel duo, ſed omnia vt dicere valeas illud Tob. 5. Oĩa quæcunq; præcepiſti mihi pr̃ faciã, qđ fecerũt Anna & Ioachim, de q̃bus ſcriptũ eſt q̃ incedebant in oĩbus mandatis Dei. Et hoc notat in Iacob, q̃a Iſahac genuit Iacob qui interpretatur ſupplãtator. Oportet. n. ſupplantare & vincere, & ſubiicere ſenſualitatẽ ad obſeruandũ Dei mãdata. ¶ Quartũ in gñatione Xpi eſt confeſſio ad Ro. 10. Ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutem. i. neceſſaria. Et hoc innuitur q̃a Iacob genuit Iudã qui interpretatur cõfeſſio. Confiteri. n. oportet & pctã ſua & diuinas laudes ſm illud ps 180. Confitebor dño nimis in ore meo. i. ualde & declarat modum. In medio multorum laudabo eum. Sic Ioachim & Anna ibant ad templum confitentes dño. i. gratias agentes, & per ſacrificia peccata deluentes.

¶ Quintum qđ ponitur in generatione Chriſti eſt diuiſio ſeu diſtributio ſubſtantiæ ſue in pauperes. Iudas. n. genuit Phares qui interpretatur diuiſio. ſ. rerũ ſuarum cum pauperibus. Tob. 4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue, ſi

Phares diuiſio interpręatur.

bue, si parum & illud libēter impartiti ſtude, & ps. 111. Diſperſit. ſ. iuſtus hō dedit pauperibus Ambr. Paſce fame morientē, ſi non pauiſti occidiſti, diſt. 86. nō ſatis. Parētes b. Marię hoc diligenter agebant diuidentes ſubſtantiæ ſuæ redditus tripharie. Partem vnam templo & miniſtris offerentes. Secūdam pauperibus. Tertiam ſibi & familiæ ſuæ ad ſuſtentationē retinentes. ¶Sextum qđ multū iuuat ad generationem grę Xpi ad augmentum eſt votum qđ ſ. eſt de melioribus bonis, ad quæ alias qs nō tenet, ſed poſtquā fecerit obligat ps. 75. Vouete & reddite dño Deo veſtro, vbi glo. Vouete eſt voluntatis, ſed reddere neceſſitatis. Phares. n. genuit Eſron q interpretatur ſagitta, qa vt ſagitta velociter aſcendit ad Deū quaſi feriendū ad amorē dandi qđ ſub voto petendi vel gratiā cōcedendi ob voti oblationē. Iſtā ſagittam emiſerunt Ioachim & Anna qñ ſteriles exiſtētes vouerūt Deo fructū ventris ſui ſe daturos etſi eis cōcederet, qđ & obtinuerunt & ſeruauerunt. Et non ſicut vanæ & falaces mulieres quę quotidie vouent & nihil obſeruant. ¶Septimū eſt opprobriorū toleratia & iniuriarū. Petrus i cañ. ſua. Si qđ patimini pp iuſtitiam beati, & Matt. 5. Beati eritis cū maledixerint vobis homines & dixerint oē malū aduerſum vos metiētes pp me. Nā & Xps de ſe dicit. Factus ſum opprobriū hoium & abiectio plebis, in ps 21. Vñ & ſequitur q Eſron genuit Aaram q interprætatur excelſus. Opprobria. n. & iniuriæ tolleratæ faciunt hoīem excelſum corā Deo. In cuius figuram dr, qa multiplicatæ aquæ. ſ. tribulationū, elenaueruntarcā in ſublimi. i. animam. Gen. 7. Hoc paſſus eſt opprobriū & contumeliā Ioachim qñ pergens ad tēplum cū ſecundis, eiectus eſt a ſacerdote ſacrificio repulſo, improperante ei opprobrium ſterilitatis. ¶ Octauum eſt vt non ſolū ſuſtineat aduerſa, qđ cōe eſt oibus, ſed libēter pro Xpo, vt dicat cū Apoſtolo ad Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt habitet in me virtus Xpi. Vt. n. dicit be. Greg. ab electis ſuis Deus curat maculas pctōrū tpali ex afflictione tergere, quas in eis ī æternū nō vult videre. i. punire đ pæ. di 1 ſi pctm. Vñ Aarā genuit Aminadab q interpretatur volūtariū. Voluntarie. n. ſacrificabo tibi, ait ps. 53. ſ. me ī aduerſitatibus tibi offerendo. Sic Ioachim accepta contumelia a ſacerdote non rndit ei malū p malo. Sed ne pturbaret officiū vel populū in cōtendendo vel impatientiā oñendo, receſſit patienter ferēs iniuriā & receſſit ad paſtores ſuos non ad cōſanguineos q ſecū vindicarēt iniuriā ſicut hodie fit ex quo multiplicant mala. ¶Nonum eſt conſolatio angelica. Non. n. qs diu poſſet ſuſtinere aduerſa niſi angeli inuiſibiliter non cōſolarentur p bonas inſtigationes & illuminationes cōfortando, ps. Secundum multitudinē dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ læti. ani. meam, & Sarra vxor Tobiæ, eiuſdem. 3. c. Nō delecteris dñe in pditionibus. noſtris, ſed poſt tempeſtatē tranquillū facis, poſt lachrymationē & fletū exultationē infundis, qđ ſignificatur in eo q Aminadab genuit Naaſſon q interprætatur anguriū. Cōſolatur. n. angelus quaſi augurādo. i. pmittēdo nobis bona & pmium ex tribulationibus voluntarie toleratis. Apparuit ergo angelus Ioachim & Annæ de ſua ſterilitate & opprobrio illato humilitatis & cōſolatur eſt eis pmittendo filiā ex eis naſciturā, quæ eſſet mr dñi & ſpeculū mundi. Et cū p plures annos nec p orōnes, nec p electoſynas ſuſcepiſſent fructum de ſuo matrimonio p patientiā in aduerſis cōſolati ſunt ex augurio. i. pmiſſione talis filiæ. Et tu ergo ſi uis conſolari & fructum bonum facere, patiētiam hābe & iniurias remitte oēs. ¶ Decimum eſt quaſi q̄dā certificatio diuinę pmiſſionis. Ipſe n. ſpūs teſtimoniū reddit ſpūi nro q filii Dei ſumus. Et p q̄d niſi p hoc q ſuſtinemus aduerſa p noīe eius libenter. Nā ipſe ſpūs. ſ. q mentiri non pt dicit per Salomonē. Flagellat Deus oēm filiū quem recipit. Et ſic p hoc teſtificatur cordi eius q inter filios Dei cōputatur ex quo flagellatur & ſuſtinet. Ideo dicit q Naaſſon genuit Salmon q̄ interprætatur habitaculū qa p hoc Deus inhabitat, ſic angelus dedit certū ſignū eius qđ dixerat de filia naſcitura. ſ. q occurrerent ſibi iuicē in certo loco & iuicē cōſolarētur domū reuerterentes, q impletū ē ex admonitione angeli dicētis q ad illū locū accedarēt. ¶ Vndecimū ē cōſtans amor vxoris ad virū, & econuerſo, ita q nō euagentur ad alios, nec ēt mēte, vñ parētes Sarai admonuerunt filiā diligere virū, honorare ſoceros, gubernare familiā, & irreprehenſibilē ſe exhibere. Et Apoſtol⁹ Eph. 5. ad viros. Diligite vxores vras ſicut & Xps dilexit eccleſiā. Nō qđē vt eēt vana, ſed vt eſſet honeſta & ſancta be. Amb. Nemo ſibi blādiatur de legibus hoīm qđ ñ licet vxori nō licet viro. ſ. aliā carnaliter diligere vel vt aliū q̄ cōiugē ſuū. Vñ Salmon genuit Booz, q interpretatur fortis. Dēr. n. fortis eē & cōſtās amor vxoris ad virū, & ecōuerſo, & nō dimittēr vel odire ꝓpter quodcūq; cōtingens, ſicut Anna diligebat cōſtāter Ioachim, & ecōuerſo, pp ſterilitatē nō accedēdo ad alias. Si aūt qs extra ſtatū matrimonii ſe reperiat, ſit Booz fortis, vt ab oī fornicatione ſe abſtineat vel cōtineat. ¶ Duo-

Eſtō ſagitta.

Aram excelſus.

Amina dab volūtarium.

Naaſſon Aguriū.

Salmon habitaculum.

Booz fortis.

decimum est reuerentia & subiecto ab superiores, vnde & vxoris ad virū, cū fit a dño primæ vxori. Sub viri ptāte eris, & ipse dominabitur tui. s. quoad regendā domū, & Hester. 2. dicit. Cunctæ vxores tam maiorū q̄ minorū deferāt viris suis. Ad qđ insinuādū dicitur ꝙ Booz genuit Obeth qui interprætatur seruitus. Mulieres enim (vt ait Aplʒ ad Eph. 5.) Subdite ſint viris suis, sed hoc transgrediunt superbæ mulieres hodie qui volunt dñari viris suis. Si autem extra coniugiū est fit reuerens ad suos superiores & subditus, ad Ro. 12. ¶ Tredecima conditio ex qua generatur in nobis Xps per gratiā est gratiarum actio seu bñficiorū cognitio Apostolus. In omnibus gratias agite vt de beneficiis receptis gratias exhibentes beneficia potiora sumamus, ait bea. Greg. qđ innuitur in 13. generatione in qua dicitur Obeth genuit Iesse qui interprætatur incensum. Est. n. oratio & gratiarū actio velut quoddā incēsū corā dño, hoc optime pegerūt Ioachim & Anna parētes beatæ virginis. Nā obuiantes & occurentes sibi ad portā aureā gras egerunt Deo de consolatione eis facta. Ex ꝓmissione talis filiæ & cū timore dñi vtētes matrimonio genuerūt Mariā.

Obeth seruitus.

i. Thes. 5

Iesse incensum.

§. 2. ¶ In scđa parte principali notant qndecim ꝓfectionis gr̄æ q̄ fuerūt in ipsa virgine ex interpratione nominū qndecim regū q̄ fuerunt in ppło illo Dei a Dauid vsq; ad Ieconiā regē, q̄ cū ppło ductus est captiuus in babylonē, vt cōtra veniētissime dicere valeat thema ꝓpositū. In me omnis gratia vitæ. ¶ Prima igitur gratia est post cōceptū sanctificatio. Postquā enim Anna concepit ex Ioachim virginē Mariam, anima eius a Deo creata & corpori infusa q̄ citius & forte eadē die fuit sanctificata ab originali mundata ſm illud. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Nos per nouē mēses moramur in peccato in vtero materno in quo si morimur descēdimus ꝑ illud originale ad limbū inferni. Sed beata virgo quātitius fuit facta sancta, post aīę infusionē qđ figuratur in Dauid, sequitur. n in ipsa genealogia dñi. Iesse aūt genuit Dauid regē, hic interptatur pulcher aspectu. Et de virgine ait spūssanctus. Can. 4. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. s. peccati. Purgato originali & actuali nō perpetrato ¶ Scđa eius gr̄a est natiuitas gaudiosa. Natiuitas tua sancta Dei genitrix virgo gaudiū annūciauit vniuerso mūdo. Videntes enim angeli Natā tā sanctā creaturā, magnum gaudiū fecerunt. Et ita quolibet anno in cælo fit, vt reuelatū fuit cuidā sctō hæremitæ. vñ in genealogia dñi subdit. Dauid genuit Salomonē q̄ interprætatur pacificans merces, qa angelos dolentes mō suo de ꝓditione hoīum & eorū ruina, natiuitas huius lætificauit. Vñ in introitu misse canitur. Gaudeamus oēs in dño diē festū &c. de cuius natiuitate gaudēt angeli &c. ¶ Tertia gr̄a q̄ disponit ad generationē Xpi est in tēplo pntatio seu dedicatio. In mūdi q̄dē cōuersatione nō bñ pōt mens in diuinis dilatari. Nemo enim militās Deo implicat se negociis seclaribus. Vñ & Xps inter turbas fuit cum ēt duodennis amissus & in tēplo reptus. Virgo igit Maria ablactata fuit tribus annis, hæc. n. sūt fortiores p totā vitā suā q̄ si p duos annos. Et ablactata fuit ab Anna ꝓpriis māmill'. Deus & natura nihil frustra opant ſm phūm, ꝓpea āt datæ sunt māmillæ mīeribus vt valeat de lacte suo nutrire filios suos, vt nō oñdant eas ppło. Frustra igitur videnī eē in illis, q̄ nō nutriunt filios ex eis cū possint sed tradūt aliis nutriēdos. Qđ bea Grego. Papa in decretis distin. 5. Ad eius, multū repræhēdit i mulieribus. Nā ex malo lacte nutriti cōtrahunt malas cōditiones naturales. Post ablactationē jgr ei⁹ duxerūt parentes eius ad tēplū ipsam offerēdo. Non expectarūt ꝙ prius discereret mūdi vanitates. Nec obtulerūt filiam claudā, illegitimā turpē vel pauperē, quā dotare non possent, sicut hodie faciunt qui offerūt filios in monasteriis, vel filios in clausstro seruituros. Indignū ē dare Deo qđ de dignat homo, ait bea. Hiero. sup ꝓphetas sed dederunt Deo Mariā vnicā filiā pulcherrimā honestissimā, ab oibus amabilē, hoc signatur in Roboā, quē genuit Salomon, & interprætat latitudo ppli, qa virgo fuit dilatata in virtutū populo. ¶ Quarta gr̄a eius fuit sancta cōuersatio, qđ figurauit qñ ducta ad tēplum, dū parētes incederēt ad mutandas & aptandas vestes qa ab extra veniebāt, beata Maria ita paruula. s. triū annorū per se ascēdit, & erecta per 15. illos gradus per quos ab immo ascendebat ad tēplū, vbi sacerdotes officia exercebant, & significant. 15. status beatorū qui sunt in tēplo gloriæ infra diuinā maiestatem videlicet nouē ordines angelorū, & sex sctorū. s. priarchaꝝ, ꝓphetarū, apostolorū, martyrū, cōfessorū, & sctārū virginū, quorū oium pfectionē trāscensura erat. Vñ Prou. vl. Multæ aliæ. i. aīę cōgregauerūt diuitias, dignitates. s. virtutū, tu sola. s. beata Mar a supergressa es vniuersas, & in templo cū aliis virginibus in oī sanctitate cōuersabat. Et significatur in Abia filio Roboā, qui interpratur ipse dñs. ¶ Quinta est visitatio frequens angelorū. Cum enim in tēplo insisteret multū orationi, angeli visitabant eam consolantes & deferentes crones eius ante Deū, & referentes ei dona gr̄arū a Deo. A mane enim vt dicit in

De quindecim pfectionibus gratiæ beatæ Mariæ ex interptatione qndecim regum.

Secunda gr̄a.

Tertia gr̄a.

Quarta gr̄a.

Quinta.

historia

hiſtoria eius vſq; ad tertiã diuinis laudibus vacabat, & a tertia vſq; ad nonã in textrino opere ſe exercebat dans exẽplũ vitandi otiũ. Panẽ inquit Salomon. Prouer. vlt. ocioſa non comedit, ſed operata eſt, Lectioni ſcripturæ partim vacabat. Cibũ ſumebat, vt ait be. Amb. in li. de virginibus, q̃ morrẽ arceret, non q̃ delitias miniſtraret, Sicq; virtutibus quotidie magis eleuabat in Deũ, qđ innuit in Aſa, q̃ interpretat attollens. ſ. ſe in Deum. Abias. n. genuit Aſa.

Sexta. ¶ Sexta cõditio q̃ valet ad generationẽ Xp̃i ẽt in mente nr̃a eſt cura ſalutis aliorũ. Vnicuiq; mãdauit De⁹ de ꝓximo ſuo. ſ. vt curã hẽat de ſalute eius, & ſi non eo mõ ſtricto quo & plati tñ mõ charitatiuo. Vñ Anacletus Papa omnes ſummã debent habere curã de his q̃ peunt, vt aut eorũ redargutione corrigantur a peccatis, aut ſi incorrigibiles ſunt eiiciantur de eccleſia. 24. q. 3. Tã ſacerdos. Sollicita aũt erat bta Maria ne quã ex ſodalibus offenderet, admonens eas ne cõtumelioſa eſſet altera alteri, ſed inuicẽ ſeruientes & honorantes, ab ocioſis verbis abſtinerent ſemp Deũ laudarent. Vñ & ipſa cum vocabat, rñdere ſolita erat p Deo gr̃as, vt & illud modicũ verbũ non eſſe ſine Dei laude, vñ in ea regnabat Ioſaphat, q̃ interp̃rat iudicãs, genitus ab Aſa q̃a ipſa cuncta iudicans & diſcernẽs a nemine poterat reprehendi. ¶ Septima

Septima eſt ꝓpoſitũ virginitatis. Propoſuit. n. in mente ſua virginitatẽ ſeruare, niſi ſibi Deus aliter reuelaret q̃a inſolitũ tunc illud erat. Et ideo angelo ſalutanti dixit. Qũo fiet iſtud q̃m virum non cognoſco? i. ꝓpoſui non accipe virũ vt exponit Beda. Poſtea aũt ſumpto ſponſo ex Dei reuelatione votũ virginitatis cũ ſpõſo Ioſeph emiſit. Et vterq; (vt dicit bea. Aug.) in virginitate ꝓmãſit. Et ſic fuit Iorã ſpũaliter q̃ interp̃tat excelſus, q̃a virginitas facit hoies ſimiles angelis. Nuptiæ ait be. Amb. replent terrã, virginitas paradiſum, res eſt voti nõ ꝓcepti, & ſic facit exceſſum. Ioſaphat. n. genuit Ioram.

Octaua. ¶ Octaua cõditio eſt robur. i. firmitas ꝓpoſiti ĩ bono cõcepto. Vt. n. dicit be. Greg. ſup Ezech. q̃ bona agunt & meliora agere ꝓponunt, ſi nõ faciũt licẽt in bonis prioribus pſeuerẽt in cõſpectu tñ Dei ceciderũt. Multa. n. diabolus ꝓponit ad impediendũ, ne q̃s exequat̃ bona ꝓpoſita, ſed viriliter age & eſto robuſtus ad ea exequendũ. Ioram. n. genuit Oziã, q̃ interp̃tat robuſtus q̃a ex celſitudine ꝓpoſiti boni dẽt generari robur & firmitas in eo. Vñ & cũ iã eſſet nobilis ætatis facta bea. Maria & ſacerdos admoneret domũ reuerti ad nuptias cõtrahẽdas. Rñdit ſe hoc agere non poſſe pp ꝓpoſitũ virginitatis & ſic firma & robuſta fuit in ſancto ꝓpoſito. ¶ Nona eſt cõtinuus ꝓfectus in virtutibus ad maius bonũ. Nã vt dr̃ Prou. 4. Iuſtorũ ſemita quaſi lux ſplẽdẽs ꝓficit & creſcit vſq; ad pfectũ diẽ. Vñ & alia q̃ vidit Ezech. in viſione ſignificantia ſm be. Greg. ſanctos viros, cũ ꝓficiſcerent nõ reuertebant, ſed vnũquodq; ante faciem ſuã gradiebat. Ezech. 1. quia vide licet hoies iuſti nõ redeũt ad mala q̃ cõmiſerũt, nec firmãt ſe deſiſtendo a bonis operibus, ſed cõtinue ad meliora ꝓcedunt. Et hoc eſt Ioathã q̃ interp̃tat pfectus, quẽ genuit Ozias. Sic b. Maria ſemp ad pfectiora opa ſe extẽdebat, facta oĩbus ſanctitatis exẽplũ &c. ¶ Decima eſt

Decima inq̃ſitio circa dubia ex qua declarat q̃d agẽdũ, ne incaute agẽdo exponat ſe piculis. Deu. 32. ait Moy. Interroga pres tuos & annunciabunt tibi maiores tuos, & dicent tibi. ſ. q̃d ſit recte fiendũ. Et hoc eſt qđ Tobias admonebat filiũ ſuũ dicẽs. Cõſilium ſemp a ſapiente inquire. Tob. 4. Et ſignãter dicit a ſapiente. i. perito in illa re de qua q̃ris. Vnuſq̃ſq;. n. bñ iudicat q̃ nouit, ait philoſophus in Ethicis. Sicut nõ poſſet tibi bene cõſulere lanifex de arte pictoria, aut miles de negociatione ita nec de ptinentibus ad cõſciẽtiã vel cultũ diuinũ q̃ vacat mũdanis. Hic eſt Achaz genitus a Ioathan, q̃ interp̃tatur comprehendens, q̃a ex inq̃ſitione cõprehendit veritas rei Summus igit̃ ſacerdos (vt legitur) audito ꝓpoſito virginitatis bea. Mariæ, q̃a res dubia erat, q̃ſiuit a dño, & cõprehendit voluntatẽ eius. ¶ Vndecima eſt diuinũ oraculum ſeu

Vndecima. diuina inſpiratio. Cum. n. (ait Ioſaphat) ignoremus q̃d agere debeamus, hoc reſidui hẽmus, vt oculos nros ad te. ſ. dñm erigam⁹. Aliq̃n. res eſt ita obſcura q̃ hoies nõ ſufficiũt declarare, & iõ tunc ad Deũ recurrendũ eſt, vt reuelet vel inſpiret q̃d ꝓ meliori agere dẽat, qđ innuitur in eo q̃ Achaz genuit Ezechiã, q̃ interp̃tat auxiliũ Dei. Ex inquiſitione. n. p oĩnẽ q̃n non ſufficit virtus & ſcientia humana Deus auxiliatur inſpirando, qđ fieri oportet. Reuelauit n. Deus ſummo ſacerdoti q̃ oẽs de tribu Iuda afferrent virgas ligneas, & tũc manifeſtaretur cui deſponſata erat. ¶ Duodecima eſt obliuio

Duodecima. mundanorũ, vt. ſ. in agendis non hẽatur reſpectus ad aliq̃d mundanũ ſed Dei beneplacitum. Obliuiſcere populum tuũ (ait dñs p ps. 44. ad aĩam deo debitã (et domũ patris tui. Et hoc eſt Manaſſe rex filius Ezechię q̃ interp̃tat obliuioſus, oblita erat in opere oium paſſionum & conſanguineorũ b. Maria, & ſolũ attendebat ad Dei voluntatẽ, & Ioſeph ẽt quaſi oblitus eſſet & nõ curã cõtrahere matrimoniũ cũ ſenex eẽt, nõ attulit ipſe virgã, vel ſi attulit non dimiſit ſacerdoti, vt dictũ fuerat, quamuis & ipſe eſſet

de tribus Iuda & familia Dauid. Vñ reuelatũ fuit a dño ꝙ nó dederat ille virgam ad quam spectabat virgo beatissima. ¶ Tertiadecima est fidelitas ad Deũ. Dēt. n. quis fideliter Deo subii ci in his q̃ exigit ab eo quantumcunq; videat inceptus & impræmeditatus iuxta illud Esa. 59. Dñs aperuit mihi aurem, ego aũt non cõtradico, retrorsum non abii. s. resistendo voluntati Dei. Et hic est Amon quẽ genuit Manasses rex Iuda, q̃ Amon interpretatur fidelis. Ex quo. n. ꝑpendit Ioseph Deum velle & ipsum virgam cũ cæteris facerdoti tradere eam secundo attulit. Et tunc fronduit & floruit ac fructum fecit, & columba apparuit sup eam, iuxta illud virga Iesse floruit, &c. Vñ manifestum fuit oibus ad Ioseph sponsam illã ptinere. Quartadecima est desponsatio facta inter Mariã & Ioseph castissima, quæ ideo facta fuit ad celandũ diabolo hoc mysteriũ, ne machinamenta quæreret cõtra Xpm. Viso. n. miraculo illo fuit despõsata Maria Ioseph. Et hoc significat i Iosia filio Amon, q̃ interpretatur salus dñi q̃a pillã desponsationẽ saluatus ẽ honor dñi Xpi, ne abii ceret vt illegitime natus, & saluata fuit fama virginis & vita, ne putaretur fornicaria & lapidaret. Et multa alia mysteria ibi sũt. ¶ Quinta decima & vltima gratia perfectionis est ꝑparatio ad filium Dei cõcipiẽdũ quæ ꝑparatio fuit ꝑ ꝓfundam humilitatem, qđ ipsa insinuat dicens. Respexit humilitatẽ ancillæ suæ. Nõ dixit virginitatem, benignitatẽ, charitatẽ q̃ oĩa grata Deo erãt in eo. Sed humilitatẽ bea. Aug. O fœlix ancilla. O humilis gr̃a quæ dum fidẽ humiliter dedit, cœli in se opificẽ incorporauit, qđ inuit in Ioachim q̃ interpretatur ꝓparatio. Per humilitatẽ. n. ꝑparauit virgo se ad recipiendum filium Dei in vtero. Et sic patẽt. 15. conditiones vel gratię b. Mariæ. Vnde bene dicitur. In me omnis gratiæ, &c.

§. 3. ¶ Quantũ ad tertiũ principale notãtur. 14. ꝓfectiones gr̃æ q̃bus b. Maria subuenit hoibus in diuersis statibus cõstitutis, vt merito possint dicere illud. De plenitudine eius nos oẽs accepimus gr̃am. Io. 1. Est. n. quadruplex status hoĩm q̃bus b. Maria subuenit gr̃a sua. In me ait oĩs gr̃a vitæ. Primus est status religiosorũ quibus sunt necessarię tres gratiæ ad salutem eorum & ad eas habendas & cõseruãdas b. Maria suis exẽplis & meritis ac precibus iuuat. Primum est volũtaria paupertas, vt illud inueniatur in eis qđ ait Aplꝰ. 1. ad Cor. 6. Tanquã. nihil. habentes et oĩa possidentes, tanquã nihil babẽtes. s. ꝑpriũ. Et Hieron. hñs victũ & vestitũ his cõtentus ero, nudam crucem nudus sequar. Hæc significatur ꝑ Leconiam quæ interpretatur ꝑparatio, q̃a paupertas ꝑparat hoĩem ad perfectionem, & si in ea non sit ꝓfectio. Secundũ est castitas quæ figuratur in Salathiel, nam vt dr̃ in genealogia dñi, post transmigrationẽ Babylonis Ieconias genuit Salathiel, hic interpretatẽ petitio mea Deus, hoc. n. petit Deus a religiosis. 2. Cor. 6. Exhibeam⁹ nosmetipsos sicut Dei ministros in castitate, ꝑ hanc ostẽdit se petere Deum. Nam vt dr̃ Sap. 6. Incorruptio facit proximum Deo. Tertium est regularis disciplina ꝓ quam coercetur sensualitas, ab appetitibus plenis cõfusione, ꝓ ieiunia, vigilias, silẽtia, obedientiã, exercitia, & hmõi. Et hęc est Zorobabel. Salathiel. n. genuit Zorobabel, qui interpretatẽ magr̃ cõfusionis q̃a disciplinat & corrigit ea quæ cõfusione sunt digna. In disciplina ꝓseuerate ait Aplꝰ ad He. q̃a hæc cõseruat religionẽ, vnde multis religiosis b. Maria sæpe apparuit vt b. Bernardo, Dominico, Thomæ, & aliis eos in religione confortans. Secundus status est ꝓlatorum ad quorum debitum officiũ pertinent quatuor status gr̃æ. Primum est paterna sollicitudo ad subditos Ro. 12. q̃ præest in solitudine ad prouidendũ necessaria vtriq; hoĩ. Et hæc dr̃ aliud filius Zorobabel q̃ interpretatur pr̃ meus ille. s. sollicitus de me. Secundum est doctrina excitans pigros ad operandum bene. 2. ad Tim. 3. Argue, obsecra, increpa in oĩ patientia & doctrina. Et hæc est Eliachim genitus ab Abiud q̃ interpretatur resuscitans. Per doctrinam. n. resuscitatur mortui peccatores ad vitam gr̃æ, & vigilant ad operandum. Tertium est scientia consulens imperitis. Male. n. põt docere subditos q̃ est ignorans. Cęcus. n. si cęco ducatũ prostet, ambo in foueam cadunt. Vnde b. Augustꝰ. Caueat spũalis iudex, vt sicut non cõmisit crimen neq̃tiæ, ita non careat munere scientię, hic est Azor. Eliachim. n. genuit Azor, q̃ interpretatur videns lumen. Ignorantes aũt cęci sunt & duces cæcorum. Quartum est sanctitas vitę, sicut. n. Xps cœpit facere & docere. Act. 1. ita mãdauit prælatis ecclesiæ illud Matth. 5. sic luceat lux vestra. i. vita clara & sancta coram hominibus vt vident opera vestra bona & glorificẽt pr̃em vestrum, vnde dr̃ Azor genuit Sadoch qui interpretatur iustus q̃a scientia dẽt generare iustitiam vitæ. Tertius status est actiuorũ ad quorũ bonã actionem pertinent quatuor gratię, ad quas b. Maria adiuuat. Primum est demonstratio dilectionis ad proximum, debet. n. quis diligere proximum sicut seipsum, vt omnem nominem quem potest beneficentiæ consolatione, morum informatione, vel coertione disciplinæ, inducat ad colendum Deum, ait b.

Aug.

Tercia decima.

Quarta decima.

Quinta decima.

De. 14. perfectionib⁹ gr̃æ q̃bus beata Maria subuẽit hoĩbus in diuersis statibus constitutis.

Religiosis. in tribus gr̃iis subuẽit.

Prælatis ĩ quatuor sub venit.

Actiuis quatuo subuẽit.

Auguſt.23.q.4.debet Sadoch.n.genuit Achim qui interpretatur frater meus,qa vt fratrē dēt tractare ſubueniendo.Scd'm eſt dulcis amor ad Deū.Achim.n.genuit Eliud qui interpretatur Deus me⁹, vt quodā intimo affectu dicat illud Deus meus & miſericordia mea. ¶Tertiū fiducia in Deo in aduerſis,vt dicat cū Iob. Si occiderit me ſperabo in eū, dicit.n.ps 9. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione, Sperēt in te q nouerunt nomē tuū, qm̄ non derelinquis q̄rentes te dñe,hoc eſt Eleazar filius Eliud qui interpretat, Deus adiutor eius q cōfidit in eo. Quartū eſt conſeruatio humilitatis in ꝓſperis vt nihil ſibi attribuat boni, ſed oſa a Deo recognoſcat. Tua.n.dñe ſunt oſa, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi dixit Dauid 2. Reg.2.Eleazar.n.genuit Nathan qui interpretatur donū. Omne donū pfectū deſurſum eſt, ait b.Iac. Apſs 1.c. ¶Quartus ſtatus eſt perſeuerantiū. Vt.n.dicit b.Greg.li.moral.1.Incaſſum bonū agit ſi ante vitæ terminū deſerat. Et non qui inceperit: ſed qui perſeueraverit, &c. hæc conſiſtit in ſupplantatione & ſuperatione vitiorū. Nathan.n.genuit Iacob qui interpretatur ſupplantator. Apoſt.1.Cor.2. Non coronabit niſi qui legitime certauerit,ut.ſ.ſuperet vitia. Scd'm eſt in augmētatione virtutū ps 83. Ibunt de virtute in virtutē, videbit Deus &c. Iacob genuit Ioſeph qui interpretat augmentum.ſ.virtutū. Tertiū eſt conſtantia in his quæ ſunt fidei & virilitas, qđ ſignificatur in hoc q̄ Ioſeph eſt uir Mariæ in qua terminat genealogia dñi, & interpretatur illuminatrix, quia profert lumen veritatis cęcis, mala vitiorum pellit bona cunctarū virtutum nobis poſcit. In oī igitur ſtatu adiuuat ad ſe recurrētes & ſubuenit. In me ergo ait oīs gr̄a vitę & veritatis.

Perſeuerātibus in tribus ſubuēit.

¶De deſponſatione Mariæ. Cap. 7.

QVia deſpōſatio b.Mariæ fuit ante annunciationē & Xp̄i incarnationē, ut patet in Euāg.Luc.1.qa miſſus eſt angelus ad Mariā deſponſatā Ioſeph. Ideo de eius deſpōſatione & coniugio cū Ioſeph hic agendū,de quo ēt dr̄ Matth.1.in fine genealogiæ Xp̄i. Iacob genuit Ioſeph virū Mariæ, de qua natus eſt Xp̄s, vbi dicit b.Hiero. Cum virū audieris ſuſpitio tibi non ſubeat nuptiarū, ſed recordare conſuetudinis ſcripturarū, q̄ ſpōſi uiri & ſponſæ vocantur vxores 27.q.2.genuit. Et ab eodē Euangeliſta Mattheo dr̄ immediate poſt prædicta. Cū eſſet deſponſata mr̄ Ieſu Maria Ioſeph inuenta eſt in utero hñs de ſpirituſancto. In q̄b.tria de virgine notantur. Coniugij eius deſcriptio, ibi.Cum eſſet deſponſata mater Ieſu,uiri eius noīs expreſſio,qa Ioſeph prius q̄ conuenirent, filii eius ſupernaturalis conceptio, quia inuenta eſt habens in vtero de ſpirituſancto.

¶Quantum ad primū vt dicit b.Aug.ad Voluſianum. Ipſa Dei virtus per inuiolata mentis virginea viſcera mēbra infantis eduxit, q̄ per clauſa oſtia mēbra iuuenis introduxit Si ratio quærit non erit mirabile. Si exēplum poſcitur non erit ſingulare. Et licēt inquit b.Tho.miracula quæ ſunt ad confirmationē fidei debeant eſſe manifeſta, voluit tn̄ dñs hoc maximū miraculū.ſ.ſuæ cōceptionis & natiuitatis ex uirgine per deſpōſationē matris obumbrare ſeu occultare,vt hoies inde cogitare poſſent Xp̄m non conceptū a virgine ſed a Ioſeph coniuge. Et hoc multiplici rōne.Quas rationes aſſignat b.Thom.in 3.part.q.29.ar.1. quare voluit matrem ſuam deſponſari, & non copulari. §.1.

¶Quædā ſumuntur ex parte Chriſti naſcētis.

¶Quædam ex parte matris concipientis.

¶Quædā ex parte vtilitatis nobis ꝓuenientis.

¶Propter Xp̄m quare voluit eſſe matrem eius deſponſatā. Aſſignat quadruplex rō. Prima eſt ne ab infidelibus tanq̄ illegitime natus abiiceret. Si.n.mr̄ nō habuiſſet cōiugē, oēs arbitrati eſſent de fornicatione Xp̄m fuiſſe conceptum, & ſic Xp̄m tanq̄ illegitimū deſpexiſſent. Nam iura tales deteſtant & honoribus priuāt. Vnde b.Amb.ſuper Luc. Quid Iudæis, quid Herodi poſſet aſcribi.ſ.mali & iniuſtitiæ, ſi natū viderent ex adulterio perſequi. ¶Scda rō vt cōſueto mō vt genealogia eius per virū deſcriberet. Vnde b.Amb.ſup Luc. qui in ſęculū venit ſęculi debuit more deſcribi. Viri aūt ſpona quęrit, q̄ in Senatu & reliquis curiis ciuitatū generis aſſerit dignitatem. Conſuetudo ēt nos inſtruit ſcripturarum quæ ſp viri originē quærit. Hęc ille. Quia igitur ſcd'm legē deſponſari nō poterat niſi uiro qui eſſet de tribu Iuda & familia Dauid,ex genealogia ſpōſi.i.Ioſeph deprehenditur genealogia Mariæ,& Xp̄i filii eius. Vbi ēt aduertendum conſuetudinē in his quæ mala non ſunt in agendo & ſcribendo ſeruandam. Mariæ deſpōſationis rō quadruplex.

¶Tertioad tutelā pueri nati,ne diabolus cōtra eū vehemētius nocumēta ꝓcuraſſet.Sciebat.n. diabolus Dei filiū incarnandū pro redēptione humani generis,ſed tp̄s ignorabat. Vnde caute obſeruabat ad ſciendū q̄n mundū intraret, vt redemptionem noſtram impediret. Et ideo vt b.Hierony.refert ſuper Matth. hanc cauſam aſſignauit Ignatius martyr deſpōſationis matris Dei, vt.ſ.partus eius diabolo celaretur. Dum enim uidit diabolus Mariam ſponſam habere, putauit Ieſum non de uirgine ſed de

vxore & Ioseph generatũ, & Orig. Coniugem dico vt diabolo virginitatem eius occultẽ 27. q.2. Inuenta. Quãuis.n. diabolus ea q̃ corporaliter fiunt perspicacitate sensus cognoscat ꝑ signa exteriora, multa tñ vt dicit b. Aug. in 3. de trin. quæ pót uirtute naturæ suæ a virtute diuina prohibet. Et hoc mó scd̃m b. Tho. vbi supra pót dici, q̃ etsi virtute suæ naturæ cognoscere potuisset matrem dñi fuisse corruptã, sed virginem prohibitus tñ est a Deo cognoscere modũ partus diuini. Quãuis.n. postmodum eo prædicante aliqualiter virtutẽ eius agnoscerẽt ꝑp q̃d clamabant qa tu es filius Dei Lu. 4. Nó ita incongruũ, qa iam virtutẽ suã oñendi cõtra diabolũ tps erat. Sed in infantia oportebat impediri malitia diaboli, ne eũ acrius ꝓsequeretur, qñ nec Xp̃s pati dispoſuerat, nec dũ virtutẽ suã oñdere, sed per oĩa similẽ aliis infantibus b. Amb. tñ dicit hoc factũ vt falleret principẽ mundi, non solũ diabolũ sed & principes ſeculi ad innuendũ. s. q̃ qui secularibus vanitatibus occupañ scire diuina nõ pñt. ¶ Quarta rõ vt a Ioseph nutriretur paruulus ipse. Decuit.n. per oĩa ait Ap̃s fratribus assimilari, ad Hebr. Et ideo sicut pueri indigent nutritijs & ipse voluit hr̃e Ioseph sanctũ vt nutritiũ sponsum matris suæ. Et ideo p̃ Xp̃i dictus est, non effectu genituræ, sed officio & cura prouidendi, vt dicit Gratian. 27. q. 2. §. iuxta. Est p̃ hic cura dicit Greciſmus. ¶ Ex parte mr̃is assignat b. Tho. tres rõnes quare fuit desponſata, vbi supra. Harũ prima est qa redditꝑ hoc immunis a ꝑna, ne. s. lapidaret a iudæis tanq̃ adultera, vt dicit b. Hiero. seu ex ſtupro. Si.n. nõ habuisset maritũ æstimassent oẽs ex fornicatione concepiſſe, & sic fuisset lapidata. Nã vt dicit b. Tho. iudicio adulterorũ condẽnabatur, non solum q̃ nupta erat in adulterio deprehensa, sed ẽt uirgo q̃ fornicata fuisset in domo patris quæ custodiebat vt virgo qñq; nuptura, vt patet Deut. 22. vel ẽt scd̃m quosdã uirgo de gñe sacerdotali ꝑp ſtuprũ occidebatur, vt Leui. 21. Et b. Maria aliquo modo erat ex ſtirpe sacerdotali descendens. Pót ẽt referri dictũ Ioannis de lapidatione ad lapidationẽ infamię. Igitur habuit sponsum b. Maria, ut saltem crederent hoẽs eam ex sponſo non ex fornicatione concepiſſe vnde & a ꝑna & infamia liberaretur. ¶ Sed a rõ est vt ab infamia liberaretur, hanc rõnem assignat b. Ambr. super Lucam dicens. Ideo desponſata est ne temeritate uirginitatis adureret infamia, cui grauis aluus corruptelę videret insigne præferre. Maluit aũt dñs de ortu suo. i. q̃ non esset natus ex virgine q̃ de matris pudore dubitari. i. castitate si non habuisset sponsum & grauida appareret. Sciebat.n. teneram esse virginis verecundã & lubricã famã pudoris. Nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis ascribendã Hæc bea. Amb. ¶ Tertia rõ vt ei a Ioseph miniſteriũ exhiberetur in occurrentibus q̃ expediebant vt eã assocĩado cũ accessit in Bethleem ubi peperit, & cum ea ad templum in purificatione ꝓficiſceretur. In Egyptum pergens & inde rediens in Nazareth. In his.n. quę necessaria erant ad sustentationẽ eorum & paruuli ipse ꝓcurabat de labore manuũ suarũ. Nã scd̃m Chryſ. Carpẽtarius erat, in hoc oẽs laborare docens ꝑ sustentatione sui & suorũ. Addatur & quarta quæ est Alber. vbi sup. s. vt dignitas matris humilitati socieť, vt sit similis mr̃ Dei & vxor fabri. i. Ioseph, vñ in vilipensionẽ Xp̃i dicebãt pharisei. Nonne hic fabri filius est. i. Ioseph? Nonne sorores eius sunt apud nos, q̃ erant pauperculæ? Et sic hoc exemplo obseruet a nobis illud Eccleſiast. 3. Quanto maior es tanto magis humiliate in oĩbus & inuenies grãm. Quanto.n. qs maior est tãto magis humilitas laudatur i eo.

Ex parte mr̃is triplici rõne.

Ex parte nr̃æ vtilitatis quadruplex ratio.

¶ Ex parte nr̃æ vtilitatis quadruplex ẽt rõ assignat scd̃m bea. Tho. vbi sup. Prima qa testimonio Ioseph sponsi cõprobatũ est Xp̃m ex virgine natũ. Vñ be. Amb. sup Lucã. Locupletior testis pudoris. i. castitatis maritus adhibetur qui possit & delere iniuriã & vindicare obbrobriũ si nõ cognosceret sacr̃m. Et be. Gre. in Homel. Sicut discipulus dubitans & palpãs. s. Thoma ap̃s factus est testis veræ resurrectionis, sic spõſus. s. Ioseph fuerat custos integerrimæ virginitatis. 17. q. 2. sic quippe. Exquo magis confirmat in fide huius myſterii. s. q̃ conceptus ex uirgine tanto testimonio. Ipsa ẽt verba virginis magis credibilia redduntur suam virginitatem asserẽtis. Vñ be. Amb. Fides Mariæ verbis asseritur magis & mẽdacii cã remouetur. Cã. n. mentiendi desponſata non habuit cum coniugii ꝑmium & gra nuptiarum sit partus fęminarum. ¶ Secunda rõ est vt tolleretur excusatio virginibus quę ꝑp in cautelã suã non uitant infamiã. Vñ be. Amb. non decuit virginibus siniſtra opinione viuẽtibus velamen excusationis relinqui q̃ infamia mr̃ dñi notaret. O q̃ pulchra est casta generatio, ait sapiens cũ claritate. Sap. 4. i. cum clara fama. Nam vt ait bea. Auguſt. duæ res sunt, conſcientia & fama, conſcientia necessaria est tibi, sed bona fama proximo tuo. Quiſquis confidens conſcientiæ suę negligit famam suam nimis crudelis est. 12. q. 1. nolo. ¶ Tertia ratio est, qa ꝑ hoc designatur vniuersa eccleſia, q̃ cũ virgo sit. s. integritate fidei & gr̃æ, desponſata tñ est vni viro Christo.

Christo ex quibus generanti filii spuales. s. fideles fratres Iesu Christi. iuxta illud Ps. 21. Narrabo fratribus meis nomen &c. Quarta ratio est, qa p mater domini fuit despōsata, & virgo in persona eius honorat virginitas simul & matrimonium, & sic reprobatur error eorū q alteri eorum detraxerūt. s. matrimonio dicentes non posse tales saluari. Alii dixerunt virgines nō esse maioris meriti q̄ coniugati sed falsum est, vnde & mater fuit coniugata & virgo.

De ætate desponsationis Mariæ.

¶In qua autem ætate beata Maria desponsata fuerit ex euangelio haberi non potest. Sed Epyphanius dicit p in 14. anno. & in 15. pepe rit Xpm Alber. autem vbi sup. videtur dicere p in maiori ætate, licet nō exprimat quoto anno. Dicit enim p cum supponat p in beatissima virgine fuerit omnis congruentia tam exp te naturæ q̄ ex partæ gratiæ ad hoc vt eēt mater domini credimus p Deum cōcepit tali ætate, qua pfecta fuit statu corporis & quātitate. Et p cū eadem ętate desponsata fuit tm̄ ante quantū matrimonia solent procedere sponsalia. s. circa duos menses. Cū enim nihil sit laudabile, nisi aliquo modo dependeat a liberi arbitrii voluntate non statim illd fieri debuit cū beata Maria liberō arbitrio vti potuit. s. anno. 11. vel 12. sed iteruenire debuit tpis ptractio, in quo fieret & meritorū accumulatio & purificationis suę factæ in vtero maior succederet depuratio & virtutū exercitatio, vt oium virtutū apice sublimata suo singulari merito mūdo succurreret perdito Xpm gignēdo. Item cōtra grauitatem & honestatē morū ē nimia acceleratio matrimonii, vnde & in adolescentia fuit. Ad quod facit qd ait. Salomon Prouer. penulti. Tria sunt mihi difficilia ad cognoscendum. &c. Quartū pænitus ignoro. s. viam viri in adolescentia sua, fm aliam translationē, qd exponit Nico. de lyra. i. Christi in virginis vtero in sua incarnatione. Nec attendit beata Maria p sponsus esset senex, sed ad volūtatē Dei sibi reuelatam, & dei legem disponētē hoc cōsensit. Nunquam enim debet puellæ dari spōsus inuite, alias mala sequuntur plura.

Adde prima tria, Viā Aquilæ in cœlo Viā colubri supra pęna Viā nauis ī medio mari.

¶Secundo nomē viri eius exprimit cū dr Ioseph, sic enim vocabat. Quā desponsationē nō est secuta illo tpe copula carnal, vnde qd dicit priusq̄ cōueniēter ly prius nō notat ordinem rei. s. postea. i. p nōdū cognouerint carnal cōmiscēdo sed postea. Sed simpr negat factum p nō fuerit. s. cognita carnal. Vñ dicit Chrysosto. Nō dixit priusq̄ i sponsi induceret domū. Hunc enim morē seruabat antiqtas, vt sponsæ in sponsorū domibus haberētur, vt generi. Loth apud socerum leguntur habitare cū spōsis, nondū sibi copulatis lege coniugii. Sic Maria habitabat cū sponso. s. Ioseph. 27. q. 2. prius q̄. Exquo clare patet quātum excreuerit malicia & concupiscētia hoim, qa cū tunc manerent spōsæ in domo sponsorū nulla cōmixtio, nulla impudicitia erat inter eos añ tps nuptiarum, sed vt frater & soror in oi castitate simul conuersabant. Nunc sponsæ vix in domo parētum suorum pñt tute custodiri quin spōsi ea rum cū visitant faciant multas turpitudines. Et ideo matres debent hmōi obuiare. Sed ne dū sponsæ sunt tutæ a spōsis & maritis earū in domibus parentū nisi in magna custodia tene antur, immo germanę quoad fratres suos, vel germani. Nec filiæ a parentibus nec mulieres a cognatis, nec nouercæ a priignis seu filiastris nec seruę a dñis. Et iō vt dicit Hiere. vnusquisque a pximo suo caueat, & in omni fratre suo nō habeat fiduciā, sed oēm diligentiā habeat in custodiēdo.

An fuerit verū mrimonium inter Mariā & Ioseph.

¶Sed ex quo spōsus Ioseph nūquā carnaliter cognouit sponsam suam. Merito quærit. Si fuit verū, matrimoniū inter Mariam & Ioseph. Ad qd̄ rndet beatus Tho. in 3. parte. q. 29. ar. 2. p matrimoniū dicitur eē verum qn̄ suam perfectionem attingit. Duplex est utē perfectio rei. ¶Prima quidē perfectio in ipsa forma rei cōsistit a qua sortitur speciē. Scda perfectio cōsistit in operatione rei per q̄ res aliqualiter finē suū attingit. Modo ad propositum forma matrimonii consistit in quadā indiuisibili cōiunctione amborū. s. expressa p uerba vel signa per quā vnus coniugum fidē alteri seruare tenetur. Finis autē matrimonii est proles generanda & educanda. Ad quorū primum peruenitur per concubitū coniugalē. Ad scdm. s. educandum prolem peruenit per alia opera viri & vxoris, quibus sibiinuicē obsequuntur ad nutriendū prolem. Dicendū igitur p q̄tum ad primā perfectionem quæ est essentialis matrimonii, oīno fuit verum matrimonium inter matrem dñi & Ioseph, quia vterq, consensit in copulā coniugalē, non aūt expresse in copulam carnalē, nisi sub cōditiōe si Deo placeret, vñ & angelus ad Ioseph vocat Mariā coniugē suam dicens. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, vbi b. Augusti. Coniux vocatur exprima desponsationis fide, quam concubitu nec cognouerat, nec cognitus erat. ¶Quantum vero ad secundam perfectionem quæ est p actum mrimonii q̄tum ad carnalē cōcubitum nō fuit illud mrimonium cōsummatum. s. per quē ples generat. Fuit tm̄ q̄tum ad prolis educationē. Et vt dicit b. Aug. hoc exemplo manifeste insinuatur fidelib. coniugatis etiam seruata pari consensu continen

tàm posse permanere & vocare coniugium ẽt non permixto corporis sexu. Potest addi & terra pfectio matrimonii. s. quantum ad significationem quę est in matrimonio. Vnde Aps hoc aũt dico magnũ in Xpo & ecclesia sacrm esse mrimoniũ. Significat. n. coniunctio aiorũ coniunctionem Christi cum ecclesia seu cum anima per fidẽ viuã. Sed coniunctio corporum quæ facit matrimoniũ omnino isolubile significat coniunctionẽ Xpi cum ecclesia p humanitatẽ assumptã quæ nunq̃ separata est vel separi potest. Prima igit significatio fuit in matrimonio Mariæ & Ioseph, sed non scda, qa nulla ibi copula, vñ cõpleta significatio in illo matrimonio non fuit. ¶ Sed iam videndũ est aliq̃d de qualitate & magnificentia huius sponsi. Et primo videndũ est quare dr despõsata viro. Vbi b. Ber. Sic nec folũ de arbore sine cã, nec passer vnus sine patre cęlesti cadat sup terram multo magis nõ põt de ore euangelistę supfluũ defluere præsertim in sacra historia verbũ. Plena quippe sunt cia supernis mysteriis ac cælesti singula dulcedine redundãtis. Si tñ diligentẽ habeant inspectorẽ qui sciat mel de petra suggere, oleũq; de saxo durissimo. Nõ ergo sine cã dictũ est viro, quod sm Alber. non dictũ est ad denotandũ sexus discretionẽ, sed ad tangendũ sponsi beatissimæ virginis cõmẽdationẽ & sponsæ in sponso honorationẽ. Nõ ergo vir notat sexũ vel ætatẽ, sed virtutẽ. Fuit ergo Ioseph vir per cõstantiã fidelitatis q̃tum ad iustitiã pertinet, p virtutẽ castitatis q̃tum ad tpantiam p excellentiã, discretionis q̃tum ad prudentiã, p strenuitatẽ opationis, q̃tum ad fortitudinẽ. Et sic vir hic dr a virtute, qa excellenter hũit virtutes cardinales. Secundo cũ natura nihil frustra agat, nec abundet in supfluis, sicut nec deficit in necessariis sm phũm. Multo magis hoc vr de gra & scriptura sacra vtpote dictata a spiritu sancto. Quare ergo dicit Lucas ad virginẽ disponsatã viro cui nomẽ erat Ioseph? Videtur. n. istud superfluũ cui nomen erat. Sufficiebat. n. dicere despõsatã Ioseph. Ad qđ respondet Alber. vbi sup. q nõ supflue & frustra hoc exprimit, sed magno mysterio & multis de causis, videlicet q; esset notabile ipsum nomẽ designare voluit tali mõ, vt. s. plenius & ordinabilius res describat, vt p babilius credatur totũ pelectũ. monstratur locus. s. Nazareth. Et psona ẽt nomine honoret, vt ecclesia exercitetur ad indaganda mysteria vt euangelista familiaris & fidelis cõprobetur vt humilita s sponsæ declaret, cũ ita nominatim & expresse humilis sponsus describat, vt iustus apud Deũ demonstretur, cuius nomẽ tã quam in libro vitæ scriptũ in euangelio tã signanter exprimitur. Vt notus hoibus intelligat, qui testis virginitati b. Mariæ adhibet vt in memoriã hoim digne vertatur qui in prem dñi assumit putatiuũ. Itẽ cũ rota sit in medio rotę. i. notũ test m in veteri figuratũ, & multi sunt in q bus figuratur istud coniugiũ incarnationis vt. Assuerus, spõsus Hester. Abrahã maritus Sarræ q̃ miraculose peperit Isahac Christũ designantẽ. Isahac spõsus Rebeccæ. Manue pr Sãsonis, videt q potius debuerit vocari alie quo aliorũ nominũ vt Abrahã Assuerus Isahac, & hmõi q̃ hoc noie Ioseph, cũ hoc nomẽ iterpręteť augmẽtũ, & nullũ augmẽtũ factũ sit in isto coniugio & Ioseph filius Iacob magis figuret & aptius Xpm vt venditũ a iudæis & derectũ & saluatorem mundi factũ. Sed rndet Alber. q vna psona sm diuersas proprietates sui plures figurat psonas, vt Abrahã qui in immolatione Isahac figurat Deũ prem qui ,pprio filio non pepercit i eo q egressus ẽ de terra sua, & postea ingressus est Egyptũ, significat filiũ q egressus a pre venit in mndũ. In eo q in ostio tabernaculi sedebat in feruore diei, & recepit hospitio tres & vnũ adorauit, significat sãctos pres expectantes in enso desiderio Chri aduentũ q est vna psona in tribus subsłantiis. s. deitate, aĩa, & carne. Sic & Ioseph priarcha in sui venditione, incarnatione, liberatione, & salutione Egyptũ Xpm figurauit, sed infidelitate, in castitate, in mysteriorũ reuelatione, in ,pcurationis cõmissione, in cibi cõseruatione, huius Ioseph sponsi Mariæ figura fuit. Nõ aũt decuit eũ præficurari per aliquẽ antiquorũ q maritus per carnalẽ copulã extiterit cum ipse Ioseph sine carnali copula sanctus coniugiũ per actionẽ coniugalẽ cõtraxerit, & coniũx virgo virginẽ custodiuit & mri & filio paterno affectu cõiũctus fuerit. Proprietas ẽt noĩs ex iterpretatione ei cõgruit optime qui in ipsa desponsatione q̃tum ad Deũ q̃tum ad ,pximum, q̃tum ad seipsum sublimatus ẽ virtutũ augmẽtatione, fame celebritate, hoium reuerentia & dilectione, matris Dei familiaritate & diuina, vt putabat paternitate. Vñ b. Bern. ad tps Ioseph appellatus est & putatus est pater Christi. Conice. ex hac appellatiõe & qualibet dispẽsatione meruit honorari a Deo vt pater dei, & dictus & creditus ẽ. Conice. ex ,pprio vocabulo qd augmẽtũ nõ dubites interpretari, qs & q̃tus fuerit ille Ioseph. Memẽto simulq; magni illius priarchę vẽditi in Egypto, & scito ipsius nõ solũ vocabulũ fuisse fortitum, sed & castimoniã adeptum innocentiã assecutum & gratiam. Siquidẽ ille Ioseph fraterna ex inuidia venditus.

Maria quare fuit despõsata viro.

Noĩs viri expsio ponitur multis de causis.

venditus & ductus in egyptum Christi vendi tionem præfiguraui t. Iste Herodianam iuidiã fugiẽs Christum in Egyptum portauit. Ille do mino suo fidem seruans dominæ suæ noluit cõmiscri. Iste dominam suam domini sui ma trem vriginem agnoscens, & ipse continens fi deliter custodiuit. Illa data est intelligẽtia my steriorum, somniorum, isti datum est conscriũ fieri, & participem cælestium sacramẽtorum. Iste frumenta seruauit non sibi, sed omni po pulo. Iste panem viuum de cælo seruãdum ac cepit, non sibi sed toti mundo. Non est dubiũ quin fidelis & bonus hic fuerit iste Ioseph, cui mater desponsata est saluatoris, fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suæ ma tris solacium, suæ carnis nutricium solum de nq; in terris magni consilii adiutorem sibi fi delissimũ. Hæc ille. Dicit autẽ Ioseph de do mo Dauid Luc. j. desponsatam Ioseph de do mo Dauid, non tantum propter succssionem in genere, sed principalius propter virtutum immitationem. Et tales proprie dicũtur esse de vna domo, iuxta illud ps. 67. Qui habitare fa cit vnius moris ĩ domo scđm Alber. Vñ & Ber. vere de domo Dauid, vere de stirpe regia de scendit, vir iste Ioseph genere nobilis, mente nobilior, plane filius Dauid, non tantum car ne sed sanctitate & deuotione, quẽ tanq̃ alte rũ Dauid, dominus inuenit scđm cor suũ, cui cito cõmitteret secretissimũ atq; sacratissimũ sui cordis arcanum. Cui tanq̃ alteri Dauid, in certa & occulta sapientiæ suæ manifestauit, & dedit illi non esse ignarum mysterii, quod nemo principium huius sæculi cognouit. Cui datum est quod multi reges & prophetę vo luerũt videre & nõ viderunt. Nec solum vide re & audire, sed etiam portare, deducere am plecti, deosculari, nutrire & custodire Et iõ nõ tantum Ioseph, sed & Mariam de domo Da uid credendum est ascendisse, alioquin non fuisset despõsata viro de domo Dauid, hæc. b. Bern. Recte ergo ait Alber. spõsus virginis de domo Dauid dr̃, vt scãdalũ euitet vt eadẽ tri bus eẽ ꝓbet, vt amor legis in vtroq;, ostendat, vt humilitas nobilitate regia exaltet, vt pau ptas nobilitati non repugnare doceatur, vt Da uid humilitas euangelizet, ut imitatio humili taris in Ioseph insinuetur, ut veritatis promis sio adimpleatur, vt genealogia domini descri batur, vt paupertas mirabiliter demonstretur vt nobilius exemplum paupertatis & humili tatis detur nec propter peccati maculam quã pænitẽtia deleuit, minus in genealogia domi ni debuit nominari, sed audacter prędicari, cum hoc peccatoribus confidentiam generet & misericordiam augmentet dicente domino. In quacunq; hora peccator conuersus fuerit omnium iniquitatum eius non recordabor. ¶ Quãtũ ad tertiũ. s. supnaturalis. b. Mariæ no tat cũ dr̃. Inuẽta est in vtero hũs de. ss. i. grauida, vbi Origeñ. ait, Inuenta est a beato Ioseph hũs in vtero. i. pgnãs, q̃ licet eã nõ contingeret futuræ tñ vt putabat vxoris oĩa vouerat. Et in fra. Si tibi vxor noiat. Si tibi in desponsatione eẽ dicit non tibi tñ uxor est sedet Dei vnigeniti mater est æterni. In sequentibus demonstrabo q̃ nec ista tua cõiunx scđm cõsuetudinẽ cõiu gii habeat nec iste q̃ generat tuus filius eẽ cre dat. 27. q. 2. inuẽta fuit ergo cõceptus virginis nõ a Ioseph sed supnaturalis, qa de spũsancto i. ope. ss. cui attribuit opatio miraculorũ, quo rũ omniũ istud fuit maximũ. Et ex hoc ait b. Aug. in li. de bono cõiugali. Omne nuptiarum bonũ impletũ ẽ in illis parẽtibus Xpi. Fides. s. ples & sacr̃m. Prolẽ cognoscimus ipsũ dñm Iesum. Fidẽ qa nullũ adulterii ũ. Sacr̃m, qa nul lũ diuortiũ. Solus ibi nuptialis cõcubitus non fuit, qa in carne pcti fieri nõ poterat sine pudẽ da concupiscentia carnis q̃ accidit ex pctõ, sine quo cõcipi uoluit q̃ futurus erat sine pctõ. 27. q. 2. omne. Prolis tñ illius. s. Xpi mater ue ra & naturalis fuit b. Maria, Ioseph aũt non na turalis pater, sed putatiuus. ¶ Quod aũt dicit in euangelio, Ioseph aũt cũ eẽ iustus & nollet eã traducere uoluit occulte dimittere eã, expo nit tripliciter. Vno mõ traducere. i. ĩ domum suã ducere. Nã scđm aliquos nõ duxerat ĩ do mũ suã, sed in domo erat parẽtum. Alio mõ dr̃ traducere. i. nuptias soleniter celebrare. Nã iam Ioseph induxerat virginẽ Mariã in domũ suã, vt erat moris tunc tẽporis de spõsis erga sponsas. Et hęc melior expositio scđm beatũ. Tho. Nam minus suspecta haberi poterat de adulterio q̃ in domo Ioseph cõcepisset, vtpo te magis zelatis ꝓ honestate sponsę quã in do mo parẽtum & melior testis castitatis suæ. Ter tio mõ exponit traducere. i. publice accusare in iudicio seu denũciare, vñ b. Aug. in lib. seu Homel. de pnia ait. Attẽde quẽ admodũ iustus Ioseph tãto flagitio qđ de vxore fuerat suspi catus tãta benignitate pepcit anteq̃ sciret, vñ illa cõceperat q̃ grauidã sensserat, & se ad illã accessisse non nouerat. Restabat ergo ei certa adulterii suspitio, & tñ qa ipse nõ nouerat qđ dicit euãgeliũ, Ioseph cũ eẽt iustus & nollet eã diuulgare uoluit occulte dimittẽ eã, diuulga re. i. in iudicio denũciare. Ergo quæ peccan tur corã hoibus corripienda sunt corã hoib. i. publice. Et quæ peccant secretius, corripienda sũt secretius. Distingue tpa & cõcordabis scri pturam.

Quare dr̃ de do mo Dauid.

Nollet eã tradu cere exponitur.

Quare Ioseph uolebat relinq̃re Ma riam.

ptură. Hæc b. Aug. 2. q. 1. si peccauerit Ex quibus vr̃ fcd̃m Aug. ꝙ habuit suspitionẽ de adulterio forte leuẽ. Et ideo cogitabat dimittre, nõ aũt denũciare ex quo certus nõ erat præcipue attẽdẽdo sanctã cõuersationẽ, nec ẽt retinere videret particeps seu assentiẽs adulterio. Sed angelus eum in somnis illuminauit & declarauit ueritatẽ cõceptionis, ꝙa nõ de hoĩe sed qđ in ea natũ est. 1. conceptũ de spũsancto est, qui cõceptus saluaret populũ suũ a peccatis, & qđ dixit. Noli timere accipere Mariam coniugẽ tuã, exponit. i. acceptã iã in domũ retinere. Sed b. Ber. aliter sentit de ista cã diuisionis. Dicit. n. Si quærit quare Ioseph voluit dimittere Mariã. Respondet ꝙ iste Ioseph cõsiderãs sanctitatẽ sponsæ suæ modestiã & pudicitiam dicebat intra se. Concessa nix nũq̃ fuit nec vinolenta, nõ saltatrix, nunq̃ occulũ sup virũ erexit, nõ discurrens, nõ leuis in risu, vel verbo scurrilis. Vnda ergo ista prægnatio? Nõ a me qui ad eã nõ accessi, nõ ab alio ꝙa nunq̃ mandatũ Dei præteriret, ergo a Deo est ista operatio. O inæstimabilis laus Mariæ. Potius æstimabat virginẽ posse concipere q̃ Mariã peccare. Stupẽs ergo de tãta sãctitate ꝙ mater dei esset voluit occulte dimittere eã reputãs se in dignũ cũ tanta manere sanctitate. Ea ratione voluit dimittere eam qua & Petrus Xp̃m viso miraculo de captura piscium plurima dicẽs. Exi a me dñe, quia peccator homo ego sum Lu. 5.

¶ *De annuntiatione dominica.* *Cap.* 8.

MIssus est a Mariã Lu. 1. ꝙa in mysterio incarnationis quoddã mr̃imoniũ spũale fiebat inter Deũ & humanã naturã q̃ assumenda erat ea ex virgine, ideo debuit in isto sũmo mr̃imonio cõsensus virginis requiri tanq̃ spõsæ fiendæ. Nec. n. est laudabile opus nisi cõstitutũ aliquo mõ libero arbitrio, nã etsi ꝓphetia prædestinationis vt erat ꝓphetia incarnationis a multis prẽnunciata impleatur sine nostro arbitrio, (vt dicit glo. super. Mat.) hoc itel ligendũ ẽ fcd̃m Alber. sine nostro arbitrio operãte, sed nõ sine nostro arbitrio cõsentiẽte. Et ideo decuit mitti qui hoc annũciaret & requireret cõsensum virginis. Vnde in figurã huius ꝓcurator Abræ Elezear missus ab Abraham qui interpr̃etatur pater multarũ gentiũ deterra promissionis ad procurandã vxorẽ seu desponsandã filio suo Isaac in Arã Rebeccã pulcherrimã virginẽ & incognitã viro ad aquarũ fontem repertam subito eã in spõsam Isaac disposuit assumere, prius tñ q̃ hoc faceret quæsitus est assensus eius quẽ exprimẽs clare facta est sponsa Ceñ. 24. Iste procurator fuit Archã gelus Gabriel missus a Deo patre de terra pro missionis. s. supernę qui in mundũ veniens in uenit præceteris virginẽ pulcherrimã mente & corpe, ad fontẽ aquarũ viuentiũ gratiarum & diuinorũ eloquiorũ qui ẽt sua liberalitate ipsi angelo nũcio desponsationis sitienti salutẽ humanã & camelis eius. i. hominibus q ab eo dirigebãt & gubernabãt potũ dedit satisfaciens desiderio suo cum nunciasset aduentus sui cãm & missionis, vt. s. eã desponsaret filio Dei cũ cõsensit dicẽs. Ecce ancilla dñi fiat &c. cõtractũ est matrimoniũ, & verbũ caro factum est. Multi sancti hoĩes in veteri & nouo testõ ante cõceptũ fuerũt nũciati, & missi angeli vel sancti noĩes ad hoc nũciandũ vt Isaac, Sanson Ioannes, Remigius, Thomas, vñ multo magis santus sanctorũ debuit nũciari per aliquẽ missum: Et iõ missus est. Non obstat dicatur inter ea in ꝙbus nulla est distãtia, nulla est necessaria missio, sed inter Deum & b. Mariam nulla erat distantia ꝙa in illa erat non solũ per essentiã, præsentiã, & potentiã vt in cunctus est, sed ẽt per gr̃am prout est in electis, & perfectius q̃ in cũctis puris creaturis. Ergo nõ oportuit vel potuí mitti. Sed respondet Alber. ꝙ q̃is missio sit inter distantia, tñ ꝙa gratia habet plurimos gradus, ideo contingere põt Deum habitare in aliquo per gr̃am aliquã a quo distat respectu aliarũ gr̃arum, quarũ est capax, & non dũ habet. Licet ergo Deus inhabitaret virginẽ per gr̃am, distabat tñ ab ea quoad maiorẽ ẽt gratiam q̃ in concipiendo percepit, & per corporalem præsentiam quam prius in ea nõ habuit Missus est ergo ad Mariam angelus, videlicet nuncians ei verbum bonum. Quæ nunciatio ex missione ista fuit necessaria & congrua propter tria.

Arguit qđ non erat necessaria missio.

Rñsio.

Necessaria & cõgrua pp tria.

¶ Propter Dei venerationem.

¶ Propter virginis commendationem.

¶ Propter nostræ vtilitatis consecutionem.

¶ Quantum ad primũ fm Alber. honorabatur Deus in ista annunciatione tripliciter. Primo quantũ ad eius potentiã in eo ꝙ angelos suos ministros habuit q̃ sunt valde potẽtes Ps. 102. Omnes angeli eius potentes virtute facientes verbũ illius ad audiendã vocẽ sermonũ eius. Et q̃is solẽnior videat nũciatio, tãto magis q̃ p plures & solẽnes missos, hoc ẽ verũ, nisi illud quod nunciatur sit arcanum seu secretum hoc enim repugnat multitudini. Nõ enim dicitur arcanum quod multis est cognitum. Nec est familiariter intimarũ & amicabl̃r qđ multis ẽ prius intimatũ. Quia igit̃ istđ erat valde secretũ, nõ decuit p mltos nũciari, sed p vnum

§. 1.

Honorabat Dẽ ĩ ista missione.

ex angelis

ex angelis q̄ missus ē ad Mariā. ſ. ¶ Scđo honoratus eſt Deꝰ in iſta miſſione & annūciatione quo ad eiꝰ ſapiam in eo q̄ mō pditionis obuiauit directe p̄ viā liberatōis, qa ſicut angelꝰ malus virginē Euā decepit p̄ malā nūciationē ſic p̄ angelū bonū Deꝰ virginē Mariā docuit nunciās ei verbū bonū sūmā btitudinē inde hoibꝰ cōſequendā. Et ſic ſatis credi p̄t q̄ malus angelus q̄ nūciauit Euę verbū falsū, fuit vnꝰ ex maioribus demoniis, ita & nūcias verbū optimū Mariæ, nō fuit ex ordine inferiori, ſed de ordine Archangelorū, & forte primus illorū q̄ dr̄ princeps Archāgelorū. ¶ Tertio honoratꝰ ē deꝰ q̄tū ad bonitatē in iſta nunciatione. Vñ Dam. Magnū circa amorē hoīum clemētiæ Dei demōſtrat̄ pelagus. Ipſe. n. cōditor & dñs eā q̄', p prio plaſmate fecit reiteratione & op̄e magr̄ fuit. Et qui bonitatis ſp̄ē decepit hoiem carnis ꝑbleumate deciperet. Et monſtrat̄ bonitas & iuſtitia Dei. Nā bonitas q dē qa nō deſpexit ꝑ prii plaſmatis infirmitatē, ſed uiſcera eius cōmota sūt in ipſo cadēte manū porrexit. Iuſtitia ēt oñſa qm̄ hoīe victo nō aliū vincere fecit natura. Neque ui eripuit hoiem ex morte, ſed quē quondā p̄ pctm̄ in ſeruitutē redegit mors hunc bonus & iuſtus uictorē fecit, & ſimilē ſimili reſeruauit hæc Io. Damaſ. Et iō miſſus eſt Gabriel ad Mariā, qui interp̄rætatur fortitudo Dei, quia annunciandum veniebat eū qui eſt fortis & potēs in p̄lio ad diabolū uincendū.

§. 2. ¶ Scđo fuit neceſſaria & congrua iſta annunciatio facta b. Mariæ a miſſo ad eā pp̄ eius commendationem. Et hoc in tribus oſtenditur.

Propter uirginis cōmendationē & hæc in trib⁹. ¶ Primo quia virtus virginis manifeſtatur. ¶ Scđo quia meritum uirginis augmentatur. ¶ Tertio quia intus & extra illuminatur. ¶ Quātū ad primū manifeſtat̄ in iſta annūciatione uirtus virginis. Et primo virtus humilitatis inturbando ſe & timēdo, nō q dē p̄ irā vel deiectionē puſillanimitatis, ſed p̄ admirationē ex tāta laudatione. Sicut. n. ſu p̄borū ꝑptiū eſt ex laudibus aliorū ſe extollere ita ecōtra humiliū ē laudes horrere, & minora de ſe ſentire. Et ſic in eis virtus laudata creſcit, vt di. Sen. ¶ Scđo virtꝰ prudētię & diſcretiōis manifeſtat̄ ex eo q̄ de nūciatis ſibi q̄rit non dubitans, ſed modū pie q̄rens, inq̄t Io. in can. Nolite oī ſp̄ū credere. ſ. loquēti intus vel extra, ſed ꝑbate. i. examinate ſp̄ūs vtrū ex Deo ſint. Nā ipſe Sathanas ait Apl̄s trāsfigurat ſe in angelū lucis. ¶ Tertio manifeſtat̄ virtꝰ fidei in cōſentiēdo. Beata ait Eliſabeth q̄ credidiſti, qm̄ p̄ficient in te q̄ dicta sūt tibi a dño & b. Th. in 3. par. q. 3. Quare congruū fuit virginī nūciari q̄ eō gruum fuit b. virgini nūciari q̄ eſſet Xp̄m cōceptura, vt conſeruaret cōgruus ordo cōiūctionis filij Dei ad virginē, vt. ſ. prius mēgini angei de ipſo inſtrueret q̄ carne eū cōciperet, vñ nuntiab. Aug. dicit q̄ btior fuit Maria in cōcipiēdo fi ri, rō podē Xp̄i q̄ cōcipiēdo carnē Xp̄i. Tu ēt vt volūtanitur. ria ſui obſequij munera offerret ad q̄ prōptā ſe reddidit. Tū vt tactū ē ſup. cū cōtraheret qđ dā mīmoniū ſp̄uale inter Dei filiū & humanā naturā, p annūciationē expectabat cōſenſus uirginis loco totius humanę naturę. Scđo meritū uirginis in hac nūciatione augmētat̄, & hoc in credēdo nūcio, cū. n. aliq d nūciat credēdū q̄to illud eſt magis arduū & lōge ab humana opatione, vel ab vſu naturæ tāto magis qs meret aſſentiēdo ad credēdū. Et qa maxime arduū & inuſitatū erat virginē cōcipe, & Deū hoīem fieri, iō aſſentiēs huic rei ſibi nūciatæ, augebat & meritū. Scđo augmētatū eſt meritū in aſſentiēdo nūciato. Cū ait. Fiat mihi ſm verbū tuū. Stabat tota cœleſtis curia expectās rñſum ſuū, aui diſſime cupiebat aſſenſum ſuū. Angelus Gabriel orator p̄ cunctis beatis ſpiritibus, ſitiebat amoris ardore ad vltimū verbū ſuū. Clamabāt patres oēs in limbo, illud Eſa. Aperiat terra & germinet ſaluatorē, aperiat terra virginalis in ore ſuo p̄ cōſensū cordis corporis, p̄ vocale verbū dicēs. Fiat mihi ſm verbū tuū, & immediatē germinabit ſaluatorē Xp̄m. Quo verbo prolato reuerſus eſt angelus miſſus ad dñum ſuū totā ciuitatē lętificās nūcio. ¶ Tertio augmentatū eſt meritū in ſe Deo totaľ humiliādo dicēs. Ecce ancilla dñi, nō ait mr̄ uel filia, uel ſp̄ōſa Dei ſed ancilla. Ancilla totū qđ lucrat dño vt ſuū tribuit, ſi bona eſt ſeruit in cūctis ac reuerēt dñm ſuū, ſic b. Maria. Quantū ad tertiū. ſ. q̄ intus & extra illuminatur in iſta nunciatione. Fuit. n. illuminata in potētiis ſenſitiuis p̄ allocutionē & viſionē angeli. Si. n. angelus appares paſtoribus cū magna claritate ſe illis oñdit ad annūciādū Xp̄m natū, multo magis credēdū ē apparuiſſe cū magno ſplēdore uirgini, q̄ conceptura erat nō luce q̄ oculos offenderet, vt offendit aſpicięs in ſphērā ſolis, ſed luce reficiēte ui ſū & oēs ſenſus. Illuminata eſt in potētiis mediis. ſ. imaginatiuis & cogitatiuis circa quas multū operat miniſterū angelorū in purgādo phātaſmata, & ſuggerēdo bonas imaginatiōes quas āt cogitationes ſētiſſimas q̄ altiſſimas q̄ feruidas erga diuina hr̄et, ipſa ſola nouit, nobis āt incognita sūt. Quantū āt ad vltimas potētias. f. intellectū & volūtatē, per inſpiratiōnē Deꝰ opabat, q̄ ſolus in volūtate opat̄, & aīæ illabit. Vñ dicit Alber. Deꝰ ē in hac miſſione negotii inuētor p̄ ſcipsū ſaluationis dictator, intelligētię iſpirator & mētis ad cōſensū puocator, modi executionis expoſitor, vnde angelus requiſitus

requisitus de modo, transmisit eā ad. ſſ. dicens. Spiritusſanctus ſuperueniet in te, qui. ſ. modū docebit & ſeruabit, vnde nihil in hoc ab angelo illuminationis accepit, ſed a Deo.

§. 3. ¶ Tertia fuit neceſſaria, iſta miſſio & nūciatio ſic facta ad nr̄æ vtilitatis conſecutionē. Et hoc tripl'r. ¶ Primo ad fidei confirmationē. ¶ Scdo a deuotionis accenſionē. ¶ Tertio ad actuū informationē. ¶ Quantum ad primū fides confirmatur in nobis ex hoc q̄ origo exordiū & proceſſus nr̄ę redēptionis ſeriatim & ordinate deſcribit, & ſacri euangelii teſtimonio cōprobat. Fides. n. ex auditu (ait Apl's, ad Ro. 10.) Auditus aūt per verbū X̄pi prædicatū & in ſcriptis euangeliorū redactū, & per miracula multa approbatū. Cū aliqs audit ordinate aliq̄ hiſtoriā enarrari & deſcribi prouinciā & ciuitatē ubi res geſta eſt, & quo tpe, & qb. p̄ſonis, & qbus locutionibus, & rñſionibus & exēpli notis, nō ſolū confirmat̄ ad credendū illa, ſed quaſi cogitur probabiliter q̄ monſtrari aliter nō p̄t, & cū referunt̄ a perſonis grauibus & iuſtis. Cum iſta enarrata ſint ab euāgeliſtis, diſcuſſa approbata per Apoſt. ſanctos operatores prodigiorū, confirmat̄ ex his fides magis in nobis q̄ ſi ſolū audiremus incarnationē ſed non ordinē eius. ¶ Quantum ad ſm deuotio accenditur cū toti humano generi mediante beatiſſima virgine Maria p̄fecta pax & reconciliatio nunciatur. Et humana natura Deo & angelis inimica abiecta a Deo prior ēt per angelū ſalutatur. Cert̄e ſi quis dñs recepiſſet magnas iniurias a ſeruis ſuis rebellantibus ſe ab eo, & inimico eius adherentibus, qui ſerui in nullo p̄nt ei dño nocere, nec eget eis ſed ipſi ſine eo uiuere non p̄nt. Si talis dñs mitteret ad ſeruos illos vnum ex principibus ſuis ad ſalutandum eos oñdens ſe velle eos reconciliari ſibi, & facere eos familiares & regni ſui conſortes, nōne ſine dubio accenderent̄ ad deuotionē & affectionē eius ſicut ait Apoſt. Ro. 5. Cōmendat Deus. i. cōmendabilē oñdit charitatē ſuā in nobis, qa cū inimici eſſemus recōciliati ſumus. Et ideo miſit vnū de principibus. ſ. Gabrielem ad ſalutandū virginē, vt in ea & per eam fieret reconciliatio nr̄a per incarnationē. ¶ Quantum ad tertiū Actus nr̄i in iſta nunciatione informantur. Nam per illud qd̄ beatiſſima virgo geſſit qñ ad ipſam angel⁹ venit & p̄ id qd̄ angelo dixit, & p̄ illud quod p⁹ receptionē plenitudinis fecit inſtruimur quales debemus ad gr̄am habendā præparari, videlicet primo vt ſimus ſeparati a turbis clauſi in interiori domo conſciæ, clauſi a ſenſibus & ſenſibilibus & clauſo oſtio. ſ. ſenſuum ora patrem tuum, ait Chriſtus Mat. 6. Et cum timore audire diuinas inſpirationes q̄ fiūt per angelū vt loquentē. Audiā, inquit p̄s 84. quid loquat̄ in me dñs Deus, qm̄ loquet̄ pacem. Ad hoc inſtigat vt reconciliet̄ hō cum Deo ſuo. Sic Maria nō in turba, vel platea inuēta eſt ab angelo ſed in domo non ad feneſtrā vel oſtiū ſed in cubiculo orans vel legens ad verba angeli timens. ¶ Scdo inſtruimur qualiter gr̄am receptā augmētare debeamus, videlicet interrogando de vtilibus, humiliando ſe in oīb⁹ & obediendo diuinis iuſſionibus & inſpirationibus. Sic. n. Maria poſt ſalutationē interrogauit angelū de mō cōceptionis. Ancillā ſe noīauit diuinæ volūtati obediuit dicēs. Fiat mihi ſm verbum tuū. ¶ Tertio inſtruimur qūo auctā gr̄am conſeruemus, videlicet ſp aſcendendo de bono in melius. Nā ſm b. Ber. In via Dei nō proficere eſt deficere, ſaltem diſpoſitiue. Et Chryſ. Nemo repetente fit ſummus, ſed a minimis quiſq; inchoat vt ad maiora perueniat. de pē. diſt. 2. Sic b. Maria poſt conceptū filij aſcēdit in mōtana. ſ. virtutū proficiendo, & ad Eliſabeth ſeruiendum proficiſcendo. ¶ Queritur in quo actu fuerit b. Maria qñ ſalutata fuit ab angelo. ¶ Vtrum in actu contēplationis vel actionis. Et vr̄ q̄ in actu contēplationis. Nam ad cōtemplationē pertinet qd̄ dr̄ in Thren. Sedebit ſolitarius & tacebit & leuabit ſe ſuper ſe. Dicit. n. phūs q̄ aīa ſedendo & quieſcendo fit prudēs. i. ſapiens. Sed b. virgo Maria in concipiendo debebat fieri virgo prudentiſſima & mr̄ ſapientiæ, Ergo congruebat ei ſedere mente, & quieſcere, quod fit per contemplationem. Cum ēt dñs appropinquaret in illo myſterio beatiſſime virgini deſcendendo, & ipſa debuit obuiare ei aſcendendo. ſ. eleuando ſe ſuper ſe per cōtemplationem ſm illud Amos 4. Præparare in occurſum Deo tuo. Nam nobiliſſima operatio fuit conceptio filii Dei, ideo debuit fieri in nobiliſſimo ſtatu qui eſt ſtatus cōtemplationis. Præterea dantis & recipientis debet eſſe adinuicem conuerſio, ſm illud Can. Dilectus meus mihi, i. a me diligitur, & ad me conuerſio eius vt me diligat. Anima aūt habet duas facies ſm rōnem, ſ. partem ſuperiorē & partem inferiorem. Superiorem. ſ. ſecundū q̄ ſuperioribus inſpiciendis & conſulendis inhæret. Inferiorem ſecundum q̄ inferioribus tractandis & diſponendis intendit. Si ergo Dei & beatiſſimæ virginis tanq̄ dātis & recipiētis dēt adiuicē fieri cōuerſio, neceſſariū eſt q̄ ſm illā partē cōparet ſm q̄ ad Deū aīa conuertit̄. ſ. ſcdm partē ſuperiorē, qd̄ pertinet ad contēplationē. ¶ Sed q̄ fuerit in actione, tunc b. Maria, ſ. deſcendendo per humiliationem ſui. Vr̄ ex hoc quod

Propter noſtram vtilitatē, & hoc eſt tripl'r

Quærit in quo actu beata Maria fuerit qñ ſalutata fuit.

quod dr̃ Can̄.1. Cū eēt rex in accubitu suo.f. quiescendo in virgine p incarnationē nardus mea dedit odorē suū. Nardus est herba medicinalis parua & multum odorifera,& significat beatā virginē,parua p humilitatē medicinalis per curationē infirmitatum spiritualiū & corporalium. Odorifera per exemplorum vitæ suę diffusam suauitatem. Et sic videtur q̄ humilitas beatæ Marię fuerit præparatoria ad cōceptionē. Vñ.& b. Aug. dicit q̄ humilitas genuit nobis Deū. Humilitas āt ē in descēdēdo, q̄a recūbit in nouissimo loco inferiorē se aliis existimās. Sicut aūt ascensus ē in cōtēplatione, q̄a eleuat se supra se, ita humilitas videt eēt in actiōe descendendo ad inferiora, q̄a humilis dicitur quasi humi accliuis. Item Gen.9. dixit Abrahā. Loquar ad dn̄m meū cū sim puluis & cinis. Ergo puluerizatio & incineratio qua se hō humiliat & annihilat ē prę paratio qua hō loquat̄ cū Deo & Deus cū eo. Sed Deus in hoc mysterio familiarissime locutus est cū virgine in ipsa salutatione, ergo maxime debuit inclinari & humiliari. Qd̄ ēt patet se feciſſe ex vltimis verbis cū ait. Ecce ancilla dn̄i. Non ait mater vel spōsa vel filia: sed ancilla quo statu. s. ancillarū nil infimius vel vilius hoc āt. s. humiliando se fit descēdēdo, ergo in actione erat. Exercitiū. n. moraliū virtutū cuiusmodi ē humilitas, pertinet ad vitā actiuam ſm bea. Tho. se. Si enim Deus humilibus dat gr̄am suam. (vt ait Petrus Apostolus & Iaco.) ergo maxime humili dat maximā gr̄am. Sed maximā gr̄am dedit Deus beatæ virgini in conceptione filii, ergo tūc maxime humiliata fuit. Solutio Alb. vbi supra, cuius ēt sunt rōnes pro & cōtra. Cō cedimus q̄ beata virgo fuit in ista annunciatione in actu contemplationis. Sed cum quęrit̄ per quē actum ad gratiam istam maxime p̄parare t̄ dicimus q̄ b. Virgo in hac annūciatione in summo puræ creaturæ eleuabat̄ causaliter in sūmā potestatē, in sūmā dignitatē, in sūmā charitatē. In sūmam potestatē eleuata fuit eo q̄ super naturam Deū genuit. Et ad hāc potestatem eleuauit eā fides, iuxta illud oīa possibilia sunt credenti Mar.9. Vnde Helisabeth Beata quę credidisti, qm̄ perficiēt̄ur in te quæ dicta sūt tibi a dn̄o Lu.1. In sūmā dignitatē eleuata est, eo q̄ totius creaturę per recreationē mater effecta est. Et ad hanc dignitatem eleuauit eam humilitas, ſm illud Matth. 23. Qui se humiliat exaltabitur, & quāto magis se humiliat, tāto magis exaltatur. Vnde q̄a filiꝰ eius Iesus sūme humiliauit semetipsum factꝰ obediēs vsq; ad mortē crucis, (vt ait Apostolus ad Phil.2.) Mortē ignominiosissimam. Ideo Deus exaltauit illum & dedit illī nomen quod ē sup omne nomē &c. Et q̄a post eū mater eius maxime se humiliauit, ideo exaltata fuit ad hoc, vt sit mater totius creaturæ, exaltata sup oēs choros angelorū. In sūmā charitatē eleuata est p hoc q̄ Deo in omni ꝓpinquitate propinq̄ssima fuit, vt pote quia eius filia, mater, soror, & sponsa fuit. Et ad charitatē eleuauit eam charitas, ſm illud Prouer.8. Ego ait sapientia diligentes me diligo. Et q̄a charitas est ignis cōsumans & deficcās omnē humorē carnalitatis vt sibi cōtrariū. Ideo castitas eius eleuabat eā ad sūmā cū Deo familiaritatē, ſm illd̄ Sapi.6. Incorruptio facit proximū Deo. Inter istas ergo virtutes præparantes beatā virginē ad istā conceptionē. Fides eleuauit potentiam rationalē, humilitas potentiam irascibilē siue ardui appetitiuam, & charitas affectiuam, virginitas ex parte corporis præparabat generatiuam susceptiuam. Et sic tota eleuabat quę tota replebatur, & tota glorificabatur. Si aūt quæriī vtrū istis motibus simul moueretur. Dicimus q̄ nō. Sed aliæ virtutes præparabant suas potentias eleuando habitualiter. Charitas aūt tanq̄ forma aliarum & vinculum perfectiōis ex pte beatissimę virginis, fecit coniunctionem actualiter. Vnde charitas fuit complemētū vltimum ex parte susciꝑientis, sicut & complementū vltimū ex parte dantis & mouētis ad mouendum & dandum. Vnde Hugo de sancto victore. O charitas q̄ forte ē vinculū tuū. Tu Deū de cęlo ligatū traxisti ī mūdū. Ad obiecta ergo Rn̄. q̄ ascēsioni p cōtēplationē nō cōtrariat descēsus p humilitatē. Sed descēdere ad opa actionis ꝑpter Deū hoc ē ascendere p humilitatē ad deū. Vñ Anſ. in li. de similitudinibus assimilat humilitatē monti q̄a p eam ascēdit ad Deū p quosdam gradus. Et hoc mutuo se consequuntur; q̄a quāto magis q̄s eleuatur in cognitionem Dei tāto magis descēdit in hūiliationē sui q̄a quāto magis videt magnitudinē Dei, tāto magis respectu eius cognoscit vilitatē, & paruitatem sui. Vñ ps. 115. Ego dixi in excessu meo. s. Deū cōtēplādo. oīs hō mēdax. i. q̄a non sit. Et Esa. 64. Oēs iustitiæ nostrę quasi pānus menstruatæ, quo nihil abominabilius dicit ꝑt, vñ frequēter legit̄ de ꝓphetis, vt Daniel & Ezech. q̄ qñ diuina cōspiciūt in terā cadūt. & Diony. dicit q̄ tenebræ occultant̄ a lumine & magis a multo lumine. Et sic patet q̄ p humiliationem descēsus ñ ꝑpedit cōtēplatiōis ascēsū. Erat ergo beatissima virgo in ipsa annūciatiōe & cōceptiōe in sūmo cōtēplatiōis ascēsu tota p dilectionē ī Deū transformata. Et notādū q̄ Beda sup illd̄ Lu.11. Beati q̄ audiūt verbū Dei &c. dicit

Questio

Resp: ad obiecta.

hoc

hoc in loco beatæ Dei genetricis excellentia cõ mendatur, quia in tanta ſpeculationis cuſtodia domino famulabatur ꝙ ipſius humilitati & ſanctitati nullus ſanctorum cõparatur, ſed & tota ſanctorum beatitudo ex gratioſę virginis vtero proceſſit. O ueneranda domina electa & præelecta, quę mater eſt & virgo eſſe non deſinit. O admirãda puella quę ſaluo virginitatis pudore ſuum genuit genitorem. O fælix ancilla quæ creatorem & gubernatorem genuit vniuerſorũ, & virgo permanſit in æternũ. O benedicta mater quæ inferni vaſtatorem, cœli reparatorem, noſtrum ſaluatorem, mundi redemptorem, Deum omnipotentem, dominum cœli & terræ & omnia continentem ſuo protulit ex vtero. Angelorum lętitiam, hominum vita, cęlorum gloriam, ſanctorum coronam, paradiſi lucernam. O beata fœmina qui regis vniuerſorum mater eſſe meruit. Sedet in gremio virginis matris qui trinam rerum machinam palmo concludit. Gaudet itaque mater quæ tantum ſe habere filium contemplatur. O admirandum magnæ pietatis miraculum. Hęc Beda.

¶ *Alius ſermo de miſſione in genere.* *Cap.* 9.

Miſſio ꝙd importat.

MIſſus eſt ad Mariam virginẽ Lu. 1. Miſſio alicuius ad aliquẽ importat quendã ꝓceſſum ſeu emanationem ipſi⁹ miſſi a mittẽte. Et quia pater æternus a nullo procedit, ideo non dr̃ mitti ad creaturam, nec vſquam legitur miſſus. Similiter trinitas non dr̃ mitti, qa includit perſonam patris quæ non mittitur. Sed quia filius Dei procedit a patre, ideo mitti tur a patre, & mitti dr̃ in mundũ, ad Gal. 4. Miſit deus filium ſuum. Spiritus quoq; ſanctus, q ꝓcedit a patre & filio mitti dr̃ ad ſanctificandam creaturã Io. 16. Mittam vobis a patre ſpiritum veritatis. Angeli quoq; a Deo ſæpe mittuntur ad diuerſa officia. Hebr. 1. Omnes ad miniſtratorii ſpiritus ſunt in miniſterium miſſi eorum qui hęreditatẽ capiunt ſalutis. Quod ergo dr̃ Miſſus eſt ad Maria virginem ſecundũ Alber. poteſt intelligi de angelo & de ſpũ ſancto, & de Dei filio in iſta annunciatione, ſed aliter & aliter. ¶ Primo miſſus eſt Dei angelus ad Mariã, vt reparationẽ noſtrã de ea intimaret. ¶ Secundo miſſus eſt Dei ſpiritus ad Mariã vt prẽparationem ad hoc adaptaret. ¶ Tertio miſſus eſt altiſſimi filius ad Mariam.

¶ Quantum ergo ad primum de miſſione angeli in hoc ſermone ſciendum, ꝙ iſta annũciatio fuit ſuprẽma & finis & complementũ omnium annũciationum prophetalium de incarnatione loquentium, & quia beatitudo quæ annunciatur im mediate beatæ Mariæ & in ipſa & ꝓ ipſam annũciat toti humano generi cõſequenda per incarnationẽ cũ hõi in hoc fuerit vt recipiens eã, nõ decuit, vt hõ h⁹ eſſet nuncius. Hoium ẽt eſt recipere illuminationes, angelorum aũt eſt annũciare. Sed & cum nullus hominum fuerit ſuperior b. Maria, ſed ipſa omnes excelleret. Inferiorum aũt eſt recipere illuminationes a ſuperioribus apparet ꝙ non debuit iſta reuelatio vel annũtiatio incarnationis fieri per hoiem, cum quilibet eſſet inferior virgine. Et ſi diceret ꝙ eadẽ rõne non debuit fieri ẽt per angelũ, qa fuit maior angelis perfectione gratiæ ſuper eos exaltata. Rñ. b. Tho. in 3. parte. q. 30. ꝙ mater Dei erat ſupior angelis q̃tum ad dignitatem ad q̃ diuinitus eligẽbat. Sed q̃tum ad ſtatum vitæ prẽſentis inferior erat angelis, ſicut ẽt Chriſtus pp paſſibilitatem aſſumptam, dr̃ paulo minus angelis minoratus. Sed qa Chriſtus erat viator ſiſ & comprehenſor, ideo non egebat q̃tum ad cognitionem diuinorũ ab angelis inſtrui. Mater autem Dei in via nondũ erat in ſtatu comprehenſorũ, & ideo de conceptu diuino erat per angelum inſtruenda. ¶ Fuit ergo ad hoc miſſus Angelus Gabriel & hoc triplici rõne ſm bea. Tho. in 3. parte. q. 30. Fuit conueniens myſterium incarnationis annunciari ꝑ angelũ miſſum, vt dr̃ in euangelio. ¶ Primo vt in hoc ſeruaretur diuina ordinatio ſm q̃ mediantibus angelis diuina ad hoies prouenirent, vñ oẽs reuelationes diuinorũ factæ ſunt miniſterio angelorũ, vt patet in Dañ. & Apoc. 12. c. & lege diuina data per angelos ſm Apl̃m. Vñ Diony. dicit in lib. cæleſtis hierarchię. 4. c. ꝙ diuinũ Ieſu benignitatis myſteriũ angeli primũ edocti ſunt, poſtea per ipſos ad nos cognitionis gr̃a tranſiuit. Sic diuiniſſimus Gabriel ad Zachariã quidem dicebat ꝓphetã eſſe venturũ ex ipſo Mariã autẽ qũo in ipſa thearchicũ ineffabilis Dei formationis myſteriũ. Nec ẽ cõtra qđ ait idẽ Diony. c. 7. ſ. ꝙ Xp̃o aſcẽdente angeli quærũt de ipſo. Quis eſt iſte q venit de Edom. Eſa. 53. quaſi ignorãtes myſteriũ incarnationis. Non. n. quærũt quaſi ignorãtes tale myſteriũ, ſed pfectius ſcire cupiẽtes huius myſterii rõnes q̃ ſunt incõprehenſibiles intellectui creato ſm b. Tho. vbi ſupra. Vñ Maximus dicit vtrũ angeli cognouerint futurã ĩcarnationẽ ãbigere n oportet, latuit aũt eos inueſtigabilis dn̄i conceptio atq; modus qualr̃ totus in genitore totus manebat in oĩbus, nec non & in virginis cellula. ¶ Scda rõ eſt, q̃a cõueniens fuit reparationẽ q̃ futura erat per Xp̃m nũciari per angelũ (vt cor

reſponderet

reſpõderet repatio lapſu, vt ſicut p angelũ (ſed malũ) nũciatũ ẽ verbũ feminæ. ſ. Euę vñ ſęcuta eſt mors, ſic p angelũ bonũ nũciaret verbũ Mariæ, vñ repata eſt vita. Et hoc eſt qđ dicit Beda in Homel. Aptũ hũanæ reſtaurationis principiũ vt angel⁹ a Deo mitteret ad mulierẽ ptui cõſe crãdã diuino, ꝙa prima perditionis humanę cã fuit, cũ ſerpẽs a diabolo mittebat ad mulierem ſpũ ſuperbiæ decipiẽdã. Põt & huic rõni addi, & hoc ꝙa cum ex ipſa reparatione hũani generis p incarnationẽ reſtaurabant & ruinę angelorũ ex hoibus aſſumẽdis in eorũ cõſortiũ fuit decẽs ꝙ ẽt angeli cõcurrerent in hoc myſterio, videlicet nũciando ipſum. ¶ Tertio rõ ẽ, ꝙa cõueniebat hoc virginitatis mris Dei. Oẽ. n. aial diligit ſibi ſimile, & delectabiliter cõuerſat cũ eo, ouis cũ oue, hõ cũ hoies, iniquus cũ iniquo, caſtus & innocẽs cũ pudico & ſcto, hãc rõnẽ tangit. b. Hiero. in ſermone de aſſumptiõe dicens. Bene angelus ad virginẽ mittit, ꝙa ſemper angelis cognata eſt virginitas. Profecto in carne eẽ, & ꝑter carnem viuere. i. in virginitate, non terrena vita eſt, ſed cæleſtis. Hęc ille. De vita. n. cæleſti dr & in futura reſurrectione neq; nubent neq; nubent, ſed erunt ſimiles angelis dei Mat. 22. Et alius dicit. Virginitas ſoror angelorum. Apte ergo miſſus eſt angelus virgo ad Mariam virginẽ deſponſatam Ioſeph virgini.

§. 2. ¶ Sed nunc videndum eſt circa ipſum nunciũ de quo ordine miſſus eſt.

De quo ordine miſſus ẽ. ¶ Secundo in qua ſpecie miſſus eſt.
¶ Tertio in quo tempore miſſus eſt.
¶ Quarto in quo loco miſſus eſt.
¶ Quinto qua locutione vſus eſt.

¶ Quãtũ ad primũ cũ ſint ordines. 9. in cæleſti hierarchia, de quo illorũ miſſus ſit dicendũ & q̃dã dixerũt circa hoc fuiſſe hũc Gabrielẽ de ſupmo ordine. ſ. Seraphin, mouet ad hoc, ꝙa. bea. Greg. dicit ꝙ sũmũ angelũ venire dignũ erat ꝙ sũmũ oium nũciabat. ſ. dñm incarnãdũ, Gabriel. n. ſiue ſit nomẽ ꝓpriũ alicuius angelis, ſiue nomẽ cõe deſignãs officiũ ad qđ mittitur, nõ exprimit magis vnũ ordinẽ q̃ alĩũ. Si enim Seraphin miſſus fuit ad Eſaiã ad purgãdũ calculo ignito labia eius. Eſa. 6. Quare nõ multo magis ad virginẽ ſignificãdũ purgationem totius mũdi? Et ſi dicat illũ miſſum ad Eſaiam nõ fuiſſe de ſupmo ordine, ꝙa illi nõ mittunt ſed ſemp aſſiſtũt ſed dictus eſt Seraphin ex exercitio ad qđ miſſus fuit. ſ. in cẽdẽdũ mentẽ illius & locutionẽ. Poſſet dici ꝙ hoc eſt de communi lege ſupræmos ñ mitti. Secus ex aliqua cã ardua & maxima vt fuit myſteriũ incarnationis. Sed coſor opinio eſt ꝙ fuit iſte de ordine Archangelorũ, ꝙ & b. Ber. dicit. Hoc exꝑſſe notat Aug. in quodã ſermone in quo inducit beatã virginem ſic loquẽtẽ. Venit ad me Gabriel archangelus facie rutilãs, veſte corruſcãs, inceſſu mirabilis, & aſſignat tres rõnes, vñ eccleſia canit. Archãgelũ Gabrielẽ credimus tibi diuinitus aflatũ. Et iterũ in officio. Gaude Maria virgo quæ Gabrielis Archãgeli dictis credidiſti, & ipſe be. Gre. ait in Homel. ꝙ Archangeli ſunt ꝙ sũma nũciãt, vñ credibile eſt ſm b. Tho. vbi ſupra ꝙ fuit iſte sũmus in ordine Archãgelorũ & ſic põt intelligi dictũ b. Greg. cũ dicit ꝙ debuit venire ad annũciãdũ sũmũ angelũ, non reſpectu oium ordinũ, ſed reſpectu angelorũ & Archãgelorũ. Gabriel aũt dr ꝙ interptat̃ fortitudo Dei ꝙa nũciabat dñm fortiſſimũ in tem plũ ad demones expugnãdos. Dicit ãt Alber. vbi ſupra. ꝙ iõ iſte angelus nõ fuit de maioribus ſed archãgelus, qđ factũ fuit in honorẽ nẽ b. Marię, ꝙa ſiqs de ſupioribus mitteret, ab illo illuminari crederet, de inferioribus ãt mittit vt oſtẽdat ꝙ angelus tñ eſt myſterialis negocii nũcius, & exterior delator. Deus ãt ꝑ ſe ipſum eſt negocii inuẽtor, & intelligẽtiæ inſpirator & mẽtis ad cõſenſum illuminator, nihil ergo illuminationis in hoc ab angelo virgo accepit, vñ in euãgelio angelus dr ꝑ totũ, non archangelus ad tollendam talem opinionem.

§. 3. ¶ Secundo videndum eſt in qua ſpẽ miſſus eſt angelus ad Mariã ſm b. Tho. 3. ꝑte. q. 30. ꝙ in ſpẽ corꝑali apparet hoc cõueniẽs fuit. ¶ Primo quantũ ad id qđ nunciabat. Venerat. n. angelus nũciare incarnationẽ inuiſibilis Dei, vñ ẽt cõueniens fuit vt ad hmõi rei declarationẽ in uiſibilis creatura. ſ. angelus in ſua ſubſtantia inuiſibilis oculis nr̃is corporeis formã aſſumeret in qua viſibiliter apperet. Cũ ẽt omnes apparitiones veteris teſtamẽti ad hanc apparitionẽ ordinent qua filius Dei in carne apparuit. ¶ Sed o hoc cõgruũ fuit dignitati matris Dei, q̃ non ſolũ mente, ſed in corporeo ventre erat Dei filiũ receptura, & iõ nõ ſolũ mẽs eius, ſed ẽt ſenſus corꝑei erat viſione angelica refouẽdi. ¶ Tertio cõgruit certitudini eius qñ nũciabat. Ea. n. q̃ ſunt oculis ſubiecta certius apprehẽdimus, q̃ ea quæ imaginamus. Vñ dicit Chry. ſup Mat. ꝙ angelus nõ in ſomnis, immo uiſibiliter virgini aſtitit. Nã ꝙa magnã valde relationem ab angelo accipiebat egebat tantę rei euentus viſione ſolemni. ſ. corꝑali. Quãuis autẽ intellectuali viſio ſit potior q̃ viſio imaginaria vel corꝑalis, tñ be. Augu. dicit ꝙ eſt excellentior viſio ſeu ꝓphetia q̃ habet ſimul intellectualẽ & imaginariã viſionem q̃ illa q̃ habet alterã tm̃. Beata autem virgo nõ ſolũ prẽcepit viſionẽ corꝑalẽ in angelo nũcio, ſed ẽt in

tellectualem

tellectualē illuminationem, vñ talis apparitio nobilior fuit. Et adhuc nobilior fuisset si angelū intellectuali visione in sua substantia vidisset, sed hoc nō patiebat status eius cū eēt viatrix. Non.n. viator hō angelū p essentiā videt.

In qua spē angelus apparuit.

¶ Apparens aūt angelus in spē corporali q̄ ipse assumpsit ex aere densato, se obtuli virgini in humana forma magis quā in alia forma corporea. Et rō est ſm Alber. vbi supra qa virgo sensibiliter ab angelo illuminari debuit. Illuminatio aūt sensitiua ad cognitionē sit mediāte locutione, ergo mediū illuminationis debet eē locutiuū, sed nullū sensitiuū est locutiuū nisi hō. Et iō decuit vt ipse in spē humana non alia appareret, vt sicut nobilissimum intellectiuū erat qđ illuminabat eā interius. ſ. Deus, sic nobilissimū esset instrumentū per qđ illuminabatur exterius. ſ. species humana. Et hæc forma hūana fuit in sexu virili ſm Alber. quod patet ex verbis. b. Amb. dicētis super Lu. Trepidare virginū est, & ad oēs viri ingressus pauere, & oēs viri affatus vereri, quod iō dicit, qa euāgelista ait, q̄ turbata ē in sermone angeli, quia spē viri habebat. Patet ēt hoc ex eo q̄ in oibus aliis apparitionibus angelorū figuratiuis huius annuntiationis angeli apparuerūt in forma virorū. Vñ qñ apparuerūt tres viri. i. angeli Abrahæ Geñ. 18. Rō etiam huius ē ſm Alber. quia sexus fœmineus nō est illuminatiuus, sed magis illuminabilis ſm Apostolum dicentē Mulieres in ecclesia taceant, sed domi viros suos interrogent. Caput. n. mulieris est vir. Vñ cum illuminans inq̄tum hmōi dignior sit illuminato, potiꝰ illuminatio fieri debuit beatæ Mariæ in sexu digniori. ſ. virili quā fœmineo.

Quare in sexu virili quā fœmineo.

Quare forma hūana & virili.

¶ Missus aūt angelus apparuit in forma humana virili mō quidem ī etate puerili nec senili, sed iuuenili. Cuius ratio est ſm Alb. quia senex inq̄tū hmōi dicit defectum, & similiter puer, sed iuuenis dicit nouitatē cum pfectione. Hic autē nunciabat ille qui fuit nouus ſm humanitatem, pfectus ſm diuinitatē. Ergo in spē iuueni li debuit nunciari. Et ad idē facit qđ dicit Dion. dicens. Signa innouantis & semper vitalis virtutis. Innouātis ecce nouitas humanitatis. Semper vitalis virtutis ecce æternitas deitatis. Et sic iuuenile nomē complectit humanitatē æternāq; deitatē quā vtranq; Xps nunciatus habuit. Congruebat ergo forma iuuenilis illuminationi sensibili, nō aūt pueri vel senis forma qa pueri nō perfecte vtunt discretione sensuū & senes deficiūt ſm sensum. Neutra ergo ætas conueniebat illuminationi sensibili, vbi necessaria est & discretio sensuū & vigor organorū.

Quo habitu missus est.

Techni, ꝙ corpus euchraticum est ex albo & rubeo mixtum, & similiter a Constantino in Pantechin. Et hunc cõcedimus ī corpore beatissimę uirginis fuisse. Et licèt color niger sit magis usui congruus alteri ad uidendum. Nõ tamẽ est magis determinatus corpori Euchratico ad habendum. Color. n. corporis est principaliter ad corpus proprium uenustandũ, & suam complexionem ostendendum. Item cũ uisus delectetur in pulchro & luce proportionabili, delectabilior & delitiosior ad uidẽdũ lumen si est color Albus mixtus cum rubore q̃ nigredo. Nec obstat ẽt ꝙ colores extremi sunt magis sensitiui. Illa. n. prę eminẽtia sunt respectu alterius uidẽtis. Ista autem respectu habentis. Natura autẽ (ut dicit philosophus) magis intẽdit sibi nisi sit ebria. Et ideo color corporis magis debet determinari secũdũ cõgruẽtiam sui subiecti q̃ respectu alieni, unde de Christo filio uirginis dicitur Canti. 3. Dilectus meus candidus & rubicundus. Et in anima quidem color candidus designat puritatẽ secũdũ doctores, Rubeus aũt charitatẽ. Quæ uirtutes puritas & charitas fuerunt in uirgine in summo. Ea. n. puritate nituit qua maior sub deo nequeat reperiri secũdũ Anselm. s. in humana natura. Nam filius eius erat deus, & ideo maior in eo, qa nec originale. De charitate, dicit b. Hiero. Totã incandiduerãt eam diuinus & ardor cõtinuus in ea, & ebrietas p fusi amoris. Ignis autem coloris rubei est, & ebrietas Rubeum facit &c. ¶ De colore capillorum sciendum ut allegat Albertus magnus Constãtinus in Pantechni posuit tres causas capillorum dicens Capilli caput custodiũt & defendunt & honestant quibus si careat homo maxima est inhonestas, & præcipue ī mulieribus quoad caput. Et iuxta hoc fecit natura corpori iuuamẽta & ornamẽta. Causa aũt quare masculi barbescunt & non fęmine, est quia masculi sũt calidiores, in quibus fumus qui est pilorum natura magis augmentatur, quem quia natura non sufficit expellere, expellit per duo loca per caput & barbam, unde fit ut fęmine calidissime barbescere uideãtur & ecõuerso in masculis frigidis, unde nõ barbescunt Eunuchi, quia perdiderunt mẽbra calidiora. Pili ergo isti facti sunt a natura ut essent iuuamẽta & ornamenta. Et ex hoc patet ꝙ tres sunt causę pilorum. Expulsio superfluitatis fumosę in natura, & defensio a calore frigore & ornatus capitis. ¶ Secundũ aũt auctores medicinę quatuor sunt colores capillorũ, scilicet niger, Rubeus, Glaucus & Canicies. Cum aũt Glaucus constet ex humore abũdãte melanchonico, Canicies autẽ ex nimia defectione naturalis coloris & ex effectu putridiflegmatis, ꝙ plurimũ fit in senibus, de his duobus nõ fit quæstio, sed tñ de Nigro & Rubeo. Nam uidetur ꝙ capilli ad ostendendum meliorem complexionẽ corporis debeãt esse magis Rubei q̃ nigri, quia dicit Galienus Rubedo attestatur sanguini, nigredo aũt melancholicæ uel cholericæ complexioni. Ergo cũ nobilior sit cõplexio sanguinea q̃ cholerica color attestãs sãguini. s. Rubeus nobilior erit q̃ attestãs cholericæ ut niger. Ergo nobilior erit rubedo q̃ nigredo, & sic in nobiliori corpore erit rubedo. Et sic cõcludit secũdũ Galienũ ꝙ in optimo cõplexionato cerebro, capilli debẽt esse Rubei. Ecõtra uidet ꝙ in corpore euchratico. i. optime cõplexionato capilli potius debẽt esse nigri q̃ Rubei. ¶ Et primo q̃ tum ad utilitatẽ capillorũ quæ est expulsio fumosę superfluitatis iuuatiua. Quęcũ q; aũt superfluitas magis est nociua, illius expulsio magis est iuuatiua. Sed cholericũ incẽsum & sanguineũ adustũ magis est nociuũ q̃ sanguis non adustus, ergo magis est iuuatiua hujus expulsio q̃ illius. Sed ad istius expulsionẽ sequit gñatio capillorũ nigrorum nõ rubeorum, ergo quantum ad illam cãm corpus euchraticum magis debet habere capillos nigros q̃ rubeos. Similiter quantũ ad defensionem. Capilli. n. nigri fortiores sunt q̃ Rubei. Similiter quantũ ad ornamentum, pulchrior est. n. & aptior ꝓportio extremi ad extremũ, q̃ medij ad extremũ. Opposita. n. circa se posita magis eluescũt, ergo suppposito colore Albi & Rubei in cute magis uenustat in capilhs nigredo q̃ albedo uel rubedo. Item q̃ tum ad signatũ rubedo attestatur mobilitati & infidelitati, nigredo stabilitati & firmitati, quia correspondet elemento, quod est terra. Vnde & Constantinus doctor in medicina de æquali cõplexione & significatione eius dicit, ꝙ corpus æquale neq; est multũ macidũ neq; pingue. Color aũt eius iter albũ & rubeũ medius Pili aũt in infantia rufi, in pueritia & iuuẽtute nigri. Et sic esse uidet cõtrarietas inter Galienũ & Cõstãtinũ de colore capillorũ in corpore æquali, qa Galienus dicit esse rubeũ Cõstãtinus nigrũ. Similiter inter illos q̃ loquuntur de corpis pulchritudine diuersa sentiunt de colore capillorũ unus. n. dicit Fęmineum plene si uis formaꝫ decorẽ. Crinibus irrutilet nitet aurũ uult dicere ꝙ capilli debẽt esse aurei coloris q̃ tẽdit in rubeũ. ¶ Alter dicit spectandum nigris oculis, & in Canticis, ubi describitur pulchritudo spiritualis per exterio-

rem

De distinctione capillorum.

De colore capillorum.

Rubedo in pillis mobilitatem & in fidelitatẽ signat, Nigredo uerò stabilitatem & firmitatẽ.

rē cōpositionē dr̄. Comę eius sicut elate palmarū nigræ quasi coruus. Et sic vr̄ ꝙ nigredo in capillis pertineat ad pulchritudinē. Itē soboles sēcūdū cōplexionē innatā solet assimilari patentibus & eonuerso. Sed genus iudæorū ut in plurimis hēt capillos nigros. Et Veronica p̄tendit nigram barbā & nigros crines. Ergo & dña nr̄a habuit capillos nigros. ¶Cōcordat Albe. istā cōtrarietatē p istū modū dicēs: Calor in capillis immediate significat super dispositionem cerebri. Vñ optimus color in capillis dēt determinari scd̄m optimā cōplexionē cerebri. Optima aūt complexio cerebri determinatur scd̄m duos modos. Vno mō cerebrū est optime cōplexionatū, qñ est optime ordinatū ad actiones uirtutis naturalis, ita ꝙ operationes cerebri maxime ordinātur secūdū ęqualitatē ad operationes cordis & epatis, & aliorum mēbrorum principalium. Et secūdū hoc cerebrū dēt esse calidū & humidū. Et iō capilli in infantibus sunt subrufi. In pueris rufi uel subrubei. In perfectis sunt rubei. Et de his dicit Galienus supra ꝙ euchraticū corpus habēt capillos rubeos. Et ille alius qui habet capillos aurei coloris. Alio mō est cerebrum euchrathicum secūdū ꝙ est optime dispositum ad operationes animales, q̄ proprie sunt in cerebro & mediante spiritu animali qui nascitur in cerebro. Et secūdū hoc calidū & siccū debet esse cerebrū, qa illæ duæ qualitates maxime deseruiūt cognitioni. A caliditate. n. est uelocitas apprehēdēdi. A siccitate aūt firmitas retinendi. A calore est motus & mobilitas. A frigore quies & immobilitas. Et sic magis cōgruit pfectioni cerebri siccitas q̄ humiditas. Et sic nobilius est cerebrū secūdū uirtutes aīales siccū q̄ humidū, unde & siccioris cerebri sunt perfectiores sensibus & uigilātis naturæ, humidioris aūt sunt sensu hebetes & multi somni & profundi. Et secundum hoc Constantinus dicit euchraticum corpus habere capillos nigros. Cum autem sint nobiliores operationes uirtutis aīalis quam operationes uirtutis naturalis sequitur ꝙ pfectissimi corporis cerebrū debet esse siccum & calidū. Ergo cum beatissima virgo habuerit corpns perfectissimum, sequitur ꝙ cerebrum eius fuit siccū & calidum, & per consequēs habuit capillos nigros, & cum color oculorū significet super cōplexione ꝓprij subiecti p̄ hoc cerebro sic co determinabatur color oculorū niger & dominabit̄, & a tali cerebro sicco & calido trāsmittitur spiritus visibilis ad oculū paucior & subtilior, & fortior. Et simili mō nutrimentū paucius subtilius & fortius. Paucitas aūtē spiritus & nutrimenti creat ingredinē (vt dī auctor) sed subtilitas est cā nobilioris & fortioris opationis. Et sic tales oculi erūt nigri p̄ p̄ dictorū paucitatē, sed clariores ad uidendū, nobiliores p̄ p̄ sensuū subtilitatē & nutrimēti puritatē, & sic cōcludit Alber. ꝙ beata virgo fuit in colore cutis alba & rubea mixtim. In capillis aūt & oculis nigra tēperata, sicut & eius filiū speciosissimū credimus coloratū.

De pulchritudine spirituali beatæ Mariæ.

¶Quātū aūt ad pulchritudinē animę, capilli eius sunt cogitationes, qa sicut capilli a capite, ita cogitatiōes a mēte q̄ ē caput aię fluūt, de quo pōt intelligi illud. Oēs capilli capitis vestri numerati sunt. i. cogitatiōes deo notę. Et iste cogitationes fuerunt nigræ plenæ humilitate. Respexit ait humilitatē ancillę suę. Can. j. ait ipsa. Nigra sum, sed formosa. Vel si secūdū aliā opinionē fuerūt aurei coloris & significant cogitationes plenas sapientia, q̄ significant p̄ aurū. Luc. 2. Maria aūt seruabat oīa uerba hæc conferens in corde suo, ipsa ēt dr̄ mī agnitionis & sapientiæ. Oculi significant intentionē secūdū illud. Si oculus tuus fuerit simplex. i. intentio, totum corpus tuū. i. opus sequens ab eo lucidum erit ideſt uirtuosum. Color niger eorū est, quia mortificata quoad mundum, sed subtile erecta ad Deum, ut placeret Deo in oībus non mundo. Iuxta illud Odilionis: Oīs Mariæ actio semper intenta fuit in dño, uel si secūdū illū qui ait loquens de pulchritudine oculorū. Radiant vtriq; gemelli luce Smaragdina uel syderis instar ocelli, tunc claritas oculorū designat intentionē supernorū, quia optimam partem elegit. Hic satis cōgruit illud exemplū de illo deuoto clerico, qui audiens & dicēs illam antiphonam. Tota pulchra es, orauit ut semel posset uidere eam, nō curans de amissione oculorum ut plenius posset intueri cum apparuit &c.

¶*De missione filii Dei ad Mariam.* *Cap.* 12.

MIssus est demū Dei filius ad Mariā Virginē vt ex ea carnē assumeret. De qua missione ait ps. 106. oñdens eius vtilitatē. Misit verbū suū & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorū. Missus dr̄ Dei filius, nō qa cœlum vel prem reliquit, sed qa carnē suscepit nr̄am, in qua visibilis nobis apparuit. Et ex hac incarnatione hoc maximum bonū nobis secutum est, quia sanauit genus humanū a cęcitate. Vna enim cathena tenebrarū oēs tenebanē cōpēditi. s. cęcitatis errorum, quib. plenus erat mūdus quod ipse Iesus Christus

Quare missus est filius Dei & quomodo.

figuratiue

figuratiue oñdit,qñ cęco a natiuitate luto facto ex ſputo &puluere,& poſito ſup eius oculos dixit.Vade ad notatoria Siloe,quod interpretatur miſſus, quo facto lotus eſt in aq̃ viſum recepit Io.9.Lutũ.n.ex ſputo ſignat myſterium incarnationis in quo filius Dei ſapia tanq̃ ſaliua ex ore patris ꝓdiẽs, unita cũ puluere nr̃ę mortalitatis fuit. Ponitur ſuper oculos nr̃os,cũ credimus hoc & loti aqua baptiſmi cũ hac fide lumẽ gr̃æ recepimus. Et credi derunt ait ipſe Dei filius incarnationẽ.ſ.oẽs fideles,quia tu me miſiſti i. incanari inſtituiſti i.Io.17. Eripuit ẽt nos de interitionibus.i. mortib. nr̃is.ſ.de morte inferni,de morte peccati,& de morte corpis.In ultima tñ reſurrẽctiõe, in cuius figura i mũdo cõuerſatus tres mortuos reſuſcitauit. Non.n. (ait ipſe Io.3.) miſit Deus filiũ ſuũ in mũdũ ut iudicet.i.cõdemnet mundũ, ſed vt ſaluetur per eũ ab his mortibus. Vbi B.Aug.ſuper Io.Quãtũ eſt in medico ſaluare venit egrotum immo & mortuũ ſuſcitare. Sed ipſe.ſ.homo ſe interimit q̃ ꝑcepta medici ſeruare nõ vult.Ergo ſi vis ad vita ingredi Mat.19.tibi parata ſerua mãdata.ſ.huius medici. O quanto deſiderio iſtam miſſionẽ antiqui patres flagitabant dicentes per Moyſen.Obſecro dñe mitte quem miſſũrus es. Exo.4. Sed ecce ia miſſum & cũ tanta vtilitate de virgine cõceptũ, & natum couerſatũ, cultores vineę.i. fidẽles non ſolũ ſemel vt iudęi eiectum occiderunt,ſed quotidie iterum crucifigunt malis morib. ſuis.Ita inquit Apoſtolus ad Heb.6.Rurſus crucifigentes in ſemetipſis filium Dei & oſtẽtui habentes. Videamus ergo circa iſtam miſſionem tria.

¶Primo quare Dei filius miſſus.

¶Secundo quare ad Mariam miſſus.

¶Tertio quare ad virginem miſſus.

§.1.

¶Quantũ ad primũ.ſ.quare potius miſſus.i. incarnatus ſit filius q̃ pr̃ uel.ſſ. qa dr̃ ps.106. Miſit verbũ ſuũ, q.ſ.eſt filius ſuus.Et Angelus ad Mariam. virtus altiſſimi obũbrauit tibi.i.filius altiſſimi,q eſt uirtus eius.Ad Heb. 1.c. Portanſq; oĩa.i.ſuſtẽtans Deus verbo virtutis ſuæ.i. filio qui eſt virtus ſua. Et iterum Xpm Dei virtutẽ & Dei ſapiẽtiam. Iſta ergo virtus.i. filius Dei obũbrabit tibi.i. corpus aſſumet ex te in quo poſſet lux videri.Aſſignat aũt B.Tho.in 2.par.q.3.ar.8. tres rõnes conueniẽtiæ huius, quare decuit magis filiũ mitti.i.incarnari quã patrẽ uel ſpiritumſanctũ.

Filius miſſus vel incarnatus ſunt tres rõnes.

¶Primo ex parte vnionis.

¶Secundo ex fine incarnationis.

¶Tertio ex occaſione nr̃æ perditionis.

¶Quantũ ad primũ.ſ. ex parte vnionis ſatis patet, quia cõuenienter ea q̃ ſunt ſimilia ſibi inuicẽ uniunt.Quis cũ oue,hõ cum hoie, bonus cũ bono, malus cũ malo in cõuerſatione ſibi vniuntur. Ipſius aũt perſona filij qui eſt verbũ Dei attẽditur cõis conuenientia ad totã creaturã, quia verbũ artificis.i.conceptus eius eſt ſimilitudo exẽplaris eorũ q̃ fiunt ab artifice,ita verbũ Dei qđ eſt æternus conceptus eius eſt ſimilitudo exẽplaris totius creaturæ, & ideo ſicut per participationẽ huius ſimilitudinis creaturę ſunt in ꝓprijs ſpẽbus inſtitutę,ſed mobiliter ita ꝑ vnionẽ verbi ad creaturã nõ participatiua: ſed ꝑſonalẽ cõueniẽs fuit reparari creaturã in ordine ad ęternã & immobilẽ perfectionẽ. Nã & artifex ꝑ formam artis conceptam, qua artificiatũ condidit ipsũ ſi collapsũ fuerit, reſtaurat. Vñ ps 103.Oĩa in ſapiẽtia feciſti,& Apoſtolis.Deus erat in Xpo mundum reconcilians ſibi. Qđ aũt dixit Matt.25. Nõ sũ miſſus niſi ad oues q̃ perierunt domus Iſrael, intelligitur quoad ꝓdicandũ & miracula faciendum ipſe.n. perſona ſua, ſed quoad ſaluandum ad oẽs miſſus eſt,ꝑ ſuos diſcipulos prædicaturos ꝑ orbem. Euntes ait ite & prædicate Euangeliũ oi creaturæ. oi gñationi hoium & nationi. Reminiſcere(ait Leo Papa) quia erutus de ptãte tenebrarũ translatus es in Dei lumen & regnũ. Præciũ tuũ ſanguis Xpi eſt qui in ueritate te iudicabit.i. cõdẽnabit qui in mia te redemit, ſi vę3 ingratus fueris in tanto beneficio incarnationis te ſibi non unięndo & incorporado ꝑ dilectionẽ.¶Scđo põt accipi rõ huius conueniẽtiæ ex fine incarnationis, q̃ eſt impletio prædeſtinationis eorũ quę.ſ. præordinati ad hr̃editatẽ cęleſtẽ q̃ non debetur niſi filijs,ſecũdũ illud ad Ro.8.Si filij Dei & hæredes.Et ió congruũ fuit ſit per eũ qui eſt filius naturalis hoies participarent ſimilitudinem huius filiationis ſecũdũ adoptionem, ſicut Apoſtolus Ro.8. Quos præſciuit hos & prædeſtinauit cõformes fieri imagini filij ſui. Cum ẽt hõ in ſapientia proficiat quę eſt propria eius perfectio, ꝓut eſt rõnalis q̃ participat verbũ Dei a quo oĩs ſapientia hominum deriuatur,ſicut diſcipulus inſtruitur per hoc q̃ recipit verbum magiſtri. Vnde Eccl.1.dr̃.Fons ſapiẽtię verbũ Dei in excelſis. Ideo ad conſummatã perfectionẽ hominis conueniens fuit vt ipſum verbum Dei perſonaliter humanæ naturæ uniretur, vnde ſi regina auſtri ſeu Saba venit a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis puri hominis, & Plato multas regiones peragrauit ut audiret philoſophos de naturarũ diſſerẽtes,q̃to magis fideles debẽt cõcurrere

rere cum omni auiditate audire ſapientiã incarnatã in euãgelijs, quotidie reſonãtẽ & illa ſeruare. Nã beati qui audiũt uerbũ dei & cuſtodiũt illud. Luc. 11. ait ipſe. ¶ Tertio põt accipi ratio huius cõgruẽtie ex occaſione ruinę noſtrę, in peccato primi parẽtis, cui per incarnationem remediũ adhibeẽ. Peccauit. n. primus hõ appetendo ſapientiã, ut patet ex uerbis ſerpẽtis antiqui promittẽtis ſciẽtiam boni & mali, unde cõueniẽs fuit ut p uerbũ ueræ ſapiẽtiæ homo reduceret in deũ, qui p inordinatũ appetitũ ſciẽtiæ receſsit a deo. Hãc rationẽ tãgit. b. Bernũ. in ſermone inducẽs figurã Ionæ. Nam cum orta tẽpeſtate propter eum, & ſedari nõ poſſet ait ipſe Ionas. Si propter me ſi p qa tẽpeſtas hęc uenit tollite me & mittite in mare quo facto tempeſtas ceſſauit. Ionas interprætat filius colũbę & ſignificat filiũ uirginis, q̃ colũba dr̃ ppter puritatẽ. Cũ igit̃ eſſet orta tẽpeſtas in mari mũdi, ſeu humani generis multorũ malorũ q̃ minabantur & trahebãt ad ſubmerſionẽ inferni. Ionas .i. dei filius & uirginis cui attribuit ſapientia ait per effectũ ad patrẽ & ſpũſanctũ. Exquo ppter ſapientiã inordinate appetitã pceſsit hęc miſeria & afflictio in humano gñe, tolli te me & mittite in mare & operamini mecũ ut in mũdũ intrãs carnẽ aſſumã, quo facto. i. incarnato ceſſauit uirtualiter pditio humana, uñ & ipſe ait p Eſaiã. Me miſit dñs. ſ. pr̃ & ſpũs eius ſanctus. Sed cauẽdum é ne adhuc iſte inordinatus appetitus ſapiẽtię tẽpeſtatẽ & pditionẽ inducat alicui qui. ſ. nimis curioſe querit ſcire myſteriũ iſtud humana ratione, cũ tñ excedat omnẽ rõnẽ ppter qd̃ Ioãnes baptiſta ptеſtatus ẽ ſe hoc neſcire uel ñ poſſe, cũ ait, Nõ ſum dignus ſoluere corrigiã calciamenti eius ideſt explicare uel intelligere modũ illius incarnationis. Calciamentum enim qd̃ ſit de pellibus aĩalis mortui deſignat aſsũptã noſtrã mortalitatẽ, pes qui corpus ſuſtẽtat & diſcurrit ubique eſt diuinitas oĩa ſuſtẽtãs & p oĩa diſcurrẽs, ad Hebrę. ideſt Portãs oĩa uerbo uirtutis ſuę. Qũo aũt ſit cõiũcta & unita diuinitas humanitati, nõ poteſt a nobis intelligi, ſed credi. Corrigia igit̃ eſt ligatura myſterij incarnationis q̃ nullus poteſt ſoluere. i. declarare. Sed credere debet ad Romanos. 12. Non plus ſapere q̃ oportet ſapere ſed ſapere ad ſobrietatem.

Ionas interpretatur filius columbæ

§. 2. ¶ Secũdũ. ſ. q̃re miſſus ẽ ad Mariã q̃ mulier. i. fęmina erat ad Galat. 4. Miſit deus filiũ ſuum factũ ex muliere. i. ex fęmina. Nõ. n. dicit mulier niſi ſexum fęmineũ, nõ aũt corruptionẽ. Sed cum ſexus uirilis ſit nobilior ſexu fęminęo, uidẽt p potius de ſexu maſculino debuerit incarnari. Sicut & mulier prima de uiro facta ẽ. Et cũ ipſe dicat cælũ & terrã ego ipleo qũo in utero unius fęminę clauſus eſt? Sed ut dicit be. Aug. ad Voluſianũ. Hoĩum iſte ſenſus eſt nõ aliud niſi corpalia cõgitare ualẽtiũ quorũ nullũ põt eſſe ubiq; totũ qm̃ p inumerabiles partes alia alibi q̃ altera neceſſe eſt. Sed lõge aliud natura aiæ eſt q̃ corporis, q̃ to magis natura dei q creator aię ẽ & corporis nouit ubiq; totus eſſe, & nullo cõtineri loco. Nouit uenire nõ recedẽdo ubi erat. Nouit abire nõ deſerẽdo quo uenerat. Et licèt dei filius carnẽ humanã aſſumere potuerit de qua cũq; materia uoluiſſet, cõueniẽtiſſimũ tñ fuit ut de fęmina carnẽ acciꝑet triplici rõne. ſecundum Tho. in. 3. parte. q. 31. artic. 4.

¶ Primo propter totius naturæ humanæ nobilitationem.

Triplici rõe carnẽ de fœmina aſſumere uoluit.

¶ Secũdo propter ueritatis incarnationis cõfirmationem.

¶ Tertio propter omnis ueritatis generationis completionem.

¶ Quãtũ ad primũ cõueniẽtiſſimũ fuit ut de fęmina carnẽ dei filius acciꝑet, qa p hoc tota natura humana nobilitata eſt. Vñ. b. Aug. in lib. 83. q. ait. Hoĩs liberatio in utroq; ſexu debuit apparere. Et qa ſexus maſculinus eſt nobilior ſeu honorabilior oportebat eũ. ſ. dei filiũ ſuſcipę uirũ. Sed ut fęminei ſexus liberatio appareret in hoc myſterio incarnationis, ideo ille de fęmina cõceptus & natus eſt, qd̃ ẽt lõge añ pdixerat. Hiere. 31. c. dicens. Nouũ faciet dñs ſup terrã, fęmina circũdabit uirũ. Fęmina btiſſima Maria, circũdabit. i. in utero cõcipiet, & habebit, nõ a uiro ſed a ſpũſancto uirũ. i. Ieſũ Xp̃m maſculinũ oĩ gratia, & ſapĩa pfectũ. Et ſicut fęmina fuit prima cã pditionis humanæ. ſ. Eua prima trãsgrediẽdo dei pceptũ ſic beatiſſima fęmina Maria eſſet 1. cã reparationis nr̃æ generando filiũ ſcd̃m Adã p quẽ oẽs mortui a primo uiuificantur.

¶ Scd̃o p hoc ueritas incarnationis aſtruit, vñ b. Ambr. in li. de incarnatione ait. Multa ſcd̃m naturã in hoc myſterio, & multa ultra nam. Scd̃m. n. cõdõnẽ naturæ in utero fœminei corporis fuit, ſed ſupra cõdõnẽ virgo cõcepit, uirgo generauit ut crederes qa deus erat qa innouabat nam, hõ erat q ſcd̃m nã, nam ſcebaẽ ex hoĩe. i. ex fęmina. Vñ b. Aug. dicit ad Voluſianũ. Si oĩpotẽs deus hominẽ ubicũq; formatũ, non ex mr̃no utero cauſaret, ſed repẽtinũ inferret aſpectib. nõne opinionẽ cõfirmaret erroris ne ſuſcepiſſe uerũ hominẽ crederet ullo modo & dũ oĩa mirabiliter

liter facit auferret quod misericorditer fecit, nūc uero ĩter deū & hoiem ita mediator apparuit, ut ī unitate pſonę copulās utrāq; naturā & ſolita ſublimaret ĩſolitis, & ſolita ſoli tis tēperaret. ¶ Tertio q̄a p̄ hūc modū cōple tur oīs diuerſitas gn̄ationis humanę. ¶ Quatuor. n. modi ſecūdū Anſ. ĩueniunt gn̄ationis ſeu productionis humanę. ¶ Primus eſt ſine muliere & uiro, ut Adā factus ex limo terræ. ¶ Scd̄us ē ſine fęmina & maſculo, ut Eua facta ex coſta pectoris Ade ſoporati. ¶ Tertius modus ē cōis oībus alijs naturaliter genitis. ſ. ex uiro & mulier carnaliter copulatus, un̄ di cunt filij hoīum es. 4. Filij hoīum ſcitote &c. i. geniti ex muliere & uiro. Reſtabat quartus modus gn̄ationis. ſ. ex muliere ſine uiro. Et hoc eſt Xp̄i geniti ex Maria ſine uiro, ſed o p̄e ſpiritusſancti. Et p̄ iſtū ſic genitū reuertimur in terrā noſtrā p̄miſſionis fluentē lac & mel i. in uitam beatā. In cuius figurā dictum fuit Abrahę cui p̄miſſa fuerat terra illa & generi ſuo. Generatione aūt quarta reuertent̄ huc. i. p̄ iſtū quartum modum generādi reuertūtur Iſraelitę ad patriā ſuā pnam. Gen. 15. Nō d̄bet ergo cōtēni ſexus fęmineus, & ſi ifirmior, q̄a & ſi Chriſtus uir de fęmina tamē naſcit. Unde b. Aug. in li. de agone chriſtiano ait. Nolite contēnere uos uiri, q̄a filius dei uirū ſuſcepit. Nolite uos cōtēnere mulieres, q̄a & Xp̄s natus eſt ex fęmina. Cōtēnunt ſeipſos uiri cū effęminati ſunt delitijs & cōcupiſcētijs ĩſiſtēdo nil uirile agentes. Contemnunt ſe fęminę quādo liniūt facies ſuas ceruſa & purpuriſſo contemnendo q̄ deus tales fecerit, & cum utnutur ornamentis uirorū. Et ſic patet quare ad fęminam miſſus.

Quatuor modi generatiōis humanę.

§. 3.

¶ Tertio ad declarandū quare ad uirginē miſſus eſt dei filius, q̄a ad Mariā uirginem dicit euāgeliſta, ubi inquit. b. Bern̄. Virginē mēte, uirginē corpore uirginē talē qualē deſcribit Apoſtolus. Virgo cogitat q̄ dn̄i ſūt, ut ſit ſcta mēte & corpore qūo placeat deo. ¶ Vbi notā dū q̄ quęlibet uirtus p̄cipaliter conſiſtit in mēte & uolūtate. Vnd̄ cū uirginitas ſit uirtus ſeu excellētia uirtutis caſtitatis, & ipſa principaliter cōſiſtit ī mēte, q̄ igit̄ uel quæ ē uirgo corpore ĩmunis. ſ. ab actu uenereo, ſed tn̄ mēte corruptus habēs. ſ. cogitationē & deſiderium liberatum ad perpetrandū actū carnalē quomodocūq; q̄uis nō exequat̄ opus tale, tn̄ nō eſt uirgo mente, ſed ſimilis diabolo qui cū uirginitate habet infernū. Vnde b. Hiero. ad Euſtochium. Timeamus & illā prophetiā, ne in nobis impleatur, & uirgines bonę deficient. Obſerua quid dicant & uirgines bonę, quod nō dicit, q̄a ſunt & uirgines malę. Qui uiderit inquit mulierē ad cōcupiſcendū eam iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Per ijt ergo & mēte uirginitas. Iſtę ſunt uirgines malę uirgines carne nō ſpiritu uirgines ſtultę quæ oleū nō habētes excludunt a ſpōſo. 32. q. 9. ſi Paulus. Qui autem uir uel mulier eſt corpore uirgo, non tn̄ habens, propoſitū eā uirginitatem ſeruandi, ſed tēpore ſuo ad ſtatū cōiugalē peruenire licito modo & actū cōiugalē exercere. Talis & ſi uirgo ſit corpore, non tamen habet uirginitas uirtutē, & excellētiam & aureolam quæ reſeruatur habentibus firmū huiuſmodi propoſitū. Recuperari tamen poteſt talis uirginitas quæ ſolum mēte amiſſa eſt p̄ pęnitentiā & propoſitū eius. Sed quę corpore amittitur uolūtarie nunq̄ recuperari poteſt. Vnde bea. Hiero. in d. c. ſi Paulus. Audacter dicā, q̄a cū cętera poſſit deus, hoc nō poſſit uirginē ſuſcitare poſt ruinā. Valet liberare de pęna. ſ. peccati p̄ pęnitentiā. Sed nō ualet coronare corruptā. i. nō cōgruit ſecundū glo. uel nō cōſueuit ſecūdū Hugo. cardi. Erat igit̄ beatiſſima Maria ad quā miſſus eſt dei filius & de ea incarnatus uirgo corpore ī Xp̄o cōceptu, uirgo mēte, uirgo & uoto. Nā ut dicit beatus Tho. in 3. parte. q. 28. art. 4. Cū o p̄a perfectionis magis ſunt laudabilia ſi ex uoto celebrātur, & uirginitas in matre dei præcipue debuit pollere, ideo cōueniens fuit, ut uirginitas eius ex uoto eſſet deo cōſecrata. Verum q̄a t p̄e legis oportebat generationi inſiſtere tā uiros q̄ mulieres, q̄a ſecūdū carnis originē cultus dei propagabatur, ante q̄ ex illo populo Chriſtus naſceret, ideo mater dei nō credatur ante q̄ deſpōſaret Ioſeph abſolute uouiſſe uirginitatē, licet eam in deſiderio habuerit ſuper hoc, tamē uolūtatē ſuā diuino cōmiſit arbitrio. Poſtea uero accepto ſpōſo Ioſeph ſecūdū morē illius t p̄is, ſimul cū eo uotū uirginitatis emiſit. Vouit ergo prius ſub cōditione & nō abſolute. ſ. ſi deo placeret. Poſtquā aūt hoc innotuit deo, reuelāte ei eſſe acceptū, tūc abſolute uouit & antequā ab angelo annunciaretur. Miſſus eſt ergo dei filius ad uirginem ut ex uirgine cōcipere tur Chr̄s, ſecūdū illud Iſaię ſeptimo. Ecce uirgo cōcipiet & pariet filium, ſcilicet p̄manēs uirgo, & uocabitur nomē eius Emanuel, q̄d̄ interp̄rętatur nobiſcū deus, ideſt deus humanatus. Cōtrariū ſentire & dicere eſt hęreticū ſcilicet q̄ eſſet cōceptus ex uiro & mulierē Maria. ¶ Hoc autem conueniens fuit. ſ. Chriſtum concipit ex uirgine propter quatuor rationes ſecundum. Tho. in. 3. parte. q. 28.

Virginitas ubi principaliter conſiſtat.

¶ Primo

Ex uirgine concipiet nasci Xp̄s uoluit ꝑꝑ has rōnes

¶ Primo ex patris dignitate.
¶ Secundo ex filij proprietate.
¶ Tertio ex assumpta humanitate.
¶ Quarto ex incarnationis finalitate.

¶ Quantū ad primū fuit conueniēs Xp̄m ex uirgine cōcipit ꝑꝑ patris mittētis dignitatē conseruandā. Cum.n. Christus sit uerus & naturalis filius dei patris nō fuit conueniens ut alium patrē haberet q̄ deum ne dignitas trāsferret̄ in alium. Nā si cōceptus fuisset ex Maria & Ioseph, ut blasphemant ꝑfidi Iudęi, uel ex alio ille ēt ex quo cōceptus fuisset esset pr̄ eius. Et sic hō diceretur pater filij dei, sicut & deus pr̄ qđ nō uidetur decēs. ¶ Scđo fuit hoc conueniens. s. de uirgine cōcipi, q̄a conuenit proprietati ipsius filij qui ē uerbū dei, uerbū aūt absq; omni corruptione cordis cōcipitur q̄nimmo cordis corruptio perfecti uerbi corruptionē non patitur Psal. 44. Eructauit cor meū uerbum bonū. Quia igitur caro sic fuit assumpta uerbo dei, ut esset caro uerbi dei cōueniens fuit ꝙ ēt ipsa caro sine corruptione matris cōciperetur. Et sic uerbū caro factum est de uirgine Maria, ait b. Bern̄. ¶ Tertio fuit conueniens dignitati humanitatis Christi, in qua locum peccatū habere non debuit, per q̄ peccatum mūdi tollebat̄, secūdū illud Ioā. 1. Ecce agnus dei. s. inuocens qui tollit peccata mundi non potuit aūt esse ꝙ in natura iā corrupta ex cōcubitu maris & fęminę nasceret̄ quis sine infectione originalis peccati. Vnde b. Aug. dicit solus ibi nuptialis cōcubitus nō fuit. s. in matrimonio Marię & Ioseph qui in carne peccati fieri nō potuit sine ulla cōcupiscētia carnis quæ accidit ex peccato, sine qua esse uoluit, q̄a futurus erat sine pctō. ¶ Quarto ꝑꝑ finem incarnationis q̄ finis ad hoc fuit ut homines renascerentur in filios dei nō ex uolūtate carnis neq; ex uolūtate uiri, sed ex deo nati sunt. i. dei uirtute. Cuius rei exēplū apparere debuit in ipsa cōceptione Xp̄i. Vnde b. Aug. de sancta uirginitate oportebat caput nostrū īsigni miraculo secūdū corpus nasci de uirgine, ut signaret sua mēbra nasci de ecclesia uirgine secūdū spūm nascitura Apostolos. Despondi uos. s. fideles uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. s. ecclesiā integram fide & a peccato incorruptam. Non obstat ꝙ Ioseph aliqn̄ dicitur pater Christi, ut Lu. 2. c. q̄a dictus est pater idest nutricius, uel secundum opinionem uulgi.

¶ *De angelica salutatione, scilicet Aue.* Cap. 13.

De salutatione facta uirgini Mariæ cū dei filiū concepit. Aue ei dixit angelus. Mos antiquissimus est cū quis amico occurrit uel litterā aut ambasiatā mittit in principio sermonis salutare eū. Hinc est ꝙ gloriosius deus mittens nunciū suū Gabrielem ad annūciandum mirabile sacramentum incarnationis fiendę in uirgine amicissima ipsi deo, salutat eā ex persona ipsius dei dicens Aue Equidem diuersus modus salutationis usitatur & reperitur in scripturis, uidelicet. Per Aue, ꝑ salue, per gaude. Nam dn̄s Iesus resuscitās occurens mulieribus uenientibus a monumento, & euntibus discipulis nunciare eius resurrectionem, salutauit eas. Dicens. Auete Matthęi ultimo, & Ioab princeps exercitus Dauid occurrens Amasę ut amicum satulās ait. Salue mi frater. 2. Reg. 20. Et iudęi qui erant Hierosolymis mittentes litteras eis qui erāt in Egypto amicis suis & generis sui salutauerunt dicētes. Salutem & pacem bonam. Angelus autem Raphael ingressus ad Thobiam salutans, ait, gaudiū tibi semper sit. Et primus quidem modus salutationis conuenit salutaris incipientibus, quia optatur ex mō loquendi ut sint sine ueh pręcipue culpę, ab a qđ est sine & ueh qđ importat malū. Scđa congruit ꝑficiētibus quia optat̄ salus i. ꝓfectus & firmitas ī uirtutibus. ¶ Tertius ascribit̄ ꝑfectis, scilicet gaudere in domino Et quia hoc non pōt esse sine pace mētis quę est causa eius iō Christus Discipulos qui statum tenebāt perfectorum salutabat per pacem, dicens pax uobis. Angelus ergo Gabriel qui annunciabat uirgini in persona humani generis incarnationem, per quam inchoabatur procuratio salutis humanę. Profectus autē & perfectio nostrę salutis postea facta est ꝑ sacramēta instituta ab eo per doctrinam & passionem. Ideo magis decuit salutationem istam fieri ꝑ Aue, q̄ per salue uel gaude. Hęc Alhertus magnus super missus est. Ex hoc autem uerbo multa mysteria insinuantur.

De diuerso modo salutādi.

¶ Primo salutationem mittentis maiestas.
¶ Scđo incarnationis & unionis sublimitas.
¶ Tertio humanationis huius utilitas.
¶ Quarto recipientis salutationem singularitas.

¶ Quātū ad primū sciēdū ꝙ āgelus Marię dixit Aue ex ꝑte ipsius đi, qđ uerbū seu dictio habet tres lr̄as innuētes ꝑsonas diuinę maiestatis. s. patris, & filij, & spiritussancti. Nā prima littera quę ē A significat spiritūsāctū, ipse .n. spūssanctus. ait Greg. Amor est. Scđa littera ē V significans personā filij q̄ est uerbū patris & quasi medius, nō situ sed numero inter patrē & spm̄sanctū. Nā tres sunt, ait Ioā. in epi-

§. 1.

in epistola 1.c.5.qui testimonium dant in cę lo.Pater uerbum & spiritussanctus.Tertia lit tera est.e.& significans panem. Nam ut dicit Hilarius in li.de trini. Aeternitas est in pře, non ita tñ quin filius & spūssanctus etiā sit ęternus cū eo,sed qa ei appropriatur magis æternum importat quid sine principio,filius aūt & spūssanctus, quamuis nō habeant prin cipium creationis nec factionis hñt tñ prin cipium emanationis, quia emanat filius a pa tre & spūssanctus ab utroq; & si ab æterno: solus aūt pater est sine aliquo principio,quia a nullo ipse emanat.Dicit ergo angelus Aue, quasi diceret,tota trinitas me mittit ad te,qa & ipsa tota operabit̄ istā incarnationē in te.

§.2. ¶Vnionis sublimitas ēt hoc denotat. A litte ra,est prima littera alphabeti in quo oēs scię tiæ comprehenduntur. Est prima secundum oē idioma.Nam litterarum hebræarū quam litteram uocant Aleph & grę corū qui dicunt alpha, & latinorum qui exprimunt eā per a. ultima aūt lr̄a alphabeti secundū latinos est, u.Et u.adiungit̄ & coniungitur a in unam di ctionē p e.Inter naturas intelectuales prima & suprema principiū oīs creaturæ & sapien tię est natura diuina signata p a,unde & ipse deus dicit Apoc.1.Ego sum alpha & o princi pium & finis omnis creaturæ.Vltima aūt natu rarū q̄ intelligentiā habēt est natura huma na designata p u ultimā literā,quæ natura in supposito dr̄uir. Cuius dictionis principiū ē u.Vnde & Gen.2.dixit Adā de uxore sua ma tre oīum Eua.Hęc uocabit̄ uirago, qa de viro sumpta est.Ista aūt duo natura, s.diuina & humana cōiuncta sunt adinuicē in unitate p sonæ,in virgine Maria signata in u.qa sicut ē media iter e & a.sic uirgo Maria est & dr̄ me diatrix hoīum iter deū & hoīes, quasi media trix & recōciliatrix,qa in ea facta est talis u nio,sicut a.& u.lr̄æ uniunt̄ in e.in una dictio ne.Nulla aūt unio in creaturis reperitur ita sublimis,sed oēs excedit & oēm intellectum transcendit.Ecce inqt ,ppheta ueniet deus & hō.Dicit ergo angelus. Aue.q.d.hoc est qđ ti bi nuncio, quia in te uniētur in una persona deus & hō.Naturā.n.humanam in te & de te

§.3. assumet. ¶Vtilitas ēt hic implicatur in Aue. Oēs(dr̄ in uersu) dicūt,e,uel,a,quotquot na scuntur ex Eua,s.in egressu ex utero matris, nascuntur.n.lugendo.Qui ploratus est secun dum b. Aug. de ciui. dei, quasi quędam pro phetia nostri incolatus designantem ex hoc, quia in terram & uallem lachrymarū & mise riarum intramus. Et masculus quidē in plo ratu suo nascēs ,pfert,a,q.d.Similis sum Adæ masculus,miserias innumeras & mortem cui sum subditus deplorans.Fœmina aūt in ortu suo plorans,e,resonat,q.d. Fęmina sum.Euæ similis cuius miseriis & in maledictis subii cior.Sed Adā & Eua cū filiis & filiab. suis ab eis mortificatis uiuificantur per uirginē ma trem quod significatur per,u, medium inter, a,& e, mediatrix & genetrix vitę per filium suū benedictū. ¶ Vbi ēt aduertendū q̄ istud nomē Eua,si litterę ipse è cōtrario exprimā tur secundū ordinē suū sonat Aue.q.d.angelus.¶Ideo dico tibi Aue quasi tota contraria es Euę.Et hoc est quod canit ecclesia in hym no Sumēs illud Aue Gabrielis ore funda nos in pace mutans nomē Eue.Illa enim Eua fe cit filios suos inimicos dei,& ista nos paci ficauit deo.Illa superbiuit cōtra dominū, simi lis uolēs esse deo, ista se profundissime humi liauit uocās se nō matrem domini, sicut erat sed ancillā domini. Ecce ait ancilla domini. ¶ Illa mater cunctorū uiuētiū spiritualis in terfectrix.Hæc cunctorum mater spiritualis uiuificatrix. Illa maledicta multipliciter a deo,hæc benedicta matris utero. Et iō meri to dixit angelus Aue quod est oppositū Euæ, uersis litteris econtra. Sciendum etiā q̄ litte ra,a,expressa uoce formatur in gutture & in gutture cōiter hebræa locutio formaī,e, for matur in palato,qa in palato græcus sua uer ba ,pnūciat,u,pronunciatur in labiis ea acuē do & latinus in labiis quodāmodo loqī.Ap te ergo inquit Aue. q. d.omnis lingua tā he braica q̄ græca & latina te laudat hoc omnis doctrina attestatur mysteriū. ¶Quarto ostē §. 4.
ditur ex hoc uerbo singularitas Marię,sibi.n. soli congruit hoc uerbum Aue,quod deriuat ab,a,quod ē sine & ue.quasi sine ueh. Veh au tem importat miseriā. Nulla aūt pura creatu ra est quæ sit sine ueh nisi uirgo Maria. ¶No tandū igitur secundū Albertus super missus est,q̄ uirgo fuit sine ueh cōi, omnibus homi nibus conuenienti sine ueh speciali omnibus mulierib.cōtingenti,sine ueh particulari om nib.mulierisi.seu matrib.congruenti. Et ueh quod tangit omnes per peccatum homines triplex est ut merito dicatur per Ioā. in Apo calyp.ter sieh ueh ueh,habitantibus in terra, ex parte scilicet corporis, ex parte animę,& ex parte coniuncti. Et ex parte corporis per peccatum incurrit distemperationem & na turalium appetitum inordinationem. Corpus enim distemperatur in humorib. per nimios labores & inordinatas passiones. Vnde Seneca dicit q̄ plures occidit uoluptas quā gladius. Item ueh est per corporis ad ani-

Qđ btā uirgo fuit sine omni ueh qūo.

mam re-

mã rebellionẽ q̃a caro ait Aplꝰ cõcupiſcit aduerſus ſpm̃.Tertio per ipſius poſt mortẽ corporis in cinerationẽ, q̃a puluis es,& in pulueré reuerteris.Gen.3.Vñ & primo hoi in pſona oſum iſtud triplex veh fuit prænunciatum a dño dicente.Maledicta terra in opere tuo.i.corpus de terra factũ, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo per ſudores corpus diſtẽperat. Spinas & tribolos germinabit tibi terra.ſ.corporis punctiones.ſ.& pruritus cõcupiſcentiæ cõtra ſpm̃,donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es per incinerationem. Sed ab iſto triplici veh fuit Maria libera & ſine eo.Nulla.n.inordinatio paſſionũ fuit in ea vel diſtemperantia humorũ ex operũ inordinatione q̃ ordinatiſſima fuit in oib. Et repreſſo & extincto in ea fomite cõcupiſcentię.Nullus ẽt primus motus ad peccatũ ſeu contra ſpm̃ fuit in ea. Vnde dictũ fuit de ea in figurã.Ipſe conteret caput tuũ Gen.3. Caput ſerpẽtis antiqui, ſunt primi motus peccati quibus ipſe inſidiat aiæ. Sed uirgo Maria contriuit ex toto extinguens, incinerata poſt mortẽ non fuit, ſed glorificata in corpore regnat cũ filio. Vnde b. Aug. Putredo & uermis ſunt opprobrium humanæ conditionis a quo Mariæ natura excipit, q̃ de ea Ieſus aſſum pſiſſe probatur. ¶Ex parte autem aiæ triplex veh oẽs incurrimus. Veh erroris. Veh doloris. Et veh pudoris.¶Errare eſt aliud ꝑ alio putare.ſ. falſum pro uero, malũ pro bono Eſa.53.iOẽs quaſi oues errauimus b.Aug. Error non eſt in natura hoĩs inſtituti, ſed pena dãnati.i.puniti a Deo p pctm̃.Errauimus in rõnali triplr.ſ.in eligendo,diſcernendo,& in exequẽdo Prouer. Errant qui operant malũ.¶Primũ q̃d occurrit in agendo eſt finis. Omne.n.agens ait pp finẽ (inquit phũs.)Finis aũt habet rationem boni. Nemo.n.intendens ad malũ operat. Sed iſtud bonum quod quis intendit in operãdo eſt aliq̃ uerum bonum, vt opus uirtuoſum, aliq̃ apparens bonum: ſed non verum bonum, ut opus vitioſum. Auarus.n.intendit in ſuo opere bonum vtile lucri,ſed quia poſtponit ſalutẽ aiæ,obſeruationẽ diuini præcepti prohibentis illicita lucra, Deo non verum bonũ eligit ſed apparens & falſum. Luxurioſus eligit bonum delectabile carnis contra uirtutẽ caſtitatis, æſtimans tũc illud maius bonum q̃ caſtitatẽ & ſic errat.Sed ſeruus Dei eligit bonũ honeſtatis q̃d eſt verũ bonũ Deo acceptũ, opus.ſ.virtuoſum iſtud uel illud. Iſtud ergo veh erroris, de quo Eſa.5.dr̃. Veh qui dicitis malũ bonum,& bonum malũ,frequenter oẽs incurrunt, ſed Maria ſine iſto ueh fuit. Optimam.n.partem ſibi elegit Maria in oibus Luc.10. Vnum quippe

Ex parte aiæ triplex veh

ſcimus pro certo inquit Odilio in ſermone, q̃ ois Mariæ actio ſemper intenta fuit in dño.

¶In diſcernendo erramus. Non.n.ſufficit eligere bonum finem in opere nro ſed ẽt debita media peruenienti ad illũ finẽ quærere. Vnde dictũ fuit Cayn ſm aliam tranſlationẽ.Si recte offeras & non recte diuidas peccaſti.i.ſi intendas & facias bonum opus & non obſerues debitas circũſtantias q̃ ſunt diuerſæ, vt debitum locum,tps,& modum, & hmõi, peccatum incurris.Bonum eſt.n.dare eleemoſynã pp Deũ, ſed dare non indigenti uel ei qui abutitur, & hmõi non eſt bonum.Et illud veh ẽt frequentius incurrit de quo pt intelligi illud Mat.18. veh inundo a ſcandalis. Quia.n.hoĩes in operibus ſuis non obſeruant debitas circunſtantias,ideo ſequũtur multa ſcandala.Sed Aue.i. ſine iſto ueh fuit Maria, quæ ſemper operata eſt conſilio manuum ſuarum. Prouer.vlt.i.in operibus ſuis conſilium habebat diſcernendo debitas circunſtantias. ¶In exequendo erramus non operando & executioni mandando, uel tarde quod ratio decreuit fiendum ex negligentia uel pigritia, cum tũ (vt ait philoſophus in ethi.) Oportet conſiliata uelocius exequi.Et iſtud veh incurrimus frequẽtiſſimenõ exequendo q̃ cognouimus & deliberauimus facere,& veh diſſolutis corde Eccl.10. Qui.ſ. non viriliter exequuntur q̃d intendunt. Sed Aue.i.ſine, iſto veh fuit Maria, vnde concepto filio cum audiſſet Eliſabeth Grauidã. Cogitãs illi ſeruire in partu, exurgens abiit in mõtana cum feſtinatione ad domum Zachariæ Luc.2. Oĩa hæc pertinent ad prudentiam qua pleniſſima fuit. Vnde de ea canit eccleſia. Quo progrederis virgo prudentiſſima &c.

¶Secundum veh eſt doloris cõe oĩbus in concupiſcibili.Eccl.5. Cuncti dies eius laboribus, & ærumnis pleni ſunt,ps 17. Dolores inferni circundederunt me.Item tribulationem & dolorem inueni. Et quis eſt ille qui vnq̃ euaſerit iſtud veh, ſed qũo dicimus de uirgine de iſto veh.Aue.i.ſine veh doloris .Cũ vt dicit Dam. Dolores partus fuerunt ei reſeruati in paſſione filii, tunc n.animam eius pertranſiuit gladius vt prædixerat Symeon. Et ibi dolores ut parturientis vtiq; ex his quæ dicit Seneca probatur fuiſſe ſine eo.Dicet.n q̃ ſapiens non turbatur vel cõtriſtatur quicquid acciderit ei. Et hoc ſic probat. Validius eſt q̃d ledit eo q̃d ledi tur. Nequitia autem nõ eſt fortior uirtute,ſed infirmior.Non leditur aũt qs niſi a malis,ergo non ledit ſapiens,dolor aũt eſt de leſione.¶Itẽ alia ratione,diuinitati non nocetur,ſed ois ſapiens participatione Deus eſt, ergo ſapiẽti nõ

§.5. Maria fuit ſine ueh doloriſqũo

noceꝛ. Dolor aũt eſt de leſione. Dolor ẽt eſt de nocumẽto. ¶Itẽ tertia rõne ſic probaꝫ, oĩs iniuria eſt alicuius rei q̃ perdi pt. Sapiens aũt nihil pt perdere, oĩa in ſe repoſuit. Nihil credit fortunæ bon a ſua hẽt in ſe ſolido. Nihil aũt cupit fortuna qđ non dedit. Nulla ergo turbatio cadit in ſapientem. i. virtuoſum, hũc. n. appellat ſapientẽ. Sed oẽ veh doloris eſt turbatio, ergo veh non cadit in ſapientẽ. Virgo aũt Maria proculdubio fuit oĩ ſapiente ſapientior, & perfectior, ergo i ea nõ fuit veh doloris. Et hoc vtiq; verũ eſt quantũ ad rõnem fuit in oĩbus ſuper oẽs potẽtias ſuas ordinatiſſima, rõne ſuperiorẽ ſp dñante inferioribus viribus. Vnde quic quid doloris ſuſtinuit in corpore ſm ſenſualitatẽ ut in paſſione filiis maximũ totũ ceſſit ei in materiã amoris & gaudij ſm rõnẽ. Et ſic in ea dolor maximus in paſſione filij ſm ſenſitiuã nunq̃ contrarius fuit gaudio rõnis qđ habebat ex cogitatione, qa ex paſſione filij ſequebaꝫ Dei honor ex redẽptione humani generis. Sine veh ergo doloris in rõne fuit. Quãuis aũt in cæteris ſapiẽtibus & pfectis viris hoc aliq̃ fuerit vt. ſ. ſm rõnẽ nõ habuerint turbationẽ vel. dolorẽ in aduerſis, non tñ ita vꝛ quin aliqã turbatus fuerit & obfuſcatus oculus rõnis, etſi non excecatus. ¶Tertiũ veh. ſ. pudoris incurrit hõ per pctm. Nam in ſtatu innocẽtię dr Gen. 3. q̃ erant nudi ambo. ſ. Adam & Eua, & non erubeſcebant. Sed poſt pctm̃ videtes ſe nudos erubuerunt, vnde pp pudorẽ fecerunt ſibi perizomata ad cooperiendũ ignominiã ſuam. Eſt aũt erubeſcẽtia timor de turpi pñti vel ꝑte rito cui oẽs ſubiicimur, qa oẽs facimus confuſione digna, ps 43. Tota die verecũdia mea contra me eſt. Sed ab hoc veh fuit immunis uirgo Maria, qa nihil turpitudinis unq̃ geſſit, uel in ſe habuit nihil inordinationis. Qđ aũt Amb. dicit de ea q̃ erat intenta operi, verecũda ſermone, vult dicere q̃ in exteriori conuerſatione oñdebat verecundiã oñdens neceſſariã maxime iuuenibus, & mulieribus, non q̃ rõ eã ateꝛ gueret de aliqua turpi re pñti uel ꝑterita. ¶Ex parte coniuncti. i. aię cũ corpore reperit in humano genere triplex veh. ſ. ignorantiæ, culpę, & pęnæ. Ignorantia magna eſt in oĩb. neſcit. n. homo ſinẽ ſuum Eccl. 9. quoad corpus, & quoad aĩam, nam ignorat diẽ mortis ſuæ, & quo perget ad pęnã vel ad gloriam. Et in vita, vt dr Eccl. 9. Nemo ſcit vtrum odio vel amore ſit dignus. i. ſit in gra Dei uel non. Sed beata uirgo Maria ab iſto veh fuit libera, qa certa erat non ſolum q̃ gram Dei habebat, ſed ẽt q̃ plena gra angelo ſibi nunciante qui mentiri non poteſt. Sciuit. n. per reuelationẽ diem mortis ſuæ, & q̃ maximã gloriã cõſecutura eſſet. ¶Veh culpæ eſt triplex, qa culpa originalis, culpa mortalis, & culpa venialis. De primo Hiero. 15. c. Veh mihi mr mea quare genuiſti me virũ rixę? Ex cõceptu. n. cõtrahit originale cũ quo naſcimur, eũ rixa carnis & ſpũs, & ab hoc fuit libera b. Maria, qa etſi cõcepta in eo vt cæteri tñ nata ſine eo ſanctificata in vtero. Neq;. n. feſtis laudibus celebraret. ſ. natiuitas eius, ſi non ſancta naſceret, inquit b. Ber. in ſerm. Et ſi aliqui ſancti vt Ioan. Bap. & Hiere. fuerunt in vtero ſanctificati, ſed nõ in tanta copia gręæ, nec ita cito. Nã infuſa aĩa in corpore pie credi pt q̃ eadem die fuerit ab illa culpa emundata. Ad qđ facit qđ ait ps 45. loquẽdo de ſanctificatione tabernaculi altiſſimi, qđ tabernaculũ nulli dubiũ uit b. virgo. Adiuuabit eã Deꝰ mane diluculo, adiuuabit dãdo ipſi virgini gram adiutricem ad vincendũ ex oĩ parte pctm. Mane. i. in principio ſuæ aĩationis cũ recepit aĩam cũ luce intellectus diluculo. i. q̃ citius. ¶Veh culpę mortalis vel actualis plurimi incutrunt, quod niſi emũdeꝛ per pñam a peccatis ceſſando, ſequit aliud veh æternæ dãnationis, dę quo pt illud Apo. exponi, vnũ veh abiit, ecce aliud veh, veh vnũ eſt culpa q̃ abiit moriendo qa ceſſat quis peccare. Sed ſequit ad illud veh æternæ dãnationis, & pt dici illud ps 33. Tu. ſ. Deus confregiſti capita draconũ in aquis. Capita draconũ ſunt ſeptẽ vitia capitalia. Vñ & Io. in Apo. Vidit draconẽ q̃ inſidiebaꝫ mulieri hr̃e ſeptẽ capita. Hæc capita cõfringunt in aqs gr̃arũ q̃ fuerunt in Maria pleniſſime, vt de ea poſſit illud intelligi Ge. 1. Cõgregationeſq; aquarũ appellauit Maria, ꝓducto hoc hoie nõ correpte ꝓlato ſm lram Mariæ. n. vt ait b. Hiero. plenitudo gr̃æ ſe infudit. Fuerunt ſeptẽ capita draconũ. i. vitia capitalia cõtracta in Maria, & quoad ipſã, qa nullũ eorũ habuit, & quoad nos ſuo merito & exẽplo ac filio ſuo. De ſeptẽplici veh pctí mortalis, dicit Eſa. c. 1. Veh gẽti peccatrici populo graui iniqtate ſemini neq, filiis ſceleratis, dereliq̃runt Deũ blaſphemauerũt ſctm̃ Iſrael, ab alienati ſũt retrorſũ. In qua auctoritatẽ notant ſeptẽ capitalia uitia qbus debeꝫ veh ærnæ dãnationis a q̃b. oĩno fuit Maria libera. Et iõ br̃ei dr. Aue. i. ſine veh hmõi. Primũ ẽ uitiũ gulæ. Et huic dedita gens dr peccatrix, qđ importat habitũ pmanentẽ. Nullũ. n. vitiũ eſt in nobis ita ꝓmanens vt gula habituatũ quaſi in nobis & q̃ citius exerceat. Nã puer totus eſt gulæ dedit⁹. Et qs eſt ille q̃ ultra metas, neceſſitatis nõ rapiaꝫ in cibo & potu? Qđ cũ mortale eſt ꝓparat ei veh ęternę dãnatiõis, ſm illud Eſa. 5. Veh q̃ cõſurgitis mãe ad ebrietatẽ ſectãdã &c.

ab hoc

Maria fuit ſine veh igno rantiæ.

M. fuit ſi ne veh culpæ morta-- lis.

I. fuit ſi ne veh pudoris q̃ ꝓio.

E. parte co nũcti ti plex veh quo Maria ca ruit.

ab hoc beata Maria libera fuit. Secundum caput draconis eſt accidia hic eſt populus grauis iniquitate. Nam accidia aggrauat animam vt nil boni agere liberat. Sed ueh diſſoluris corde dicitur Eccleſiaſti. 2. Tertium caput eſt luxuria. Et hæc eſt ſemen nequam, quia nequiter effudit ſemen. Sed veh qui opulenti eſtis in Syon, qui laſciuitis in ſtratis vris, hētur Amos 6. Quartū caput eſt auaritia. Et dediti huic vitio ſunt filii ſcelerati. Auaritia. n. nil ſceleſtius. Sed veh his q cōgregāt auaritiā inquit prophe ta. Quintū caput ē ſuꝑbia. Et hi ſunt q dereliquerūt Deū. Per nullū. n. vitium recedit quis a deo, & bella cōtra eū ſicut ſuꝑbiā. Sed veh coro næ ſuperbiæ ſcribitur in Eſa. c. 38. Detracta ē. n. ad inferos ſuꝑbia tua. Sextum caput eſt ira, per hanc hoies peſſimi blaſphemauerunt ſanctū Iſrael. Sed dixit. Eccli. 2. Veh his q pdiderūt ſuſtinētiā. i. patiētiā, victi ab ira. Septimum caput eſt inuidia. Inuidi aūt ab alienati ſunt a deo retrorsū. Deus oīa ſua bona cōicat, ſuidus aūt dolet ꝙ aliꝙs extra ſe habeat bona vñ alienus a cōditionibus Dei. Sed dicit in epſa Iudę. Veh illis qui abierunt in viā Caym & Chore. Iudi. 2. Hi ex inuidia moti ſunt primus cōtra Abel, alter cōtra Moyſen. Ab oīb. his fuit liberata Maria. Nā abſtinētiæ dedita, vt oſtēdit be. Amb. Ab accidia libera cuius ſpūs exaltauit ſp in dño opata. A laxuria aliena qa virgo. Auaritiæ neſcia, q oīa ſua cōcauit paupibus. Cōtra ſuꝑbiā humillima, qa reſpexit humilitatē &c. Nil in ea iræ, q inter oēs mitis, vt in paſſione filii. Inuidia nunq in ea quæ ſalutē oīum ſemper optabat. ¶ De veh culpæ venialis cui dbetur pæna purgatorii ſi nō purgat, pōt intelligi illud Michæe ꝓphetæ. 2. Veh vobis q cogitatis inutile. Nā cogitationes inutiles cōiter sūt venialia pcā. Sed ab oī culpa actuali mortali & veniali fuit libera virgo Maria, de qbus loq tur. b. Aug. cū ait in li. de natura & gra. Cū de pctis agitur nulla ꝓrſus uolo de ea hre mentio nē. Ea excepta oēs ſcti & ſanctę cū viuerēt cum Io. euage. ſanctiſſimo dicerēt. Si dixerimus qa pctm nō habemus actuale, ſaltē veniale perpetratū, ipi nos ſeducimus & veritas in nobis nō eſt. ¶ Veh tertiū. ſ. pænæ eſt cōſequēs ex peccato pænitudo, qa cōſcia remordet de malo, iuxta illd. b. Aug. i l. cōfeſſionū. Iuſſiſti dñe, & ſic ē vt oīs inordinatus animus ipſe. ſ. ſibi pęna ſit Et phūs in Ethi. Oīs malus impleꝫ pænitudine. Vel ēt veh pænæ eſt inclinatio ad alia mala perpetranda. Vnde Greg. Peccatum quod per pænitentiam nō deletur mox ſuo pondere ad aliud trahit. Et licet per baptiſmum fomes peccati, ideſt inclinatio ad malum minuatur vt non dominetur. Non tñ extinguitur quin incitamentū ad illud ſæpe exurgat. De quo veh pænę pōt intelligi illud Michæe. Veh eis qui receſſerunt ame. ſ. peccando. Sed ab hmōi fuit immmunis be. virgo Maria, qa cū nullum commiſerit pctm nō habuit pænitudinē de eo nec aliq inclinationē ad malum. Tota pulchra es, de ea dicitur in cantic. 4. c. & macula non eſt in te. Apte ergo ei dicitur. Aue ideſt ſine veh ignorantiæ culpæ, & pęnæ prædictis.

¶ Fuit beata Maria ſine veh qd cōtingit oībus matribus. Vñ dñs Ieſus. Veh pgnātibus & nutrientibus. Mat. 24. Eſt aūt iſtud veh triplex in matribus. ſ. dānificentię, indigētię, afficientiæ, ¶ Dannū aūt triplex incurrit fęmina cū mater efficit. ſ. qa in cōceptu pdit virginitatē theſaurū irrecupabilē. Poſt cōceptū venuſtatē & ſanitatē. Non. n. mulieres grauidæ apparēt ita pulchræ vt prius nec ſanæ, qa ſubiiciūt multis alterationibus pp cōceptū. In partu aūt perdūt hoium ſocietatē. Non. n. pnt viri accedere ad eas, ſed ab homōi fuit libera virgo Maria. Nā in cōceptu nō amiſit virginitatē, ſed aucta eſt puritas eius. Rubū quē viderat Moyſes incōbuſtū cōſeruatā agnouimus tuā laudabilē virginitatē dei genitrix, canit eccla. Pulchritudinē non minuit ex cōceptu, immo ita eſt adaucta pulchritudo eius ꝙ Ioſeph nō cognouit eā donec peperit filiū, qa vt dicit glo. tatus ſplendor tāta pulchritudo exibat ab ea vt facie ad faciē nō fixe poſſet aſpicere in eā, & merito, qa ſplē dor æternæ glię erat in ea. Nec tñ hoc aliis apparebat. In ptu nō pdidit hoium ſocietatem, ſed paſtores eam viſitarūt, & paulopoſt reges Tharſis ſctī magi. ¶ Itē mres incurrūt veh indigentię. Nā ad cōcipiēdū indiget cōpare. i. viro ex quo cōcipiāt, poſt cōceptū egēt quiete, in partu obſtetricatione. Sed ab hmōi veh libera fuit b. Maria, qa nō ex virili ſemine, ſed myſti co ſpiramine verbū Dei factū caro de virgine Maria. Qd. n. in ea natum eſt, inquit angelus. i. conceptū de ſpūſancto eſt. Mat. j. i. opere ſpirituſſancti. Non eguit quiete, qa non ex eo debilitata, ſed roborata fuit, vñ & subito abiit in Montana ad viſitandum Eliſabeth & ſeruiēdū ei in partu eius (vt dicit Hierony.) Nulla enī obſtetrix, nulla obſequia mulierum. Eſa. Germinans germinabit, ſcilicet virgo pariet lætabunda, ideſt laudans, circunſtantibus angelis & canentibus. Gloria in excelſis Deo. ¶ Tertio matres incurrunt veh afficientiæ, quia afficiuntur in conceptu libidine, in portando in vetre grauedine in partu maximo dolore. Sed be. Maria ſine hmōi veh fuit. Nam concepi ſine libidine. Vñ angelus. Virtus altiſſimi ob

§. 6.

Ma. ſine veh triplici cōi omnib. mribus.

Ma. fuit ſine veniali culpa.

umbrabit tibi.i.refrigerium pstabit,vt sine ardore alicuius libidinis concipias,sine grauamine filiū in ventre portauit.Esa. 10.Ecce dns ascendet sup nubem leuem Nubes est virgo Maria,q̄ grauamen in portando nō habuit & ipsa sola peperit sine dolore saluatorē sæculi.

§.7. ¶Veh qd est spāle feminis est triplex.s.sterilitatis virginibus,subiectionis, & corruptionis in cōiugatis,desolationis in viduis vt de se patet.Sed b.Maria in quolibet statu fuit sine tali veh.Nā virgo fuit cum fœcunditate diuinæ prolis.Coniugata fuit sine corruptione,qa ipsa cum sponsa in virginitate permansit libera ab eo quod de aliis dictū est fœminis.Sub viri ptāte eris.Gen.3.nō.n.fuit subdita Ioseph,sed ipse ei,quia & filius Dei subdita erat ei.Vidua postea,sed non desolata,sed filio naturali associata & post mortem eius filio adoptiuo Ioan. Ergo Aue.i.sine omni veh.

¶*De nomine virginis Mariæ.* *Cap.* 14.

NOmen virginis Maria.Lu.1.Hoc aūt proprium nomē virginis angelus i salutatione reticuit sed ecclesia addidit In quo posset videri alicui erratum,vel ab angelo nomen ipsum omittēdo,cū tñ in salutatione soleat nomen salutati exprimi,vel ab ecclesia nō vr recte factū addēdo verbis sacrę scripturæ cū dns mādauit in Deuter.Nō addetis verbis his q̄quā nec minuetis.Et Io. Apoc.vlt.ait. Si qs apposuerit ad hæc.s.verba,apponat ei Deus has plagas,q̄.s.sunt in isto lib.Sed ad hæc rñdet q̄ a nullo erratū est,sed rectissime factū est.Angelus.n. dignissime salutādo nouæ dignitatis nomine salutauit vt p mutationē nois mutatio status figuraret & eminētia dignitatis. Cū.n. qs assumit ad magnā dignitatē mutat nomē, vt patet in Papa,qd & dns Iesus fecit de Petro dicens.Tu vocaberis Cephas.i. Petrus. Angelus ergo de pprio nōe qd est Maria mutauit nomē dicēs gra plena,hoc ait nomen q̄ est gra plena,himōi circumlocutio est tm̄ proprii nois beatissimæ virginis & psonę ipsius,quod nulli alii cōuenit pprie,nec Deo, nec creaturis,sed q̄ plenitudo grę intelligit susceptiue. Constat.n.q̄ Deus nō est græ susceptiuus,sed datiuus. Nulla aūt pura creatura est plena græ susceptiuæ,pter quā beata virgo,q̄ tm̄ suscepit q̄ pura creatura magis suscipere non potuit. Vñ hoc ei ita ppriū fuit q̄ nulli alii cōuenit. Ideo angelus ei hoc nomen imposuit,dicens, gra plena.Ecclesia tm̄ addendo gratia plena Maria non errat, vel indecenter agit, quia non apponit ad verba scripturæ sacræ aliq̄d falsū vel cōtrariū ei,qd̄ phibet per auctoritates supra inductas.Nā qd qd dicit cū angelo gra plena,qd nomen exprimit suā dignitatem,& p q̄ addit Maria intendit eā inclinare ad nrā necessitatem subleuādam.Ipsa.n. quæ est gra plena per influentiā diuinę bonitatis, data est nobis stella maris,quæ ē interpretatio Marię, vt eius plenitudo græ in nobis suppleat defectū culpæ in via.Et ipsa stella in firmamento gloriæ fixa,nos naufragos de statu miseriæ traducat ad portū salutis,æternæ.Et ideo apte dr Auæ maria.Nomen virginis inquit euangelista Maria.Non in datiuo dicit nomen virgini, sicut dicit de Ioseph.Cui nomen erat Ioseph, nam Ioseph ex spōsalibus cum Maria acq̄situ est sibi & datum augmentū virtutū.Sed in genitiuo dr nomē virginis Maria,q̄ genitiuus significat possessionē,nō.n.tunc ei datū fuit vt esset stella maris sed eā possedit & in hoc nata fuit vt oēs illuminaret pcedentes & sequētes,qa nisi p fidē verbi incarnati vel incarnādi de hoc virgine explicitam vel implicitā nulli salus extitit Satis verisimile est q̄ cū mulieres nō circūciderent sed mares,in qua circūcisione octāua die natiuitatis suæ celebrata imponebatur ei nomen fœminis ipsis de die suæ natiuitatis nomē imponeret. Et sic die qua nata est impositū est ei nomen Maria apparentibus sm angelicā reuelationē,de qua stella oriūda pphetauit Balaā dicens. Orietur stella ex Iacob.i.virgo Maria ex genere Iacob. Num.24. & in festo natiuitatis eius cānit ecclesia. Stella Maria maris hodie pcessit ad ortū.Recte igit nomen virginis Maria. Nomina.n.imponūtur rebus sm pprietatem earum. Et qa virgo ista hēt similitudinem ad proprietatem stellæ maris,ideo nomen eius Maria,quod interpretat stella maris,vt declarabitur, ideo nomen eius Maria.Vbi tria notantur circa hoc nomen.

Quare Angelus in salutatione nō expressit nomen Mariæ.

¶Primo nominis interpretationem explicandam.

¶Secundo nominis deriuationem adaptandam.

¶Tertio nominis litterationem appropriandam.

§.1. De ipsius interpretatione nois Maria.

¶Quantum ad primū sciendū q̄ Maria interpretatur dña vel illuminata seu illuminatrix. Ac ēt stella maris sm beatum Hieronymum in lib. interpretationum.Ipsa.n.domina omnium cum filius eius sit dominus vniuersorū ipsa illuminata a Deo, vt luna a sole & plena omnium illuminationū cælestiū.Ipsa illuminatrix omnium electorū.Vnde cānit ecclesia. Solue vincla reis,profer lumen cæcis,merito. f.interuentu.Stella quoq; maris. Aue maris, stella,

Ecclesia hoc nomen addidit supple Maria.

ſtella ei dr̃, & ſuper hac interpretatione alijs omiſſis diffuſius tractemus. Vnde b. Ber. ſuper miſſus eſt. Loquamur de hoc noſe Maria qđ interpretat̃ ſtella maris & virgini valde cõuenienter adaptat̃. Ipſa ſiquidẽ ſyderi cõuenientiſſime cõparatur, qa ſicut ſtella ſine ſui corruptione profert radium. Sic virgo Maria ſine ſui violatione edidit filiũ. Nec ſyderi radius ſuam imminuit claritatẽ, nec filius Mariæ ei ſuam integritatẽ. Ipſa namq; eſt nobilis illa ſtella orta ex Iacob, cuius radius totũ orbẽ illuſtrauit, cuius ſplendor ẽt præfulget in ſupernis, in inferos penetrat, terras ẽt perluſtrãs & calefaciẽs mentes, magisq; corpora, fouet virtutes & excoquit vitia. Ipſa ſiquidẽ p̃clara & eximia ſtella ſup hoc mare magnũ & ſpacioſum neceſſario eleuata micãs meritis, illuſtrãs exẽplis. O quiſquis intelligis in huius ſeculi ꝓfluuio magis ſter ꝓcellas & tẽpeſtates fluctuare, magiſq; per terrã ambulare, ne auertas oculos ab huius ſeculi ſyderis fulgure, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationũ. Si incurras ſcopulos tribulationũ reſpice ſtellã, voca Mariã, ſi iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concuſſerit mentis, reſpice ad Mariã. Si criminũ immanitate turbatus conſcientiæ fęditate cõfuſus, iudicii terrore, barathro deſperationis incipias turbari vel abſorberi & triſtari in periculis, in anguſtiis, in rebus dubiis Mariã cogita, Mariã inuoca non recedat ab ore, nõ recedat a corde. Et vt impetres orationis eius auxiliũ non differas conuerſationis eius exẽplũ, ipſam ſequens non deuias, ipſam cogitans non erras, ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce nõ fatigaris, ipſa propitia peruenis. Et ſic in temetipſo experiris, qa nomen virginis Maria .i. ſtella maris. ¶ Cõuenientius aũt dr̃ virgo Maria ſtella maris, & ei aſſimilat̃ ꝓp ſex cõſideranda in ſtella illa videlicet ſubſtantiã, quãtitatẽ, qualitatẽ, ſitũ, ſtatũ, & effectũ. ¶ Et q̃tum ad ſubſtantiã ſtella illa cęleſtis incorruptibilis, & origo lucis quæ tñ conueniunt & aliis ſtellis. Sic virgo Maria fuit cœleſtis cõuerſatione, vt cõpletus dicere poſſet cũ Apſo. Noſtra conuerſatio eſt in cęlis eſt, ad Philip. 4. Incorruptibilis fuit mẽte & corpore. Nã vt dicit Anſel. Ea puritate decuit vt niteret qua maior ſub Deo nequeat reperiri, origo fuit lucis. Nã ut canit eccleſia. Angelus conſilij natus eſt de virgine, ſol de ſtella qui illuminat oẽm hoiem venientem in hunc mundum. ¶ Quantum ad qualitatẽ ſtella illa eſt ſuperior, clarior, & vtilior, qa eſt in ſupręmo poli, ideo ſuperior, & b. Maria eſt ſuperior oĩum ſanctorũ & angelorũ Deo propinquior, clarior eſt virginitate. Et ẽt b. Maria ſtella ſp rutilans, ſp clara in fide fuit. Oẽs aliæ ſtellæ .i. Apſli & Mariæ ceciderunt amittentes lumen fidei diuinitatis Xpi. Ipſa nunq̃ in paſſione eius, vtilis eſt valde ſtella maris fęcunditate. Et qs ſanctus vel ſancta vtilior nobis hac virgine q nobis genuit Deũ pariter & hoiem oĩum ſaluatorẽ? ¶ Quantũ ad quantitatẽ ſtella maris eſt minima in apparentia nobis, ſed maxima in ſeipſa. Sic b. Maria maxima in ſanctitate in ſe, ſed nimia in ſui mẽte ꝓp maximã humilitatẽ, qa reſpexit humilitatẽ ancillę ſuæ, ait Luc. 1. c. Humilis in corde totum Deo tribuens, humilis in ore ſeu locutione, cuius ſignũ riariſſima & breuis locutio eius. Humilis in opere ſeruiens cognatæ in partu loco ancillæ ipſa quę erat dña angelorũ. ¶ Quantum ad ſtatũ, ſtatus ſtellæ eſt, quaſi ſine motu qa eſt vicina polo, ita modicus eſt circuitus eius vt videat̃ nõ moueri. Eſt ſine occaſu, qa non occidit nobis vt aliæ ſtellæ & ſine errore. Sic b. Maria eſt ſine motu incõſtantiæ nunq̃ turbata. Nam qđ dr̃ turbata in ſermone angeli non fuit illa turbatio iræ ſed admirationis in tãta laude ex humilitate. Sine occaſu fuit alicuius pctĩ. Nam etſi ſepties in die cadit iuſtus (vt ait Salomon Prouer.) .ſ. venialiter & igit in die gr̃ę remanẽs hæc nunq̃ cecidit. Fuit ſine errore ignorantiæ eorũ q̃ ptinẽt ad ſaluteˊ, vñ & dr̃ mr̃ agnitionis Eccl. 24. ¶ Quantũ ad effectũ ſtella illa attrahit ferrũ ad calamitã, ſua luce nautas dirigit & eſt cõtra aquilonẽ Et b. Maria pinſertã ſibi miſeri cordiã attrahit pctores ad cęlũ per pniam q̃ eis procurat, naufragãtes in pelago huius mundi ad portũ ſalutis dirigit. Vñ canit eccleſia. Ad te pia ſuſpiramus. Si nõ ductis deuiamus En ad te cõfugimus. Eſt ẽt cõtra aquilonẽ .i. cõtra diabolum nobis aduerſantẽ. Iuxta illud Hiere. 1. Ab aquilone pandet oẽ malũ. Sed tu nos ab hoſte protege, & in hora mortis ſuſcipe ei dicimus. ¶ Quãtũ ad ſitũ dicit. Exaſtenes q̃ eſt una ſtella infima q̃ polus appellat̃, per quẽ locũ mũdus ipſe æſtimat verſari. Qđ nulli puræ creaturæ vr̃ potius cõuenire, q̃ b. Mariæ .ſ. mundũ circa ipſam verſari. Ad ipſam. n. reſpicere vñr vniuerſi ſuperi vt reſtaurent. Inferi vt de limbo liberent. Qui in mũdo ſunt vt iuſtificent, qa nos fuerũt ꝓphetæ, vt verificent in ſuis ꝓphetiis de incarnatione filii, q̃ in pñti ſunt vt ſubleuent a tãtis miſeriis, q̃ futuri ſunt vt ſaluentur. Dr̃ aũt ſtella maris & nõ ſtella cœli vel nauis maris qa exñs ipſa in ſtatu cœleſtis patriæ vt ſtella in cœlo, & nõ in pelago inquietudine pleno vt nauis dirigit nos in ſtatu uiæ qui ſumus in mari, & ideo ſtella maris non cœli.

Maria dr̃ ſtella maris ꝓp ſex.

Quare ſtelligat̃ qđ virgo fuit turbata in ſermone Ang.

§.2. De deriuatione huiꝰ nominis Maria.

¶Quantum ad ſm principale deriuaꝫ hoc nomen a mari. Et hoc aptiſſime qa ſicut oĩa flumina in mare intrant & mare non redundat. Eccl.1.ita in Maria oẽs aquæ gratiarũ q̃ fuerũt in alijs ſanctis vt fluuijs, intrauerunt in Maria virgine,& tñ iſtud mare plenum oĩ gratia nõ redundauit, excedens terminos ſuos in aliquã elationẽ vel iactantiã. Vñ b.Hieron.in ſermone. Cẽteris ſanctis per partes collata eſt gratia. Mariæ vero plenitudo gr̃æ ſe infudit. Mare aũt dr̃ quaſi amarũ.Fuit aũt b.Maria mare amarũ in cõuerſatione amara.ſ.perfecta ſenſuũ mortificatione. Nulla.n.pura creatura mortificauit ita ſenſus ſuos ab oĩ vanitate & curioſitate vt ipſa. Cum tñ vt dr̃ Eccl.1.nunq̃ ſatiabiꝫ oculus viſu, nec auris auditu. Et ſic de alijs ſenſibus erga ſua obiecta. Et inde mors peccati intrauit per feneſtras noſtras ſenſuum,quia non claudunt vt oportet. Vnde & b.Maria aſſimilatur myrrhæ amaræ, q̃ preſeruat a corruptione, quaſi myrrha electa ait ipſa dedi ſuauitatẽ odoris.Eccl.24. Maria vero mare amariſſimũ fuit in paſſione filij.Nã vt ait Dama.Partus dolores fuerunt ei reſeruati.In partu igiꝫ naturali peperit ſine dolore ſaluatorẽ, immo cũ ſummo gaudio.Sed in partu ſpũali,cũ.ſ.parturiuit nos Deo,attẽdite & uidete ait,ſi eſt dolor ſicut dolor meus.Tren.1. Sicut ergo ex primo partu dr̃ Maria quaſi ſtella maris, qa ſicut ſydus radium profert virgo filiũ, pari forma ſine dolore ſine corruptione. Sic in ſecundo partu dicit Maria mare amarũ, vbi. ſ.mr̃ miſericordiæ affuit patri miſericordiarũ in opere ſummæ miſericordiæ,& dolorẽ paſſionis ſecum ſuſtinuit. Nã ipſius aĩam pertrãſiuit gladius doloris immenſi excedentis oẽm martyrũ dolorẽ (vt ait b.Bern.) Et ſic adiutrix facta eſt nr̃æ redẽptionis,& mr̃ nr̃æ ſpũalis generationis. Et de hoc duplici partu uirginis dr̃ Eſa.vlti. Antequam parturiret peperit,& antequam ueniret partus eiut peperit maſculũ. Quis audiuit vnq̃ tale? aut quis uidit ſimile? Peperit primo b.Maria ſine dolore & peperit maſculum ſuũ primogenitum quẽ pannis inuoluit, parturiuit poſtea iuxta crucẽ, dolorem immenſum ſentiendo cum filio in cruce nõ unum ſed multos filios, qui redempti ſunt a dño,ſimul quantũ ad virtutem cauſæ non ſimul quantum ad eſſe ſed diuerſis tpibus quantum ad applicationem effectus ipſius paſſionis.Quis vnquam audiuit tñ gaudium vt in primo? Quis vidit tñ dolorem vt in ſecundo partu? Certe nullus. ¶Fuit aũt figurata hæc b.Maria quantum ad nomen in Maria ſorore Moyſi & Aaron. Illa.n.tranſito mare rubro cecinit cum magno gaudio. Cantemus dño glorioſe. Et iſta Maria non ſolũ mr̃ & ſoror affectu, ſed & natura ſummi ſacerdotis Ieſu Chriſti, & ducis populi Iſrael, populi fidelis, poſt primã natiuitatẽ in vtero, intelligens in ſui initio proſtratũ Pharaonem infernalem cũ ſuis Deo gratias agens dixit.Magnificat aĩa mea dñm,ſed in mari rubro paſſiones filii cognoſcens mortẽ noſtrã per mortem filii deſtructã,& diabolum proſtratum in reſurrectione filii pro nr̃a liberatione mente dño decantauit gratias agens, & ad hoc oẽs inuitãs & amaricatos per pniam ex amaritudine peccatorum egredientes ad littus ſalutis ſuſcipiens.

Maria aſſimilat Myrrhę.

§.3. De ſignificatiõe huiꝰ nominis Maria.

¶Quantum ad tertium. Ex ſignificatione litterarũ huius nominis elicitur ſublimitas eius. Quinque.n.ſunt litterę huius nominis Maria. Et ſignantur per hoc q̃ eſt.

¶Mater vniuerſorum.

¶Arca theſaurorum.

¶Regina cœlorum.

¶Iaculum inimicorum.

¶Aduocata peccatorum.

Maria ẽ mr̃ nr̃a quadruplici ꝓprietate mr̃na.

¶Primo eſt mr̃ vniuerſorũ, iuxta illud Sap.7. Omnium eſt mater. Quod Alber.ſuper miſſus eſt exponit de uirgine Maria ſubdens, qa mr̃ reſpectu filii habet quatuor proprietates, quæ ſunt, genitura, cura, prioritas,& dignitas. Et genitura primo quidẽ mr̃ eſt oĩum, qa vnum hoĩem genuit.ſ.Chriſtum & oẽs regenerauit. Peperit.n.filium ſuũ primogenitũ Chriſtum corporaliter. Alios aũt oẽs ſanctos ſpũaliter. Ipſe enim Ieſus non confunditur electos ſuos Apoſtolos vocare fratres per pſalm.21. dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Nam per conceptum eius & partum ex ipſa uirgine caro & frater noſter eſt vt ſit ipſe primogenitus.ſ.dignitate in multis fratribus.ſ.oibus ſanctis quos ſanctitate præcellit. Nec obſtat ſi dicatur q̃ filius eſſe non poteſt ante matrẽ. Sed multi ſancti fuerunt antequam uirgo eſſet in mundo concepta vel nata,vt patet de omnibus patribus veteris teſtamenti, ergo vñ q̃ reſpectu illorum non poſſit dici mater. Sed reſpondetur q̃ hoc eſt verum in eſſe naturæ q̃ filius non poſſit eſſe ante patrẽ uel matrem in tpe. In eſſe aũt gratiæ non repugnat,oẽs ſancti qui fuerunt ante Chriſtum ſalu fuerunt & gram receperunt per fidem verbi incarnandi de virgine Maria,explicitam uel ſaltem implicitam, de cuius plenitudine oẽs ſancti receperunt. Sicut ergo regeneratio ſpiritualis, qa per q̃.ſ. hr̃ eſſe gratiæ quoad ſanctos noui teſtamenti, eſt per fidem viuam uerbi incarnati de uirgine, ita quoad ſanctos ueteris teſtamenti erat regeneratio in eſſe ſpirituali ꝑ fide incarnandi

de

de virgine. Quæ incarnatio fuit in virgine.

Omniũ regeneratorum p gram Maria ē mater.

¶Horum igitur oium regeneratorũ ſpũaliter p gram virgo mater eſt. Item & angeli cũ recipiant illuminationem, pfectionē. & beatificationem a Ieſu. (Nam ipſe eſt in quē deſiderāt angeli ,pſpicere. 1. Pet.) Et p ipſum oia reſtaurant in terra & in cœlo, ergo & angeli recipiũt quoddā eſſe gloriæ a beata virgine. Quicquid aũt eſt cā cauſæ, eſt cā cauſati. Sed btā Maria ē cā Ieſu, qa mater eius, ergo & cā ē aliquo mō gloriæ angelorum, vt apte dicatur mater eorum. Cũ ēt ipſa dicatur ab eccleſia mater gratiæ & mr miſericordiæ, & grę pducat ad gloriam & cā ſit eius, ſequitur q omnium q ſunt in gloria ſanctorum, ēt qui eam præceſſerunt tpe, in gloria conſequenda mater eſt. ¶Secundo eſt mater noſtra cura, qa in vno nobis genuit, quicquid ad hanc vitam vel futuram nobis neceſſarium fuit. Vnde ipſa dicit Eccl. 24. A generationibus meis adimplemini. i. a bonis q̃ generātur & profluunt a filio a me genito, & ſicut de ſapientia Dei dr. Ipſi eſt cura de oībus, ita de virgine matre ſapientiæ dicit pōt q curā hēt de omnibus. In cuius figuram cum Eleazar ,pcurator Abrahæ poſtularet a Rebeca virgine pulcherrima vt potum ſibi daret. Non ſolum ei obtulit potum aquæ, ſed & camelis ſuis. Sic virgo pulcherrima mē te & corpore, non ſolum curant hēt de electis ratione vtentibus vt ſitientibus ,pcuret aquam grārū, ſed ēt peccatoribus curam hēt, vt aīalibus irrationalibus, non petentibus, nec deſiderantibus aquam gratiarum ,pcurat. ¶Tertio dignitate quoq; eſt mater, qa primogenita eſt ante oēm creaturā. Nobilior. n. eſt & pfectior gra & gloria oī pura creatura. Quod autē eſt pmium in vnoquoq; genere eſt quaſi cā aliorum. Sicut charitas quę eſt excellentiſſima virtutum, dr mater virtutum, ita & virgo Maria excellentiſſima creaturarum dr mater earum. Nō ſolum aũt ſpũalium ſed & rerum corporalium mater dici pt. Omnis. n. creatura inquit Aps ad Ro. 8. ingemiſcit & parturit vſq; adhuc expectans reuelationem filiorum Dei. i. glorificationē ſanctorum in aīa & corpore. qd erit in fine mundi, qa & tunc creatura corporalis inſenſibilis, innouabitur liberata a corruptione vt elementa & motu vt corpora cæleſtia. Vñ & Io. Apoc. penul. dicit ſe vidiſſe cęlos nouos & terram nouam. i. innouatam, q̃ innouatio fit p Chriſtum Iuxta illud Apoc. Ecce noua facio oīa. Vnde ſi cut btā Maria mater eſt Chriſti, ita & innouationis & creaturarū innouatarū mater merito dici poteſt. ¶Prioritate ēt dr mater, ,prioritate ſ. prędeſtinationis. Ipſa. n. ante ęcula prędeſtinata eſt, vt eſſet principium ex quo recreandū fuit omne creatum & ſic dr de ea prouer. 8. Dñs poſſed it me in initio viarū ſuarū. i. in prīcipio operum ſuorū, vt ſim prima oium ſuarū creaturarū quæ puræ creaturę ſunt. Et cum eo eram cuncta cōponens. ſ. recreando quæ p culpam quaſi deſtructa erant. Vnde & beat. Bern. Merito o dña reſpiciunt in te oculi vniuerſæ creaturę in qua & ex qua benigniſſima manus Dei quicquid creauerat recreauit.

Maria ē mr rerū cunctarū, &c. qūo.

¶Secunda littera eſt A, & ſignificat q eſt arca theſaurorum q̃ figurata eſt in arca tabernaculi de qua dixit dñs ad Moyſen Exo. 25. Facti bi arcā de lignis Sethim, quæ vtiq; arca deaurata erat intus & foris. Et erant in vrna manna tabulæ legis, & virga Aaron q̃ fronduerat. ¶Ligna Sethim de quibus fabricata erat arca ſunt ligna imputribilia, & ſignificat the ſaurū. virginitatis in ſummo quę in ea fuit. Caſtitas n. eſt ille theſaurus, de quo ait Aps. 2. Cor. 4. habemus theſaurū iſtum in vaſis iſtis fictilib. in corporibus. Nam in angelis q non hñt corpus virginitatis non eſt virtus, qa hoc habēt a natura non. a pugna cum gra. Eſt aũt tanti valoris iſte theſaurus vt dicat ſapiens. Eccle. 26. Non eſt digna ponderatio aīę cōtinentis, qui theſaurus ſi ſemel amittit: nunquā recuperat quoad pmium .aureolæ. Et licet ſm philoſophum in Ethic. dicat incontinens, vñ & vitioſus q ſuſtinet pugnam carnis & ſeducit ac ſuperat. ſ. cōſētiēdo cōcupiſcētiis. Continens āt & virtuoſus, q etſi ſuſtinet tēntationes carnis non tñ deducitur ſed reſiſtit. Inſenſibilis autē qui non ſuſtinet huius ſtimulos vnde nec deducitur. Hoc eſt verū ſm naturā & cōem gratiam. Sed in virgine p gratiam ſpecialem, non per inſenſibiltatem quæ ē vitium, hoc habuit, vt cum eſſet in carne nec ſentiret ſtimulos aliquos & motus etiā primos carnis nec aliquā inclinationem ad malum. ¶Et iſta arca deaurata intus & foris eſt, quia plena charitate, be. Hieron. in ſermone de aſſumptione eius ait. Tota incāduerat eam diuinus amor vt nihil eſſet in ea, quo mundanus uiolaretur affectus, ſed ardor continuus ebrietas perfuſi amoris. Aurum. n. quia prēcioſius aliis metalis, iō ſignificat charitatem maximam virtutum. Hac ipſa erat circundata in conuerſatione exteriori, & actione interiori. Ad opera ipſius charitatis Chriſtus hortabatur Matthei. 5. dicēs. Theſaurizate vobis theſauros in cęlis faciendo. ſ. opera charitatis. ¶In hac arca ē theſaurus miſericordię deſignate per manu ſuauiſſimum, quem theſaurum poſtulabat Moyſes populo ſuo dicens. Numeri. 20. Aperi eis dñe theſaurum

§. 4. Maria figurata in arca tabernaculi quare.

tum tuū fontem aquæ viuæ, scilicet misericordię & grę, vnde & mater misericordiæ virgo Maria dicit. Est in ea & thesaurus sapientiæ signatus p legem ibi positam, de quo dicit Sap. 7. Infinitus thesaurus est hoibus. ſ. sapientia de qua ibi loquitur. Nulla enim creatura pura habuit tātam cognitionē de diuinis rebus & ptinentib. ad salutē sicut ipsa, vnde ipsa magistra fuit apl̄orum euangelistarum ad docendū eos de mysteriis Christi. Nec mirū si thesaurū habuit imensum sapientiæ cum i ea Christus requeuerit in quo sunt oēs thesauri sapiæ & scię tiæ dei scd̄m Apl̄m. Et qui Xp̄m nouit ait be. Amb. thesaurū sapiæ & scientiæ nouit. di 36. Est & virga in arca designans ptātem & dñiū. Nam regina dicit cælorum & domina angelorum. Arca autem ista hr̄ in tabernaculo vt p cioſissimū q.d. Et ita virgo in tabernaculo ecclesiæ precioſissimum & sanctissimum.

¶ Tertia littera est R. denotans qa ipsa est regula viatorū, nā vt canit ecclesia. Eius vita incli. cūc illu. ecclias. Habetis inq̄t. b. Amb. in li. de virginib. in ea exempla ꝓbitatis vt sciatis q.d eligeret, q.d re ꝓbare debeatis. Re ꝓbare. ſ. illicita & eligere virtuosa opa. Hinc & Hiero. in sermone. Tallib. decebat virginem oppigne rari mūerib. vt plena eēt gr̄a q̄ cœlis dedit gloriam, terris deū, pacēq; refudit, fidē gentibus, finē vitii morib. disciplinā. ſ. p exempla vitæ suæ. ¶ Et cū sit triplex status ecclesiæ. ſ. virginū coniugatorū, & viduarum in vtroq; sexu. Ipsa in oī statu se repit vt omnibus regulam daret, virgo vtiq; semper fuit ante partum, in partu, & post ptū, docens virgines suo exemplo virginitatem suam dño dedicare. Ab infantia eni a parētibus ad templū adducta, & ibi dimissa a parētibus cū aliis virginibus nutriebatur & instruebatur in lege dñi. Panem ociosa non comedit, vt dr̄ Prouer. vi. sed opata ē cōsilio manuū suarū faciens aliq̄d honestum exercitiū manuale. Inuictum ab otone & laude dei spm̄ nō relaxabat, adeo vt cum vocaret a quoq; rn̄ deret p deo gr̄as, ne illud momentū temporalis a gr̄arum actiōe vacaret, prodire domo nescia (ait de ea. b. Amb.) nisi cum ad templū accederet, lege dñi hoc mādāte. Discite o virgines (ait idē Amb.) nō cursitare p alienas edes, nō aliquos in publico miscere sermones. Oq̄ parū locutā fuisse refertur cū tn̄ in verbo offendere nō posset vt virtutē primā innueret esse compescere linguā. Scies illā Prouer. qa in multiloquio nō deest peccatum. Parū cū hoibus loquebat, vt copiosius posset loq cū Deo, in salutatiōe angelica q turbata ē virgo in laudatione sua, & cogitabat qualis eēt ista salutatio, docentur virgines & personæ spirituales, exhorrescere cum laudantur, non sibiipsis cōplacere & ad mentē recurrendo se humiliare non omni spiritui de facili credere, cū in angelum lucis aliquando se Sathanas transferrat sed cogitare & discutere si ex deo sit spiritus apparēs. Dem̄ informata de domini voluntate totā se ei submittens. Ecce ait ancilla domini. Fiat mihi scd̄m verbum tuū, instruens, vt cogitet virgo quæ dei sunt quomodo p omnia placeat Deo. Deinde a. ſſ. edocta ante cōceptū filii desponsari acquieuit, non in carnalē copulā assentiendo, quam per reuelationē nouerat non esse sequendam sed cum sponso virginitatem conseruandam. Sed in coniugalem societatem spōsum Ioseph assumens antiquū pauperē & carpentariū, sm̄ Chry. ipsa erat de stirpe regali pulcherrima iuuencula & nobiliſſima, nū dedignans illum accipere sed eū in reuerentia habens. Vnde cum filium inuenit in templo requirens ait. Pater tuus & ego dolentes quęrebamus te. Præponens sponsum suum sibi, quem pater vocauit, quia nutricius eius erat. Vel scd̄m æstimationem vulgi vbi regula datur coniugatis, vt discāt vxores subditæ & reuerētes esse viris & nō de dignari si sūt pauperes & vilis conditionis. Audiens autem ab angelo cognatam Elisabeth grauidam, etsi longe maior & dignior visitat eā & prima salutat cum ea manens tribus mensibus a d seruiendum in partu, & leuandum natum Ioan. Bap. de terra, qui enim in vtero existentem Elisabeth virgo salutans, per filium iam cōceptum sanctificauerat & deum excellenter magnificat docens coniugatos deū collaudare & gr̄as agere cum filios generant. Eos insuper ad ecclesias & ad dei verbum audiendum ducere. Sic enim Maria & Ioseph paruulum Christū duodennem duxit ad templum, vbi exponebatur lex dei. In nuptiis quoq; nepotis ex matre, scilicet Ioannis se reperiens compatiens verecūdiæ sponsi ex defectu vini a filio supplementū procurauit, vt discant cōiugati necessitatibus eorum prouidere. Vidua autem effecta ex morte sponsi non alium sponsum duxit. Licet eī hoc non prohibeatur. Status tamen vidualis post vnicum magis collaudatur. Exercitium autem viduarum est ieiuniis & vigiliis & orationibus intendere. Nam viuens in delitiis vidua (ut ait Apls. 1. ad Ti. 5.) mortua est, quod totum faciebat b. Maria, ut docet b. Ambros. in libro de virginibus. Sequebatur autem filiū audiendo eius prædicationē & miracula aspiciendo. Status autem viduarum est communiter cum tribulationibus & oppressionibus ab aliis.

Mar. oī statui ē regula qūo.

aliis. Sic ipsa passa est maximum dolorem in iniusta condemnatione filii, iuxta crucē aspiciens innumera opprobria ei illata & pēnas, totum patientissime ferens sine cōtumelia & q̄rela ad crucifixores. Et ne remaneret sola ex quo spōsus eius iam mortuus erat & ipse ab ea per mortem recessurus erat, ideo commendauit eam Ioanni. Post ascensionē aūt filii visitabat vidua loca deuotionis, vbi filius fecerat aliquod opus egregium vt montem caluariæ, locum natiuitatis, ānunciationis, & huiusmodi cum iam esset. 46. anno. vel circa. Et sic patet quod vita eius est regula omnium.

§.6. ¶ Quarta littera est. I. Insinuans q̄ ipsa est iaculū inimicorū. s. infernaliū. Vnde de ipsa dr̄ in Can. 6. ¶ Terribilis vt castrorū acies ordinata. Terribilis vtiq; btā Maria spiritibus malignis. Vnde frequenter ad cā orat ecclesia. Tu nos ab hoste p̄tege in hora mortis susc̄ipe, qñ maiora cōtra nos bella mouet. De ea. n. sub figura primæ matris Euæ, dictū fuit antiquo serpenti inimicicias ponā inter te & mulierem & semen tuū & semen illius. Ipsa conteret caput tuū, & tu in insidiaberis calcaneo eius Gene. 3. Mulier hæc mater q̄dem oīum vere viuētiū spūalis est beata Maria. Nam Eua erat mater oīum morientiū. Semen eius spūale, est. s. vel sanctæ affectiones & opationes virtutū ex vtero mentis eius, p̄cedentes, vel oēs electi eā vt boni filii spūales imitātes. Serpēs diabolus est calidior cunctis. Semē eius sunt vitia, q̄ę sug gerit in mentibus hoīum ad generandum mala opa ī eis. Vel oēs mali imitatores eius quos Chr̄s appellat filios diaboli Io. 8. Et clarum ē quia diabolus cum membris suis. i. malis est inimicus Chr̄i matris eius & cunctorū electorū semina eorum adiuuicē inimicantur, quia contraria sunt vitia quæ suggerit diabolus virtutibus & bonis operibus virginis & filiorum suorū, & natura contrariorum est mutuō se expellere, vt inimica adinuicem. Contraria est, n. humilitas virginis & sanctorum superbiæ dēmonum & malorum Sed mulier hęc Maria p̄nunciata est q̄ conteret caput serpentis, q̄a ipsa ex toto superbiam in se extinxit, quæ est caput idest initium maliciæ eius, & aliorum vitiorum. Et ēt primos motus oīum vitiorum vt. s. in ea non essent tales primi motus, qui dicūtur caput serpētis, quia principio quo mordet & inficit per peccatum. Semen autem spirituale ipsius mulieris, idest sanctos & sanctas conterit meritis eius exemplo & præcibus caput serpentis, idest ipsos primos motus vitiorum, non quidem vt non sint, sed ne dominētur & inficiant per consensum. Contriuit etiā caput serpentis. i. dn̄ium quo erigebat se contra genus humanum per benedictun fructum ventris sui vt qui per lignum pomiferum vicerat, per lignum crucis vinceretur salutiferum. Sed non quiescit serpens, nam insidias ponit calcaneo mulieris siue ipsius virginis morti, quæ est finis vitæ, quærendo si forte aliq̄d suū inueniret. Venit. n. princeps mundi huius, ait Chr̄s. i. diabolus ad eum. s. i fine vitę. Si forte quid ēt minimum vitium reperiret in eo. Sed in me ait non habet quicq̄. i. non inueniet aliquid suū. i. malum peccati. Sic in virgine in fine vitæ nihil reprehēsibile inuenit, quia vt dr̄ Can. 4. Tota pulchra es anima & corpore, & macula nō est in te. s. alicuius minimi peccati. Insidiatur quoq, serpens iste antiquus calcaneo mulieris, quoad semen spūale. i. electos. Siue in generali in fine mundi, quia tūc solue tur Sathanas de carcere suo p semē suū Antichristum ad perdendum animas, siue in particulari in fine vitæ cuiuslibet ēt sancti fortiter tētans ad decipiēdū. Sed adiutorio Chr̄i & meritis eius insidiæ eius deteguntur vt superet sicut de multis legimus quos in exitu suo quasi deficientes virgo liberauit. Deniq; ipsa est illa sancta Iudith figurata quæ virgo prius coniugata, & postea vidua castissima deuotissima & pulcherrima quæ sua sapientia & fortitudine interfecit illum terribilem & superbissimum Holofernem, caput eius abscindēs. Et sic liberans populum dei de manibus eius.

§.7. ¶ Quinta & vltima lr̄a est A, in qua oñdit q̄d est aduocata p̄cōrum, vñ in antiphona q̄ dicit compositte Ioānes Dama. ei dicimus. Eya ergo aduocata nr̄a illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Vt. n. dicit Ansel. Impossibile est q̄d illa q̄bus virgo Maria oculos suæ auertit saluent, ita necessariū q̄ hi ad quos conuertit oculos suos p̄ eis aduocans, iustificētur & glorificētur, aduocatum habemus apud patrem Iesum Chr̄m iustum. 1. Io. 2. Qui ēt interpellat pro nobis (ait Apl's ad Ro. 8.) Sed q̄a non solū aduocatus sed & iudex est cōstitutus viuorum & mortuorum, cuncta vtiq; discussurus, ita q̄ nihil inultū remanebit. Poterat forte humana fragilitas & p̄cipue p̄cōr cum vix iustus ante eū sit securus ad eū accedere tāquā aduocatum. Et ideo piissimus deus prouidit nobis de aduocata quæ tota mitis, suauis est. Nihil in ea inuenitur asperum nunquā ex ea processit verbum durum. Hæc est figurata illa prudentissima mulier Tecuites, quæ ita sapienter aduocauit apud regem Dauid in causa Absalonis, vani, superbi & fratricidæ exulis facti p̄p tantum scelus a Hierusalē q̄ induxit patrem

M. est ia culū inimicorū.

Eua mr̄ morien tiam.

Maria ē aduocata nr̄a.

patrem Dauid ad mīam erga filium, & ab exilio reuocandū. Sic virgo Maria pro mūdo Deo rebelli & occisore fratris sui. i. animi sui pp qđ exul cōstituit a superna Hierl'm ita aduocat & inrerpellat vt Deū p'rem placet, & cōuersum ad pniam ad gl'iam inducat. Vñ b. Bern. Securū accessum habes ad deū o hō vbi mater stat ante filiū, filius ante patrē. Mater ostendit filio pectus & vbera, filius, ostēdit patri latus & vulnera, ibi ergo nulla poterit esse repulsa vbi sūt tot amoris insignia. Ad thronum igitur eius. s. virginē. Mariam in qua quieuit, accedamus cū fiducia (ait Ap'ls ad Heb.) vt mīam & gr'am cō sequamur in tpe oportuno amē. ¶ In ea non solum reperiuntur Dei perfectiones ex ibi narratis vt oipotentiam in Genesi in mundi creatione, Dei clemētiā in Exodo ex liberatiōe in exitu Isr'l de Egypto, Reuerētiam & maiestatē in Leuitico, ex sacrificiis & cerimoniis, eius patientiā in li. Numeri. Fortitudinē in bellis Iosuæ. Lōganimitatē & mīam in lib. Iudic. Prouidētiā in libris Regum & hmōi, & sic de aliis &c. Sed ēt quæcūq; ibi scripta ad nostram doctrinā scripta sunt vt per exēpla & dicta eorū qui ibi laudant, curramus per viā virtutū ad brauiū supernæ vocationis. Respice ibi & inuenies Abel deuotionē, Enoch cōtēplationē, credulitatē Noę, Abraæ fidelitatē, Isahac patientiam Iacob prudētiā, Ioseph castitatē, Moysi charitatē, Finees sanctā emulationē, Aaron deuotam oblationē, Iudæ audaciam, Iosuæ cōfidētiam, Ottoniel rectitudinē, Sansonis fortitudinē, Booz ęquanimitatē, Samuelis integritatē, Iob redargutiones, Tobiæ correptiones & monitiones, Dauid mīam, Salomonis pniam in Ecclesiasten. s. Helyæ zelū pietatis, Helisei zelū æquitatis, Esaię stabilitatē, Hieremię magnanimitatem, Ezechielis rigorē, Danielis fervorem, Mathathiæ singultus, Iudæq; Machabei cultum, Eleazari amorem patriæ, Razię virorem latriæ. In nouo testō Christi dñi obedientiam, Angelorum exultationem, Baptistę cōfessionem, Petri longanimitatē, Pauli sublimitatē, Andreæ magisterium in cruce, Iacobi desiderium, in luce, Ioānis sapientiam, Thome scientiā, Alpheidis iustitiā, Philippi resulgentiam, Bartholomei nobilitatem, Matthei verā sanctitatem, Simonis constantiam, Thadei reuerētiā, Matthiæ humilitatē, Marci sinceritatem, Lucæ vigilantiam, Barnabę eminentiā cū innumeris virtutibus, legendis & tangendis in sola philosophia quam Deus pro salute nostra dignatus est mundi misericorditer reuelare. Hæc Ioannes dñici cardinalis in noctiluca quæ omnia p'nt attribui b. Mariæ vt volueris.

Nota pulchra

¶ *De plenitudine gratiæ in b. Maria Virgine. Cap. 15.*

GRatia plena. s. es. Lu. 1. In ista aūt salutatione cū fuerit pfectissima pōt primo q̄ri. Quare angelus nō dixit gl'ia plena, sicut gr'a plena cū gl'ia sit pfectior gratia. Ad qđ respōdet Alber. sup missus est qđ cōgrue plenitudo gr'æ annūciat' Mariæ q̄ est origo, mediū, & cā oīs gr'ę in humanū genus trāsfundendo, & s'm statū vię & s'm statū p'ię, vñ Eccle. 24. Ipsa vt introducit eccl'ia ait. In me oīs gr'a vitæ & veritatis. In me oīs spes vitę & virtutis. Transite ad me oēs q̄ cōcupiscitis me & a generationibus meis adimplemini. Quia vero initiū beatitudinis significatur per gratiam, consummatio eius per gl'iam, hic aūt annunciatur initiū beatitudinis & salutis. s. incarnatio, ideo potius dici debuit gratia plena q̄ gloria plena. Angel's dixit gr'a plena & nō gl'ia plena quare ratio ponit.

¶ Sciendū aūt q̄ cū dicat' de pluribus plenitudo gr'æ, nā de Xpo dr. Io. 1. Plenū gr'æ & veritatis. De ap'lis. Repleti sunt oēs spūssancto. i. gr'a de Stephano. Stephanus plenus gr'a & fortitudine Actu. 6. distiguere oportet & assignare triplicē plenitudinē s'm Alber. Est plenitudo affluxiua nō receptiua. Est plenitudo receptiua sine mēsura & effluxiua. Est plenitudo receptiua cū mēsura effluxiua. §. 1.

¶ Prima plenitudo ē i Deo q̄ dat gr'am & nō recipit a quoq; ps. 83. Gr'am & gl'iam dabit dñs. Et nulla creatura pōt eā dare, nec ēt Xps inquātū hō vt ponit magr' sen. 3. qa ipsa est virtutis infinitę cū ducat ad bonū infinitū. s. Deo fruēdum oīs aūt creatura est virtutis finitæ. Nihil aūt pōt supr. virtutē suā. Et hæc plenitudo q̄ Dei est sub figura Assueri q. interptat' btitudo describit He ster. 16. vbi dr. Vidi te dñe quasi angelū Dei, & cōturbatū ē cor meū præ timore gl'iæ tuę, valde. n. mirabilis es dñe & facies tua plena oīum gr'arū. Hāc plenitudinē habuit virgo Maria in se qa Deū in mēte plenū oīum gr'arū, sed i vētre p incarnationē. Vñ b. Ber. Legimus Stephanū plenū gr'a, & ap'los plenos spūsctō sed lōge dissimiliter a Maria. In nullo. n. alio habitauit plenitudo diuinitatis corpal'r quemadmodū in Maria. Nec aliq̄ cōcepetunt de spūsctō sicut & Maria. Et sic videt intellig ēdū illud Hiero. Cæteris sanctis p partes dat. Mariæ vero plenitudo gr'æ se infundit. i. Deus plenus oī gratia. De triplici gratiæ plenitudine.

¶ Scda plenitudo gratiæ est in Chro s'm humanitatē nā requieuit super eum spiritus dñi vt dr. Esa. 11. Cum omni gratia quam recepit. Sed in hoc est differētia, q̄a omnibus sanctis data est ad mensuram certam nobis ignotam Sed illi notissimam qui omnia cōstituit in pō

dere

dere numero & mẽſura. Sed homini Xpo. i. aiæ eius infuſa fuit gra ab initio ſuæ conceptionis ſine mẽſura ſm illud, non. n. ad menſuram dat Deus ſpm. Io. 1. f. Xpo. Vñ in gra creſcere nõ potuit, & ex operibus ſuis infiniti ualoris ꝙa ex pfectiſſima charitate ,pcedẽtibus nõ ſibi meruit ſed nobis. Plenũ igit verbũ incarnatũ vidimus gr̃æ & ueritatis Io. 1. fuit ergo plenus gra, ꝙa ille hõ habuit oĩa per gr̃am q̃ Deus habuit ꝑ naturã & ꝑterea nulla gra fuit in eo diminuta vel ocioſa, vel habẽs aliq̃d contrariũ. Etiam hæc gra fuit unionis. Plenus aũt fuit ueritate, ꝙa aia illa in uerbo cui erat unita oĩa cognouit ab initio ſui q̃ vnq̃ actu fuerũt, ſunt & erũt, & Iſid. dicit ꝙ trinitas ſibi ſoli nota eſt & homini aſſumpto. Et ꝙa aia Xpi carni fuit unita in vẽtre virginis, ſic ẽt põt dici ꝙ iſta plenitudo ſine mẽſura fuit in uirgine vt dicat gra plena, quia aia Xpi plena ſumma gra habituali ſimul cum corpore fuit in utero uirginis. Nõ tñ b. Maria ita plena fuit gra quãtum ad aiam ſeu affectum quin potuerit in ea creſcere. Nec ita plena veritate quantum ad intellectũ ꝙ in via cognouerit oĩa, vel ẽt cognouerit Deũ per ſpeciem, ſicut ſancti in gloria. Sola aũt virgo Maria plena gratia fuit inter puras creaturas, quia maiorem gr̃am habere non potuit. Niſi. n. ipſa deitati uniretur maior gratia non potuit intelligi q̃ ꝙd de ipſa acciperetur ꝙd uniretur hoc eſt ꝙd niſi ipſa eſſet Deus maior gratia intelligi non põt q̃ ꝙ eſſet mr̃ Dei Hiero. Qd̃ natura non habuit vſus neſciuit, ignorauit ratio meus non capit humana, pauet cœlum, ſtupet terra, oĩs creatura ẽt cœleſtis miratur, hoc totũ eſt ꝙd per Gabrielẽ nunciat, cum dicit gra plena & per Xpm impletur carnem de ea aſſumens. ¶ Tertia plenitudo quæ eſt receptiua cũ menſura tñ & effluxiua quæ eſt quidã habitus mẽtis Deo gratã creaturã faciens, & oĩa opa eius quæ ab ea procedunt meritoria & digna uita æterna. De qua Apls ad Ro. 6. Gratia Dei vita æterna, & ad Titum 3. Iuſtificati gratia ipſius heredes fumus ſm ſpẽ uitæ æternæ. Hæc plenitudo replet mentẽ interius & effluit exterius per operationẽ bonam. Et hæc plenitudo fuit in b. Maria, Apls. Stephano, & Thabita q̃ dr̃ in actibus apoſtolorũ plena bonis operib. f. interioribus per charitatẽ formatis & eleemoſynis. i exterioribus procedentibus ex fide per dilectionem operantis, magis tñ in Maria præ cæteris. Quanto enim aliquod receptiuum eſt magis vicinũ principio influenti, tanto magis recipit de influentia eius ſicut patet de igne & aqua, quanto enim magis appropinquat igni qui eſt principium caloris tanto magis calefit, quanto fluuius magis appropinquat mari, qd̃ eſt principiũ aquarũ tanto profundior & copioſior eſt aqua. Et quia virgo maxime appropinquat Xpo principio effluxiuo gr̃æ, nam mr̃ eius eſt ideo plena gra præ cæteris. Nam vt dr̃ Io. 1. de plenitudine eius. f. Chriſti oẽs accepimus gratiã ab eo collatã cauſatiue inquãtum Deus meritorie & exẽplariter inq̃tum hõ. ¶ Hęc aũt effluxio gr̃æ q̃ mentẽ implet & effluit ꝓpus exterius cõis oĩbus ſanctis eſt triplex ſm Alb. vbi ſupra. Quidã. n. effluunt de interiori perfectione gr̃æ ad exteriorem operationem, ad ſui ſaluationem, & aliorum per exẽplorum ædificationem. Et hæc eſt cõis oĩbus ſanctis habentibus tps operandi, & hæc dr̃ plenitudo ſufficientiæ, ad q̃ tenentur oẽs, de qua põt intelligi dictũ de Thabita ꝙ erat plena bonis operibus. ¶ Secundo alii effluunt non ſolum per bonam operationem exteriorem ad ſui ſalutẽ & aliorum ędificationem, ſed ẽt per doctrinam ſalutarem in eccleſiæ ædificationem. Et de iſta dr̃ Act. 2. & 1. Repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto, & cę perunt loqui. ¶ Tertio alii effluunt non ſolum per operationem bonam exteriorem & aliorũ inſtructionem, ſed ẽt per aiæ ſuæ. i. uitæ profi de poſitionem, vt in Stephano qui dr̃ plenus gratia & fortitudine. Plenus gra ad conuertendos peccatores, & fortitudine ad tollerandos paſſionis dolores. Et hæc dr̃ plenitudo excellentiæ. ¶ Secunda dici poteſt plenitudo abundantiæ. Oĩs iſta plenitudo in uirgine fuit ſuper oẽs excellentius ut dicere ualeat. In plenitudine ſanctorum, i. gratia ſanctorum, detentio mea. Eccl. 24. ideſt detineo oẽm plenitudinem, gratia plena fuit operibus bonis, i. eleemoſynis. Vnde & b. Bern. dicit ꝙ in die purificationis obtulit ſacrificium pauperum partu rum aut columbarum, quia etſi Magi reges obtulerant ei paucis diebus ante nõ modicum aurum iam illud pauperibus erogauerat. Plena fuit gr̃æ per doctrinæ cõicationem, ipſa. n. Apoſtolos & Euangeliſtas aliorũ doctores de multis inſtruxit myſteriis. Vnde & Beda dicit ſuper illud Mariam conſeruabat oĩa verba hæc conferens in corde ſuo Luc. 2. quia. f. menti retinebat illã myſteria, ut poſtea Apls ea explicaret, plena fuit tollerantia pœnæ in paſſione filii, cuius aiam pertranſiuit gladius doloris vt plus q̃ martyrẽ eam dicat Hieron. Aue igit oĩ gratia plena. Vnde de ipſa figurate dr̃ ſub noĩe Heſter reginę quæ humilis interprætat. Fons paruus creuit in flumen maximũ. Fons dr̃ ꝓp abundantẽ gratiã & originẽ eius, ꝙa ex ea Xps, unde nobis oĩb. mia & gratia influxit. Parnus dr̃ ꝓp humilitatem ꝓp quã creuit in flumen maximum,

De tripli ci gratia effluxiua.

M. dicit fons paruus qua re.

maximũ,qñ.ſ.nobis genuit dñm nr̃m Ieſum Chriſtum,qui ait Eccl.24. Ego quaſi aquęductus exiui de paradiſo Dei coopertus.ſ.carne mortali, de paradiſo.i.fonte paradiſi, eccleſiæ. Fons vt dr̃ Gen.4. egrediebatur de loco voluptatis.i.paradiſo virgo.ſ.Maria plena gr̃a.Qui fons diuiditur in quattuor capita. Effectus.n. gr̃æ procedentis ab iſto fonte ad quattuor partes extendit. Ad angelos videlicet eos reſtaurando & lętificãdo.Ad inferos dęmones virtutem eorũ exterminando ps 73. Confregiſti capita draconũ in aquis. Ad patres qui erant in limbo a tenebris liberando, ad hoies q̃ ſunt in mũdo iuſtificãdo & a multis malis liberãdo. Excellentiſſime igitur dr̃.Aue gr̃a plena.Nam (vt ait b.Bern.) de plenitudine eius oẽs recipiunt,captiuus redẽptionem, ęger curationẽ, triſtis conſolationem,peccator veniam, iuſtus gratiam angeli lętitiam tota trinitas gloriam. Deniq, Dei filius carnis ſubſtantiam.

§.2. ¶Inueniſti gr̃am apud Deũ.Ex his verbis comprehendit excellentia b.Mariæ. Et ex eo qđ dicit angelus. Inueniſti. Inuenit ait,non qa prima in rem gr̃æ venit. Nã angelus prius in hãc rẽ gr̃æ venit,cũ.ſ.a principio ſibi fuit gr̃a collata. Sed inuenit qa ipſam rem gr̃æ perditã primo recuperauit humano generi. Hoc Adã nõ fecit,qa & ſi gr̃am perditam per pn̄am recuperauit,vt dr̃ de pę.di.1.Sicut primi, hoc tm̃ pro ſe,non pro humano gñe procurauit,ſed Maria pro oibus inuenit,qa per ipſam oẽs gr̃am rehabuerunt virtualiter per filiũ ipſam nobis afferentẽ.Meruit aũt hoc de cõgruo.Vnde b.Aug. in ſermo.Ob.Maria quis tibi digne iura gratiarum & laudum pręconia valeat impendere, q̃ tuo ſingulari merito mundo ſuccurriſti perdito?Et cũ per virtutes gratuitas ſit proprie meritũ.i.per opera earum. Et b.Aug.dicat qꝺ humilitas Mariæ nobis genuit Deũ. Et b.Bern.qꝺ ipſa Maria eſt mulier illa euangelica q̃ cõmiſcuit ſata tria.i.deitatẽ, aĩam, & carnẽ Chriſti in vna pſona coniunxit.Et fermentũ ad ea cõmiſcenda ſeu fermentanda fuit fide eius. Et b. Aug. qꝺ beatior fuit Maria concipiendo fide q̃ carne. Patet qꝺ meruit gr̃am nobis perditã inuenirẽ.Inueniſti ait. Non creaſti gr̃am,qa hoc Dei eſt qa gr̃am & gloriã dabit dñs.Inueniſti. Non ſp̃ habuiſti vt filius tuus. De quę Io.j. plena gr̃a & veritate. Inueniſti non rapuiſti vt angelus primus dicens. Similis ero altiſſimo. Inueniſti non perdidiſti vt primi parentes,qui vt ait b.Aug. voluerũt diuinitatẽ & perdiderunt felicitatẽ gr̃ę.ſ.glorię.Inueniſti non & emiſti, vt Symon magus qui obtulit pecuniã Apl̃is vt emeret gr̃am.ſ.Inueniſti,quia quęſiſti,qa qui q̃rit inuenit, vt virgo prudẽtiſſima vt doctrix fideliſſima. Sed credidiſti vt mr̃ miſericordiſſima. Inueniſti gr̃am Dei miſerantis charitate p̃mittẽtis veritate,hois neceſſitate,tui ad hoc idoneitate.Inueniſti gr̃am increatã in Deũ. Et in illa & cũ illa oẽm creaturã. Inueniſti gr̃am ſpecialẽ.Et gñalem,qdẽ,qa gr̃a q̃ fuit & eſt in oib.electis in ipſa fuit.ſ.gratũ faciẽs.Gr̃am ſpecialẽ q̃.ſ.fuit in aliq̃bus ſctis ſed non in oibus, vt gr̃æ gratis datæ apl̃is & aliis.Gr̃am ſingularem q̃ ſibi ſoli conuenit, vt patet de duodecim eius priuilegiis.Et de his oib.plene infra dicet. Inueniſti gr̃am corporalẽ, qa gratioſa in aſpectu oibus & in ſermone pſal.Diffuſa eſt gr̃a in labiis tuis. Sed & hãc gñalem habuit q̃tum ad corporis reſurrectionẽ cũ aliis. Sed ante alios, qa q̃citius poſt mortẽ.Specialẽ,q̃tum ad virginitatis integritatẽ,ſed perfectius cũctis. Singularẽ quantũ ad vteri fęcunditatẽ & talis mr̃ facta vnigeniti,mr̃ Dei & plaſmatoris oĩum,mr̃ inuiolata,mater intacta. Inueniſti gr̃am apud Deũ. ¶ Vbi ſciendũ qꝺ iſta ꝓpoſitio apud Deũ tripl̃r ſumit.Qñq;.n.dicit ęqualitatẽ eſſentię, vt illud.Verbũ erat apud Deũ Io.j.Qñq;ęqualitatẽ ſm̃ ſitũ, vt qñ apponit̃ ad ſupra & infra, ſicut dictum eſt 3.Reg.2. Poſitus eſt thronus matris apud uel iuxta thronum regis. Qñq, apud & iuxta ponit̃ reſpectiue. Sicut dr̃ de mulieribus qꝺ ſtabant iuxta crucẽ.Nõ quidẽ abſolute. Sic.n.ſtabat mr̃ Ieſu & Ioãnes iuxta crucẽ,qui valde prope. Sed aliæ mulieres dñr ſtare iuxta crucẽ reſpectiue.i.reſpectu turbæ quę lõgius eis erat a cruce.Vnde & alius euangeliſta dicit.Mulieres ſtabãt a lõge, reſpectu.ſ.matris Ieſu, q̃ abſolute iuxta crucẽ ſtabat. Et oib. his tribus modis poteſt exponi hæc iſtud apud Deũ.Nã primo mõ ſicut filius dr̃ eſſe apud patrẽ,pp identitatẽ naturæ.qa eiuſdẽ nature.Sic Maria gr̃am inuenit vt ſit apd̃ Deũ.ſ.qa ſ.eiuſdẽ naturę cũ eo ſm̃ humanitatẽ in qua eſt vnũ cũ matre, ſicut in deitate vnũ cũ patre. Et vere iſta eſt gr̃a nimis mirabilis. Scdo mõ.ſ.q̃tum ad ſitum,certũ eſt qꝺ exaltata eſt in cœlo ſuper choros angelorũ,vnde & apud Deũ.i.excellentiori gradu gloriæ decorata ſup oẽs puras creaturas. Iuxta illud ps 44. Aſtitit regina a dextris.ſ.Maria. Iuxta figurã illã ſupradictã de matre Salo.cuius thronus poſitus eſt iuxta thronum eius.Et apte,qa vna eſt maieſtas regia in rege & regina & coequantur ſibi. Inuenit ergo gr̃am vt ſit apud Deum.i.excellẽtiori gloria q̃ aliæ creaturæ. Tertio mõ dr̃ apud Deũ qa ꝓpinquiſſima fuit Deo reſpectu aliorũ in ſctitate. Vñ & ei familiariſſima,vt inueniat gr̃am apd̃ Deũ pro deuotis eius, & refugiũ hñtibus ad eã in ſuis

Inueniſti gr̃am exponit pulchre.

De tripli ci acceptione hui⁹ præpoſitionis apud Deum.

in ſuis neceſſitatibus. Apud ergo Deum creatorem, factorem, iuſtificatorē, & glorificatorē inuenit gratiam ad procurandum omnibus. Vnde & bene ait angelus. Aue gratia plena.

¶*De triplici genere gratiarum. Cap.* 16.

AVe gratia plena, hęc plenitudo gr̄ę pōt intelligi tripl̄r, vel qa ſummā & oēm gr̄am habuit, vel qa maior gr̄a nō fuit, vel qa maioris gr̄æ capax non fuit. Conſtat aūt ſm Alber. vbi ſupr. qa nō ſummā & oēm habuit, qa gr̄ā vnionis nō habuit quæ eſt ſumma in numero gr̄arum, nō ipſa ſed filius eius fuit deitati. vnitus. Similiter maior gratia fuit in filio inquantū hō q̄ in ea. Vñ dici nō pōt qa maior gratia q̄ ſua nō fuit. Reſtat ergo vt intelligat, certio mō. ſ. qa maioris gr̄ę capax nō fuit pura creatura, & in ſtatu illo viatorū, nā ſi aucta eſt gr̄a in aſſumptione, quia dr̄ gr̄a cōſummata tunc effecta eſt in comprehenſorū numero. Preterea priuilegia principū ſunt late interpr̄tāda Cum ergo dñs in priuilegio ſuo qđ ei mittit per angelū dicat gratia plena nulla ſpecificando erit pro oibus interpr̄tandum. Præterea Deus ifundit ſuā bonitatē vnicuiq; ſcđm ſuā virtutē & capacitatē, vt patet Mat. 25. de dño q̄ tradidit ſeruis ſuis bona ſua vnicuiq; ſcđm ꝓpriā virtutē, ergo quęcūq; creatura eſt capax oīs gr̄ę, cuius eſt capax pura creatura, illa erit plena oī gratia. Talis aūt creatura fuit beatiſſima virgo Maria, ergo ipſa eſt plena oī gratia cuius particeps pōt eſſe omnis pura creatura. Vbi ſciendum qđ triplex eſt genus gr̄arum.

De triplici genere gratiarū in Maria.

¶Eſt eum gratia gratum Deo faciens propter ſui ſanctitatem.

¶Eſt gr̄a gratis a Deo data pp aliorū vtilitatē.

¶Eſt gratia priuilegiorū, a Deo collata ad ſingularem ſublimitatem.

¶Omnibus his fuit plena virgo Maria vt dicere valeat illud Eccle. 24. In me oīs gr̄a. Et ió tranſite ad me oēs qui concupiſcitis me &c.

sic. Maternitas & virginitas spiritualis est perfectior & nobilior maternitate & virginitate corpali, ergo verius & plectius dr ecclia mater & virgo quã beata Maria. Respõdeo qd ecclesia nõ habet omnib. membris integritatẽ carnis. Et in nullo habet integritatẽ carnis & cordis cũ summa fecunditate spiritus & corporis excepta perfectissima virginitate & fecũditate beatæ Mariæ. Sed spũalem fecunditatẽ & virginitatẽ quã habet ecclesia in aliis mẽbris habet in se & in beata Maria excellentissime cõem cũ aliis, & in sup istã priuilegiatã singularitatẽ. De plãtis dicit phũs q̃ est 1 eis sexus. Est. n. plãta masculina, & plãta fœminina, & tñ plãta generat plãtã sine corruptione & commixtione, ergo ibi est mater & virgo, & nõ solũ Maria. Respõdeo qd planta dici posset suo mõdo hre virginitatẽ & fœcũditatẽ seu maternitatẽ, si simul haberet scilicet simul viroré florũ cũ patre fructificationis qd nõ cõtingit, vt dicere posset, flores mei fructus sicut amygdalũ quę virginis matris figura fuit. Hoc ẽt in figura notatur Gen. 14. vbi dr Abraæ. In quarta generatione reuertentur huc. s. ad terrã promissionis semini Abraæ promissam. ¶ Quatuor sũt modi generationis hũanæ scdm Aug. nec est inuenire aliũ modũ. Primus fuit sine fœmina & masculo, vt Adã factus a Deo. Secũdus fuit sine fœmina ex viro, vt Eua ex costa Adę. Tertius est ex muliere & masculo, vt est cõis oium naturalis generatio. Restabat quartus modus. s. ex fœmina sine viro. Et hoc est virginis Mariæ solum, vnde mater & virgo, qd est singulare priuilegium. Et per hanc generationem quartam filii Abraæ. i. veri fideles reuertentur ad terram fluentem melle & lacte promissam eis ideſt uitam æternam abundantem dulcedine dilectionis & lacte puritatis. ¶ Sextũ priuilegium grãæ est, qd est mater Dei Orige. sup illd. Cũ eẽt desponsata mater eius Mat. j. Mater vnigeniti Dei. Mater creatoris & plasmatoris oium. Mater eius q̃ est in cęlis sine matre, in terris sine patre. Et hoc est singulariſſi mũ oium priuilegiorũ eius Figuratum Dan. 14 in Daniele exitẽte in lacu leonũ, cui missus est Abacuch ministerio angeli de Iuda in Babyloniã cũ prãdio bono, q̃ Abacuch intrauit & exiuit ad Danielem clauso ostio, nec Daniel in aliquo fuit lesus a leonibus septem qui deuorabãt alios. Daniel. n. q̃ interptãt cã Dei, castissimus, sapiẽtissimus, cõtẽplationi deditus, significat virginẽ Mariã totã virilẽ nil fœmineũ in moribus habẽtẽ, castissimã, sapiẽtissimã, & cõtẽplatiuã, q̃ bene dr cã dei, qa mater Dei. Mater. n. est cã & origo filii, cuius filius Deus est. Abacuch interptãt luctator fortis, & significat Iesum q̃ luctã gessit cũ diabolo non inanẽ. Hic cũ prãdio bono diuinitatis angelos & hoies reficiẽtis ad Danielẽ. i. ad virginẽ missus est. i. incarnatus ex ea angelo nũciãte. De Iudea q̃ interptãt cõfessio missus est in babyloniã q̃ interptãt cõfusio, qa de cęlo vbi ẽ cõfessio diuinę laudis in mundũ plenũ cõfusione errorũ & pctorũ. Intrãte aũt & egrediẽte Abacuch claustra nõ referata fuerũt, qa aluus tumescit virginis claustra pudoris ꝓmanent, ẽt ipsum patiẽti. Leones septẽq circũeunt quærẽtes quẽ deuorẽt vniuersitas sunt dæmonum de septẽ vitiis capitalibus tentãtes q̃ in nullo potuerũt virginẽ matrẽ ledere. Sed alios deuorabant hoies & bestias. i. iudæos & gẽtiles. Vbi ẽt notãdũ scdm Alber. qd nõ põt itelligi maior grãa puræ creaturę participari q̃ eẽ matrem Dei, maior. n. est q̃ filius adoptiuus p grãam, vt angelus vel frater Dei. Et rõ primi est, qa iter matrẽ & filiũ est cõiũctio substãtialis. Inter patrẽ & filiũ adoptiuũ est participatio accidẽtalis, ergo magis est eẽ matrem Dei per naturã q̃ eẽ filium Dei per adoptionem, qa perfectior est cõiũctio substantialis q̃ accidẽtalis. Propterea qd claudit alterũ in se plus est & magis eligendum quã illud quod non claudit. Sed esse matrem domini scdm naturã claudit in se esse filium adoptiuum per gratiam necessario, qa aliter nõ fieret mater, ergo plus est esse matrẽ quã filium adoptiuum. ¶ De angelo sic probat ad quod sequitur maius bonum, illud est plus eligendum. Sed ad esse matrem Dei sequitur maius bonum quã esse angelum. Nã ex maternitate tali efficitur domina omnium angelorum. Et si angelus scdm naturam sit nobilior & perfectior homine, tamen scdm gratiã quæ potior ẽ natura potest esse perfectior sicut est in beata matre Dei. ¶ De fratre sic probat. Causa inquantum causa est dignior effectu inquã tum effectus. Dignius est ergo esse causam boni quã cõcausatũ bono. Sed mater Dei est causa & origo Dei, scdm illud qd natum est. Frater autẽ Dei nõ est causa & origo Dei, sed causatus ab eadem origine, ergo plus est esse matrẽ Dei quã fratrem Dei. In cuius etiam signũ est q̃ dominus dedit præceptum de honorando patrem & matrem, non autem de honorãdo fratres, quia quid maius est mater quã frater. ¶ Itẽ cum maius & dignius sit esse patrem quã matrẽ, si aliqua pura creatura esset pr Dei scdm humanitatẽ, vr detur tunc plus esse sm hominem patrẽ esse Dei quã matrẽ Dei, ergo esse matrem Dei nõ est maximum priuilegiũ quod possit communicari pura creaturæ. Ad

Modi generationis hũani sunt quatuor

§. 9.

Mar. est mr Dei.

Mar. ex mẽnitate tali effecta est dña angelorũ.

Obiit---citur qd non sit maximũ priuilegiũ eẽ M--- tre Dei.

hoc

hoc respõdet Alber. q̃ hoc eẽ nõ pót, & multa indecentia sequerent Dicit. n. phũs q̃ masculus est qui generat in alio. Ergo ille qui esset pater Dei aut generaret in alio aut in seipso. Si in alio, ergo due eẽnt vnus generãs in alio & vnus vel vna generãs ab alio seu altero, ergo ibi esset masculus & fæmina. Si aũt pater ge-
§. 8. neraret in seipso, ergo nec esset masculus, nec esset pater. Itẽ nõ eẽt rõ tunc quare diceret pr̃ q̃ mater. Itẽ cũ nõ sit in viro locus conceptionis, formationis, & nutritionis. Et si fieret subita formatio, nõ eẽt generatio. Itẽ cũ non sit ibi organũ partus indifferẽs eẽt rõ virginitatis & sic non eẽt filius virginis, nec eẽt pr̃ nec mater. Itẽ sic eẽt excluſus sexus fẽmineus ab incarnatione. Non. n. incarnatũ esset fẽmina, nec ĩcarnatus eẽt ex fẽmina. Et sic patet q̃ maior gr̃a puræcreaturæ cõcedi nõ pót, q̃ eẽ matrẽ dei naturalis. Nã q̃ ait Xp̃s Mat. 12. Qui fecerit voluntatẽ patris mei. s. ipse meus frater soror & mater est, intelligit̃ spiritualiter ista parẽtela nõ naturaliter. Sed beata Maria fuit mater naturalis, vñ priuilegiũ singulare. Item q̃ fuerit nutrix Dei. Ipsum. n. vt canit ecclesia sola virgo lactabat vbere de cælo pleno, nõ est per se priuilegiũ sed pars priuilegii quę includitur in maternitate Dei. Ad integritatem. n. maternitatis scdm Alber. exigit̃ nõ tantũ materia prima corporis generandi, sed etiã alimẽtũ nutriendi, qđ tãtũ aptũ natũ est ab alio accipi Vnde quando est alia mater, alia nutrix. Nutrix est quasi media mater a qua aliquãdo puer multũ contrahit a cõplexione influente, ergo ad perfectissimã maternitatẽ exigit̃ etiã atio nutricis. Vnde cum beata Maria fuerit p fectissima mater fuit & nutrix, scdm illd Luc 11. Beatus venter qui te portauit & vbera quæ. suxisti. Et sic sub mr̃ Dei includit̃ nutrix Dei.

§. 10. ¶ Septimum priuilegium est, q̃ est virgo virginum. Sic canit ecclesia in lætaniis. Vbi notandum scdm Alber. q̃ per genitiuũ notatur duplex habitudo generalis. s. & spãlis. Rõne habitudinis quam importat generaliter notat originem. Dicitur. n. genitiuus a generando quasi a prima sui generatione a qua & nomen accepit, & notat habitudinem gignentis ad genitum vel econuerso. Ratione specialis habitudinis notat excellentiæ significationem. Ratione igitur primi non conuenit Xp̃o vt dicat̃ virgo virginum. Quia etsi excellit virginitatẽ matris, ipse tamẽ nõ fuit primus virgo qui generauit alios virgines per imitationem. Sed beata Maria est mater omnium in virginitate q̃ prima sine præcepto cõsilio vel exẽplo glorioſum virginitatis munus Deo obtulit, & per uotũ virginitatis, (vt dicit Aug.) ab ea emisſũ 27. q. 2. opprobrium virginitatis abstulit, quia maledicta in lege dicebat̃ sterilis, & eam in se cõsecrauit, & sic omnes virgines per imitationem sui genuit, ergo ei soli cõuenit qđ sit virgo virginum & mater virginum. Rõne autem secundæ habitudinis, idest inquãtum notat excellentiam super omnes virgines, sicut rosa flos florum, quia excellit alios, & rex regũ Iesus, quia excellit omnes reges. Sic ei soli conuenit ita q̃ nulla alia põt dici virgo virginum. Excellit autem omnes alios in fomitis extinctione, in puritate, & in fæcũditate, quia nulla virgo fæcunda nisi ipsa. Nec tamen ex hoc potest dici minus continens, quia nũquã fuit tẽtata, ex eo q̃ philosophus dicit in ethicis, q̃ cõtinens patitur, scilicet impulsus tentationum sed non deducitur, idest non vincitur ab eis. Nam hoc habet locũ scdm instinctum naturę vel cõmunis gratiæ, secus per extinctionem fomitis, vt in beata Maria. Victoria enim cũ fit declaratio potentiæ super aduersariam magis ac magis declarat potentiam quando tãta est super aduersarium potestas, q̃ non potest mouere bellum vel inire Conflictum, quã cũ post ictus & vulnere vincit inimicũ. Ex quo patet q̃ maior fuit virtus castitatis in bea. Maria q̃ in qualibet alia virgine, ita q̃ etiam angelos excellit in virginitate, quia illi a natura, hęc a gratia. Illa angelorum castitas necessaria, hæc gratuita & volũtaria. Illa in natura impassibili, hæc a natura fragili, & ideo vtilior, nobilior & laudabilior. ¶ Quãuis autem ꝓprie & vere dicatur virgo virginum, nõ tamen ita proprie dici potest mater matrum, quia in virginitate conuenit cum aliis in integritate mentis & corporis. Sed in maternitate non conuenit cũ aliis matribus, quia ille recipiunt conceptum ab aliis hominibus. Hæc autem non ab alio quam a Deo. Et ideo virgo. Vnde ecclesia Rubum quem viderat Moyses incõbustum conseruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem. Rubus est natura humana pungitiua per vitia. In hac apprehensus ignis diuinus q̃ Deus noster ignis consumens est, quãdo scilicet verbum Dei nostram naturam assumpsit de virgine. Ignis tamen iste humanitati vnitus nõ abstulit virorem virginitatis in Maria. A virore. n. dr̃ virgo. Et sicut spina rosã genuit iudæa Mariã. Figura hr̃ de rubo in Exod.

Mar. nõ dr̃ mater matrum sic virgo virginũ.

¶ Octauũ priuilegium beatæ Mariæ. est q̃ ma- §. 11.
ter est omnium. Vnde Prouerbio. 8. ipsa dicit prout introducit ecclesia in sui laudem. Cum eo scilicet Deo eram cuncta componens scilicet per recreationem seu reformationem

Mar. dicit̃ virgo virginũ quare, & qũo intelligit̃.

quæ quasi deformata ei aũt deformato hoĩe p pc̃m̃ pp quẽ oĩa facta erant. Vnde b. Ber. Merito in te dn̄a respiciũt oculi uniuersæ creaturæ in qua & ex qua benignissima manus Dei quicquid creauerat recreauit Et sic dici p̄t mr̄ oĩum Sap. 7. Oĩum mr̄ est. Nã cũ ipsa sit mater Dei, & Deus est pr̄ & origo oĩum. Quicquid .n. per se est cã & origo causę est per se origo & cã causati. Sed mr̄ per se est cã & origo filii. Et filius per se origo & cã oĩum q̃a per ipsum oĩa facta sunt Io. 1. s. per uerbũ filiũ Dei, ergo & ipsa per se est mater oĩum. Et pmaxime hoĩum est mater oĩum genitura & cura, q̃a unũ homi nẽ genuit, per quẽ oẽs recreauit seu regenerauit. Et in illo filio suo nobis procurauit quicquid ad vitã p̄tem, uel futurã nobis necessariũ fuit. ¶ Hoc aũt opus recreationis pp qđ dr̄ mr̄ oĩum b. Mariæ dn̄s fm quadruplex genus causarũ ei cõicauit. s. efficientis materialis, formalis & finalis. ¶ Causa quidẽ efficiẽtes nostrę recreationis. s. inesse gratiæ generationis post Deum sub Deo & cũ Deo, q̃a ipsa nobis illum genuit q nos oẽs recreauit seu regenerauit uirtualiter per passionẽ suam uirtutẽ gratiæ conferentem sacris. Et ut ipsum filium suũ gigneret suis uirtutibus de cõgruo promeruit. Vnde Ansel. Nẽpe decuit in ea puritate qua maior sub Deo nequeat intelligi, uirgo illa niteret, cui Deus pr̄ unicũ filium suũ quẽ de corde suo æqualẽ sibi genitũ tanq̃ seipsum diligebat ita dare disponebat ut naturaliter eẽt vn⁹, idemq; cõis Dei patris & uirginis filius. Et q̃ ipse filius sibi matrẽ specialiter eligebat, & de qua spiritus sanctus volebat & operatus erat vt conciperetur ille de quo ipsæ procedebat. Hęc Ansel. Et qđ dr̄ de patre æterno, ita & de matre eius tp̃ali dici pót illud Ro. 8. Proprio filio suo non pepercit sed pro nobis tradidit illũ. s. passum uoluntate & affectu. Et qũo cũ illo non nobis oĩa donauit pertinẽtia ad recreationem nostrã? ¶ Causa materialis fuit huius recreationis nr̄æ, q̃a spũs sanctus de purissimis eius carnib. & sanguinibus consensu mediante carnem assumpsit qđ in corpus trãsformauit per qđ redẽptio nostra & recreatio facta fuit. Huius rei mirabilis figura fuit q̃ hr̄ 2. Reg. 11. s. q̃ eo tpe quo solent reges ad bella ꝓcedere. s. tpe veris. Dauid surgens a dormitione in meridiẽ, uidit de solario eius mulierem. s. Bersabeæ pulcherrimã lauantẽ se, & amore tractus pulchritudinis eius misit nuncium vt ei acquiesceret. Quæ assentiens cõcepit filiũ, & sanctificata est mulier ab immundicia sua. Dauid interpretatus manu fortis significat fortissimũ & oĩpotẽ Deũ. Hic quasi a somno surrexit q̃n dispo-

Mar. est mr̄ oĩm hoĩum.

suit incarnari. Nã prius videbaṫ quasi dormire, dũ gn̄eri humano non prouidebat de redẽptione. Et in meridie. s. caloris diuini amoris, surrexit ad operandũ mysteriũ. Videns aṫ Ber sabeæ q̃ interpretatur puteus septimus vel puteus sacietatis. i. virginẽ Mariã pulcherrimam mẽte & corpore q̃ est puteus aquarũ viuentiũ gr̄æ septiformis supabundãs Lauantẽ, se nõ a maculis q̃ nullæ erãt: sed scripturis insistẽtem ac magis & magis se purificãte ꝓ opa. s. virtutũ quotidie magis Deo se appropinquantem. Videns ergo hãc mulierẽ oculo approbationis & miserationis tactus pulchritudine tantarũ virtutũ, misso angelo nũcio ut assentiret in conceptũ ipsa assentiente cõcepit saluatorẽ mundi. Et sanctificata est mulier ab immũdicia sua. siue q̃a fomes qui erat in ea relegatus tũc in cõceptu filii ex toto fuit extinctus. Siue & melius q̃a libera fuit & immunis ab immũdicia q̃ accidit in cõceptu filiorũ nullo mó eã habẽdo, sed de purissimis sanguinibus suis concipiendo. ¶ Nec incõueniẽs est ut uitio se gessũ. s. adulteriũ Dauid significet sctissimũ mysteriũ, ut dicit b. Gre. in mora. licẽt aliter ipse exponat. Nã & De⁹ de malis elicit bona. Et hoc forte est qđ dicit b. Amb. de facto isto Dauid, ꝙ nõ fuit improbitatis ęstus. s. tantũ sed umbra mysterij de pę. di. 3. s. incarnationis Licẽt ibi gl. aliter exponat. Sic igit̃ cã materialis, q̃a de puris sanguinibus & purissimis eius factus est recreator nr̄ Iesus. ¶ Cã formalis est b. Maria nr̄æ recreationis, q̃a oibus sue deiformissimæ conuersationis speculũ & exẽplũ est reuersionis a tenebris & directionis & cõuersionis ad intuitũ primæ lucis, vt in figurã eius dictũ sit Iudith. 11. Nõ ẽ mr̄ talis sup vniuersã terrã in aspectu & pulchritudine & sẽsu uerborũ. In aspectu. s. cõuersatiõis in ope. In pulchritudine castitatis in corpore. In sẽsu uerborũ interioribus verbis & puritate cogitationis i corde. Vñ b. Am. Hẽtis in ea ꝓbitatis exẽpla exp̃ssa. Primus discẽdi ardor nobilitas est magn̄i. Quid nobilius ea q̃ elegit splẽdor gl̄iæ &c. ¶ Cã finaṫ ẽ nr̄æ recreationis, q̃a totũ op⁹ redẽptionis post Deũ in ipsius gl̄iam & honorẽ ordinatũ fuit. Vñ Apo. 4. c. Seniores deponũt coronas suas antepedes agni recognoscẽtes se oẽs coronas humilitate & humanitate Xp̃i q̃ assumpsit de uirgine. Ecce. n. ex hoc (ait ipsa) beatã me dicent oẽs generationes q̃a. s. respexit humilitatẽ ancillæ suæ de me incarnando. Oẽs ergo immo oĩa cũ sint recreata & renouata ꝓ eam matre eam dñt reputare & eam super oĩa & super oẽs puras creaturas uenerari. Et hoc priuilegium quod nulli alii conuenit, scilicet quod sit mater omnium.

¶ Nonum

§.12. ¶Nonum priuilegiũ q̃ est porta cœli. B. Aug. in sermone in persona virginis ait. Porta facta sum cœli. Ianua facta sunt filio Dei. Illa facta sum porta q̃ vidit in visione Ezechiel prophe-

Mar. dr porta cę li. ta. Dr aũt b. Maria porta, quia cum proprietas portæ sit importare & exportare. i. medium per qd̃ res ab extra ad intra ciuitatem uel domum portant, & ẽt medium per qd̃ res quæ sunt intus in ciuitate uel domo ad extra portãtur per b. Mariã exiuit de cœlis. ad nos quicquid vnq̃ grã creatum venit immundũ, unde & dr mater grã & mr misericordiæ. Et de ea pt est intelligi illud Sap. 7. Oĩum bonorum mr est. Et venerunt mihi oĩa bona pariter cũ illa. s. uirgine põt dicere mundus. Scdo quicquid boni, i. oĩs qui de terris intrauit in cœlũ vt sancti oẽs per ipsam vt portam seu mediũ intrauit. Et ideo fęlix cęli porta, quia oẽs importat in cœlos per benedictũ fructũ filium suũ. Vnde in hymno canit ecclesia. Virgo fœlix cœli porta. Et infra. Vitam præsta puram iter para tutũ vt videntes Iesum semper colletemur. ¶Tertio dr cęli porta. i. cęlestis porta, quia ipsa sapientia increata Dei filius tanq̃ aquæductus intrauit & exiuit per eam vestitus carne nostra, semper tn̄ clausa. i. virginitate nõ violata. Vnde de ea in figura dr Ezech. 44. Porta hęc semper clausa erit, q̃. s. in illo mirabili ędificio uidit, & princeps ingredietur per eam. s. dns Deus, & clausa erit & nullus ingredietur per eam. s. homo, quia virgo ante partum in partu & post partũ. Sicut sydus radiũ profert sine sui uiolatione, & radius per fenestram vitream clausam intrat sine sui apertione. Ita & virgo b. Maria Dei filium sine

Scti por tę cœli dnr. virginitatis amissione. ¶Dnr & sancti aliq̃n portæ cęli, & hoc inquantum per eorũ suffragiũ uel uitæ exẽplum nos important in cęlum. Vnde & Io in Apoc. 21. vidit in cęlo 12. portas s. 12. apłos vel perfectos oẽs, qui nos præ cæteris meritis & exẽplis important in cœlũ. Sed & hoc modo multo magis potest dici porta cęli b. Maria pp maius eius & perfectius suffragiũ

Crux porta cę li dicit. & uitæ exẽplum. ¶Item crux dr porta cęli, qa per meritũ passionis intratur in cęlũ, de qua pt illud intelligi Mat. 7. O q̃ angusta est porta & arcta uia quæ ducit ad uitã. s. cœlestem. Angusta nimis fuit crux Christo, & via nobis arcta per immitationẽ. Et quia nulli ita fuit cõicata magnitudo passionis Christi sicut matri, ideo & meritum eius ad cęlum inducit, Christus ẽt dicit. Ego sum ostium si quis per me introierit saluabitur. Io. 10. quia ipse efficienter vt causa principalis nos introducit in cœlũ. s. p fidẽ suæ incarnationis de virgine implicitã vel explicitã. Vñ b. Aug. Ista fides sana est qua credimus nullũ hoĩem siue maioris siue minoris ætatis liberari a contagio mortis & obligatione pcti, qd̃ primo natura cõtraxit, nisi per vnũ Deum & hoĩem mediatorẽ Iesum Xp̃m. Et b. Greg. sup Ezech. dicit q̃ oẽs electi qui fuerũt & qui sunt in ecclesia in mediatorẽ Xp̃m Iesum crediderũt & credũt. Et sic huius fides introducit in cœlũ mediatore nato de uirgine. Et iste est primus articulus fidei de mediatore nato de uirgine. Et talis fides uiua tn̄ incarnati de uirgine proprie nos importat in cęlũ. Vnde in figurã in tẽplo erant duo ostia quæ simul claudebant & aperiebant. Et istæ due portę in tem plo ecclesiæ sunt Xp̃s & b. Maria. Nulli aũt hoc conuenit sanctorũ. Ideo priuilegiũ singulare.

§.13. ¶Decimũ priuilegiũ est qa regina dr miæ scdm illud qd̃ cantat in antiphona. Salue regina mię b. Ber. Oĩbus sinum mię suæ aperit. Idem. Sileat misericordiã tuã virgo Maria quicunq; te inuocans in necessitatibus auxiliũ tuũ sibi senserit de fuisse. Et sciendum q̃ scdm Alb. vbi supra cõuenientius dr regina misericordię q̃ grã regina uel glorię uel iustitiæ multiplici rõne. ¶Et prima rõ est, qa plus cõprehendit & ad amplius se extẽdit regnũ misericordiæ q̃ regnũ gr̃ę gloriæ vel iustitiæ, qd̃ probat ex eo, qa gra gloria & iustitia per tn̄ dnt collationẽ boni & ablationẽ mali, vt peccati & hmõi. Sed misericordia se extẽdit ẽt ad id ubi nõ est collatio boni gr̃ę uel ablatio peccati, qa ad eos qui sunt in inferno. Ibi. n. terga dãnatos non est collatio boni gratiæ vel ablatio peccati seu mali culpæ, & tn̄ est ibi misericordia, & si nõ liberãs tn̄ minus q̃ merent puniẽs. Merentur. n. ad nihilũ redigi qui tn̄ cõseruant in esse naturę, dicere ualeant illud Thren. 4. Misericordię eius q̃ non sumus consumpti. Ab ampliori aũt & maiori potentia, dignitas maior est & denominatio. Ergo a summa & maiori dignitate debet dici b. Maria regina misericordiæ q̃ gloriæ grã uel iustitię. ¶Item secundo. Gloria tn̄ est in cœlo, nõ in terra, nõ in inferno, non in purgatorio. Gratia est tn̄ in mundo, nec quoad oẽs quia non in malis hominibus. Et in purgatorio quoad oẽs non aũt quoad infernũ vel lymbũ puerorũ, ubi nulla gratia gratum faciens. Sed misericordia etiam est in cœlo. i. mira suauitas rigãs corda, scdm illud. Dñe in cœlo misericordia tua remunerans. s. vltra condignum. Est & in terra miserias remouens peccatorũ ps 32. Misericordia dñi plena est terra, qa ipsa plena est miseria. Est & in purgatorio per suffragia. Vnde hanc postulant dicentes. Miseremini mei miseremini mei saltem uos amici mei. Ioan. 19. Est in inferno & limbo

Mariacõ uenientius dr re ginamię q̃ regina gr̃ię, uel iustitię rõ multiplex.

limbo per conseruationē sui esse Ps.76. Nūqd obliuiscetur misereri Deus quoad paruulos q̄ gaudebunt viuere non purgati ab originali? Aut continebit in ira sua.i.seuera cruciatione misericordias suas, quin.s.non conseruet eos ineſſe. Ergo maximū regnū est regnū misericordiæ. Et ideo maxima regina dici debet regina misericordiæ. Tertio probatur sic. Quic quid est superius supiori est superius inferiori. Sed mia Dei est super omnia opera eius vt hr̄ in Ps.146. In operibus aūt Dei includuntur gratia, gloria, & iustitia, & multa alia. Regnū ergo miæ est sup omnia, ergo regina miæ determinat potentiam super oia. Sed illa proprie conuenit beatæ Mariæ. Vt potentissima dña, vnde & vere regina miæ. Item cum ipsa sit super patrimonium, & proprietatem filii sui Iesu Christi regina. Proprietas aūt filii sui est mia, vt patet in orōne ecclesiæ, Deus cui proprium est misereri sp̄ & parcere. Pater etiā est Deus mīarum & Deus totius consolationis, ergo & ipsa proprie regina miæ. ¶ Quarto cum dr̄ regina miæ, obliquus ille.s.miç, aut cōstruitur transitiue aut intransitiue. Si transitiue, vere & proprie dr̄ regina miæ, quia ipsa est causa totius miæ continens totam miam & releuans oēm miseriam. Hanc postulabat Dauid dicens Ps.83. Ostende nobis dñe miam tuam, Et subdit modū. Salutare tuum da nobis.i.Iesum qui datus est nobis ex virgine Maria. Si construitur intrāsitiue sensus est. Regina miç i.quæ est mia ipsa. Quod.n. dr̄ in abstracto de aliquo maxime commēdatur, vt de iusto qd est ipsa iustitia De misericorde q̄ est ipsa mia. Iu huius figurā legitur Hester.2. q̄ Hester regina quæ interpretatur humilis dicta ēt Ediſſa, q̄ interpretatur mia, & Esa.16. dr̄, Preparabit in mia solium eius. Solium est in loco proprio regni, ergo mia est proprius locus regni Christi. Sed illius regni dr̄ rex & regina, ergo proprie be. Maria est regina miæ. ¶ Quinto sic probatur Diony. in lib. de diui. no. dicit. Regnū est omnis finis & ornatus & legis ordinis distributio. Sed hæc omnia proprie conueniunt miæ, ergo ei proprie conuenit ratio regni, finis distributio sed iustitiam est, quia exules facit reges. Ornatus, q̄a deformissimos peccatores facit angelos pulcherrimos. Legis, quia dat charitatē, & pro illa regnū. Ordinis q̄a vnus sup angelos, hoīes sup cœlos. Habet ergo mia proprietates regni. Proprie ergo ipsa est regnū, Cuius regni potissime b. Maria est regina. Proprie igitur dr̄ regina miæ & magis quā imperatrix miç, quia hoc nomen imperator est magis nomē timoris & rigoris. Regina aūt est magis nomen ꝓuidētiæ & ꝑtatis. Vñ nec Deus in scripturis dr̄ imperator sed rex. Itē magis dr̄ regina miç q̄ regina reginarū, vel dña dñarum vel dea dearū. Hæc.n. oīa important magis dignitatē & excellētiam respectu superiorū & inferiorum. Si.n. diceret dea dearū nō videret dea vel regina sup dæmones vel peccatores. Dr̄.n. conuenientius regina miæ q̄ potētiæ vel sapīæ, q̄a in mia intelligit potentia & sapia, sed non conuenit. Mia.n. claudit in se illa tria potentiā & sapiam & iustitiam. Nec ēt ita proprie diceretur regina pacis & dilectionis, quia pax & dilectio non est vniuersaliter in omnibus regni sui, quia non in malis.

Mar. potius regina miæ q̄ imperatrix miç

¶ Vndecimum priuilegiū est, qd fuit ei passio Christi cōicata. Vñ Symeon Luc.1. Tuam ipsius aiam ptrāsiuit gladius suæ passionis vt cōiter exponit. Vñ Dam̄ dicit qd dolores partus fuerāt ei reseruati in passione filii, vel gladius uerbi Dei.i.fides fixa in corde de crucifixo filio qd Deus erat. Oēs alii & aliæ amiserūt tūc fidē de sua diuinitate, qm̄ oēs discipuli tūc fugerūt eo relicto, nō solū corpe, sed & fide. Et ipsa Maria Magdalena q̄ plus visa ē diligere ēt nō credidit Deū, & ꝓpterea Xp̄s resurgens cū ei apparuit ait Noli me tāgere q̄a nondū ascendi ad prem meū Io.21.s.in.corde tuo.i.nō credis me esse æqualē patri. ¶ Pro huius maiori declaratione dicit Alber. vbi supra q̄ hoc priuilegiū quod dr̄ cōicatio passionis duo importat.s.fidē crucifixi Dei & hoīs. Et per se passionē ex compassione patientis. Et fuit quadruplex diuersitas respectu dñicæ passionis. Quidā.n. nec habebant fidē Xpi nec cōpassionē, sicut infideles insultātes, blasphemātes, irridentes, & dæmones Quidam habuerunt cōpassionē, sed non fidē.s.qd Deus esset qui patiebat, sicut Apostoli quib. Xp̄s dixerat Omnes scandalum patiemini in me in nocte ista &c. Mat. 26. Scādalū eorum fuit, q̄a recesserūt a fide suæ diuinitatis q̄ ꝑtus confessi fuerant. Et mulieres ille quibus ait. Filiæ Hierusalem nolite flere super me &c. Luc.23. Quidam habuerunt fidem vel cognitionē, sed non compassionem vt angeli & alii extra statum viæ positi, vt qui in limbo patrum. Et latro qui fidem quidem habuit suæ deitatis, sed nō cōpassionē p se, & hoc q̄a circundatus ipse sua passione. Sola autē beatissima virgo fuit quæ simul habuit fidē & compassionem crucifixi Dei & hoīs, & ex cōpassiōe patiētis p se passionē. Et sic sola fuit cui datum est per priuilegium communicatio passionis. Cui filius vt dare posset præmiū voluit cōmunicare meritum passionis, & vt ipsam faceret participē bñficij redēptionis q̄a-

§.14.

De priuilegio cōicationis passiōis q̄d importat.

tenus ſicut fuit adiutrix redemptiõis per cõpaſſionẽ ita fieret mater oĩum p recreationẽ. Et ſicut totus mũdus obligat Deo per ſuã paſſionẽ, ita & dñę oĩum per eius cõpaſſionẽ. Vñ & glo. ſup illud Eſa. 63. Torcular calcaui ſolus & de gentibus nõ eſt vir mecũ. Torcular. i. tormenta paſſionis. Et alia glo. Nec angelus, nec archãgelus nec alius cęleſtis ſpũs. Deniq, humani generis nullus gentilis vel iudæus ſolus repugnat & ſupat. Sed notandũ q̃ dici de gẽtibus nõ ẽ vir mecũ, excludit. n. viros nõ mulieres, qa mulier illa btã Maria q̃ ſtabat iuxta crucẽ ſecũ fuit ad patiẽdũ ex cõpaſſiõe. Et ſicut dicim⁹ de dño Ieſu q̃ habuit sũmũ dolorẽ in paſſiõe & sũmũ gaudiũ, dolorẽ q̃dẽ ſm ſenſitiuã, gaudiũ ſm intellectiuã, qa vt dic. Dam̃. Vnicuiq; ſ. potẽtiæ pmittebat agere quæq; ꝓpria. Ita de mre dñi q̃d tũc habuit sũmã cõpaſſionẽ & cõgratulationẽ. Cõpaſſionẽ q̃dẽ exiſtẽtẽ in natura ſimul & in rõne vt in natura. Cõgratulationẽ vero in rõne vt rõne. Et intelligant hæc verba vt in materia dñicæ paſſionis. Vel dicat q̃d sũmũ triſtabile ĩ tali genere ẽ accipe dupl̃r. Vno mõ vt cõtrariũ sũme appetitui, & ſic ifert sũmũ dolorẽ. Alio mõ ꝓut ẽ via & mediũ ad sũmũ delectabile, & ſic ifert ſummũ gaudiũ. Sic aĩa btẽ virginis appẽdit mortẽ filii vt sũme cõtrariũ appetitui, & ſic sũmũ ei ĩtulit dolorẽ. Alio mõ vt ĩ remediũ redẽptiõis humani generis. Et ſic ĩtulit ei maximũ gaudiũ & delectationẽ. Et p̃t hæc ſimul ee qa vnũ eſt materia ad alterũ. Vel ſm alterũ modũ vita ĩ alterũ, via ẽ in ipsũ. Et q̃d fuerit in ea sũmus dolor ꝓbat ſic. Omnis. n. dolor ex amore creat. Eſt aũt triplex amor. ſ. naturalis, acqſitus, & gratuit⁹. Naturalis fuit ĩ sũmo, qa quãto natura nobilior, tãto habet nobiliores affectiones & operatiões. Ipſa aũt habuit naturã nobiliſſimã, vñ & amorẽ naturalẽ sũme. Itẽ amor acquiſitus fuit in ea in sũmo. Nã oẽs cauſæ accidentales quæ inducũt matrẽ ad diligẽdum filiũ fuerũt in ea in sũmo. Nũquã. n. filius aliquis tãtũ dilexit matrẽ, tãtum honorauit, tãtũ ꝓ ea ſuſtinuit, tantũ ei dedit ſicut Xp̃s pro matre, & ſic de aliis cauſis accidentalibus amoris acqſiti. Ergo in ea amor fuit in sũmo. item amor gratuitus. Nũquã. n. aliquis habuit tantam claritatem ad filium ſicut ipſa ad Ieſum, ergo & hic in sũmo. Si ergo hi tres habitus amoris. ſ. naturalis, acqſiti, & gratuiti elicĩant vnũ actũ amoris, erit ille in sũmo. Illa ergo erit dilectio ĩtenſiſſima. Et dolor ex amore hmõi erit intenſiſſimus, ſicut enim ſumme diligit vitã in dilecto, ita & ſumme dolet de morte dilecti. Summum ergo dolorem habuit in paſſiõe Chriſti. Et quia ſumme diligebat Deũ & proximum, & per paſſionem ſperabatur honor Dei, & ſumma ſalus proximi ſequebatur, inde habebat ſummum gaudium.

¶ Duodecimũ priuilegium & vltimũ eſt, q̃d eſt exaltata ſup oẽm purã creaturã in quarta hierarchia. Sic. n. canit eccleſia. Exaltata es ſancti Dei genitrix ſup choros angelorum. Q̃d ſic probat Alb. Omnes chori angelorum ſunt de aliqua hierarchia. Sed ipſa exaltata eſt ſuper choros angelorum, ergo ipſa eſt ſuper omnem hierarchiam. ¶ Secũda ratio. Plus diſtat beata virgo a Seraphin in dignitate & gloria quã Seraphin a Cherubin. Sed ꝓ excellentiã dignitatis ordinatur Seraphin ſup Cherubin vno ordine, ergo & b. Maria erit ſuper Seraphin vno ordine, ergo ſuper hierarchiã angelorum. Itẽ plus improportionabiliter differt dñs a ſeruo, quã ſeruus a ſeruo. Omnes angeli ſunt adminiſtratorii ſpiritus, ideſt ſerui, (dicit Apoſtolus ad Hebr. 1.) Beata Maria eſt domina angelorũ. Seraphin ergo ſe habet ad Cherubin, vt ſeruus ad ſeruum, beata Maria vt domina ad ſeruos. Ergo improportionabiliter eſt ſuper Seraphin q̃ eſt vltimus ordo in ſupræma hierarchia, vnde ſuper omnẽ hierarchiam exaltata. ¶ Tertio ſtatus gloriæ eſt eleuatus ſuper ſtatũ innocentiæ, ergo in corporibus, & animabus. Sed ſi homo non peccaſſet, aliquis aſſumptus fuiſſet ad ordinem Seraphin: Nam cũ ex hominibus eſſent reparandę ruinæ angelorum, & ſcd̃m aliquos doctores (quos ſequit be. Tho.) ceciderint ex omni ordine aliqui, vñ de Seraphin de quo dicitur fuiſſe Lucifer, ergo aliqs modo debet eleuari ſuper Seraphin. Et hæc eſt b. Maria, vnde in figuram dicitur. 3. Reg. 2. q̃d poſitus eſt thronus matris iuxta thronũ regis. Cõſtat aũt q̃d thronus veri Salomonis. ſ. Chriſti eſt ĩproportionabil̃r ſup Seraphin, ergo & thronus mris. Et ad hoc faciũt auctoritates ſanctorũ. Hinc b. Aug de te o virgo Maria q̃d dicã paup ingenio, cũ q̃cq̃d dixero minor laus eſt quã tua dignitas mereat? Si cælũ appellẽ, altiores, ſi matrẽ gẽtiũ dicã, excedis, ſi formam Dei appellẽ, digna exiſtis, ſi dñam angelorum vocẽ ꝓ oĩa cõprobaris. Si ergo dña angelorũ ẽ ſu poẽs angelos exaltata. Itẽ b. Hiero. in ſermone de aſsũptione. Hec ẽ pulchra ĩ qua meruit exaltari ſup choros angelorũ & peruenire vltra quã humanitatis nr̃æ licitũ ſit naturæ. Vbi nõ ſub ſtãtia tollit̃, ſed glorię magnitudo demoſtrat. Vbi Xp̃s pro nobis introiuit põtifex in æternũ. Idẽ. Hæc eſt dies ĩ qua vſq; ad throni celſitudinẽ mater & virgo proceſſit, atq; in regni ſolio ſublimata poſt Chriſtum glorioſa reſe-

§. 15. Maria exaltata ẽ ſuper oẽm purã creaturam.

sa resedit. Beata itaq; nō temere super choros angelorum exaltata deuotissime prædicaī, & creditur ꝙ saluator oīum per se quantū datur intelligi totus festiuus occurrerit, & cum gaudio eam secūm in throno collocauerit. Item sicut in corporalibus, ita in spiritualibus nihil est vacuum. Sed inter Deum & creaturā, mediū est creatura unita Deo. Similiter inter esse creaturam puram & esse creaturā unitā, medium est creatura de qua sumitur quod nascitur & vnitur. Et hęc est ergo inter creaturas & filium medium. s. b. Maria. Ergo ei debetur medius status, vnde & super oēs angelos Christus etiā dicit pro regula. Qui se humiliat exaltabitur Matth. 23. Et quanto qui se magis humiliat, a Deo exaltabitur saltem in regno beato. Propter quod dicit sapiens quanto maior es, tanto te magis humilia in oībus & inuenies gratiā. Vnde Christus qui se super omnes humiliauit seipsum vsque ad mortem crucis, immo & descendendo ad inferiores partes terræ, ꝓp ꝙ & Deus exaltauit illū & donauit ei nomen &c. Sed post eum b. Maria super oēs humilis fuit, & ideo debuit super omnes exaltari. Vnde ipsa ait, Quasi cedrus exaltata sum in libano, quæ arbor altior est oībus. Sed quia de hmōi exaltatione plenius dicitur in sermone de assumptione alia dimittuntur. Ex dictis patet qūo b. Maria fuit plena gratia quadrupliciter. Primo quia oēs gratias generales, & speciales omnium creaturarum habuit in summo. Secundo quia illas gratias habuit a quibus oīs creatura vacua fuit. Tertio quia sua gratia tanta fuit, ꝙ pura creatura maioris gratiæ capax nō fuit. Quarto quia etiam gratiam increatam. i. Deum in se totam continuit. Et sic per omnem modum gratia plena fuit.

¶ *Dominus Deus fuit cum Maria quinque modis. Cap.* 21.

DOminus tecum. Dns. s. Deus. Vbi primo sciendum ꝙ sm magistrum sententiarū, Deus dr esse in omnibus rebus creatis tripliciter. s. per essentiā præsentiam, & potentiam. Et in sanctis suis quarto modo. s. per inhabitantem gratiam, uel hic inchoatam, uel in futuro consummatam. Omnibus his modis erat dns Deus in b. Maria perfectius quam in cęteris omnibus. ¶ Dicitur. n. Deus esse in creaturis per essentiam inquantum per suum continuum influxum conseruat creata inesse. Vnde b. Gre. Omnia in nihilum redirent nisi ea manus omnipotentis sustentaret. Et sic exponit Chryso. illud Io. 1. Sine ipso. s. gubernante factum est nihil. i. qđ factum est nihil est. Quanto aūt aliqua creatura uel in specie vel indiuiduo habet perfectius esse tanto magis pōt aliquo modo dici Deus ibi magis inesse ꝓ essentiam, vnde magis in hoīe q̄ in brutis. Et quia b. Mariæ dedit nobilissimum esse, quia optime formata & complexionata super oēs. Ideo dns tecum. ¶ Per prēsentiam dr Deus in omnibus esse quia nouit oīa intima creaturæ. Oīa nuda & aperta oculis eius Hebr. 4. Sed in beata virgine fuit per prēsentiam, non solum quia ipse vidit oīa secreta eius effectus & cogitatus oculo cogitationis, sed & oculo approbationis oēs actus eius interiores & exteriores ut sanctissimos approbauit. ¶ Per potentiam dr esse in rebus, quia oībus dat virtutem operandi. Vnde Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Et quia virtutem dedit operandi b. Mariæ perfectius q̄ alteri puræ creaturæ, ideo & perfectius q̄ in aliis dns tecum. ¶ Per gratiam est in sanctis 1. Io. 4. Qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. Sed certe nullus potest æquari b. Mariæ in charitate Cant. 1. Introduxit me rex in cellam vinariam. s. gratiæ suæ abundantissimæ, & ordinauit in me charitatem. Sed vltra dictos modos essendi fuit mō inaudito a sæculis stupendissimo. s. per præsentiam corporalem q̄ verbum caro factū est, & de qua nisi de virgine Maria ait b. Ber. Et sm hoc exponitur dns tecum. s. cito erit incarnandus. ¶ Si dicaī ꝙ sm phūm. Sermones inquirendi & faciendi sunt sm materiam quæ tractatur. Vnde in materia amoris non debet poni nomen timoris sm illud Malach. 1. Si ego dns ubi est timor meus. Cū ergo tractaret meteria summi amoris. s. in carnatio filii Dei non vī ꝙ debuerit dicere dns tecū, sed potius pax uobis uel tecū. Sicut & filius eius salutabat quos diligebat. Sed hoc nō obstāte dicit Alb. vbi supra ꝙ in ista salutatione in eo qđ dr dns tecū duo intenduntur. Vnū ut ꝓsona mittentis ꝓprie exprimaī. Alterū ut liberū arbitriū beatissimæ virginis ad credendū & assentiendū inclineī. Ista aūt duo perfectissime & proprijssime exprimit hoc nomen dns. Quod a potentia imponitur. s. a dominando. Vnde b. Ambrosius. Quod dominus non est potentiæ, & quando absolute dicitur soli Deo appropriatur. Alii vero dns dr respectu serui illius, uel illius seu alicuius loci determinati. Ipse absolute dicitur dominus, quia est dominus omnium Hester 3. Dominus vniuersorum tu es quod solius Dei trinitatis est proprium, qui est persona mittens in hac salutatione. Et sic persona mittens proprie nominatur. Per idem autem & liberum arbitrium

Deus dr esse in oībus rebus creatis tripliciter

bitrium beatiſſimę virginis inclinat, qa ad cōſentiendū mirabilia maxime diſponit fides de oīpotentia, quia credit & aduertit Deum oīa facere poſſe. Acquieſcit ipſum poſſe, & naturas mutare, & naturis imperare. Vnde cū hoc oīum nouorū nouiſſimū nuncieť b. virgini. Ad credendū congruentiſſime ponit hoc nomen dñs, qđ abſolue poſitū eſt oīpotentiæ demonſtratiuū. Quia vero liberū b. virginis ēt per ſe erat facile ad credendū paratum, non indiguit exprimi cū inſinuatione omnipotentiæ vt diceretur dñs omnipotens. Vel cū terrore, vt dñs exercituum. Sed ſufficit leuis eius annunciatio, & quaſi obſcura expreſſio potentiæ, qualis per hoc nomē dñi importatur. Dicit ergo dñs tecum, quaſi dicat ei aperte. Nihil credas tibi impoſſibile quę ſcis te dñm i ſociū habere. Sed dic confidenter oīa poſſum in eo qui mecum eſt. Si. n. aliqui duo vnū officiū debeant operari, quid impedit ſi unus eſt debilis: cū alter ſit adeo fortis, vt per ſe effectū illū poſſit inducere iſto ēt non iuuante? Et ex his patet rñſio ad obiectū, ſ. quia dñs hic ponitur ad notandum potentiam faciendi non timorem vel terroré.

¶ Secundo ſciendū q cū dñs tecū dr, aſſociatio denotetur. Aſſociatio aūt cum ſit in aliquo ſm Albertum, notari hic pōt triplex aſſociatio quæ reperitur in rebus & dñi cum b. Maria in myſterio vitæ, videlicet.

De triplici aſſociatione.

¶ Aſſociatio in eſſendo.
¶ Aſſociatio in patiendo.
¶ Aſſociatio in agendo.

¶ Aſſociatio in eſſendo duplex eſſe poteſt. ſ. abſolute & reſpectiue. Si abſolute. Eſt hæc ſubſtantiali quali & q̄to. Aſſociatio in ſubſtātiali eſt identitatis. In quali eſt ſimilitudo. In q̄to eſt q̄ualitas. Fuit ergo aſſociatio dñi & b. Mariæ in ſubſtātiali eſſe, vna. ſ. in humanitate, qa verus hō de hoīe. i. virgine vera. Vnde in Gen. Caro. n. & frater nr̄ eſt. ad Philip. 2. Habitu inuentus vt hō. Fuit ēt ſimilitudo in voluntate, qa nil volebat niſi qđ Deus vellet. Fuit q̄ualitas quoq; potentiæ in genere. Ipſa. n. regina eius regni, cuius ipſe eſt rex. Vnde de ea canit. Aue regina cęlorū. Vel in ipſis poteſt notari, ſ. beatam virginem & dñm filium identitatis in natura. Similitudo in forma & figura. Aequalitas in virtute naturali, vel in potentia. Si aūt eſt cōio ſeu aſſociatio in eſſe reſpectiue, hoc eſt vel duorum adinuicem. Et hæc eſt in ſummo inter dñm filium & matrem, quia hæc mater & his filius eius. Aut hæc cōio vel aſſociatio eſt duorum ad vnum, & hæc triplex eſt, quia uel ſm tps, vel ſm locū, vel ſm ſitum vel habitum.

¶ Aſſociatio dñi & b. Mariæ ſm tps reperitur triplex. Fuit. n. tps propriæ humiliationis, & in hoc tpe fuit dñs filius cū matre ſua, vt in tpe purificationis qñ obtulit filiū in templo. Lu. 2. Nam in illo humiliauit ſe mater in ſacrificio purificationis quæ non agebat ea cū eſſet ſummè pura, quæ non ex hoīe concipiens. Humiliauit ſe filius cum ea in templo oblatus & redemptus pecunia. Fuit & tps perſecutionis in paſſione, ſ. in qua aſſociata eſt ei, quia ſtabat iuxta crucem mater eius. Io. 19. Fuit tertio tps cōſolationis vt in reſurrectione, in qua primo (vt ait b. Amb.) apparuit ſibi. Et ideo nō acceſſit cum mulieribus ad monumentum quę in morte eum detineri putabant, qa (vt ait Ber.) Certe expectabat eum reſurgentem videre & inde conſolari. In his ergo tpibus dñs ſecum.

¶ Quantum ad aſſociationem in loco. Sciendum q triplex conſideratur locus, quia alius naturalis, alius pœnalis alius dignitatis. In his oībus dñs ſecum. Naturalis quidem locus fuit vterus virginis in quo fuit filius menſibus nouem. Matth. 1. Inuenta eſt in vtero habens, ſ. Ieſum. Locus pœnalis fuit exilium qñ. ſ. propter timorem Herodis nec occideret filium paruulum, ſicut tot milia innocentum ut peruenirent ad ipſum fugit cum filio in Egyptum ibi exulans per ſeptennium, iuxta id qđ prædixerat Hiere. Ecce aſcendet dñs in Egyptum ſuper nubem leuem. ſ. virginē quæ onera contingii ignorauit ac etiā pondera peccati. Locus dignitatis eſt cœlum empyreum, de quo canit eccleſia. Aſcendit Chriſtus in cœlum, & præparauit ſuæ caſtiſſimæ matri locū in quo poſt ipſum gloriōſa reſedit, ſuper omnes exaltata. In omnibus his locis fuit ſecum. ¶ Fuit tertio ſecundum ſitum cum ea omnimodo. Nam in utero manens cum iacente iacebat, cum ſedente ſedebat, cum ſtante ſtabat. Secundum habitum etiam fuit cum ipſa beatiſſima Maria eadem carne induit Deum qua ipſa erat induta, iuxta illud ad Philip. 2. Habitu inuentus ut homo. Et pſal. 92. Dominus regnauit decorem indutus eſt, indutus eſt dominus fortitudinem. ſ. humanitatem decoratiſſimam & potentiſſimam ad expugnandos hoſtes, quam veſtem fecit ei mater ſua. ¶ Secunda aſſociatio cum domino filio fuit in patiendo. Eſt autem triplex compaſſio, ſeu aſſociatio in patiendo, naturalis vt mater filio. Vnde Agar ancilla videns filium ſuum Hiſmahel ſiti mori, ex compaſſione quaſi nō valens eum uidere mori, dimiſit eum. Sed dominus prouidit. Beatiſſima Maria ait Thren. primo. Attēdite omnes qui tranſitis per viam ſi eſt dolor ſicut dolor meus, ex cumpaſſione ad filium in cruce pendentem.

dentem. Sed & ipse filius compatiens matri q̃ sciebat summe dolere, ait matri suę. Ecce filius tuus. Scda est passio accidentalis vt compatiat seruus dño, sicut compatiebantur serui Dauid cũ filius persequebat eũ, exeuntes ciuitatẽ cũ eo lugentes. Et sic b. Maria cõpassa est filio ut fidelissima ancilla dño cum sequebatur eũ in prædicatis in quibus calũniabat, subsanabat, & maledicebatur. ¶ Tertia est passio essentialis ut mẽbrum delicatissimũ suo mẽbro compatiatur. 1. Cor. Si patitur vnũ mẽbrum compatiuntur oĩa mẽbra. Et præcipue capite languente oĩa mẽbra dolent. Et q̃a filius eius erat pars eius & mẽbrum ꝓcipuũ spũale eius cũ ipse sit caput ecclesię. Ideo & ipsa cũ eo passa est Lu. 2. ait Simeon. Tuam ipsius aĩam pertransibit gladius. Et in his oĩbus fuit consociatio eius in patiendo. ¶ In agẽdo tria sunt genera hoĩum q̃ sibi cõicant in agendo. s. contrahentes, gerantes, & adiuuantes. Et ipsa beatissima virgo cõicauit cũ dño & associauit se in cõtractu matrimonii hoĩs & Dei ps 18. Et ipse tanq̃ sponsus ecclesiæ procedens de thalamo suo. s. uteri uirginalis. A summo cœlo egressio eius. Associauit se in generatione filij. Spũs. n. sanctus superueniet in ea, ut de purissimis sanguinibus eius formaret corpus filij cum dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbũ tuũ. In adiutoriũ generis humani saluandi, in cuius figurã dixit dñs Gen. 2. Non est bonum hoĩem esse solum. Faciamus ei adiutoriũ simile sibi. Et formauit Euã q̃ dicta est mr oĩum uiuentiũ. Sed magis proprie potuisset dici mr mortuorũ, quia filios suos ipsa occidit. Sed beatissima Maria uere mr est spiritualiter uiuentium. Et sic b. Maria cõicauit dño in oĩ eo quo contingit aliq̃d alicui cõicare. Et ideo in oĩ modo. Dñs tecũ. Dñs oĩum per creationem generaliter. Dñs hoĩum per recreationem specialiter. Dñs tuus p immediatam superpositionem Christi hoĩs per vnionẽ. Tecum ergo dñs per essentiam, præsentiam, potẽtiam, per inhabitantem gratiam & corporalem præsentiam.

§. 2. ¶ Dñs tecum. Dñs paret inquit Athanasius in symbolo dñs filius dñs spũsanctus. Et tñ non tres dñi, sed vnus est dñs. Tota. n. trinitas. s. pr & filius & spiritussanctus opata est mysterium incarnationis. s. formans illud corpus ex virgine animam Xpi subito creando ex nihilo, & unionẽ illam humanitatis suæ cũ deitate efficiendo & gram & sapientiã quasi infinitam ei infundendo. Inseparabilia. n. sunt opera trinitatis de conse. dist. 4. Oẽs. s. ab extra licèt solus filius non pr non spiritussanctus unitus sit nrę humanitatis in persona. ¶ Et ponit Anselmus exẽplum de una uestę q̃ fecerunt in scindendo, suendo tres personæ, & tñ una sola ex illis illa uestę se induit. In cuius figuram legit Ionę 2. ꝙ rex Niniuæ descendit de solio & indutus est sacco ad placandũ iram Dei contra Niniuem. 1. mundum subuertendum pp scelera sua. Sic Dei filius rex regũ descendit de cœlesti solio & indutus est sacco nostræ mortalitatis in quo erat thesaurus sãguinis eius cuius ꝑcio mũdi periturus, recõciliatus est Deo. Hinc & b. Ber. super missus est. Pater inquit tecũ qui filium suum facit & tuum. Filius tecum qui ad condendum te mirabile facrm, miro modo & sibi fecerat sacrarium, & tibi seruat genitale signaculum. Spũsanctus tecũ qui cum patre & filio tuum sanctificat uterum. Et quia patri attribuitur potentia, filio sapientia, spirituisancto bonitas, & beniuolentia. Ideo primo. Dñs, pater tecum exercens summã potentiam. Dñs filius tecum, ostendens eximiam sapientiam. Dñs spũssanctus tecũ, exhibens nimiam beniuolentiam. ¶ Quantum ad primum quia patri attribuitur potentia, & hoc opus incarnationis fuit summæ oĩpotentiæ. Ideo dico patrem exercuisse summã potentiã. Fecit (inquit ipsa beatissima Maria) mihi magna qui potẽs est. Coniuncta quippe sunt in hoc opere tria maxime distãtia. s. Deus & limus, ut ait b Ber. i. hó qui de limo ſm corpus factus est. Mater & uirgo, quæ cõiter sunt contraria simul posita. Paries quidem filiũ & uirginitatis non patieris detrimentum cãtatur de beatissima Maria. Fides est cor humanum. Cor humanũ cõiter non assentit. i. intellectus, nisi his quæ ratione probantur. Sed supra oẽm rationem hoc est, ꝙ Deus factus est homo ex uirgine natus. Et tñ totus mundus hoc mysterium credidit & confessus est. Et ut dicit b. Aug. In his quæ supernaturaliter & miraculose fiunt tota rõ facti est potentia facientis. Nam rõ decit, mens non capit humana tm mysterium. Vnde sapientissimus Salomon prouerb. pe. sic ait. Tria sunt mihi difficilia ad cognoscendum & quartum pęnitus ignoro. s. uiam aquilæ in cœlo, uiam nauis in medio mari?, uiam colubri sup terram, & uiam uiri in adolescentia sua, ſm Hebræos vt dicit Nicol. de Lyra. ¶ Vbi nota quatuor mysteria magnæ potentiæ, & difficilia ad intelligendũ. Via aquilæ in cœlo est ascensio Xpi in cœlo, q̃ sua uirtute ascendit. Via nauis in mari fuit opatio Xpi in passione in qua summæ dolebat ſm sensitiuã, & summæ gaudebat ſm intellectiuam. Via colubri super terram fuit resurrectio eius de sepulchro Ipse enim assimilauit se serpenti dicens. Ioan. 3. Sicut Moy-

Tota trĩnitas fuit cum Maria.

De quatuor mysterijs ad intelligẽdũ difficilibus.

viuere vt dignus poſſim laudum tuarum ferre pconia? Nã niſi tu fores Deus non ſumeret carnẽ, ex te hic Deus omnipotẽtes. Nõ tñ creditur. Ouidium illum libriũ feciſſe, ſed aliquis fidelis. Ouidio intitulans. ¶Ex Græcis fuerit cõmuniter ſibyllæ. Vnde & Lactantius ponit eorũ verba de Chriſto in Græco & poſtea in latino hæ laudãt be. Mariã. ¶Sciſmatici & hę retici etſi in multis errẽt, vel qa male ſentiũt de aliquibus articulis, venerantur benedictã & btãm dicunt virginẽ gloriоſam exceptis illis qui aſſerũt ipſam habuiſſe alios filios ex Ioſeph, quod blaſphemum eſt & hæreticũ dicere. ¶Sed & mahchriſtiani modo ſuo benedicunt virginem. Nã & homicidæ, adulteri, incæſtuoſi blaſphemi, proditores, & omni viciorum ſpurcicia infecti, aliqui venerantur & benedicunt btãm Mariam. Ieiunantes in honorem hius ſabbatis vel per totum annũ diem annunciationis vel vigilias feſtiuitatum eius in pane & aqua. Et multi videntur magis beatam virginem in ueneratione habere q̃ Chriſtũ filiũ eius magis ex ſimplicitate moti q̃ ſcientia. Sed qa honor matris in filium redundat, patientiã habet huius ſimplicitatis. ¶Eccleſiæ plurimę diſperſæ per orbem terrarũ ad honorem beatæ Mariæ dedicatæ plenæ imaginibus, oſtẽdit de uotionem eximiam ſtipendiorũ & hominum pręditorum ad beatã Mariam cui ſe recõmendantes cum votis gratias innumeras percipiunt bene ficiorũ ac euaſionis ex maximis periculis. ¶Generationis ergo reproborũ beatã eam dicunt & benedicunt. ¶Secunda generatio eſt rectorum & electorũ, de qua in Pſ. 111. Generatio rectorum benedicetur. Et in alio Hæc eſt generatio quærentiũ dominum Sap. 4. O q̃ pulchra eſt caſta generatio cum Pſ. 23. claritate vel cũ claritate. Hæc generatio cõpræhẽdit eccleſiam cũ omnibus bonis fidelibus. Hi mirabiliter quantũ poſſunt eth non quantum merentur, venerantur beatã Mariam & benedicunt. Vnde eccleſia ſtatuit dici in diuino officio & horas canonicas dierim ad honorem eius ſicut ad honorẽ Dei officiũ illud, & ita ſunt in pcepto quoad obligatos. Addit quoq; eccleſia omnibus ſabbatis cum uacant eã in miſſis vel officio toto honorari ſolemniter & cũ ſequẽtiis, & ſicut honorat dominus filius in dominicali officio ob ſuã reſurrectionẽ, ita & ipſa honorat domina mater in ſabbato, quia illa die. ſ. ſabbati mortuo filio & fide extincta de eius diuinitate in oĩbus diſcipulis & aliis, ſola vera cognitio ſuę diuinitatis in ea requieuit illa die. Nã ſequente die re-

cupera-

Quare ter i die pulsant cāpanæ.

cuperauerunt plures. Statuit insuper ecclesia singulis diebus pulsari ter campanas ecclesiarum de sero, & iterum de mane. Ad qd nisi ut honoraret b. Maria, & laudetur ex salutatione angelica? ¶Generatio hæc electorū ecclesiæ benedicet, & beatissimā dñt virginē hanc ex multitudine ecclesiarū dedicatarū sub titulo eius p totū orbem. Quæ ciuitas, qđ castrū, quæ uilla est quæ non habeat ecclesiam & solēniorem in eius noīe fabricatā? Cęrte nec in noīe saluatoris, nec in honorē aliquorū sanctorū reperiunt in tanto numero. Sed & in ipsis ecclesiis uel domibus priuatis non deficit alibi imago beatiss. Marię benedictę. Et vbi in ecclesiis in parte inferiori earum quasi in sancta ponit imago crucifixi tanq̄ candelabrum ad illuminandum & incitandum ad sui imitationē, in parte superiori seu sacrario quasi in sancta sanctorum & in loco propiciatorii. s. tabulæ altaris, cōiter ponitur figura beatissimæ Mariæ cū filio in ulnis, vt ab ipsa speremus propiciationem a peccatis nostris apud filiū suū. Hoc aūt salubriter institutum est, vt dum sacerdos diuina sacra pertractat Mariam intuens penset qualis fuit, cui creditū est solo verbo verbum carnem efficere. Et qualis debet esse sacerdos qui dēt ex verbo suo (vel potius Xpi a se prolato) corpus Xpi in sanguinē efficere ex substātia panis & vini. Et exemplo suæ humilitatis & puritatis discat purā gerere mentē & humilē, ac mediatricem ponat pro se ad interpellandum ad digne & fideliter ministrandū tm̄ sacrm̄.

De cā institutionis ,pcessionis in duab⁹ festiuitatibus b. Mariæ virginis.

¶Fiunt processiones annuatim ad honorē saluatoris in Ascē sione & die palmarū in ecclesia, & similiter bina uice ad honorem b. Mariæ. s. in die purificationis per correspondentiā ad diē in ramis palmarum. Nam sicut tunc portantur rami oliuæ cū palmis in signum victorię Christi de morte per resurrectionē, ostendētes ēt nos victoriam de vitijs per pniam ad vitā gratię resurrexisse, ita in die purificationis candelas accensas gestamus in manibus lumen ardentissimæ charitatis uirginis designantes, & eam uiuā in nostris operibus habere protestantes. Secūda aūt uice processio fit in assumptione b. Mariæ, qñ tota cęlestis curia cum filio suo dño saluatore obuiam venit ad associandum in cęlū in thronum suū. Hanc quoq; beatā prædicant & benedicunt oēs sermocinantes & prędicātes christicolis, exordium pro gratia impetranda a salutatione angelica facientes. ¶Demū octo sunt solēnitates particulariter Deo sub tali festo sacratæ. s. natiuitatis dñi, circuncisionis, epiphaniæ, resurrectione, ascensionis, trinitatis, penthecostes, & corporis Christi. Et totidem sunt celebritates virgini sanctissimæ dedicatæ. s. festum sanctificationis in vtero, qđ quidam dñt conceptionis, festū natiuitatis suæ, in qua nata est sancta, festū annunciationis qñ Deus ex ea factus est hō, vñ maximū in quo facta est mr̄ Dei & regina cęlorū & angelorū magis tñ dies illa denominat ab ea cōiter, ut dicatur dies annunciationis q̄ incarnationis, festū visitationis qñ. s. visitauit concepto Deo Elisabeth & Ioannes tūc sanctificatus fuit & propheta institutus, qđ festum instituit Vrbanus Papa circa annos dñi 1385. Festum purificationis qñ. s. quadragesima die natiuitatis filii obtulit eum in templo iuxta mandatum legis offerēs sacrificium pro eo, & eum redimens, qđ dr̄ Maria candelaria. Festum assumptionis qñ in cęlum ascendit. Festum niuis quod institutum fuit a Liberio Papa, vt hr̄ in historia ex quodā miraculo qđ contigit Romæ. Nam cum quidam ciues prędiues non habens prolē cogitaret quo substantiam suā expenderet ad honorem Dei genitricis, cui deuotissimus erat mente pertractans de ædificando ecclesiā ad sui honorem, beatissima uirgo sibi locū designauit in quo cō strueret templū sibi per signum tale, ubi. s. nix esset densa in illa parte construeret, cū tñ tunc esset de mense Augusti in quo nullibi appareret nix uel descendit, cū sit intensus calor super terram. s. quinta Augusti. Et ex hoc signo Papa Liberius construxit ibi templum quod S. Maria maior nuncupatur. Vna ex quatuor principalibus vrbis ecclesiis. Dispensatiue aūt hoc disponit diuina sapientia vt in tali die niuis agatur festū b. Dominici patris nostri, qui filius singularis adoptiuus fuit ipsius. Nā naturalib. dictus est dñs, ipse aūt adoptiuus Dñicus, cui ob eximiā puritatē habitū dedit albū vt niuē, desuper tñ nigram cappam designantem humilitatē, nec. n. una sine altera esse ualet. Ipsa a filio suo tribus lanceis contra mundum uibrantem pp tria uitia. s. auaritiam, superbiam, & luxuriam, ad destructionem se parante indulgentiam impetrauit & dilationem pęnitentiæ, offerens se missurum ipsum filium Dñ cum alio sibi adiuncto Franciscо. s. qui cū filiis suis mundum ad pęnitentiā reducerent. Octauū & vltimū festū eius est qđ antiquitus dicebatur S. Mariæ ad martyres, qđ festū celebratur certa die in S. Maria rotunda. Sed postea a Bonifacio Papa aucta est solēnitas vt vbi prius fiebat solum Romæ ad honorem S. Mariæ & oīum martyrū, postea institutū est vt celebraret ad honorē oīum sanctorū vbiq; terrarū prima die Nouēbris, & ita seruat̄. In qua solēnitate ipsa est pcipue oīum sctōrū honorata.

Exēplū de constructione tēpli S. Mariæ maioris.

§.4. De tertia gñatione. ſ. ſanctorũ doctor ũ quæ benedicit b. Maria.

¶Tertia generatio eſt ſanctorũ doctorum. De qua Apſs ad Cor. ¶In Chriſto vos genui per euangeliũ. Generare igit dñr doctores & prædicatores eccleſiæ & prẽlati, eos quos ſua doctrina trahunt ad bene operandum. Et primo ponemus doctores ſeu auctores ſacræ ſcripturæ. De hac ſub figura Ruth Moabitæ ex qua nata eſt virgo Maria. Benedicta es tu filia a dño. Ruth 3. inquit Boos. In lib. quoq; Iudith. Ipſa quoq; interficiens Holofernem ſeuiſſimũ tyrannum & inimicũ populi Dei figurauit beatiſſimam virginem caſtiſſimã, pulcherrimam peremptricem diaboli. Quæ pp hoc benedicta fuit & collaudata fuit multipl'r. Vnde Ozias princeps populi Iſrael dixit ad eam. Benedicta es tu filia a dño Deo excelſo præ oĩbus mulieribus ſuper terram. Benedictus ſit dñs qui te dixerit in abſciſione capitis principis inimicorum noſtrorũ, qa nomen tuũ ita magnificatum eſt, vt nõ recedat laus tua de ore hoĩum, qui memores fuerunt virtutis tuæ, Iudith 13. Et immediate ſupra dr̃ q̃ vniuerſi adorauerũt dñm dicentes ad eã. Benedixit te Deus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. Achior quoq; ex gentili factus iudæus ad eã dixit. Benedicta tu a dño Deo tuo, qm̃ in omni gente quæ audierit nomen tuum magnificabitur Deus Iſrael ſuper te. Et in c. 15. dr̃ q̃ Ioachim pontifex ſummus de Hieruſalem uenit Bethuliam ad videndum eam cum presbyteris ſuis vniuerſis, & benedixerunt illam oẽs vna voce dicentes. Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter & confortatum eſt cor tuum, & ideo eris benedicta in æternum. ¶Qd̃ oĩa hæc perfectius ſint impleta in Maria figurata q̃ Iudith figura de ſe patet. Omiſſis ãt aliis prophetiis & figuris, ſolum nũc tangatur id quod dixit Eſa. 11. c. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus dñi, qd̃ exponens eccleſia in officio ait. Virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius, ſuper quẽ requieſcet ſpũs almus. Signanter aũt dicit florem non de virga aſcendere, ſed de radice eius, ad tollendum errorem eorum, qui dixerunt Chriſtũ corpus attuliſſe de cẽlo, unde & cẽleſte, vel ſm Manichæos hæreticos corpus habuiſſe fantaſticum non verũ, propterea dicit florem. i. Chriſtum aſcendiſſe ortum fuiſſe de Ieſſe qui fuit pater Dauid ad oſtendendũ q̃ ſm corpulentiã ſubſtantiã aſſumptã proceſſerat a Ieſſe, non ex aere vel ex materia cẽleſti, ſed ex ſubſtantia corporis virginis glorioſæ, quæ uirgo per propagationem carnalem deſcendit a Ieſſe. Aſcendit iſte flos cãpi terreſtris ſp proficiendo nõ in ſe, qa ſuper eũ requieuerat ſpũs almus ab initio ſuæ conceptionis cũ plenitudine ſummæ gr̃æ & veritatis, ſed aſcendit merendo pro nobis quouſq; aſcendit crucem incluſiue, qui poſtea reſurgens refloruit in carne ſua, & aſcẽdens in cẽlum factus eſt flos campi cœleſtis. ¶Dr̃ aũt b. Maria virga, qa ſemper erecta fuit nunq̃ inclinata ad terrena ſed ſemper erecta ad cẽlum. Hæc virga eſt multipliciter benedicta in figuris ſacræ paginę. Virga Ioſeph cuius faſtigium adorauit Iacob moriens Mariam deſignans, q̃ debet reuereri quilibet moriens ut ab ea tuar̃. Ipſa. n. eſt virga de qua Eſaias cecinit. Pauebat Aſſur. i. diabolus virga percuſſus ſuffragij. ſ. virginalis, hæc eſt virga Moyſi quæ uerſa in ſerpentem ſummæ prudentiæ, in myſterio incarnationis filij ſui & inſtructioninis apoſtolorũ deuorauit ſerpentes magorum. i. coniurauit ſapientiam ſapientum huius mundi, & prudentiam prudentum reprobauit, ac hæreſes cunctans interemit. Synagoga aũtẽ ſignificata per Moyſen quæ prius ab ea fuit, ut a re horribili, demum in finem reſumentur & reuerenter in virgã. Cognoſcens illud ps̃ 22. Virga tua. ſ. virgo Maria, & baculus tuus. ſ. crucis filij eius, ipſa me conſolata ſunt, hac virga plurima miracula geſta ſunt, hac uirga extenſa ſuper mare rubrũ huius ſęculi peccatis rubricati, ſubmergit Egyptios dęmones & hebræos. i. electos lętos eduxit. Hac virga percuſſa petra, cor. ſ. durum & obſtinatũ prẽcib' & meritis eius aquas lachrymarum affluenter emittit. O q̃ pulchre oſtenditur virgam fuiſſe Aaron quæ arida in tabernaculo dñi poſita cum alijs virgis ſola inuenta eſt vir uiſſe, floruiſſe, & fructũ feciſſe. Deſcendens. n. ipſa non ſolum ex tribu regali, ſed & ſacerdotali, dedicata ab infantia in templo dñi cum alijs virginibus ipſa arida. i. uirgine permanente, non humectata humano ſemine viruit. Virtutem generandi a ſpirituſancto ſuſcepit, floruit Chriſtum concipiendo, fructum fecit benedictum ventris ſui ipſum parturiendo. Hæc ut miraculum præcipuum reponitur in ſacrario diuino. Hęc eſt virga regis Aſſueri, qui interpr̃etatur beatitudo qua extenſa ſuper illum qui ingrediebar̃ ad eum ſalũs erat, & qui non tangebar̃ ab ea, occidendus eijciebar̃. Accedentes. n. ad Deum oratione uel in morte tot ſunt demerita nr̃a q̃ niſi interueniãt p̃ces virginis reprobanr̃ vt pr̃ſumptuoſę orationes noſtræ & rei mortis iudicamur niſi ipſa ſubueniat. Mandauit quoq; dñs Ieſus primis p̃latis & pr̃dicatoribus diſcipulis ſuis in via portare virgã. ſ. ſpem ſuffragij virginis glorioſę. Et breuiter

uiter alia omittendo, vt dr̃ in lib. ſapientię. Benedictũ lignũ. ſ. huius virgæ ꝑ qđ fit iuſtitia. Imitãdo. n. eam iuſti efficimur, & ſicut ſequẽdo virgam lineæ, recte ſcribimus, & alia agimus, ita recta opera facimus imitãdo veſtigia eius iuſtitia ẽt ꝑ eam facta eſt virga, quia ab iniuſto poſſeſſores diabolo detẽti iuſte ꝑ filiũ eius liberati ſumus. Sancti quoq: doctores ecclieſiæ ſtupentes ſatiari nõ valent collaudare, benedicere, & ꝑdicare hãc virginem glorioſiſſimã quę virginitatis gloria permanente huic mũdo lumẽ ęternũ ſtudit Ieſum Xp̃m dn̄m nr̃m. Beata es Maria (inq̃t vt puto Greg.) quę dn̄m portaſti creatorẽ mundi, genuiſti eũ q̃ te fecit, & in æternũ ꝑmanes virgo Benedicta & venerabilis eſt virgo Maria q̃ inuẽta es mr̃ ſaluatoris. Beat. Bern. ſuper illud. In plenitudine ſanctorum detentio mea, ait. Merito in plenitudine eius erat detentio ſua, cui nec fides defuit patriarcharum, nec ſpiritus ꝓphetarũ, nec zelus apoſtolorum, nec conſtantia martyrum nec ſobrietas cõfeſſorum, nec caſtitas virginũ, nec fæcunditas coniugatorum, nec puritas angelorũ. ¶ Idem de plenitudine eius. i. bonorũ virginis Mariæ recipiũt vniuerſi. Aeger curationẽ, triſtis conſolationẽ, captiuus redẽptionem, peccator veniam, iuſtus gratiã, angeli læticiã, tota trinitas gloriã, deniq; filius Dei armis ſubſtantiam, beat. Hiero. in ſermone de aſſumptione. Talibus decebat virginem oppignerari muneribus, vt plena eſſet gratia q̃ cæliſ dedit gloriam, terris Deum pacẽq; refudit, finem vitiis, vitæ originem, moribus diſciplinam. Beat. Augu. De te o virgo Maria quod dicam pauper ingenio, cum quicquid dicam minor eſt laus tua quam mereatur dignitas tua, Si cælum appellarem altio res. Si matrem gentium dicam excellis. Si formam Dei appellem digna exiſtis. Si dominam angelorum vocem per omnia comprobaris.

¶ *De triplici fructu benedictæ Maria virginis.* *Cap.* 25.

BEnedictus fructus ventris tui. Hæc verba appoſuit eccleſia i ſalutatione angelica q̃ fuerunt Eliſabeth. Quando. n. beata Maria cõcepto filio eam viſitauit. Exclamauit ipſe Eliſabeth repleta ſpiritu ſancto, dicẽs. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vẽtris tui. Ideo autem angelus non dixit illud ſ. benedictus fructus ventris tui, quia nõ dum fructus ventris fuerat qñ ſalutauit, ſed ipſum quaſi promiſſum in hoc dixit. Benedicta tu in mulieribus, fructum compræhendat. Eccleſia aũ vt iam exhibitum & maxime beatæ Mariæ virginis cõmẽdatiuum hoc appoſuit. ¶ Ponit aũt cõiunctio copulatiua. ſ. & benedictus, &c. q̃ continet finem ad angelicam ſalutationem & adiectionẽ ad ꝑſonam filii pertinentem. Et vt notet inter benedictionẽ filii & matris aliquã diſtinctionem, ipſa. n. benedicta eſt ꝑp benedictionem fructus. Vnde ſua benedictio deſcendit a benedictione filii. Et hoc eſt quod b. Bernar. ait. Non ideo bn̄dictus fructus ventris tui, quia tu benedicta, ſed ideo tu benedicta, quia benedictus fructus ventris tui, qm̃ ille in benedictionibus te prævenit. ¶ Signanter aũt dixit potius fructus vẽtris q̃ filius tuus qa filius eſt quid cõe ad ſpũalem & carnalem generationem, fructus autẽ plus determinat & carnalem, maxime cum hac determinatione uentris qui eſt locus generationis carnalis, ꝑp quod etiam dixit non corporis ſed ventris, vt veritas generationis magis exprimeretur. Habuit autẽ iſte fructus ventris beatę Mariæ. i. dn̄s Ieſus oẽs dignitates ſuę matris vel in ſe vel in ęquipollenti excellentiſſimo cõgruenti. Habuit bonũ coniugale, quia ſpõſus vniuer ſalis eccleſię. Item virgo fuit & pater qui verbo veritatis nos genuit, ex aqua quoq; & ſpiritu ſancto, ex matre eccleſia omnes fideles regenerauit. Itẽ ſicut ipſa mater Dei, ita ipſe filius Dei & plus eſt eſſe filium dei q̃ matrem Dei. ¶ Concendendum inſuper ꝙ ipſa a fructu vẽtris ſui. i. filio in omnibus priuilegiis excellit. Nec in hoc laus matris diminuitur, ſed exaltatur in eo ꝙ non tãtũ filium genuit ſibi æqualẽ ſed in infinitum meliorem, quod etiã ex hac parte quodammodo infinitũ inſinuat matris bonitatem. Omnis. n. arbor ex fructu cognoſcitur ſuo, vt etiam dicitur Matt. 7. Infinita ergo bonitas fructus quę eſt in Ieſu quodammodo inſinuat infinitam bonitatem arboris producentis Marię. Hæc omnia Alber. ¶ Sed ad dilatandum materiam dici poteſt quod triplex eſt fructus ventris Mariæ benedictus.

¶ Eſt fructus naturalis ventris ſui corporalis, benedictus per diuinam vnionem.

¶ Eſt fructus virtualis ventris ſui mentalis, benedictus propter ſummam perfectionem.

¶ Eſt fructus ſpũalis vẽtris ſui exemplaris, benedictus propter ſanctam imitationem.

¶ Hæc ꝑnt notari in illa auctoritate Eccl. 24. Ego quaſi viris fructificaui ſuauitatẽ odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Prim⁹ fruct⁹ ibi notat̃, fructificaui ſuauitatẽ odoris. ſ. xp̃m q̃ ẽ ipſa veritas affectiẽs, intellectiuã, ſcđs ibi. Flores mei fruct⁹ honoris & honeſtatis, tertiꝰ vero ibi. Ego q̃ſi vitis &c. vt patebit.

Benedictus fructus ventris tui dicitur quare.

De triplici fructu ventris benedicti Marię.

¶De primo fructu dixit Deus ꝓmittẽdo Dauid de fructu vẽtris tui ponã ſup ſedẽ tuã. ſ. ad regnãdũ in eccl̃ia militãti & triũphãti. Signãter dicit de fructu vẽtris tui, nõ l ũborũ tuorũ in cõceptione enim hoĩs deciditur ſemẽ a lũbis pr̃is, & materia cõceptus a vẽtre mr̃is Sed qa Xp̃s nõ ex virili ſemine, ſed ſolũ ex puriſſimo ſanguine sãctiſſimæ virginis ẽ cõceptus. Ideo dicit de fructu ventris tui. i. de fructu naturali. ſ. filio ventris. ſ. ſolius virginis Mariæ q tuus dr̃, qa ex te deſcendit ex ꝓgenie tua, hic regnabit in æternum. ¶Benedictus autem eſt iſte fructus ventris virginalis oĩ benedictione quæ excogitari põt. Ipſe (ait Apoſtolus) ẽ ſup omnia & in oĩbus benedictus. Eſt enim Deus ſm Anſelmum. Quo melius excogitari nõ poteſt. Item benedicit aliquid ꝓpter aliquod bonum qđ habet. Sed quicqd boni eſt in creaturis eſt i Deo & ꝓfectius & cauſa omniũ bonorum, qa iuxta illud Iacob. j. Oẽ datũ optimũ & oẽ donũ ꝓfectũ deſurſũ eſt deſcendẽs a pr̃e luminũ, ergo oĩs benedictio & ratio benedictionis reperit̃ in eo, vt. n. dicit Damaſce. ſiue ſcđm bonitatẽ, ſiue ſcđm virtutẽ, ſiue ſm ſapiẽtiã, ſiue ſm tẽpus, ſiue ſm locũ deficiata ꝓfectiõe nõ eſt deus. Cõfitere ergo Deo. i. lauda in bonis, & bñdic Deũ ſęculorũ. Dr̃ Tobiæ. 13. Qm̃ eoipſo & ꝓ ipsũ & in ipſo ſunt oĩa. ſ. bona. Roma. 11. Itẽ quicqd boni eſt in creaturis eſt in hoĩæ, vnde dr̃ minor mundus, & omnis creatura ſcđm beatũ Greg. in homeł. Sed quicquid boni eſt vł eẽ põt in homine eſt in Chriſto Ieſu, maius eſſe nõ põt q̃ vniti Deo in vnitate perſonę, qđ in Chriſto. Nã Deus & homo vnus eſt Xp̃s, ſicut anima rõnalis & caro vnus eſt hõ. i. vna perſona, (ait btũs Athanaſius.) Itẽ ꝓprietates ſeu ꝓfectiones q̃ ſunt in interioribus ſunt in exiſtentia in ſupioribus, vt oſtẽdit Dionyſius in cæleſtibus hierarchiis. Sed dñs Ieſus ſupior eſt oĩ hierarchia & virgine in ſuperna gl̃ia. Ad Philipp̃. 2. ait Apoſtolus Donauit illi nomẽ qđ eſt ſup omne nomẽ, vt in nomine Ieſu oẽ genu flectat, cæleſtiũ, terreſtriũ & infernorũ. Et ad Heb. j. c. Cũ introducit primogenitum in orbẽ terrarum, dicet, adorẽt eũ omnes angeli Dei. Item. 3. Eſdræ. 8. dicit̃. Veritas magna eſt & fortior præ oĩbus. Omnis terra veritatẽ inuocat, cælũ ẽt ipsã benedicit, & oĩa opa mouentur & tremũt eã, & nõ eſt cũ ea quicq̃ iniquũ & inualeſcit, viuit & obtinet in ſæcula ſæculorũ. Benedictus ergo Deus veritatis. i. q̃ eſt veritas. Ego ſum veritas ait Xp̃s Iohan. 14. ca. Et veritas de terra orta eſt. i. virgine humillima firmiſſima & fructuoſiſſima. Benedictus ergo fructus ventris tui Ieſus. Et multo magis quã ipſa virgo benedicta. ¶Vñ in omnibus duodecim priuilegiis quibus beata Maria excedit oẽs creaturas ipſe Ieſus eam excedit. ¶Nam primum eſt, q̃ beata Maria nũ quã peccauit. Sed filius eius nec peccauit, nec originale contraxit, vt ipſa. b. Ber. O bone Ieſu peccatum non commiſiſti nec cõtraxiſti, eſt tibi pater ab æterno. Sed Deus eſt in quem peccatũ cadere nõ poteſt. Eſt & mater tibi ex tẽpore. Sed virgo eſt, & corruptelã parere non potuit incorruptio. Secundum priuilegium eſt q̃ peccare non potuit. Sed ad hoc quia fomes qui trahitur ex peccato originali relegatus vł extinctus fuit, vt in actum non exiret. Sed Ieſus quia ſine originali conceptus, ideo nec fomite infectus. Vnde (vt ait Dam̃.) Impeccabilis erat dominus Ieſus. Tertium priuilegium eſt, q̃ in omni actu liberi arbitrii ipſa ſemper meruit, non tamen vſum liberi arbitrii concepta vł mox nata habuit, & ſi citius cæteris. Sed dominus Ieſus ab initio ſuę cõceptionis vſum liberi arbitrii habuit. Vnde dicit Hiere. Fæmina circundabit virum, ideſt in vtero habebit hominem perfectum omni ſenſu & vſu liberi arbitrii, q̃ ex tunc cæpit mereri in quolibet actu interiori nõ pro ſe q nõ egebat, ſed ꝓ nobis. Quartum priuilegium eſt puritas in ſummo, ſed receptiuam habuit, Ieſus autem datiuam. Vnde ipſa pura in ſummo ad modũ aeris a ſole depurati. Ipſe autem ad modum ſolis depurantis. Candor enim eſt lucis ęternæ ſpeculũ ſine macula & imago bonitatis Sap̃. 7. Quintum priuilegium eſt, quia ipſa eſt virgo virginum, ipſe autem filius virginis. Vnde canit eccleſia. Sancta Maria virgo virginum mater & filia regis regum omnium. i. Ieſu, ſed plus eſt eſſe filium virginis q̃ virginem mr̃em per imitationem virginum. Sextum eſt qđ ipſa eſt mater & virgo per generationẽ. Ipſe vero fuit & eſt virgo pater ꝓ creationem. Nobilior autẽ eſt creatio q̃ generatio, & actus creatoris q̃ actus creaturæ Eſa. 8. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomẽ eius Emanuel, qđ interꝓtat nobiſcũ Deꝰ (vt dixit angelꝰ.) In pricipio ãt creauit deꝰ cęlũ & terrã, vñ & pr̃ oĩum. dr̃. Septimũ priuilegiũ, ẽ qa ipſa ẽ mr̃ oĩum. Sed ipſe ẽ pr̃ oĩum ẽt ꝓ gubernationẽ & curã Sap. 6. Ipſi. n. ẽ cura de oĩbus. Eſt aũt pater hic curę, plus aũt eſt eẽ patrẽ quã matrẽ, ipſa aũt genuit facto, ipſe verbo, plus autẽ eſt & primę generationi ſimilius generare verbo quã facto Octauũ priuilegiũ ẽ, qm̃ ipſa nullius habuit ignorantiam eorum. ſ. quæ decuit ſcire. Ieſus aũt oĩum habuit ſcientiam in ipſo enim sũt (ſcđm Apl̃m) omnes theſauri ſapiẽtiæ &

De 12. priu. bñ dicti fructus ventris Ma.

tiæ & ſciẽ iæ Dei. Nonũ priuilegium ẽ, q̃ eſt porta cęli. Ipſe autem eſt oſtium, vt dicitur Io. 10. in quo eſt porta. Decimũ q̃ habuit cõmunicationem paſſionis Chriſti p̃ compaſſionẽ ſuam, ſed ipſe ſuſtinuit ipſam paſſionem Eſa. 53. Vere dolores noſtros, ipſe tulit, & Pſ. 17. Dolores iferni circũdederũt me. Vendecimũ q̃ ipſa eſt ſuper omnes choros exaltata. Ipſe ãt habet nomen quod eſt ſuper omne nomen. ſ. vt vocetur & ſit Deus exaltatus ſuper omnia. Duodecimum q̃ ipſa eſt regina miſericordię, ipſe autem pater miſericordiarum. 2. Cor. Benedictus Deus pater miſericordiarum & Deꝰ totius conſolationis. Pater ergo quia bñdictus fructus ventris Marię Ieſus magis quam ipſa.

§. 2. ¶ Notãdum q̃ nõ dr̃ determinate cuius reſpectu fructus iſte Mariæ ſit benedictus. Et ratio eſt, qa ſimpliciter & abſolute eſt bñdictus omnimodo & in omnibus vt declarabit, & ideo p̃ nihil ſpecificũ, coarctari poterit. Benedictõ quoq; mariç nõ reſtrigit ad mulieres tm̃, qa dicitur benedicta in mulieribus, ſed cauſa & origo omnis benedictionis demonſtratur. Poſſumus ergo loq ſcdm Alber. de iſta benedictione fructus Mariæ ideſt Ieſu ſcdm triplicẽ viã.

¶ Primo quantum ad ſignificationem.

¶ Secundo quantum ad ſuppoſitionem.

¶ Tertio quãtũ ad ſubſtãtiã & oẽm ſui partẽ.

¶ Quãtum ad primũ. ſ. ſignificationẽ, ſciendũ q̃ iſta bñdictio hẽt tria ſignificata, quorũ omnium ratio ſaluatur ī iſta beatitudine quia dicitur. Benedictus fructus ventris tui. Nam vt dictum eſt ſupra. Prima eſt benedictio maledicti euacuatio. Secunda eſt benedictio omnis boni poſſeſſio. Tertia eſt benedictio congratulãtiũ laudatio, & quęlibet harũ eſt triplex. Eſt enim triplex maledicti euacuatio. Incidit. n. per peccatũ triplex maledictũ. Primũ ẽ fomitis pũctio. i. inclinatio habitualis ad malum, & delectabilia carne quæ in actũ progreditur, cũ qs̃ icipit habere vſum liberi arbitrii. De quo Apoſtolus ad Ro. 7. Video aliã legem in membris meis repugnãtem legi mentis meæ, ideſt dictamine rationis, & captiuũ me ducentẽ in legẽ peccati. ſ. ſaltẽ quoad motꝰ vitiorũ q̃ sũt venialia. Sed benedictus fructus ventris tui, ſ. Ieſus, quia excluſus oĩno ab oĩ fomite & mali inclinatione. 1. Petri. 2. Peccatũ nõ fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius quinĩmo agnus fuit q̃ abſtulit peccata mundi, & vt dicit bea. Aug. de coſe di. 4. Nemo tollit peccata mundi niſi Xp̃s q̃ ẽ agnus dei tollens peccata mundi.

¶ Secundum maledictũ inductum per peccatum eſt labor inueniẽdæ veritatis. Vnde Sap̃. 11. dr̃. Difficile æſtimamus quæ in terra ſunt & quę in ſpectu ſunt cũ labore inuenimus, q̃ aũt in cęlis ſunt quis inueſtigabit? Vñ oẽs phi in multis errauerũt circa naturalia. Sed & circa moralia & ſalutem propriam vt dr̃ Eccl. 9. Nemo ſcit vtrũ odium vel amore. ſ. Dei ſit dignus, & hoc qa ignorat ſi opera ſua etſi videãtur bona, ſint vere bona & meritoria, fructus aũt ventris b. Mariæ fuit benedictus, quia nullam ignorantiã habuit, ſed oẽm ſcientiã. Oĩa .n. quæ fuerũt, ſunt vel erunt in actu oĩa ſciuit aĩa Chriſti ad Heb. 4. Oĩa ſunt nuda & aperta oculis eius. ¶ Tertium maledictum eſt neceſſitas incinerationis. Gen. 3. Puluis es & in puluerem reuerteris, propterea ad humiliandum hominem dr̃ Eccl. 10. Quid ſuperbis terra & cinis? Sed fructus Mariç ad hoc excluſus eſt ſm illud qd̃ ait Pſ. 15. in perſona eius. Nõ derelinquẽs aĩam meã in inferno, quo deſcrẽdit mortuus, nec dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ ſcilicet corporis. ¶ Scda ſignificatio bñdictionis eſt oĩs boni poſſeſſio, ſm illud dictũ Abrahæ. Benedicã tibi & magnificabo nomẽ tuũ, quoad temporalia & naturalia, eriſq; benedictus quoad ſpũalia & gratuita & in te benedicẽtur oẽs gẽtes quoad diuinalia, quia per Chriſtũ fructũ Mariæ quæ deſcendit ex Abraham Deũ & hoĩem recipiũt hoĩes bñdictionem gloriæ. Fructus aũt hic Mariæ bñdictus eſt oĩs boni poſſeſſione triplr̃. Primo quia habuit Xp̃s bonitatem humanæ naturæ in ſummo. Vnde Dam̃ dicit q̃ aſſumpſit Dei filius primitias humanę maſſæ, ideſt humanitatẽ in ea puritatem quæ fuit in Adã in ſtatu innocentiæ. Et propterea dicitur Eſa. 7. q̃ Emanuel partus ex virgine butyrũ, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, ideſt non ſumere malum peccati, & eligere bonum gratię. Dicitur autem comediſſe, ideſt, ſibi vniſſe, ſicut quod comeditur incorporatur, & vnitur comedenti butyrum qui eſt pinguedo lactis, ideſt, innocentiam, & mel dulce, ideſt, ſapientiam. ¶ Secundum bonum quod in ſe habuit Chriſtus eſt bonum diuinę naturæ in ſummo, quia fuit verus Deus. Vnde Apoſtolus, in quo ſcilicet Chriſto inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. & Actuum 10. Pertranſiuit Ieſus bene faciendo & ſanando omnes oppreſſos a diabolo, quoniam Deus erat in illo, nemo enim poteſt expellere diabolum ab homine peccatore, niſi Deus remittendo peccata Creaturæ & ſancti habent bonitatem accidentaliter, ſed Ieſus quia Deus verus habebat bonitatem eſſentialiter, quo modo nemo bonus niſi ſolus Deus, ſcilicet eſſentialiter ait ipſe Luc.

Quare dr̃ Chriſtũ comediſſe butyrum & mel.

¶ Tertiũ bonum huius benedictionis eſt bonitas

nitas vnionis naturæ diuinæ cum huumana. Leo papa in ſermone. Salua igitur vtriuſque proprietate naturæ & in vn am coeunte perſonam ſuſcipitur a maieſtate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, vt qđ noſtris remediis cõgruebat mori poſſet ex vno, & reſurgere haberet ex altero, & propter iſtud bonum vnionis dixit Zacharias laudãs Deum. Benedictus dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, ſcilicet, per hãc vnionẽ & inde fecit redemptionem plebis ſuæ. ¶ Tertia ſignificatio benedictionis eſt congratulantium laudatio, de qua Raphael ad Tobiam & filium ait. Benedicite Deum cęli & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit nobiſcũ miſericordiam ſuã. Et hęc eſt triplex, ſcilicet angelorum, hominem, & rerũ corporalium. ¶ Angeli laudant & benedicunt fructum ventris beatæ Marię, quia p ipſum reſtauratus eſt numerus diuinitus eorum. Vnde eccleſia canit, per quem ſcilicet Chriſtũ maieſtatem tuã laudant angeli, adorãt dominationes, tremũt poteſtates, cęli cœlorũq; virtutes ac beata Seraphin, benedicite ergo dominum omnes angeli eius. ¶ Permaxime homines benedicere & laudare debent Ieſum, quia factus eſt eorum frater, eorum ductor, eorum redemptor. Neq; enim (vt ait Petrus apoſtolus in actibus apoſtolorum) eſt aliud nomen datum ſub cælo in quo oporteat nos ſaluos fieri, q̃ ſcilicet per Ieſum Chriſtũ, & iõ qui præibãt & q ſequabant clarabant filio Dauid dicẽtes. Oſanna, ideſt obſecro ſalua nos, benedictus qui venit in nomine domini Oſanna in excelſis. Mat. 21. qui præibant ſignificãt patres veteris teſtamenti, qui ſequuntur patres noui, & omnes debent benedicere cõgratulando de ſaluatione facta per Chriſtum. ¶ Tertia etiam alia corporalia habent congratulari & laudare modo ſuo de fructu ventris Marię, quia aliquo modo vnita ſunt cum ſuo creatore inquãtum Deus factus eſt homo, qui participat cum omnibus corporibus inquantum & ipſe corpus habet, & ipſe omnia demum renouabit & meliorabit, & iõ. Benedicite omnia opera domini domino, laudate & ſuperexaltate eũ &c. Benedicite cœli domino, benedicite aquę omnes quæ ſup cęlos ſunt &c. Benedictus ergo fructus ventris, tui ſm triplicẽ ſignificationem benedictionis.

§. 3. Quod Xps habuit triplicẽ bn dictionẽ

¶ Quãtũ ad ſuppoſitionẽ, inquantũ. ſ. ſupponit pro Xpo hoc eſt quod dr. Benedictus fructus ventris tui, habet tria, & pro omnibus redditur locutio vera. Eſt enim benedictus fructus iſte triplici benedictione ſcilicet.

¶ Benedictione naturæ.

¶ Benedictione gratiæ.

¶ Benedictione glorię.

¶ Et quolibet iſtorum eſt triplex. ¶ Benedictio naturę in eo fuit triplex. Habuit. n. corpus benedictũ, aĩam benedictã, & deitatẽ benedictã. ¶ Corpus eius fuit benedictum quod materiã, qa nõ ex materia corrupta, ſed ex puriſſimis ſanguinibus fuit conceptum Sap. 8. Ad corpus incoinquinatum acceſſi. ¶ Fuit benedictũ in armonia qa optime proportionatũ cũ oĩmoda proportione humorũ, adeo q non incurriſſet aliquã infirmitatẽ, ſi diu vixiſſet, & morte violenta, ſcilicet crucis nõ fuiſſet occiſus, ſed ſenio defeciſſet. Ex quo cũ nõ eẽt debitor mortis, qa nõ per carnalẽ propagationem ex viro conceptus, voluntarie tamen ſuſcepit mortale corpus. ¶ Benedictũ fuit illud corpus in forma & pulchritudine Pſ. 44. Speciouſus forma p filiis hominũ propterea benedixit te Deus in æternũ, habuit. n. congruentẽ quantitatẽ. Nã etſi in conceptione, qa ſubito fuit perfectiſſime organizatũ corpus illud & diſtictũ ab oĩbus ſuis liniamentis paruiſſimũ fuit ſup oẽs conceptos in vtero tamen ſpacio quadraginta dierũ, vel quadraginta ſex ut dicũt phiſici, quibus corpus conceptũ paulatim cõpleẽ & organizatur in mẽbris ſuis peruenit a debitam & cõem quantitatẽ. ¶ Similiter in figura & colore fuit ſpecioſiſſimũ, vt oſtẽdit ex quadã epiſtola quã ſcripſit quidã gentilis Tiberio tunc imperãti in partibus Iudeæ morã trahẽs pro parte Romanorũ hic in ea declarat effigiẽ eius & formã prout oculis ſuis viderat. ¶ Animam quoq; habuit benedictã, iuxta illd Sap. Sortitus ſum aĩam bonã, fuit itaq; benedicta anima illa a Deo tũc creata, qa infuſa corpori ſine peccato, ſine fomite, ſine ignorantia fuit. Fuit benedicta, qa intelligentiã habuit acutiſſimã, oĩa tũc intelligẽs, memoria tenaciſſimã, voluntatẽ ad omne bonũ ſine difficultate ꝓmptiſſimã. Species omniũ retũ fuerũt in mente eius inditæ ſeu concreatæ, ſicut dicit de Adã. Fuit ergo bndicta aĩa illa oĩum naturarũ naturali cognitione, virtutũ politicarũ pfectione ſupræma naturali Dei dilectione, vt merito dici poſſit de eo illud. Præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis, qa ante natiuitatem iſta habuit anima eius. Habuit & benedictã deitatẽ in ſe. Vñ Pſ. 143. Bndictus dns Deus meus q docet manus meas &c. Deus meus dicit, qa per deitatem vnitam naturæ noſtræ factus eſt noſter. Homo autem factus & conuerſatus in terra docuit exemplo ſuo nos pugnare manibus noſtris. i. operibus contra inimicos ſpirituales mundi fallentis, quem contempſit, carnis

nis inficientis quē ieiunijs & abstinētia afflixit diaboli suadentis, quē documētis scripturę su perauit in deserto. Bn̄dicta ergo sit sc̄ta trinitas atq; indiuisa unitas. Trinitas ista sc̄ta est q̄ in Iesu hr̄. Nā sc̄ta caro, sc̄ta aīa, sc̄ta deitas, & in ea indiuisa vnitas. s. in pson̄a q̄ vna pson̄a Deus & hō, nō duæ pson̄æ, nec duo suppositā, sed vnū, confitebimur ergo ei, q̄a fecit nobiscū mīam suā. ¶ Bn̄dictio scd̄a. s. grāe fuit in fructu ventris Mariæ. Et hęc triplex, nā habuit patre grām incarnatā, cū matre grām creatā præter v trūq; grām coniunctā habuit. n. a patre grām increatā. s. q̄ sit Deus. Vnde ipse ait Io. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me patris. q. d. ſm b. Aug. sup Ioannē. Ego qui dicor sapientia & verbū, nō habeo esse a meipso, sed a patre qui hanc grām dedit mihi vt sim Deus. Habet ēt ab eo q̄ sit filius Dei psal. 2. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu Leo Papa. Verbum. n. Dei, Deus filius Dei, vt liberaret hoīem ab ęterna morte factus est hō, & tāto fędere v trāq; natura conseruit, vt nec inferiorē cōsumeret glorificatio, nec superiorē diminueret assumpto. Habet demum a patre q̄ sit spirator spūs sancti. Mittā (inquit ipse) vobis a patre spm̄ veritatis. Ioā. 16. i. mittā spiritū sanctū a me procedentē. Sed q̄ a me procedat & vobis mittā, hoc habeo a pr̄e. Vnde & cū instituit sacrm̄, in quo se totū dimisit nobis eleuatio oculis in cęlū ad patrē benedixit, quasi totū q̄d est recognoscēs a pr̄e hr̄e. Cū matre triplicē grām creatā videlicet, q̄a oēm grām & gratis datā, & gratum faciente & singulariter priuilegiatā habuit, ut sicut ipsa dr̄ gra plena, ita & fructus vētris eius, verbū. s. caro factū plenū grāe dicat excellētius tn̄ in ipso (ut supra dictū est) Scd̄o q̄a oēm gratiā dedit, sicut. n. de plenitudine eius. s. virginis recipiunt vniuersi (vt ait b. Ber.) Sic de plenitudine Xp̄i nos oēs accepimus gratiā (vt ait Ioā. j.) pfectius tn̄ per Xp̄m. Tertio dedit ultra id q̄d habuit. Dat. n. remissionē peccatorū, q̄ remissionē in se nō habuit, nec filius, nec mr̄, q̄a nullū p̄ctm̄ filius habuit mr̄ nullū actuale, dat tn̄ aliter filius aliter mr̄, filius efficiēter vt Deꝰ meritorie vt hō. Mr̄ suffragio orationis suę impetrando remissionē peccatoribus pęnitentib. Cōgrue ergo Elisabeth ait. Bn̄dicta tu in mulieribus, & ita benedictus fructus uentris tui Iesus, qui tecū grām hēt. Ex cōiunctione ęter v trūq; s. deitatis cū humanitatis coniunctione habuit triplicē grām. Vna q̄ fuit filius pluriū. Nā matrē eius habuit patrem & matrē. s. Ioachim & Annā. Sed nō Deū habuit patrem sed hoīem (vt dictū est) Ioachim. Pr̄ vero Xp̄i non habuit patrē, neq; matrē, nec Deū, nec hoīem. Ipse vero habuit patrē & matrē & Deū patrē & hoīem matrē. Scd̄o ex ipsa coniunctione Dei cū hoīe hēt q̄ sit redēptor, filius hoīs nō venit ministrari, sed ministrare, & dare aīam. i. uitā redēptionē pro multis Mat. 20. c. & quo declarat princeps Apl̄orū Pet. in 1. can. dicēs. Nō. n. corruptibilibus auro & argēto redēpti estis de vana v̄ra cōuersatione, sed prætioso sanguine agni immaculati. Qđ premiū sanguinis fuit infiniti valoris ad nos redimēdū pp diuinitatē ei vnitā, & inquantū est redēptor & spōsus aīarum 2. Cor. 11. Despōdi. n. vos vni viro virginē castā integritate. s. fidei & dilectionis exhibere Xp̄o. Est & sacerdos fideliū siue pōtifex ad ad Heb. 9. Xp̄s assistens pontifex futurorū bonorū &c. Introiuit semel in sancta ęterna redēptione inuēta. Iudex quoq; viuorū & mortuorum Io. 5. Pater non iudicat quēquā, sed omne iudicium dedit filio, inquantum ipse solus in humanitate q̄ sumpsit cunctis apparebit. Tertio ex hmōi coniunctione habet q̄ sit beatitudo oīum Io. 10. Ingredietur. s. quilibet beatus & egredietur & pascua inueniet. Ingreditur ad deitatem Christi contemplandā. Egredietur ad ad humanitatem speculandam, ex v troq; fruitionis refectionē beate inueniet, & ideo benedic aīa mea dn̄m &c. Qui propiciat oībus iniquitatibus tuis & sanat oēs infirmitates tuas Deus hō per sacra ab eo instituta, qui redimet de interitu vitam tuā, inquantum redēptor, & coronat te inquantū beatificat. Bn̄dictio quoq; gloriæ qua benedictus est fructus v entris Mariæ est triplex. Habuit. n. gloriā comprehensoris, gloriam redemptoris, & gloriam creatoris. Gloriam habuit comprehensoris dum fuit viator quod nulla creatura habuit. ¶ Nam in mundo quilibet sanctus est solū uiator, in alio tantum comprehensor. Christus autem simul in mundo viator inquantū mortalis & merebatur. Comprehensor, quia clare intuebatur aīa eius diuinitatem cui erat unita ut nunc, & summam auream habuit super oēs aureolas & præmia accidentalia oīa in summo, ut aperte intelligatur de illo. Dilectus Deo & hoībus cuius memoria in benedictione est, similem illū fecit in gloriam sanctorum Eccl. 45. s. dum hic etiam uixit. Habuit & gloriā redemptoris inquantum ipse hoīum liberator, dęmonum superator, & naturæ humanæ exaltator. Et ideo psal. 144. Per singulos dies benedicā tibi & laudabo nomen tuū &c. Tertia quę est gloria creatoris ostenditur in mīa in sanctis in iustitia in damnatis, in magnificentia in cœlis & elementis. Vnde te cœlorū militia laudat adorat, prędicat, triplexq; mundi machina benedicit per

ſęcula. Et ideo benedictus fructus uentris tui.
¶Tertio poteſt conſiderari iſta benedictio fructus ventris b. Mariæ quantum ad ſubſtãtiam & partes eius integrales & hoc tripliciter.
¶Primo quantum ad principium & cauſam.
¶Secundo quantum ad eſſentiam.
¶Tertio quantum ad efficientiam.
¶Si ergo cõſideretur iſtæ fructus inquantũ eſt benedictus tripl'r, ſm triplicem ſui originẽ, habet originẽ iſtæ fructus benedictã trinitatem, quæ operata eſt hoc myſteriũ incarnationis. Vnde bñdicta ſit ſancta trinitas creatrix & gubernatrix omnium. Habet originẽ fructus iſtę quantũ ad ſuã deitatẽ per generationẽ benedictũ patrẽ 2. Cor. Benedictus Deus & p' dñi nostri Ieſu Xpi p' miſericordiarũ. Habet originẽ quantũ ad aſſumptam humanitatẽ benedictã matrem per natiuitatem in utero & ex utero. Vñ Eliſabeth aptiſſime ait ei uiſitanti ipſam. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vẽtris tui, & vnde hoc mihi ut ueniat m' dñi mei ad me? Luc. 1. c. Quantũ ad eſſentiam benedictus eſt fructus vẽtris Mariæ tripl'r. Bñdictus fructus uentris tui. Ait b. Bern. Benedictus in odore, benedictus in ſapore, bñdictus in ſpecie vel decore. Odore ſuo implet cognoſcitiuam. Vnde in cãticis. In odore vnguentorum tuorũ currimus. i. gratiarũ. Nam in odore eius reuiuiſcunt mortui. Quem ſentiens Iſaac ait in figuram eius filio ſuo Iacob, de quo deſcendit. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. ſ. gratiarum & bonorũ cui benedixit Deus. Gen. 27. c. In ſapore quoq; benedictus fructus hic reficiens affectiuã, vt ſummũ & dulciſſimũ bonũ Cant. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo ait aia deuota hoc deguſtans pſal. Guſtate & videte qm' ſuauis eſt dñs beatus vir qui ſperat in eo & multo magis qui hoc in patria guſtat. Adde ad ſaporẽ valorem. Valet. n. cõtra omne malũ in medicamentũ, in cibũ habentẽ omne delectamentũ, in præciũ cõparans oẽ bonum. Benedictus eſt iſtæ fructus in ſpecie, vel decore pſal. 44. Specioſus forma præ filiis hoĩum proterea benedixit te Deus in æternum. Petrus. 1. Pet. 1. In quẽ deſiderãt angeli proſpicere. ¶Quãtum ad eſſentiam eſt benedictus fructus ventris Mariæ actiuã & paſſiuã. Actiuam quidem, qa benedixit nos benedictione tpali benedictione ſpirituali gratiæ, & benedictione ſupernali gloriæ. Vñ ps 66. ter dicit. Benedicat nos Deus Deus nr̃, & benedicat nos Deus, & ſignanter dicit Deus nr̃, vt notet iſtum fructũ ventris Mariæ, quia per hoc eſt factus noſter Deus ſingulari modo, qa ex ea carnẽ noſtram aſſumpſit.
¶Quantum ad benedictionẽ paſſiuam. i. quia facit nos benedicere, ut ſic per eũ recipiamus uirtutem eum benedicendi. i. laudandi. Tripl'r hoc accidit. Facit. n. nos benedicere corde. Iuxta illud 102. Benedic aĩa mea dñm, & oĩa interiora mea noĩ ſancto eius. Ore ſcd'm illud 33. Benedicam dñm in omni tpe, ſp laus eius in ore meo. Et Petrus in canonica. Nulli malum pro malo reddentes, aut maledictũ pro maledicto, ſed ẽcontra benedicentes. Opere ps 133. Ecce nunc benedicite dñm oẽs ſerui dñi. ſ. bene operando, & ſic concludendo primum fructũ. ſ. naturalẽ, uentris materialis Mariæ vtiq; benedictus omnimodo fuit. Et virgo vt vitis fructificauit ſuauitatem odoris. ſ. dñm Ieſum qui (vt ait ipſe. Sapiẽs. Eccl. 24. c.) Sicut cinnamomũ & balſamum aromatizans odorẽ dedi, & quaſi myrrha electa dedi ſuauitatẽ odoris.

¶*De duodecim fructibus ſpiritus qui fuerunt in Maria. Cap. 26.*

BEnedictus fructus ventris tui. Et alius fructus uirtualis Mariæ. De quo dñs. Poſui vos. ſ. in mundo vt eatis & fructum afferatis. ſ. bonorum operum. Omnis. n. arbor quæ non facit fructum bonũ excidetur. ſ. per mortem, & in ignem mittetur. ſ. æternũ. Mat. 7. Fructus iſtæ bonus procedit ex uentre bonç mentis. Mens. n. ideo dicitur venter animæ, quia in ea continentur cogitationes & affectiones ex apprehenſis ex ſenſibus quaſi ex cibis comeſtis quę mens occulta eſt cum ſuis cogitationibus & affectionibus, ſicut venter & contenta in ea. Iſti autem fructus ventris b. Mariæ ſunt benedicti propter ſummam eorum perfectionem, & propterea dicit Eccle. 24. (vt dictum eſt ſupra.) Flores mei fructus honoris & honeſtatis. Flores ſunt inchoationes fructuum, vbi ergo in aliis ſanctis virtutes ſunt quaſi flores. i. imperfectæ & incompletæ reſpectu virtutum patriæ in ea fuerũt iſti flores fructus, quia virtutes habuit quaſi ad modum patriæ aliquo modo (vt oſtenſum ſupra cum ageretur de gratia virtuali eius.) Et iſta bona opera ſunt fructus quibus debetur verus honor, & in quibus eſt uera honeſtas, ad quod inſinuandum cantatur de ea quod ſcribitur in cantico. Emiſſiones tuę paradiſus malorum punicorũ cũ pomorũ fructibus. Emiſſiones dñr operationes ex uentre mentis procedẽtes, iſtæ fuerunt paradiſus quaſi ſimiles operibus eorum qui ſunt in paradiſo adeo perfectæ fuerunt. Poma quæ ſunt rotunda ſunt pater & filius & ſpiritusſanctus, qa ſicut pomũ eſt rontundũ & figura rotunda eſt capaciſſima, & nõ inuenit ibi principiũ & finis.

Mens dr̃ venter aĩæ quare.

Ita

Ita ęternus pater, æternus filius, æternus ſpiritus ſanctus ſine principio & ſine fine, vnus deus omnia cõtinens quibus diuinis perſonis aliquando fruebatur, & ideo cũ dicitur cum pomorum fructibus. Et ad ſe inuocandũ ad huiuſmodi fructus ꝓducendos aiebat. Eccl. 24. Tranſite ad me omnes qui cõcupiſcitis me, ideſt amatis, & a generationibus meis implemini, ideſt operibus virtuoſis, quæ generatæ & ꝓducte ſunt a uentre mentis meæ, ſicut fructus ab arbore, & ſicut filii a ventre; matris. Implemini (ait.) i. copioſe ea agẽdo, & qa ipſa ſola implent & reficiunt animã. Nã opera mala eſurientem & vacuũ reddunt, vnde & fructus dicũtur opera virtuoſa, vt dicit gl. beati Ambroſij, quia mentẽ reficiunt ſincera delectatione. Sed inter cætera opera virtuoſa per maxime delectant animam illa duodecim q̃ enumerat Apoſtulus ad Galath. 5. quæ appellat fructus ſpiritus dicens. Fructus ſpiritus ſunt, Charitas, gaudium, pax patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Hi. ſ. fructus fuerunt fructus ventris mentalis Mariæ valde ſuaues. Et ideo ſubdit. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, ideſt iſte fructus ſpiritus mei. Dulcia autem communiter alliciunt appetitum. Sunt. n. dulcia amica naturæ, & ideo inuitat ad huiuſmodi ſui exẽplo dicens. Trãſite ad me omnes q̃ concupiſcitis me &c.

Opera uirtuoſa dicũtur fructus qua re.

§. 1. ¶ Qd̃ iſti fruct. ſpũs fuerũt in Maria declaratur. Primus, itaq; fructus ſpũs vẽtris Marię mẽtalis dr̃ charitas, quę hic nõ importat virtutẽ, de qua dictum eſt ſupra ſed actum eius. Hic fructus charitatis eſt qui de terra ad cęlum euocat, & ſic adipſum pertinet a terrenis ſeparatio & ad cęlum eleuatio. Sed bea. Maria fuit omnino a terrenis eleuata, quia nec puluis venialis adheſit pedibus affectuũ eius, quod nulli ſanctorum contingit. Fuit etiam eleuata ad cælum ſuper omnes in contemplatione & cognitione, & affectione diuinorum. Vnde dicit Eccl. 24. Ego quaſi cedrus exaltata ſum in libano, libanus qui interpretatur candidatio, ſignat eccleſiam militãtem & triumphantẽ, candidam puritate. Sicut ergo cedrus in libano eſt altior omni arbore, ita beata virgo magis eleuata erga Deũ in eccleſia & dilectione.

Supr. tit. 5. c. 21.

¶ Prẽterea in Pſ. 14. fit triplex quæſtio. Prima quis aſcendet in montem domini? Secunda quis ſtabit in loco ſancto eius? Tertia eſt domine quis habitauit in tabernaculo, & qs requieſcet &c? ¶ Difficile ſiquidẽ & perfectũ eſt aſcenedere. Difficilius & perfectius ſtare. Difficillimũ & perfectiſſimũ eſt habitare & q̃eſcere. Aſcẽdere ptinet ad apłos q̃ ſunt maiores de eccłia, ſed nõ ptinuit ad eos habitate, ſed deſcendere. In figuram huius angeli aſcendebant & deſcendebãt per ſcalã quã vidit Iacob. Gen. 28. Vñ & Apłs qui raptus fuit ad tertium cęlũ, poſtea diſcendebat ad diſponẽdum cubilia infirmorum vt patet. 1. Cor. 8. Ad perfectiore ergo ſtatum quã apłorum ptinet aſcẽdere & ſtare. Hi aũt videnẽ eẽ cõpręhenſores, qui aſcẽdentes in cælũ ſtant fixi in actuali dilectione diuinorũ nõ tñ videnti quieſcere in quantũ appetunt corpora eorũ cũ ipſis aiabus glorificari qd̃ nondũ impleť. Virgo aũt beatiſſima ſp aſcendens de virtute in virtutẽ, & ſtans in habituali dilectione pfectius quam ſcti in patria, ẽt habitando quieſcit aia in corpe glorificato. Et iõ dilectus meus mihi & ego in illi modo excellentiſſimo. ¶ Secundus fructus dicitur gaudium, quod importat delectationem in creatura rõnali. Et vt ait b. Ber. Illud eſt uerum gaudium, qd̃ non de creatura, ſed creatore concipitur, cuius cõparatione omne dulce amarum, oẽ pulchrum fœdum, omne quod delectari põt moleſtũ. Vñ Pſ. 97. Viderũt omnes fines terrę. ſ. pẽr fidem ſalutare Dei noſtri. Iubilate Deo omnis terra, vbi dicit gl. quod viſio ſaluatoris eſt cã iubilationis & ſcẽm be. Gre. in mora. Iubilatio importat quoddã gaudium intenſum q̃ occultari non valet, & exprimi non poteſt. Si aũt ad partum virginis gaudet chorus cæleſtiũ & angeli canunt Deo myſterium videntes. Et Magi gauiſi ſunt gaudio magno valde reuidentes ſtellã quæ eos ad puerum & matrẽ eius perduxit quãto magis iubilatione ſunt repleti videntes eũ? Nulla autẽ lingua fari poſſet, nec intellectus capere gaudia perfectiſſima virginis, q̃ percepit in conceptu filii, in partu, in lactando eum, in portãdo eũ in gremio, in collocando & cõuerſando cum eo. Exultauit (ait in cantico Luc. 1.) ſpũs meus in deo ſalutari meo. i. extra ſaltauit, ſupra ſe ſaltauit præ gaudio quieſcendo in Deo ſalutari meo. Itẽ cũ dr̃ a Chriſo. Gaudet, & exultare, qa noia vra ſcripta ſũt in cęlis Lu. 10. gaudium hoc eſt de pñti iuſtitia & pdeſtinatione æterna. Si gaudium generaẽ ex hoc q̃ qs ẽ pdeſtinatus filius Dei p adoptionẽ, & ſ. pñtẽ iuſtitiã multo magis hẽt gaudere qd̃ ſit pdeſtinata vt ſit mr̃ Dei, & hẽat oẽm pfectiſſimã iuſtitiã ꝓut fuit virgo Maria. ¶ Tertius fructus eſt pax. Pax ſm be. Au. 19. de ci. Dei, ab oib. opaẽ ſed a paucis vera pax inuenit, qa nõ q̃rit vbi eſt. Cecinerũt angẽli nato dño exuirgĩe. In erra pacẽ eẽ hoib. bonę volũtatis nõ ẽ bona uolũtas illa in qua ẽ pctũ, & iõ nõ eſt pax impiis

Iubilatio qd̃ importat.

(vt dicit)

(vt dicit dñs p Esa.) Sed in pace in idipsũ dormiã & requiescã, ait Ps. 4. Cũ hõ dormit sopitus est a vitiis & pturbationib. passionũ, & requiescit in idipsum. i. Deũ q sp est idẽ ipsum, qa immutabilis cõformãs se volũtati suę, tũc est in vera pace (vt dicit. b. Aug. in li. confes.) Oia alia sũt aspera, & tu solus deus es requies & inquietũ ẽ cor nostrũ donec requiescat in te. In omnib. requiem quesiui, ait beatissima Maria semper subdita voluntati Dei & semp habens non solum bonã, sed optimam voluntatem, & ideo fructum pacis habuit, mundus caro, dęmonia, diuersa mouent prælia & conturbant pacem nostram. Sed mundus pacem eius turbare nõ potuit, quia paupercula spiritu, diabolus pacem eius perturbare nõ potuit, quia humillima. Caro non concupiuit aduersus spiritum, qa fomes in ea extinctus fuit, & quia omne simile appetit suũ simile, ipse. q ẽ pax nra, in ipsa pace plenissima requieuit in tabernaculo suo, fm illd Ps. 75. In pace factus est locus eius. Quartus fructus ẽ patientia. Patientia opus perfectũ habet (ait Iac. in can. c. 1.) cum scilicet quis propter aduersa cõtingẽtia non contristatur, sed æquo animo fert. Ad hoc valent exempla sanctorũ, q etsi iusti, multa passi, sed patientissime. Sicut Tobias qui nec est contristatus p plaga cæcitatis venerit sup eum, cum tamen operibus insisteret pietatis. Sic Iob amissa omni substantia, familia, & sanitate corporis, in omnib. his nõ peccauit, nec stultum aliquid cõtra Deũ locutus est; & vt ait illa sancta vidua Iudith. Omnes qui Deo placuerunt ab initio, per multas tribulationes transierunt fideles. Qui vero tentationes non susceperunt cũ timore domini, & impatientiã suam & improperium murmurationis suæ contra dominum ptulerũt exterminati sunt ab exterminatore, Iudith. 8. Virgo autem beatissima nõ caruit aduersis, sicut nec filius eius. Sed nato paruulo inde ad paucos dies quesito ad occisionem opportuit fugere in Egyptũ & ibi manere per septẽniũ inter idolatras & alienigenas, & duodennis cũ remansisset in tẽplo. ipsa non percipiente per triduũ quęsiuit nõ sine dolore, sed sine ira & tristitia rationẽ absorbẽte vel obfuscante. Similiter in persecutionibus filii patientissima fuit. Vnde dr de ea. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Lilium vel rosa nõ amittit suam pulchritudinem vel odorem inter spinas, sic nec ipsa odorem patiẽtiæ iter tribulatiões. ¶ Quintus est longanimitas. Hæc est fm glo. in expectatione boni non deficere, sed refici, quando quis habet tolerare aliquem dolorẽ vel labore ad breue tẽpus, vel expectare habet aliquod magnũ bonũ, sed cito recipiẽdũ æquo animo conatur sufferre pp breuitatẽ temporis eius. Sed qñ in hmõi videt sed diu pmansurũ in labore vel dolore nel cõsequẽdo bono, multum solet attediari & fatigari, & aliqñ deficer ex diuturnitate eius. Sed lóganimitas retinet hominẽ ne attediet, sed pseuerãs maneat, etsi nõ ita cito, sed diu labor maneat & bonum illud expectatum ,pueniat, & reficit mẽtẽ quadam rectitudine prẽmii. Vñ Aps. 2. Cor. 6. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in lõganimitate. Per multos annos fuit beata Maria in laboribus mundi & expectatione gliæ, videlicet circa sexaginta ãnos scdm cõmunio rẽ opinionẽ semp magis feruens & auida ad omne bonum opus. ¶ Sextus est bonitas. Hęc fm glo. dulcedo animi ẽ, sed scdm phũm dulce est q amaro impermixtũ, dulcius q amaro impermixtius, dulcissimũ qd amaro impermixtissimum. Sed animus beatissimę Mariæ fuit oi amaro impmixtissimus, vñ Sap. 8. dicit Nõ hẽt amaritudinẽ cõuersatio illius. s. sapiẽtię, sed cũ nulla creatura pura cõuersata est in timius & pfectius, ergo ipsa habuit summam animi dulcedinẽ. Vñ & cãtamus ei Oclemẽs. O pia. O dulcis virgo Maria. Vñ & bonitas huius fructu habuit Ps. 30. Quã magna multitudo dulcedinis tuę dominę, quam abscondisti timentibus te. Sed beata Maria super omnes timuit Deũ timore sancto, ergo & maximam dulcedinẽ animi habuit. Præterea bonũ, est fuiipsius diffusiuũ scdm Diony. & hoc pertinet ad istam bonitatem velle bonũ aliorũ & suũ communicare. Sed beata Maria summum bonum suum cõmunicauit. s. filiũ offerendo primo in tẽplo, postea in patibulo, vnde maxime habuit ducem fructum bonitatis. ¶ Septimus est benignitas. Hæc scdm glo. est largitas rerum. Vñ & dicitur benignitas, quasi bona igneitas, bonus ignis est qui calefacit etiam a longe. Qui ergo beneficia exhibet non solum amicis, sed etiam inimicis, ille est benignus. Vnde Apostolus ad Ro. 12. Si esurierit inimicus tuus ciba illũ &c. Hæc enim faciens congeres carbones ignis sup caput eius, idest super mentem ad inflãmandũ eum ad amorem tuũ ex talibus operibus ignis. Apparuit enim (ait idem Apostolus ad Timote. 2. cap.) benignitas & hũanitas saluatoris nostri Dei. Adeo enim nobis benignus apparuit, vt omnia sua largiret, & pro crucifixoribus exoraret. Sed eius mater ipsum imitata aurum sibi oblatũ a Magis cito pauperibus largiter erogauit. j. Cor. 13. ca. Aps ait Charitas benigna

est, &

est, & quanto maior charitas, tanto maior benignitas. Sed charitas b. Mariæ oēs excessit (vt dictū est) ergo & benignitas. ¶ Octauus est mansuetudo, hęc sm gl. est tractabilitas. Vnde mansuetus quasi manus suetus, q. s. pmittit se tractari sine irascendo, & ista est differentia inter patientiā & mansuetudinē, quæ similis vr, qa patientia moderat & regulat passionē tristitiæ quæ insurgit ex aliqua molestia ne nimis contristetur. Sed māsuetudo refrenat passionē iræ ne frangat & contra rōnem aliquid agat, vnde gl. dicit q mansuetudo est cōtra iram. Eccle. 3. Filii in mansuetudine perfice opa tua, & super hoīum gloriā diligeris, qui ergo minus habet de ira, magis hēt de māsuetudine. Sed b. Maria fuit sine aliqua ira, ergo fuit mansuetissima. Nec obstat q dr Luc. 1. s. q cū audisset salutationē angelicā turbata est in sermone eius. Nā illa turbatio non fuit iræ, sed admirationis (vt dictū fuit supra.) Prēterea māsuetus, dr tractabilis. Tractabilis aūt est qui est oībus cōformis & conformabilis. s. in eo q non est malum. Et tractabilis est qui est oībus oīa. Vel sm genera singulorū, vt Paulus qui factus est iudæis sicut iudęus: & his qui sine lege erant. i. gentilibus tanq̄ sine lege esset &c. Vel sm singula generū, & iste est simplr oībus oīa. Et sic fuit beatis. Maria, unde tractabilis & māsueta in summo Ber. Quid ad Mariam trepidat accedere humana fragilitas, nihil. n. asperū in ea reperies, nihil austerū tota suauis, est oībus mīæ fuæ sinū aperit, & sic oībus oīa facta, unde & summe mansueta. ¶ Nonus fructus est fides, hęc scd'm glo. ibi est inuisibilium certitudo. Incendit aūt ex certitudine delectatio triplr. ¶ Primo p scibilium pluralitatē, vt si delectatio est in sciendo, quāto plura scit, tanto maior est quis habet delectationē. ¶ Scd'o per nobilitatē & melioritatem scitorū, vt si delectatio est in sciēdo naturalia inferiora, multo maior delectatio est in sciendo altiora, ut trinitatē, deitate, beatitudinem propriā, & hmōi, qa nobiliora sunt ista oībus inferioribus, & imperfecta cognitio horum magis delectat q̄ perfecta cognitio inferiorum sm phūm. ¶ Tertio per modum sciendi perfectionem, ut si sciatur per reuelationem adeo maior sequetur delectatio q̄ si per acquisitionem humanam. Sed beatissima uirgo sem per habuit maiorem certitudinem scd'm oēm istum triplicem modum, & sic habuit maiorem fidē cæteris & ex ea maiorē delectationē. ¶ Differt ergo fides prout est fructus a fide put est virtus theologica, quia. s. ultra cōem assensum ad credibilia prout est fructus importat quandam certitudinē de eis, nō tn eo mō quo in patria pt, et hic fides dici fidelitas ad pmissa q̄ et fuit permaxime in virgine Maria. ¶ Decimus fructus est modestia hęc scd'm gl. in dictis & in factis cōsistit, ut s. ita moderet ut nō fiat excessus vl defectus, & pcipue quoad uictū & habitū & gest9 exteriores. In uirtutib. policitis dicit Alb. (vt sup.) Virt9 est medietas duorū extremorū. Vn in his mod9 est circa mediū Ber. Tene mediū si nō vis pdere modū. In theologicis aūt tāto maior est uirtus, q̄to maior est eleuatio & extēsio ad cōsecutionē finis. Nā tanto maior est fides, quāto magis eleuat potentiā ad credendū, & tāto maior spes, quāto magis eleuat mēs ad sperandū. Et modus in delectatione est sine mō diligere scd'm Ber. Si ergo modestiæ est tenere modū, modestissimū erit sūmo tenere modū in sūmo, sūmus āt mod9 in uia est eleuare potentiā ad pfectissimū actū q̄ pt esse in statu uiæ. Hoc āt fuit sūmę in btissima uirgine. Itē in aliis uiatorib. modestia est cohibitio & restrictio appetitionū inordinatarū a cōcupiscia surgētiū, & fruct9 modestię est refectio spūalis & delectatio de hmōi cohibitione & restrictiōe. Vn ē q̄ si delectatio pugnatorū post victoriā. Sed modestia b. virginis nō est de restrictione appetituū inordinatorū qui in ea nō poterāt esse sed pfecta subiectio sensualitatis ad spm & iō fruct9 modestiæ in eanō est in cohertione inordinatorū appetituū, sed delectatio sup eo q dicti mot9 inordinati nō i sunt nec esse pnt. Et sic sua refectio in modestia est p modū innocētiæ in aliis per modū pnīæ. Sed status innocētiæ pcellit sm dignitatē statū pnīæ, & in delectatione spūali, ergo maxime modestia. ¶ Vncimus fructus est cōtinentia, & sm gl. hęc est abstinere a placitis bonis, & intelligit de placitis sm sensū. Nō. n. est bonū uirtutis abstinuisse bonis placitis scd'm intellectū. Illa. n. sunt bona & scd'm virtutē appetēda. A bonis aūt sensibus delectabilibus est abstinendū. Sūme uero delectabile scd'm sensum est actus generationis. Et ideo ab hoc abstinere est maximum virtutis. Qd̄ pōt esse tribus modis, qa per abstinentiam ab hmōi perfectā ut in coniugatis, ut. s. ab aliis abstineāt extra se. Aut abstinentiā perfectionē, ut in uiduis. Aut perfectissimā ut in uirginibus. Hoc aūt fuit in beatissima uirgine in summo, & ideo perfecte continens. Prætera uirtus est circa arduū & difficile. Sed maxime arduū & difficile vr esse abstinere ab actu generationis naturæ corruptibilitate, præcipuæ circa illam partem. Vnde Salomon Sap. 8. Non possum esse continēs nisi tu dederis mihi (inquit ad Deum) & hoc scire donū Dei est, vbi ergo est illa abstinentia in summo,

Triplex delectatio ex certitudine.

mo, ibi & cõtinentia in ſummo. Sed hoc in virgine Maria, ergo &c. Præterea augmẽtat uirtutẽ continentiæ abſtinere nõ ſolũ a rebus bonis & licitis, ſed ét debitis & quãto magis debitis, tanto maior continentia abſtinere ab illis. Sed b. virgo abſtinuit ab honoribus ſibi debitis ſup oẽs. Vnde Eliſabeth viſitauit & prima ſalutauit ut minor q̃ tñ erat maxima, qa mr̃ Dei effecta, vnde ab aliis abſtinuit, ergo &c. ¶ Duodecimus eſt caſtitas, hęc ſm gl. eſt recte vti licitis. Apls. Siue mãducetis ſiue bibatis vel aliud facitis, oĩa in gloriã Dei facite. Oẽs ergo actiones humanæ ſunt referibiles ad Deũ. Ille ergo perfectus in ſummo erit, qui oẽs actus ſuos in Deum referret & hmõi, ſic referre eſt vti. Vnde magr̃ ſen. in 1. diſt. dicit qꝫ vti eſt id qd̃ in vsũ venerit referre ad id qd̃ fruendũ eſt. ſ. Deo qui ſolus fruendus eſt. Sicut aũt contingit referre differenter, ita cõtingit vti differenter. Nã viatores contingit referre in Deũ oĩa eos dico qui ſunt boni habitualiter. Sed b. Maria oĩa ſemp actualiter referebat in Deũ. Odilio Cluniacñ. Vnũ pro certo ſcimus qꝫ oĩs Mariæ actio ſemp intẽta fuit in dño. Qd̃ aũt nullus viator oĩa ſp retulerit in Deũ patet, qa nullus potuit ſe abſtinere ab oĩ veniali, & pro tunc non actualiter illud referebat in Deum in quo peccabat ét venialiter. Ipſa ergo ſola ſp vſa eſt licitis, ideo caſtiſſima fuit ab eo ſaltẽ cauendum eſt qd̃ dicit b. Aug. Nihil peius q̃ vti fruendis, & frui vtendis. Vtitur fruendis qui Deo ſeruit ꝑ ꝓpalia. Fruit vtẽdis qui finẽ vltimũ ponit in creatura, & hoc proprię non eſt vti ſed abuti. Ex ꝓdictis patet quõ fructus honoris & honeſtatis produxit venter mẽtalis virginis glorioſæ fructus. ſ. duodecim ſpũs figurati ꝑ duodecim filios Iacob, qbus benedictionẽ dedit ipſe ſignificans Deum. Et ideo benedictus fructus ventris tui.

§. 2. ¶ Eſt & alius ventris affectionalis viſceroſe cõpaſſionis fructus eius in conceptu zelus honoris diuini & ſalus aĩarum. In parturiẽdo labor & dolor pro huius executione. ſ. ſalutis aliorũ. Vnde Apls. Filioli quos iterum parturio donec Xps formet in uobis. Hanc affectionẽ ſuper oẽs habuit beatiſſima Maria ad Dei honorẽ & hominũ ſalutẽ. Vnde & mr̃ oĩum dr̃, quos. ſ. concepit per affectũ dilectionis, & peperit per labores & dolores in paſſione filij. Vnde mulier illa habens in capite coronã duodecim ſtellarum, qd̃ expoſitũ eſt. ſ. de virgine Maria. & eius 12. ſingularibus gratijs & priuilegiis, exponitur a b. Bern. & Alber. deſignare virginem Mariam. Et ibi dr̃ Apo. 12. qꝫ habebat in utero & clamabat vt pareret & cruciabatur. Draco aũt ante mulierem ſtabat ut deuoraret partum eius, ſed non potuit. Nam cum pareret maſculũ, ſubito raptus eſt puer ante thronũ Dei. Concepit (ut dictum eſt) affectu eximio oẽs electos Dei, ſignatos per maſculum ꝑ vnitatem eorum & virilitatẽ. Clamauit deſideriis, & ſuſpirijs orationibus & meritis ut pareret, ita qꝫ oẽs veri fideles. Diabolus draco quęrit quem deuoret. Sed electi cum moriuntur tunc naſcuntur in cęlis, & ſtatuuntur ante thronum diuinæ maieſtatis in gloria. Et draco vacuus & confuſus remanet. Vnde & uiti aſſimilatur cum dicit. Ego quaſi vitis fructificaui, ſimilis. n. fuit filio ſuo dicenti. Ego ſum vitis & uos palmites. ſ. Apli & cęteri fideles. Qui manet in me. ſ. unitus hic fert fructũ multum bonorum operum. Producitur palmes a vitę vt filius producitur a patre. Vnde & ipſe Ieſus dr̃ pr̃ nr̃ in hymno. Præſta pr̃ pijſſime, patriq; compar vnice, ſic mr̃ eius vt vitis producit palmites ſibi herẽtes per deuotionem, vt mater oĩum per imitationem. ¶ Et notandũ qꝫ ſicut nulla arbor producit ſpecioſiorem fructum vite, ita nulla eſt ita procliuis ad terram ex ſe, niſi per alium eleuet ſicut vitis. ¶ Nulla eſt ita turpis & deiecta in trunco vt ipſa: ad deſignandum qꝫ humilitas quæ facit hoĩem procliuum ad terram ex vera ſui recognitione & deiectum & vilem in conſpectu aliorum ſm apparentiam exteriorem & ex ſe non aſcendentem ad altum honorum & dignitatum, niſi ab alio eleuetur produxit prælioſiſſimum fructum. ſ. dñm noſtrum Ieſum Chriſtum fructum copioſiſſimũ perfectorum operum, fructum procurationis ſalutis hominum quia reſpexit humilitatem (ait ipſa) ancillæ ſuæ. His fructibus electorum quorum b. Maria dr̃ vitis & mater, datur benedictio a dño, dum dicitur in pſal. Benedixit oibus qui timent dominum, & demum dicetur eis. Venite benedicti patris mei percipite regnum vobis paratum Matt. 25. Benedictus ergo & fructus iſte ventris affectionalis b. Mariæ. ¶ Sciendum etiam ſm Albertum, qꝫ in iſta ſalutatione annunciatur beatiſſimæ virgini perfectiſſima beatitudo, & per ipſam ergo ipſa toti humano generi. Perfectio aũt beatitudinis conſiderari poteſt uel quantum ad ſubſtantiã, uel quantum ad cauſam, uel quantum ad efficientiam. Si quantum ad ſubſtantiam, uel eſt a malo excluſio & hoc notatur in aue, uel eſt ad bonum inductio & hoc comprehẽditur in gratia plena. Si attendatur quantum ad cauſam ſic dicitur dominus tecum. Si quantum ad efficientiam, vel hæc eſt mediata, & ſic eſt benedicta tu in mulieribus, ut lex cauſa immediata, & ſic eſt, benedictus fructus ventris tui

¶ De

¶. *De visitatione b. Maria facta Elisabeth. Cap. 27.*

Exurgere qs dr tripliciter.

EXurgens Maria abijt in montana Iudeæ cum festinatione. Luc. j. In sacra scriptura dicitur quis exurgere tripliciter.

¶ Primo. n. dr exurgere quis a somno culpæ.

¶ Aliquãdo dr exurgere pẽitẽs in spe uenię.

¶ Tertio modo dr exurgere ad profectũ gratię.

¶ Peccatori. n. dr qđ ait Apostolus. Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. In peccatis permanens dr dormire, ꝙa sicut in somno dormiens, nil meritorij operis habet, quia vsus liberi arbitrij est ligatus, ita peccator in tali statu quod opus agat de genere bonorum nihil meretur ad vitam æternã valẽs. Et sicut dormienti in somnis vr sibi aliquando habere multas diuitias & delitias & in eis gaudere, sed euigilans se illis vacuum videt & quasi illusum unde contristatur. Ita peccatori vr ista bona mundi tenere & possidere, & dũ sperat se in eis permanere in morte quasi euigilat, & tũc cernit illa fallacia fuisse & transitoria, & eis carere seu ea dimittere per mortem affligitur & nimis & dolet. psal. 75. Dormierunt somnũ suum & nihil inuenerunt oẽs viri diuitiarum in manibus suis. Cum aũt pec cator reuertitur ad pœnitentiam dr sedere per humiliationem sui. Nam & de more loquendi est, vt cũ quis humiliatur dr positus ad sedendum. Vnde Christus per psal. 138. humiliationẽ suæ passionis vocat sessionem dũ ait. Tu cognouisti sessionem meã. s. approbasti & gratã habuisti humiliationẽ meã. Tali igitur humiliato in pœnitentia, unde & sedenti dr vt surgat. s. sperando veniam peccatorũ, & adiutorium gratię ad bene agendum. Nam (ut ait b. Amb. de pę. di. 1.) Nemo digne potest agere pniam, nisi qui sperauerit veniam. Talibus igit pẽnitentibus dicit psal. 126. Surgite postq̃ sederitis qui manducatis panem doloris. i. uos qui pascimini dolore & lachrymis compunctionis, postq̃ sederitis. i. humiliaueritis uos, surgite ad spẽ veniæ. Proficientibus quoq; & perfectis dr. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem, dicit propheta. Surgite affectu ad patriã supernã contẽplando & desiderando superna & ad ipsa festinãdo, & isto modo loquit spiritussanctus aię a Deo dilectę. Surge & propera amica mea, columba mea formosa mea & veni, iam hyems transijt, imber abiit & recessit, flores apparuerũt in terra nostra &c. Vt surgat dr ad contẽplationem & amorẽ supernorũ & perfectionẽ virtutum. Amicam uocat aiam pp charitatẽ quæ est in amicitia uera Dei cum hoie, columba mea pp simplicitatem, quia columba fel malicię non habet, formosa mea pp morum honestatem, propera ait, quia nescit tarda molimina spiritussancti gratia. i. nõ permittit tardare ad bene operandum. Et subdit rationem aptitudinis ad istum processum ad superna, quia iam transijt hyems frigida peccatorũ quæ deleta sunt. Imber abundans passionum & tentationũ recessit non ita frequenter molestant: flores sanctorum desideriorum manifestantur in terra viuentium. Tps putationis aduenit. s. resecãdi superflua &c. Et isto tertio modo surrexit Maria cum dr. Exurgens Maria abijt cũ festinatione in montana Iudeæ. Sunt autem tria mõtana quæ transiuit Maria.

¶ Primus mons veræ humilitatis.

¶ Secundus mons fraternæ charitatis.

¶ Tertius mons supernæ contemplationis, & supernæ iocunditatis.

¶ Quantum ad primum. i. de uera humilitate §. 1.

pt exponi illud Gen. 19. dictum Loth. In monte saluũ te fac. Nã ut ait Grat. de pę. di. 1. §. taciturnitas. Sine humilitate nemini põt esse salus. Dr aũt humilitas & vallis & mons diuersis respectibus. Nã vallis dr quę est in imo, ꝙa per eam hr vera cognitio propriæ vilitatis, qm puluis & cinis infructuosus. Est. n. humilitas (ait b. Bern.) virtus qua hõ ueriss̃ima suiipsius cognitione sibi vilescit. Et sm hoc dicit ps 103. Emittis. s. tu Deus fontes videlicet gratiarũ in conuallibus. i. mẽtibus humiliũ. Mons vero dr humilitas inquãtum per eã eleuatur mens ad cognitionẽ Dei & aliarum uirtutũ, & demum exaltatur in cęlũ, ꝙa qui se humiliat exaltabit, ait dns Iesus. Matt 23. Et sm hoc ait Ansel. in lib. de similitudinibus, uocat eam, & assimilat monti ad quem ascenditur septem gradibus de quibus habes supra in cap. de humilitate.

Humilitas dicit mons & vallis diuersis respectib9.

¶ Sed ut breuius loquamur, gl. sup illud Mat. 3. Sic decet nos implere oẽm iustitiam dicit. i. perfectissimam humilitatẽ, cuius gradus sunt tres. s. subijcere se superiori, qđ est necessariũ ad salutẽ. Secundus subiicere se æquali qđ est humanum & quietum. Tertius subijcere se inferiori qđ est exemplum perfectissimum sicut fecit Iesus petens & suscipiens baptismum a Ioanne Bapt. rex a milite, dns a seruo, sanctificator a sanctificato, & postea ẽt lauans pedes discipulorũ. ¶ Per hunc montẽ exurgẽs Maria abijt in mõtana Iudeæ, q̃ interpr̃tat confessio, quia per hanc hõ nihil sibi attribuit, & totum Deum esse cõfitetur qñ visitauit Elisabeth hnmiliauit se inferiori pergens regina ad vasallã, domina ad ancillam, mater dni Dei ad matrẽ seruuli, quod intelligens Elisabeth visitata & a spiritusancto edocta ait. Vnde hoc mihi vt

Supra ti. 4 c. 12. §. 2. quasi in fine.

mater dñi mei veniat ad me? quasi diceret non est hoc decēs, sed potius q̄ ego veniē ad te ut dñam meā & matrē dñi mei. Et nō solū iuit, sed & prior salutauit, & non solū salutauit sed cum ea tribus mensibus stetit, vt in partu tunc futuro ei seruiret. Et quis vnq̄ audiuit talia vt regina maximi dñi grauida pergat ad seruam suam ad ministrandum ei in partu eius? Vnde exemplo eius debent homines etiam inferioribus humiliari & seruire aliquando.

§.2. ¶Sed̄s est mōs charitatis qua q̄s confitet Deū, & ideo mons Iudeæ summe bonū & sibi muni
De mō- ficentissimū. Hic est mons in quo beneplacitū
te cha- est Deo habitare in eo. Et. n. dñs habitabit in fi-
ritatis. nē in p̄s 67. Nos. n. sumus (ait ap̄s) in quos fines sęculorū deuenerunt. Et in isto sæculi fine p̄p nimiā charitatē qua dilexit nos Deus verbum caro factū est & habitauit in nobis. Et de monte exiuit lex euāgelica ut p̄dixerat Esaias q̄ est lex charitatis Xp̄o cū Ap̄lis recūbente cū discipulis suis in monte syon & dicēte. Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicē Et ad hāc vt ad finem reducit lex decalogi data in mōte Synai vt mons altissimus ipsa charitas eleuans nos super Cherubin & Seraphin, & cā Deo vniens. Habet. n. amor uim unitiuam, inquit Diony. q̄d & ipsum nomē insinuat. Charitas d̄r quasi chara vnitas, nec aliqua unitas creaturę est cha
De gra- rior ea nec p̄ciosior. ¶Hēt & istę mons gradus
dib⁹ mō- suos q̄bus ascendit ad summū eius. ¶Primus
tis. s. cha- est incipientiū, quorū officiū est tentationibus
ritatis. resistere viriliter, ac a criminalibus abstinere. ¶Sed̄s proficientiū, quorū exercitiū est non solū vitia euitare, sed ascensiones in corde suo disponere in valle lachrymarū huius vitæ, vt in statu virtutum in quo est nō quiescere, sed in anteriora se extendere & perfectiora opera. Nā fm b. Ber. in via Dei non progredi est regredi. In cuius figura illa aialia de quibus loquitur Ezechiel in prima sua visione sanctos designātia (vt exponit b. Greg.) dicit q̄ cū ambularent non reuertebant̄, sed vnumquodq; ante faciē suā gradiebat Ezec. 1. ¶Tertius gradus est Deo inhærere feruentissimo amore, vt cum p̄s 41. dicat. Quēadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū ita desiderat aīa mea ad te Deus &c. Et cū Aplo. Cupio dissolui & esse cum Xp̄o. Et ne videat proximū nō curare cū eodē, ad Ro. 9. dicere. Optabā ego anathema esse a Xp̄o pro fratribus meis. Quod tñ intelligendū est. Nun. n. optabat separaria charitate Christi p̄p salutē proximorum. Anathema. n. separationem importat quia hoc fuisset contra ordinem charitatis, sed optabat & opere agebat ut ad tp̄s separaretur consolationibus, & quasi fruitione Xp̄i ex dulcibus contēplationibus eius eas dimittēdo frequēter, vt cōuersioni & saluti aiarum insisteret p̄dicando discurrēdo. ¶De ipsis gradibus charitatis dicit b. Aug. de pę. dist. 1. si q̄s. Charitas cū fuerit nata nutrit, cū fuerit nutrita roborat, cū fuerit roborata perficit, cū fuerit p̄fecta q̄d dicit? Mihi viuere Xp̄s est & mori lucrū. De his gradibus habes in tit. de charitate. Per montē istū exurgens Maria abiit visitan
Supra ti. 6. c. 2. §. 2. do Elisabeth, vt mutuis affatibus adinuicē consolarent vt a verecūdiæ pęna Elisabeth subleuaret. Erubescebat. n. (vt dixit euangelista) se grauidam reperiri in senectute, & carnalibus actibus operā dedisse, & iō occultabat se. Et cō fortata ex verbis b. virginis q̄ prius verecūdabatur esse grauidā, postea in dño gloriabat se prophetā edidisse. Venit vt & de bonis & donis collatis sibi a dño ei reuelatis fęcunditatis suę ei congauderet. Venit vt filius suus Ioannes in vtero sanctificaret, & iā filij sui Iesu Xp̄i ꝓphe ta institueret, & ipsa prophetissa efficeret. Nā post Elisabeth per spiritū prophetiæ oñdit sibi notū q̄d erat oibus occultū. s. virginē Dei matrē effectā. De filij sui profectu ait. Vt facta est uox salutationis tuę in auribus meis exultauit infans in vtero meo. Credit tunc Ioānem qui sex menses habebat in vtero matris acceleratū obtinuisse vsum liberi arbitrij, iuxta illud ecclesiæ. Acceleratur rō in paruulo nōdum nato instinctu sacri pneumatis, & tūc sanctificatum fuisse purgatū. s. ab originali Dei gratia repletū vt p̄dixerat p̄i archangelus in tēplo Dei, & cognouisse saluatoris sui in utero virginis existē tis aduentū, & ideo exultauit mō nobis ignoto in vtero. Et q̄d voce non poterat, nōdū nat⁹ ope exultationis vt ꝓpheta Xp̄m demōstrauit. ¶Tertius mōs est cōtēplationis in qua reperit §.3. maxima iocunditas de quo dñs per Esaiā. Et sa
De mō- ciet dñs in mōte hoc. s. contemplationis diui-
te contē norum conuiuiū pinguiū, conuiuiū medullato-
platiōis. rū. i. refectionē spiritualē plenā iocunditate & dilectione. Et figurat mons istæ per mōtem Thabor, ad cuius summitatē ducens Iesus Petrum, Iacobū, & Ioannē, transfiguratus est ante eos, ostendens aliqualiter gloriā suam. Ex cuius visionis suauitate inebriatus Petrus ait. Dñe bonum est nos hic esse. ¶Ad hmōi ascensum oportet ducere Petrū qui interpretat discalciatus. Iacobū qui interpretat supplātans, & Ioannē in quo est gra interpretatus. i. mūdi contēptum, diaboli tentationū supplantationē, & carnis castimoniā gratiosam. Et per hāc contēplationē ascendit mens humana usq; ad exercitiū patriæ supernæ, de quo Esaias. Gaudium & lætitia inuenietur in ea gratiarū actio

& uox

& vox laudis. ¶ Per hunc montem contemplationis transiuit beata virgo in quo est confessio laudis diuinæ & grarum actionis & summum gaudium qñ postq̃ intrans domũ Zachariæ salutabat Elisabeth. Ipsa quoq; Elisabeth repleta spũsancto cũ filio ipsam matrẽ dñi cognoscens mirabiliter collaudatur. Vñ tunc in altissimã contẽplationẽ diuinorũ ascendens & summo gaudio repleta canticũ canticorũ intonuit dicens. Magnificat anima mea dñm &c. vbi magnitudinẽ diuinę maiestatis contemplãs exultauit in dño. ¶ Vbi sciendũ (vt notat p totũ dñs. Ioannes domi. cardinalis super Magnificat, circa principium.) Causa materialis gaudii est vox laudis ex lætitia cordis proueniens, vt dicit Isid. in lib. etym. ¶ Et notãdũ q̃ canticorum, q̃dam sunt obumbratica, q̃dã figurata, q̃dã iubilata. Prima sunt oĩa cantica ueteris testamenti, qa omnia in figurã continebant illis. 1. Cor. 10. ¶ Secunda sunt oĩa cantica noui testamenti, quia nunc nox præsilit, dies aũt appropinquauit. Sunt aũt non solum figurata p cantica veteris testamenti, sed etiã ista cantica quodãmodo figurat cantica vitæ ęternæ. Est. n. ſm Dion. Status noui testamẽti mediũ inter statum veteris testamenti q̃ erat solum figuratiuus, & statũ patriæ vbi nil figuræ sed oĩa in luce claresc̃unt. Nam in nouo testamento & exhibetur res figurata per vetus, testm̃, & est ẽt figuratiua eorũ quæ sunt in patria. ¶ Tertia autem cantica sunt ea quæ cantantur in vita æterna, de quibus dr̃ in Apocal. q̃ cantabant sancti canticum nouum ante sedem Dei & agni. ¶ Item canticorum alia sunt cantica solum, alia sunt cantica cãticorum, & in veteri testamẽto notum est. In nouo cãtica tria sunt. s. Benedictus. & Nunc dimittis tertiũ est. Gloria in excelsis, quod est canticum canticorum. Et cantica q̃dem sunt de victoriis, sed cantica canticorum de prẽmiis. Cantica ueteris testamenti subornantur canticis noui testamenti figuratiue, q̃d intuenti satis lucide patet. Nam oĩa illa cẽtica composita sunt pro gratiarum actione, aut ex hostium prostratione sicut Cantemus dño glorioſe, &c. Exo. 15. & q̃dam alia. Aut p quadam liberatione, vt illud Ezec. Ego dixi in dimidio &c. Esa. 38. Aut p donorum receptione vt illud Annæ. Exultauit cor meum in dño &c. 1. Reg. 2. Et qa vera victoria patuit dño duce nato, ideo eius milites angeli cecinerunt Gloria in excelsis Deo. Inspecta aũt libertate sui & populi Zacharias cecinit. Benedictus dñs Deus Israel. Cũ autẽ Symeon donum maximũ in vlnis suscepit, & ipse canticum cecinit. Nunc dimittis. Cantica aũt canticorum. Salomonis subordinãter huic cantico canticorum virginis. s. Magnificat. Et do cet egregius Origenes super cantica canticorũ non statim a principio sunt cantata cantica canticorum, sed prius Egypto calcato & mari rubro transmisso hosteq; prostrato cantatũ est. Cãtemus dño glorioſe &c. Sed nõ dum ventũ est ad canticũ canticorum. ¶ Notãdum igit q̃ sicut illa cantica canticorum Salomonis sex famosa cantica præsserunt sex gradus significãtia, q̃busad cãtica canticorũ mẽs pót ascendere humana. Sic sex actus famosos huic cantico cãticorum virginis scripta circa virginem almam describit euangelista vt eui dẽter eluceſcat q̃ illa isti vt vmbra deseruiũt. Præcessit primo conticũ Moysi. Exo. 15. Cantemus dño &c. significat libertatẽ peccatorum i. a peccatis. Secundo canticum populi Israel, ascendit puteus, &c. Nu. 21. Et notat largitatẽ grarũ vel donorũ. Tertium canticũ Delboræ. Qui sponte obtulisti animas vestras &c. Iudicum 5. Et insinuat obedientinm subditorum. Quarto cãticum aliud Moysi illud Audite cæli q̃ loquar. Dut. 32. & demonstrat instructionẽ diuinorũ eloquiorũ. Quito canticũ Annæ, illud. Exultauit cor meũ, & significat vbertatem gratuitorũ. Sexto canticum quodlibet Dauid in ps. quod significat venustatem & varietatem dulcium sonorum. i. gradiorum mentium. Post q̃ sequitur canticum cãticorum Salomonis, ergo virginem sacram describit euãgelista cantatricem. A vitiis denudatã primo dicens. Aue. i. sine veh, gratiis fęcundatã, cum subdit, gra plena, Dei solius imperio subiugatã cum subinfert, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus q. d. mulieres cæteræ sub viri potestate sunt, tu soli domino q̃ est tecum diuinis eloquiis illustratam, quando cogitabat qualis esset ista salutatio, luminans scripturas, & iterum quęrens qũo fiet istud. Tanti filiis delitiis impregnatã quia inuenta est in vtero habens de spũsancto, modulatis gaudiis prędotatam cum intrans domum Zachariæ, & salutans Elisabeth auditis ab ea laudibus suis totam a deo recognoscens & ad montem cõtemplationis, & diuinę laudis ascendens ait. Magnificat aĩa mea dominum. ¶ Et aduerte fideliter, quia qc quid in illis obumbratis canticis canticorum petitur, aut factum esse describitur, totum hic lucide habitum insinuatur. Nam ibi petitur osculũ. Osculetur me (inquit) osculo &c. Hic habet coniũctio. s. diuinæ naturæ cum humana. Ibi postulabatur tractio. Trahe me inquit &c. hic habetur discursio, nam Maria pergit cum filio in vtero ad Elisabeth. Ibi quærit lo-

De causa qualii materialis.

De origine cãticorum

cus, paſtus, & acubitus, hic habeꝫ cubans in alio, paſtus alimẽtis virginis. Ibi videbaꝫ longe ſaliens in mõtibus, hic feſtinãter in montana ducit realiter. Ibi quærebaꝫ in lectulo & nõ reperiebaꝫ, hic claudit in corpuſculo & prędicatur. Mater ibi vocabatur dilectus vt deſcẽdat hic humanaꝫ vt ſe oñdat. Ibi cõuerſio eius ad humanã naturam ſperabaꝫ iam facta denominatur. Ibi natus factus perebaꝫ ad oſcula & amplexus, hic incarnatus alitur vt pariaꝫ, & detur oibus eius deſiderantib. amplexus. Et ſic lege oĩa cãtica canticorũ Salomonis, & qđ ibi repis obumbratum, in virgine videbis ſub carne reuelatũ. Et qa dicebaꝫ ꝙ hoc prẽcioſum cãticum canticorũ. ſ. Magnificat ſubordinat canticis vitæ æternæ. ¶ Sciendum ꝙ primus gradus & sũmus btitudinis eſt viſio ipſa diuinitatis ex qua tãquã ex fonte oĩs alius gradus beatitudinis accidẽtaliter deriuat, vt noſter ſctus doctor i 4. ſentẽt. aſſerit. di. 49. In qua viſione ſup extrema aĩa rapta mox magnificat Deũ vt primus verſus inſinuat. Et qa tanti boni viſio ſine immenſo gaudio eẽ nõ pt, ſtatim exultat ſpũs in Deo ſalutari ſuo, vt dicit ſcds verſus. In hoc ãt lumine & gaudio aĩa ſeipsã cognoſcit, & videt ſe illa tãta gria idignã, & ſic fatet ſe hũilẽ ancillã vt tertius uerſus ſonat. Hic cõparat p̃mia, prẽmiatũ ad præmiantẽ. Et addit. Quia fecit mihi magna, mihi indignæ magna p̃mia & p̃mias potẽs ẽ, vt habeꝫ in quarto verſu, Inde vero ꝑſpicit nõ ex meritis humilitatis, ſed ex mera mia oẽs beatos beatitudine cõſecutos, & dicit in qnto verſu. Et miſicordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies &c. Poſtmodum de ipſa improportionata ꝓportione. ſ. p̃mii, & p̃miatæ, aĩe diſſerens cũ anima habeat vltra id qđ de ſui natura cõſequi põt, fatetur id uenire ex mera dei potẽtia dicẽs i ſexto verſu. Fecit potẽtiã i brachio ſuo. Sed ipſa potẽtiſſima manu intueꝫ æquiſſimã iuſtitiam malos meritopuniẽtẽ, & dicit diſperſit ſuperbos mẽte cordis ſui. Et qm̃ nõ eſt parua portio illius sũmæ fælicitatis, ſocietas beatorũ repleta ad ſupabũdantiã & inebriata abiubertate domus dei ipſos intueꝫ, & ait in verſu ſeptimo. Eſurientes impleuit bonis &c. Qm̃uero iſta eſuriẽs nõ eſt in pria ſed fuit in via, ibi intueꝫ p̃miſſiones factas ſub duplici teſtamẽto teſtantes Pſ. 47. Sicut audiuimus ſic vidimus. Exultatq; i tali ꝑ ſpectu iuxta illd Can. 1. Exultabimus & lętabimur i te memores vberũ tuorũ. i. teſtamẽtorum. Et ſicut sũt duo teſtamenta, ſic ſubmittit duos uerſus. ſ. Suſcepit Iſrael puerũ ſuũ. Et ſicut locutus eſt ꝓ nouo teſtamẽto. ¶ Sicq; igit canticum canticorũ iſtud. ſ. Magnificat omnia cãtica continet paradiſi, ubi effectualiter ſine ceſſatiõe cantaꝫ cãticũ nouũ. Magnificat, ſcdm illud Pſ. 150. Cãtate dño canticũ nouũ, laus eius i eccl'ia ſcorũ. Qđ canticũ dr noum nouitate vniuerſitatis, qa factũ matre oĩum & dña illd Magnificat. Nouitate poteſtatis, qa nunq̃ viſa eſt cãta poteſtas. Nouũ faciet dñs ſup terrã &c. Nouitate iocũditatis, nullũ cãticũ cãtaꝫ in eccl'ia tanta iocunditate & ſoſẽnitate ſicut Magnificat. Sic ergo exurgẽs Maria ab oĩb. terrenis abiit in mõtana confeſſionis diu nę, hoc enim interprætaꝫ Iud'a, (vt dictũ eſt) in cęleſtibus iocũdiſſime cõtẽplãs diuina. Et in hoc mõte iocundo contẽplationis ſita ait Magnificat anima &c. Hæc omnia Ioãnes Dominici.

Sũmus gradus beati tudinis eſt viſio diuinitatis.

¶ *De cantico beatæ Mariæ virginis in quo aliqua dicuntur magna tripliciter. Cap.* 28.

MAgnificat aĩa mea dñm. Beatiſſima Maria ex principio huius cantici alicit aĩos oium vt audire inclinent quę cãtat prẽmittẽs. Magnificat. i. magna Dei prædicat. Sic & ſapia cũctos ad ſe cõgregare cupiẽs de ſummis excelliſq; virtutibus inquit. Ouiri ad uos clamito. Vox hoium ad filios hoium, & ſequit, quoniã de rebus magnis locutura ſum. ¶ Vbi eſt breuiter notãdũ ꝙ aliqua dicũt magna tripliciter.

¶ Primo priuatione, & hæc ſunt expulſiua.

¶ Secũdo eſtimatione, & hæc ſunt dubitatiua.

¶ Tertio vera pfectiõe, & hæc ſunt attractiua.

Magna dñr tripliciter.

¶ Magna priuatione ſunt vitia & peccata. Vnde. 2. Eſdre. 7. dicitur. Sumus in magno peccato vſq; in diem hanc. Et dicuntur magna peccata, quia priuant magnis bonis. ſ. gratia Dei & gloria. Et horũ magna ſpiritu diabolico cantica cõponũt poetę comedias, tragedias, & ſatyra obſcena, quorũ mũdus hodie eſt plenus, & quę ſunt de fugitiua videnꝫ allectiua cum hodie vulgus a veritate aures auertãt ſcripturarum & ad fabulas conuertant, quibus poteſt inuehi illud Chriſti. Ioan. 8. Propterea vos nõ auditis magnalia Dei, quia ex Deo non eſtis, ſed ex patre diabolo. ¶ Magna æſtimatione dicuntur diuitię & huiuſmodi tẽporalia de quibus Prouerbio. 15. dicitur. Theſauri magni & inſatiabiles, quę tamen in rei veritate modica ſunt, & quaſi nihil. Eccleſiaſtes. 3 Omnia uanitas & horũ vſus malus multa bona aufert, qa difficile eſt immo impoſſibile diuitem intrare in regnum celorum Matthei. 19. Intelligendo de illis diuitibus q ponũt finem in eis & abutuntur eis. Sed bonus vſus eorum magna bona acquirit. Iuxta illud. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. Horũ cantica componunt auaritiæ dediti quę ẽ idolorum ſeruitus Horũ ſcholę ſunt plenę ita vt dicatur per Hieremiam

remiam prophetam. A maiori vſq; ad minorem. A ſacerdote vſq; ad leuitam omnes auaritiæ ſtudẽt, ſed fallaces eas appellat ſaluator, quia promittunt læticiam & parant triſtitiam.

¶ Vere aũt res magnæ ſunt quæ magnis concedũtur. Hæ res ſunt magnæ, & maiores, & maximæ. Magnæ res ſunt virtutes & dona quæ hic hñr. Maiores ſunt uirtutes quæ hñr in patria. Maximæ vero pr̃ & filius & ſpiritusſanctus. Maximæ dico perſonæ. De rebus magnis & maioribus dicit Apoſt. 1. Cor. 13. Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hęc. Maior aũt horum eſt charitas. Ecce q̃ charitas eſt maior illis, ergo & fides & ſpes magnæ res ſunt, qa omne cõparatiuum præſupponit ſuum poſitiuũ. Charitas aũt quæ ibi deſcribit quæ nunq̃ excidit, eſt charitas patriæ, & hæc maior dr̃. ſ. virtutibus q̃ habẽtur in via. Deus aũt eſt maximus, & qđ hr̃ ipſe a nobis per gratiam vel gloriã eſt maximum donũ. Vnde Apoſt. Petrus epiſtola 2. c. 1. ait. Vocauit nos propria uirtute, per q̃ maxima & pciosa nobis donauit promiſſa, vt per hæc efficiamur diuinæ naturę cõſortes, qa ergo inſerta eſt mẽtibus horum veri ſummiq; boni cupiditas (vt ait Boe. de phi. conſol. Bonũ cognitum mentẽ trahit. Magnum bonum magne trahit, maius bonũ magis trahit. Sed maximum bonum maxime trahit. Vt ergo virgo ſancta ad ſcholas ſuas oẽs traheret, dimiſſis peccatis & fabulis ſprætis mundanis tradere promittit de maximis delitijs & ait. Magnificat aia mea dñm. pſal. 108. Magnificabo eũ nimis in ore meo. Et in alio pſal. 70. Repleat os meũ laude tua, vt cantem tota die magnitudinem tuam. In quo uerſu primo tria poſſunt conſiderari circa illud canticum canticorum.

¶ Primo cã materialis aſſ ſubiectiua, magnific.

¶ Secundo cauſa actualis & effectiua, aia mea.

¶ Tertio cauſa finalis & obiectiua, dominum.

¶ Quantum ad primum materia huius cãtici §. 1. eſt tradere magnalia Dei. Vnde dicit Magnificat. Vnde notandum q̃ ſicut otium rerũ conſtãtium determinata eſt magnitudo & quãtitas, teſte phõ in 3. & 4 phiſicorũ. Sic oĩs creatæ naturæ eſt determinata potentia, cum ſolius Dei dicatur potẽtia infinita. Cum igitur humanus intellectus dicatur & ſit aliqua creatura, nulli dubium eſt quin eius potentia ſit finita & limitata, ita ut ſupra ſe aſcendere non poſſit niſi diuino lumine ſuperiori ductus, dicente pſal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Tria autem ſunt quæ intellectui noſtro obiici poſſunt.

¶ Primo uilia & mechanica.

¶ Secundo media & phiſica.

¶ Tertia præmia & theologica.

¶ Et per vſum quidem & occupationem mechanicorum, ut eſt textoria & cęmentaria & hmõi, uirtus intellectiua hebetat vt experientia notum eſt. Vnde & dñr mechanice artes a mechor mecharis ſm Alb. qa intellectus quaſi mechatur & degenerat a ſua nobilitate, cũ magis ſit inclinatus ad naturalia q̃ digniora. Vnde qui diutius ſe dederunt hmõi mechanicis ẽt ſubtilibus & ingenioſis, vt picturæ, ſculpturæ, & hmõi ſpeculatiuis, magis inepti ſunt. Vnde dñr artes Mechanicę.

¶ Media uero. i. ipſorum naturaliũ cõſideratio & iugis ſpeculatio magis iuuat intellectiuam, quia verſatur circa proprium obiectum, qđ eſt veritas abſtracta a materia. Sed iſtorũ naturalium ſpeculatio eſt duplex. Vna eſt quæ conſiſtit in ipſis rebus qualis uocatur ſcia naturalis quæ ſpeculatur curſus ſtellarũ, herbarũ uires naturas aĩalium, & hmõi. Et hæc eſt imperfecta, & minus virtuoſum reddit intellectũ. Secunda eſt quæ rerum fines & cauſas inueſtigat pro poſſe. ſ. a quo res ipſę ſunt, & ad quẽ finem vltimum factę ſunt & quem repręſentant prę loquuntur. Et iſta eſt vera philoſophia naturalis, ſm deſcriptionem ẽt ipſius phi 1. phyſicorũ in principio, ad q̃ tñ ſpeculationem ipſæ non deuenit, pp qđ vocatur methaphiſica uel theologia, ſicẽt proprie ſit naturalis quia inuiſibilia Dei a creatura mũdi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Sẽpiterna quoq; uirtus ac diuinitas, ad Rom. Qua uia nullo alio lumine illuſtrati antiqui philoſophi venerũt in cognitionẽ ipſius Dei, vt oſtendit diuus Aug. in 8. de ciui. Dei. Et hinc eſt q̃ Deum eſſe dr̃ per ſe notum, neq, contineri ſub articulis fidei, qa in lumine naturali demonſtratur Deũ, eſſe vt optime probat doctor nr̃ S. Thom. de Aquin. in primo cõtra gentiles. Hęc ſpeculatio iuuat intellectum non parũ, dicente pſal. 118. Mirabilia teſtimonia tua &c. Sed aliquã & tertia obijciunt intellectui quæ voco præmia & theologica, ſub quo membro intelligo oĩa quæ naturali lumine intelligi non poſſunt, ut eſt æterna fęlicitas, quam nec oculus vidit nec auris audiuit &c. Simplicia æterna trinitas perſonarũ. Iudicia Dei quæ incõpræhenſibilia ſunt dicit Apl̃s. Myſterium incarnationis, & alia hmõi quæ fideli tñ ſubduntur, & hæc ſunt quæ maxime intellectũ perficiunt, intantũ, ut dicat ſpiritusſanctus per os Eſaiæ. Niſi crediderit is non intelligetis. Hęc ſunt q̃ ſummo ſtudio & vigilantia attendenda ſunt & audienda. Et de his cantrix noſtra perfecte loqui & docere promittit dicens. Magnificat aia mea dominum, quaſi diceret, dominum dictura & doctura eſt aia mea. Hæc ſunt illa magna quibus præmi metutebat

Deus eſt p ſe notus.

tuebat ille sapientissimus Iob dicens. ca. 23. Nolo multa fortitudine contendat mecũ, neq; magnitudinis suæ mole me præmat. Est enim magnus in fortitudine & iudicio & iustitia, & enarrari nõ põt. ait idẽ. c. 39. Et tñ tantã audaciam tribuit ei spũsanctus ut hęc uirgo paruula puella audeat enarrare & magnificare, & sprætis mechanicis vilibus & naturalibus medijs insistit theologicis summis. Sed nec mirũ virgo sancta si magna loqris de Deo, qa iã magn⁹ in medio tui sanctus Israel. Esa. 12. Sed hæc pars qua dicit magnificare se dñm, ẽ admirativa & disputabilis. Nã scimus q̃ magnus dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ ẽ finis. Vnde dicitur Eccl. 43. Terribilis dñs & magnus uehementer, & mirabilis potẽtia ei⁹, glorificantes eũ & exaltate illũ q̃tum potestis sũ p ualebit adhuc, & admirabilis magnificẽtia ei⁹. Ex quibus verbis videtur q̃ nec magnificari possit nec vt magnus est enarrari. Vnde ergo virgo sancta se dñm magnificare tã audacter profitetur, cũ ipsa potius videatur minorasse, quia quem cęli capere nõ poterant in suo corpusculo compræhendit. Pro quo sciendum q̃ est triplex magnitudo.

¶ Prima intensiua & virtualis.

¶ Secunda extensiua temporum & localis.

¶ Tertia diuisiua & corporalis.

¶ De prima magnitudine dicit in ps. 146. Magn⁹ dñs magna uirtus eius, & sm hãc domin⁹ dicitur infinitus, qa infinita essentia infinita bonitas, infinita sapientia, infinita charitas, & qc quid bene dici potest de deo, cum infinito dici debet, nec tamen illud etiã q cd sit exprimit. Et qa infinito nihil addi põt, Deus sic essentialiter magnificari nõ põt. Et ad istum sensum prædicta uerba Eccl. dicuntur, tñ istæ uirtutes Dei diminutæ apprehendebant a paucis, quas virgo præfata magnificentius expræssit, si quis uerba eius diligenter attẽdit. Et ideo etiã isto modo aliqualiter dicitur. Magnificat aia mea dñm. ¶ Scõ dicit aliqua magnitudo extensiua loco uel tpe sicut dr tempus magnũ annus mensis, vel dies, & hoc. s. qa p magnũ spacium temporis durat. Et locus dicitur magnus quia multum spatium occupat, vt in ps. 103. Hoc mare magnũ & spaciosũ. In hac duplici magnitudine dicere põt virgo sancta illud magnificat. Nam iam venerat magnitudo tpis & omnia temporanea & sub tẽpore, lausq; diuina terris sub magno silentio latebat. Vt. n. ait deuotus bea. Ber. in quodã sermone de aduẽtu. Angelus non loquebatur amplius hoi, patriarcha defecerat, deerat, pphetia, sacerdos auariciæ studebat, dux nõ inuenichat qñ venit dominus, intantũ vt diabolus auderet dño dicere omnia regna mundi esse sua. Matth. 4. Et ipsę Dei filius cum iam prędicare cępisset, ait se nõ habere vbi caput suum reclinare erat. n. dominus non solum paruulus, sed fere nullus in cõspectu & cõuentu hominũ, qa defecerat laus eius quasi totaliter laudabãtur idola non uerus Deus. Hãc uero quasi extinctã alma uirgo resuscitans, primo sub nouo testamento cãtico & uocali laude Dei sic magnificat dominũ q. d. Magnificate dñm in ęternum, vt quilibet amplius dicat, semp laus eius in ore meo. Magnificat etiã localiter. Nam olim notus in Iudea Deus in Israel magnum nomen eius. Sola enim Synagoga in tertis diuinas laudes vtcũque decantabat. In aliis enim regionibus mundi idola & dæmones colebãtur, & ipsa laudib⁹ efferebantur. At ubi pos virginis diuina laus insonuit, cæpit per alia loca diuulgari & conmunicari in eius figura, nõ in sua ciuitate, sed peregrina in mõtanis existens laudare cępit & peregrinari, qa magnificentia eius peregrinari debebat, & extra Iudeã effundi. Laus enim eius ab extremis terrę. ¶ Tertio modo magnitudo ẽ sensitiua & corporalis, sicut dicitur magnus hõ qui ẽ magnæ staturæ & hmõi. A sæculo non est auditum neq; intellectũ q̃ dñs isto mõ potuit magnificari, & tñ dñs Deus factus est paruus, sine manibus humani seminis abscisus, & demum creuit in montem magnum. Dañ. 2. Dic ergo o uirgo bñdicta, factor meus factus est paruulus, filius meus clausus est in uisceribus meis. Crescit & magnificatur & magnus efficitur, alimentis meis nutritus. Cum magnifico idest magnũ facio, donec per partũ requiescat in vlnis meis, tunc etiam illum pascens lacte pectoris mei faciam illum magnũ donec magnus vir sit aptus ad magnum sacrificium verum. Ergo intellige post multa Magnificat anima mea dominum &c.

¶ Secũda cã huius cãtici. s. actualis & effectiua notat cũ dr aia mea, vbi cãticũ illud describit. §. 2.

¶ Primo suauitate dulcis harmoniæ.

¶ Secundo serenitate lucis theologiæ.

¶ Tertio integritate nudatę theoriæ

¶ Et per hæc omnia trahit ad auiditatem talis melodiæ. Ad sentiendũ tamen quod dictũ est excitandę sunt & aperiendę aures cordis & nõ corporis tñ, vt enim ait bea. Greg. in homel. super illud Lu. 8. Si quis habet aures audiẽdi audiat. Sunt aliæ aures q̃ corporales quibus aia vtitur. Vbi ergo anima loquit animę auditus exigit qa tales potẽtia requirũtur qualia sunt obiecta capienda. Omne enim simile ad suũ simile inclinatur Eccl. 13. Et impossibile est non

corpus

corpus corpore moueri, vt dr in li. ſex principiorum. Volens igit alma iſta cātatrix docere, qbus auribus opus ſit ad percipiendū qđ dr, dixit cauſam inſtraliter agentē huius cātici fore aīam, vt aīa ſeparet ad id qđ naturali etiā uoce exprimit, qa ex abundātia cordis os loquitur. Hinc eſt q plerūq; huius cātus ſuauitas nō pcipitur qa ad eū audiendū & intelligendū ſolæ corpore aures aperiunt & interiores claudunt. Audi ergo aīa qa aīa loquit. Magnificat inquit aīa mea dñm, nō ſolū corpus & lingua ſed aīa & lingua eius, & hinc ſuauitas exprimit qđ eſt

De tripli ci organo quo harmonia cantatur.

se ad ostendendā innocentiā suā tangere ferrū ignitū, vel bibere aquā feruentem sine lęsione, vel qa suscipit spōte duellū,& hmōi. Hęc oīno est prohibita, qa pertinet ad vitiū tentādi Deū cū quærat effectū miraculosum in ea re q̄ sm iura aliter probari possit & dēt, faciēs cōtra illud pceptū. Nō tētabis dñm Deū tuū. Hoc ergo prohibet a iure canonico, vt hr 2.q.3. p totū & extra de purgatione vulgari p totū. Vnde legit de Henrico Imperatore q̄ qa vxorē suā sanctā mulierem suspectā habuit de adulterio cum quodā milite, voluit hāc purgationem facere, ita vt nudis pedibus sup ignitos vomeres incederet, ideo in morte anxiatus & punitus est. ¶ Purgatio legalis est q̄ in lege mādatur. Et in lege quidē canonica inducit cū. s. quis clericus infamat de aliquo crimine apud personas graues, & non ab inimicis & leuibus personis, nec sufficienter probat crimen, sed semiplene, tūc inducit ei purgatio, vt. s. ipse iuret se innocentē in illo crimine, & alij cōpurgatores psonæ honestę iurēt credere se illū verū dicere. Quotus debeat esse numerus cōpurgatorū arbitrio iudicis relinquit, vt hr, in 2.q.3. in gl. summaria. In lege āt veteri quoad mulierē parturientē masculū, vt de alijs nūc taceamus sic fiebat, qa ut dictū est, mulier quę concepto fetu masculum peperisset in suo populo iudæorum in capite 40 dierū pergens ad templū offerebat sacrificiū ālis, & per illud dicebat purificari. s. ab illa irregularitate in partu cōtracta, qua phibebat vt immūda ad tēplum accederet. Et licet b. Maria nō ad illud teneret, qa nō ex viro cōceperat, sed ex ore spiritus sancti tū ad dandum nobis exēplū humilitatis, voluit purificari vt cæterę mulieres. Vnde b. Ber. Vere b. Maria op⁹ non habes purificatione, sed nunq̄d filius tuus egebat circūcisione, esto ergo & tu sicut una ex mulieribus sicut & ipse est vnus ex illis paruulis. ¶ Tertia purgatio est spūalis & ista necessaria est nobis vt aia sit purgata a vitijs non solū operū exteriorū, sed ēt interiorū cogitationum & affectionū. Iac. 4. Emūdate manus peccatores & purificate corda vestra duplices animo. Prouer. 25. Auser rubiginē de argēto & egredietur vas purissimū. Rubigo est peccatū ut dicit b. Tho. 2.2. Pura dr aliqua res qñ nō est mixta seu coniuncta eū alia re se ignobiliori & imperfectiori. Sicut vinū dr impurū cū miscet aqua, aurū cū miscetur argento, sed cū miscetur cum re precioſiori nō dr impurū sed magis purum sicut si miscetur vino eū maluatico, nō dr vinū impurū, sed maluaticū impurū. Si includatur lapis precioſus in anulo aureo, non dicet aurū impurū, & sic de alijs. Ad propositū oīa terrena sunt minus pcioſa aīa humana quinimmo ipsi cœli, planetæ, & quęcūq; corpora uirtutes gra angeli, & multo magis ipse De⁹, sunt pcioſiora & pfectiora aīa, miscet aūt aia & cōiungit quodāmodo his p cogitationē & affectū mentis. Cū ergo aīa cogitatū suū & affectū inordinatū ponit in his, tūc aīa efficit impura & immūda. Cū vero cogitat q̄ Dei sunt, & afficit ad ipsas virtutes & alia spūalia, tūc efficit purior & pfectior. Aufert ergo rubiginē peccatorū cogitationū malarū & affectionū, & erit aīa tua uas purissimū cōtinuū liquoris grę diuinæ. Hāc sūme habuit b Maria, qa ea puritate emicuit, vt ait Anſel. qua maior sub Deo nequeat inueniri. Nūc ergo purgationis impleti sunt dies. i. grad⁹ pfectionis nō sunt emūdati ab originali & fomite eius, sicut & angeli dñr purgari &c.

¶ Quantū ad tertiū sciendū q̄ istud nomē Maria §.3.
vno mō interpretat illuminatrix vt alia pro
nūc dimittamus. Vnde ei cātamus. Solue vin- Mar. tri-
cla reis, profer lumē cecis. Tripl'r āt illuminat. plr nos
Corporaliter. Causaliter. Exēplariter. ¶ Si q̄dē illumi-
multos priuatos lumine corporali illuminauit. nat.
Legit de ea q̄ cū q̄dā pauperculus & deuotus virginis habitās iuxta domos iudæorū Romæ & sæpe cātaret de ea ad confusionē iudæorum illud officij hodierni. Gabrielē Archangelū credimus diuinitus affatū uterū tuū de spiritusancto credimus impregnatū, erubescat infelix iudæus qui dicit Xp̄m ex semine Ioseph esse natū Ipsi iudæi hanc insultationē nimis ęgre ferentes, pcurarunt illū oculis priuari. Qui nihilominus pp hoc visu priuatus nō omittebat illud decātare. Et in hac die cū hoc ageret, a virgine illuminatus est, & visum corporalē recepit. Idē patet de alio qui cū optasset & frequen Exēplū.
ter a dño hoc postulasset videre semel uirginē Mariā cū pluries in officio legeret de ea qa clericus erat. Tota pulchra es, & hmōi, & sibi ab angelo fuisset intimatum q̄ si uideret eā ex nimio splendore eius cecaret. Dixit ille se nō curare de hoc dūmodo eā videret. Cogitabat tñ ille caute vt cū sibi appareret, vnū oculū solum aperiret ad eā uidēdū, aliū clauderet ne visum eius amitteret. Cū ergo semel sibi oranti appareret ponens manū ad unū oculū ne aperiret, cū cępisset alio aspicere tanta claritate & cōsolatione perfusus est quod ut plenius aspiceret remouens manum & alium aperiret. Cæcus ergo factus non est contristatus præ dulcedine mentis quā expertus est, deprecatus est tñ virginem ut saltē sibi unum restitueret cuius auauxilio victū sibi acquirere posset, qa scriptor erat. Sed beata uirgo ut misericordissima non solum unum sed ambos restituit & illuminauit.

nauit. ¶Scdo illuminauit cauſaliter,& iſta eſt melior. Ex ipſa. n. ort⁹ ē ſol iuſtitiæ xp̃s De⁹ nr̃ qui illuminat oēm hoīem venientē in hūc mū dum. Io. 1. Ipſa tenebras hæreſum abſtulit illuminando veritatem, vñ canit eccleſia. Gaude Maria virgo cūctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. Prima hæreſis de xp̃o eſt qđ non fuerit Deus, vt dicūt falſi iudæi & q̃dā hæretici in q̃ inciderunt apoſtoli & oēs eius diſci
§. 2. puli in paſſione, putātes fuiſſe purū hominē. Sola aūt virgo ſtabat iuxta crucē, ſtabat recta fide eius deitate. Aliqui hęretici dixerūt cōtra humanitatē eius, aſſerētes eū nō verū hominē. Sed & hoc deſtruxit habēdo experientiā certā de eius humanitate, docuit & illuminauit apoſtolos de multis myſteriis poſt aduētū ſp̃ūſan cti q̃ poſtea mūdum illuminauerūt veritate ſi dei. Illuminat frequēter ꝓcurādo reis lumen gratię, & iuſtis cōſeruationē & augmētū eius. Illuminat exemplariter, eius. n. vita inclyta & cōuerſatio cūctas illuſtra eccl̃ias (canit eccleſia vñ & hodie dātur cādelę bn̄dictę accēſæ in manibus fideliū. Cādela tñ hmōi ſignificat virginem Mariā, qa ſicut in cādela ē cera mollis & ductili ſignificans humilitatē, & lychnus alb⁹ ſignificās puritatē, & lumē ardens innuēs charitatē, ita ipſa in sūmo habuit iſta ꝓfectiſſime, in qbus eam debemus imitari in opibus nr̃is. Et iō in manibus danātur q̃ opera deſignat; Non ergo ſufficit eam in capſa memoriam habere, ſicut fit communiter recordando de ſanctitate eius & laudādo mirabilia eius. Sed oportet in manibus operū tenere imitando &c.

¶De purificatione, & quomodo quis debeat ſe offerre Deo quantum ad principium, medium, & finem. Cap. 35.

TVlerūt eū in Hieruſalē vt ſiſterēt ea dño. Lu. 2. Propheta Dauid loq̃ndo de ſacrificio q̃ quilibet debet facere de ſeipſo Deo, oñſo in oblatiōe facta in hac die purificatiōis. Sicut (ait Pſ. 26.) Circūiui & imolaui ī taberna culo eius hoſtiā uociferatiōis cantabo & pſalmū dicam dño. Et vī mihi q̃ velit dicere qūo debet qlibet cū dño Ieſu ſe offerre Deo glorioſo, q̃ tum. ſ. ad principium, medium, & finem.

¶Et quātum ad principium ait. Circumibo.

¶Quantum ad medium ait, immolabo in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis.

¶Quantum ad finis terminum, cātabo & pſalmum dicam domino.

§. 1. ¶Quantum igitur ad primū vbi dicit circumibo, eſt notandum q̃ ad offerendū debite Deo oportet circumire per oēs vias ei gratas. Ob cuius repręſentationem fit proceſſio hodie cū candelis benedictis in manu delatis ad gloriā Dei. Hortatur Apoſtolus. 1. Cor. oñs dicēs. Vnuſquiſq; ambulet hac vocatiōe qua vocatus eſt, & ſic clarū eēt tibi q̃ deus te vocaret ad iſtū, vel illū ſtatū nō oporteret te circumire, ſed ſubito exequi vocationem eius. Sed quia Deus vult nos tenere in vera humilitate & filiali timore ſollicitudine nr̃ę ſalutis, ſępius uocat tali mō q̃ vult nos quærere & inueſtigare quæ ſit vocatio noſtra deo magis grata. Et hoc eſt qđ dicit. Circumiui. Et quāuis per ſeipſum xp̃s vocauerit Saulū ac ita q̃dammodo violenter, q̃ ei ſit dictum. Durū eſt tibi cōtra ſtimulum calcitrare tñ eum miſit ad Ananiam ſimplicē virum. Vocauit & Centurionē Corneliū & nihilominus ad Petrum miſit dicens. Hic tibi dicet quid te oporteat facere, ſæpe ex tedio vitæ vel ex indignatione cum ſociis, fui loci auſteritate, aut grauamine mādatorū tibi ipſo ſitorum vel honoris appetitu libertatis aut rerum abūdantia, & hmōi, tu teipſum vocas ad alium ſtatum q̃ tibi videbitur melio, q̃ ille in quo es, & in ſeipſo ſic erit q̃ tibi minus ſit vtilis, tñ tu nō cognoſcis. Aliq̃n te vocabit angelus Sathanas trāsfigurās ſe ī angelū lucis vt non pſeueres in diuina vocatiōe tibi facta. Ali quādo vocabit amor sēſitiuus, & tibi videt ſpiritualis. Et oēs hæ vocatiōes. ſub ſpecie boni fa ctæ ſimiles erunt his q̃ę a dño ꝓcedunt. Ergo ne decipiaris ſume in manu candelā rōnis. Sed ſit bn̄dicta. i. ex tua ſenſualitate & tota ſpiritualis. Accenſadebet eē iſta candela doctrinæ ſacræ. Et fac tres circūitus ſeu ꝓceſſiones cū tribus pauſationibus. ¶Primus circūitus eſt cōſi derare diligenter vñ procedit talis motus ad mutandū ſtatū, & ſi eſt aſſociatus talis motus ab aliq̃ ſupradictarū impfectionū, nā ſi ſic eēt talis vocatio ſit tibi ſuſpecta. ¶Secūdus circūitus ē examinare quis ſit verus ſeruus Dei, cui te cōmittas regēdū, qui ſeparatus ſit ab amore ſui attendens ad gloriam Dei humilis, nō præſumptuos⁹. Et hoc quęrere oportet cū magno corticio accēſo & oculis bene apertis, quia nō reperit fallacior mercātia q̃ hō cuius cor ē inſcrutabile ſm Hiero. Sæpe itus lupus rapax, ab extra ouis mitis. Ad inueniendū igitur talem hoīem pfectū accende lumē xp̃i, & reſpice, ne te decipiat color, habitus, aut affectus ꝓprius, nō partialis inter ordinē & ordinem, ꝓfeſſionē & ꝓfeſſionē, domeſticā & ſilueſtrē. Et qñ talē dei ſeruū iueneris, illū cōſule, & ſuā doctrinam ſeu cōſiliū exequaris, ſm illđ Tob. 4. Cōſilium ſemp a ſapiēte inquire. Sapientem. ſ. in materia agendorum. ¶Tertius circūitus eſt cogitare oīa tua motiua circa hoc qđ ex his ma-

De tri. plici ſpirituali circūitu ſup̃ proceſſione

gis cedat ad gloriã Dei ſalutẽ tui,& ædificatio nẽ ꝓximi.Frequenter vnus ſtatus eſt melior alteto in ſe,& qđ ad diuinum honorẽ cõtrariũ exiſtit.Cõtẽplatiua ſublimior eſt actiua, & tamẽ Marthę mãdat actiuę intẽdere nõ cõtẽplatiuæ.Melior ſocietas inuenit i vno ordine q̃ in altero,& tñ volendo aiam tuã ſaluare i minus bono in quo facta eſt ꝓfeſſio,ne aliis deſ ſcandalũ remanere debes in tuo.Ecce proceſſionẽ facimus iſto mane,ad docendũ fideles facere iſtos tres circũitus,vt bñ ꝓuideas tibi ad faciẽdũ de te bonũ ſacrificiũ. Et hoc eſt principiũ.

§.2. ¶Medium obſeruandum circa tale ſacrificiũ, eſt totum ſe tradere & ſubiicere diuinæ volũtati nil ſui reſeruando ſibi,vt dicit Pſ.26. Immolabo i tabernaculo eius hoſtiã uociferationis. Tabernaculũ diuinũ in quo ſeruat oĩs res ſacra,eſt ipſa Dei voluntas,q̃ſm q ꝓbat diuꝰ Aug.cõtra Fauſtũ,eſt forma,via,& regula oĩs pfectionis.Et tanto eſt creatura bona & pfecta,quanto eum illa ſę conformat.De iſto capaciſſimo tabernaculo loq intendebat ſanctus ille Mardocheus qñ orãdo dicebat.In ditione tua dñe cuncta poſita ſunt,& nõ eſt q tuæ poſſit reſiſtere voluntati.Heſther 13.In iſta voluntate Dei offert ſacrificiũ figuratũ p illud qđ offerebat in Hierlm,in quo quotidie totus Xps pñtat, vt ſonãt verba ꝓpoſita.ſ.Tulleruntillũ in Hierlm.Hierlm.n interpretatur viſio pacis & qui ſe cõformat uoluntati diuinæ ſemper pacẽ tractat,pacem videt ſm illud Pſ.84 Audiã qd loquat in me dñs Deus,qñ loquet pacẽ i plebẽ ſuã.Immolare eſt totũ ardere, & dare ſe hoſtiã Deo ſanctã viuẽtẽ ſeu placentem in obſequiũ rõnabilẽ dei,& ſi tu aliquã partem de te reſeruaſti q̃ nõ cõſumat in igne diuini amoris,pax non duraret nec opus bonũ incohatũ, & non uociferares in diuino conſpectu.Scis q̃ modicũ fermentũ totã maſſam corrumpit(ait Apłs) & parum carnis in corpore putridũ niſi abſcindat,totũ corpus corrũpit huius rei experientiã vides in Iuda ꝓditore & oĩum religioſorum & religioſarum ſimulatoribus,q & ſi cum deuotione ſtatum religionis aſſumpſerũt quia totum ſe Deo nõ dederunt,totum amiſerunt.Qui ãt Deo tribuit totã voluntatẽ, totus ſemp ad Deum uociferat ab eo directus & lætificatus,& iſta eſt hoſtia uociferationis ſeu clamoris,& apte tali uocabulo uociferationis ꝑs. utiť,qa talis voluntas tota in Deum immerſa guſtat dulcedines mirabiles, & cõuerſa in maximum ſtuporẽ neſcit qd loquať,ſed ex admiratione ſtrider.& vociferať. Sic dicebat Pſ.34. de eodẽ ſacrificio,Oia oſſa mea dicẽt,dñe,qs ſimilis tibi?vides totũ hodie declaratum per exẽplum qñ mť amãtiſſima virgo Maria poſuit totũ xp̃m in vlnis antiq ſacerdotis Symeonis,hic.n.ſubito vociferatus eſt cũ altis ſtridoribus ſtupore repletus.Nunc dimittis &c.Anna ẽt ꝓphetiſſa clamauit,& qd neſcimus niſi q̃ annunciabat mirabilia?Et qñ audis qđ clamabat uetuſtus dierũ & ueterana,itelligefiguratũ q ex tali cõpleto ſacrificio obſtupeſcit & mutat totus ſpũs & ẽt caro,totus Adam in Symeonem cõuertitur,tota Eua Anna efficitur.

¶Sequitur de fine ſacrificii vbi dť Cantabo & §.3. pſalmum dicã dño.In qua parte oñdit hoĩem in ſacrificium Deo oblatum ſemꝑ debere cãtare in id qđ ei acciderit,nõ ſolũ patientiã ſeruãdo in aduerſis,ſed ẽt iocũdãtũ in illis,ſicut ait Apłs de ſe.Libẽter gloriabor i infirmitatibus meis vt inhabitet i me virtus xp̃i.De quo. n.q̃s tñ gaudere dẽt q̃tum de aduerſitate ꝓſperitas cõiter trãſit & vane hoĩem lætificare facit,mũdum diligere & ſuphiã leuari, vñ ad inferos cõducunt,& iõ de eis cõtriſtandum & lugendum.Sed aduerſitas facit humilium corda reuerti ad Deũ,mundum decipiente agnoſcere,& viã ad patriã ꝓparare. Et cum loquit de ipſis tribulationibus ſemꝑ lætãdum & cantãdum cũ effectu dicẽdo.Cãtabo.Ad hoc hortabať Iac apłs in epła ſua,c.1.dicẽs. Oẽ gaudiũ exiſtimate fratres cũ in tẽtationes varias incideritis.Oñdit aũt hic Pſ.q hõ Deo ſacrificaturus dẽt mẽtem cum eo vnitã tenere ſemꝑ & dicere pſalmum dicã dño.Dicere Deo pſalmum,eſt mẽtem in illam dulcedinem ſubleuare,ſicut ſcriptura narrat de Helyſeo ꝓpheta,Offerre ſe ſacrificium Deo nihil aliud eſt q̃ oẽs corporales ſenſus mortificare,quibus mortuis oportet q anima cum ſummo Deo cõiũgatur,& in ipſo continue iubilet, quantũ ipſe Deus operatur in eo ut dicere valeat cum Apoſtolo.Nŕa conuerſatio in cęlis eſt.De his duabus vltimis particulis formam nobis præbet ſanctus Symeon,qui ſe Deo ſacrificãs Chriſtũ dulciter receꝑit in vlnis,cecinit de morte corporali quã vicinã aſpiciebat & dixit. Nunc dimittis &c.Et ſubleuabit mentẽ ad intuẽdum intus quod alibi erat abſconditum dicendo. Quia viderunt oculi mei.Ecce igitur qũo dñs Ieſus ad faciendum de ſe ſacrificium erat delatus ad templum a matre virgine Maria, & Ioſeph vt formam nobis præberet vt ſimile pagamus.Vnde dicunt verba primo propoſita euangelii.Tulerũt illum.¶In quibus quidem verbis pro ampliori declaratione noſtræ perfectionis notabimus ſemptem partes.

¶Prima eſt vnde mouetur iſta proceſſio.

¶Secunda per quem defertur talis oblatio.

¶Tertia

De medio obſeruãdo in hoc ſacrificio.

De fine ſacrificii

Offerre ſacrificiũ Deo qd ſit.

¶Tertia quid est ista donatio.
¶Quarta quo dirigitur talis congregatio.
¶Quinta cui datur talis benedictio.
¶Sexta huius præsentationis associatio.
¶Septima quæ inde sequitur remuneratio.
¶Ad primā rñdetur q̄ a Bethleē tulerunt. Ad secundā q̄ Maria & Ioseph tulerunt. Ad tertiā q̄ Deū & hoiem Christū tulerunt. Ad quartā q̄ ad templū Hierusalem obtulerunt. Ad quintam q̄ ad Symeonē sacerdotem tulerunt. Ad sextam q̄ cum duabus turturibus vel par columbarum tulerunt. Ad septimam q̄ festum maximum Symeon & Anna fecerunt.

§.4. De interptatione Bethleē ſm modernos & antiquos.

¶Quantū ad primū, quicūq; de se vult facere cū Iesu sacrificiū, primo recedat a Bethleem. i. cura carnis, q̄a (vt dicit Apostolus.) Si ſm carnem vixeritis moriemini. ſ. vita spūali. Quāuis antiqui doctores dicant q̄ Bethleē interpr̄etat domus panis, moderni tñ interpr̄etant domū carnis. Et ideo discedas a Bethleem sicut fecit dñs Iesus nō corporaliter, sed spūaliter. ſ. a cura carnis & sollicitudinis uitæ corporalis, de crastino nō cogitādo, sed sperādo in eo qui pascit aues cęli, & vestit flores cāpi. Non dico ne labores, sed cū Xp̄o dico ne ita solliciteris circa curā corporis vt omittas aliquā uocationem Dei aut actū ad gloriā Dei pertinentē. Si cogitasset populus Dei Israel de quo viuemus in deserto, de quo vestiemur, nunq̄ egressi essent de Egypto, nunq̄ ad terrā promissionis deuenissent, & postq̄ fuerant inde egressi sub spe diuini auxilij qñ cogitauerunt comedere carnes & sitientes de aqua trepidauerunt, ira Dei descendit super eos & mortui in deserto, nō sunt consecuti optatū finē terræ promissionis. Ista est prima via & regula, q̄ dēt seruare qui vult bene Deo sacrificare. Quicūq; aūt cogitat prius de vita corporis q̄ de vita aīæ, in suo progressu, vtiq; nō prosperabit. Et de hoc experientiā vides in multis qui vñr inchoasse bonū facere. & sicut cancri retro redeūt. Cernis gloriosam virginē Mariā paruulā puellā recessisse a parentibus qui cōiter hñt tantā curā de corpusculo vt nō ieiunet, nō vigilet, non multū oret, q̄ filios suos inertes & reſides efficiunt. Et quia sic b. virgo recessit a consanguineis ponendo totā suā spē in dulcissimo filio suo cibata, uestita, custodita, directa ab angelo sancto qui de ea curā habebat spālem, loco cuius Ioseph successit, & postea filius eius q̄ recessurus e mūdo p passionē loco sui reliquit Ioannē q̄ curā haberet tātæ puritatis & mr̄is ita pfectæ. O quantū est vtile se totū iactare dño, & ob eius dilectionem nil de se curare, huic angeli attendūt sc̄ti adiuuāt, Deus sollicite curat, seruiunt puri Ioānes.

¶Secunda rñsio. ſ. qui deserant oblationem. ſ. qualis intentio debet mouere creaturam ad se Deo sacrificandum. Circa quod dicit euangelista q̄ parentes sui paruulum Christum tulerunt. Secundum autem veritatem grammaticę parentes non intelliguntur nisi pater & mater, qui talis partus post Deū sunt prima causa.

Tres parētes habuit Xp̄s

¶Vbi nota q̄ tres parentes habuit ille benedictus filius oblatus. Et primus æternus fuit pater suę diuinitatis. Secundus fuit sua veneranda mater eius humanitatis. Tertius Ioseph & hoc solum ſm opinionē cōem hoium non ſm veritatem, qa principiū non dedit nec diuinitati nec humanitati eius, spiritusſanctus talis humanitatis fabricator p̄ dici non p̄t, qa de substantia sua nil posuit, nec quoad diuinitatem totā ab æterno procedentem a patre, nec quoad humanitatem totam genitam solum a gloriosa matre. Et sicut figulus p̄ nō dr̄ uasorum quæ facit, ita non dr̄ spūſanctus p̄ Xp̄i, quāuis ex purissimis sanguinibus virginis corpus fabricauerit templum diuinitatis sicut dicit magister in 3. sent. Qū ergo audis dicere q̄ parentes sui tulerunt Iesum in Hierusalē, intellige per parentes patrē dñi, matrē Mariam & Ioseph nutricium. Et qñ dico patrem (cum opera trinitatis sunt indiuisa, & totum simul faciant qd est extra, se ut docet b. Aug.) intellige cum patre filium & spiritumsanctum. Dic ergo q̄ quinq; personę tulerunt sacrificiū istud Pater, filius, & spūſanctus, Maria, & Ioseph. Hic tibi dimitto multas deuotas contemplationes. Et prima quō æternus pater est sumus sacerdos, qui de eo quod ipse est sibiipsi sacrificium facit. Secunda q̄ filius qui se portat & de se facit sacrificium et qui est ipse. Tertia q̄ spiritusſanctus inuisibiliter ardet non solum ligna huius sacrificij. ſ. Mariam, Ioseph, Symeonem, & Annam ministrans sed ēt ignem, vnde ipse est, ignis qui ipsemet est, qa spūſanctus ducit uerbū ad tēplum a quo ipse æternaliter procedit. Quarta q̄ portatrix magis fert a Christo delato q̄ portat ipsa. Istarum & aliarum explicationē meditationum ob breuitatem omitto, pro nunc sufficit q̄ quinq; nomina debent ducere ad tale sacrificium, & si aliquis horū deficit mutatio status tui sit tibi suspecta. P̄ igitur Deus dirigat te in viam suam per spem constantem, & non permittat tibi occurrere cogitationes retrahentes a bono proposito. ſ. non uolendi perseuerare ex debilitate uel ex paupertate, aut ex sollicitudine vel tentatione, aut aliis motiuis retrahentibus mentem a benefaciendo. Verbum filius te dirigat per sua sancta consilia, qui lucernam accen-

dit,lumen.ſ.ad reuelationem gẽtium ne poſſis errare ita ꝙ ſi incitaris ad appræhendendũ alium ſtatũ in quo nõ es, reſpice in doctrinam verbi ſi hoc tibi conſulit & potes facere, aliter non. Spũſſanctus dirigat te purificando, ꝙa te non mouebit prius q̃ tibi inſpiraret noticiam cum dolore tuorũ defectuum, & prius te purgabit q̃ moueas paſſum tuorum affectuum & ſi perpendas cũ peccatis ſuis aſcendere in altũ ſtatũ ſm apparentiã exterioré,noueris te duci ab antiquo ſerpente ad inficiendum locũ quo pergis. Oportet ét vt te dirigat & ferat pura virgo Maria. i. pura intentio & non maculata & mixta, tu ſcis ꝙ vas purũ dr̃ q̃ñ non eſt ibi aliquid niſi illud ſine quo eſſe non poteſt. i. uas vacuum quolibet liquore vel re ſolida liberum amurce oluæ, ficcitate ſine rubigine, & oi alia immundicia, quãuis plenum eſſet aere quia natura vacuum non ſuſtinet. Ita dico ꝙ mens pura eſt directa a Maria quando nullus reſpectus te ducit, nec tui nec alterius niſi tm̃ gloria Dei. Et ne decipiaris a teipſo in iſtis motibus ſeu reſpectibus additur Ioſeph ad deferendum tale ſacrificiũ qui interpretatur augmẽtum, vt ex hoc intelligas ꝙa quãuis tibi uideretur portari a quatuor primis deferentibus, debes cõſiderare ꝙ ſtatus quo uadis ſi aſſumere intẽdis eſt ſuperior & pfectior illo vnde recedis ꝙa quilibet pt regulariter debito mõ aſcendere & augeri, ſed non deſcendere vel minui. Totum cogita exẽplo glorioſę uirginis q̃ cum admonita eſſet ab angelo de mutando ſtatu ſuo egredi. ſ. templi ſolitudiné, & venire ad humanam conuerſationem vſq; ad habitandũ cum humano ſponſo, cogitabat & cogitando paueſcebat in verbis angeli q̃ interrogando qũo fiet iſtud. i. cũ virginitatẽ propoſuerit ſeruare, qđ oſtendit cum ait, qm̃ virũ non cognoſco, quidé maior gradus eſt & pfectior q̃ filios generare ſm curſum naturalem. Sed tunc certificata ab ipſo angelo ꝙ ad talem ſtatum dirigebat pr̃æternus obumbrando verbũ incarnando, ſpũſſanctus ſęcundando, Ioſeph in virginitate eam conſeruando, aſſentit virgo ſeipſam oferendo, & dixit. Ecce ancilla domini, fiat mihi &c.

§.6. ¶Reſpondeo ad tertiã inquiſitionẽ. ſ. ꝙ oblatus in ſacrificiũ & delatus eſt Deus & hõ Ieſus Xp̃s, vbi declarat qualis debeat eſſe ꝙ ſeipſum vult Deo offerre in ſacrificium, ut. ſ. efficiatur Xp̃s, & Xp̃s factus de te Deo qui iam eſt datus Deo ei qui erat natus Deo, & hodie defertur Deo qui erat Deus. Quis non oſtupeſcat in tantis mirabilibus, & tñ fiunt hæc pp doctrinã noſtrã? Igit oblatus Deo efficiaris humilis vt Xp̃s, pauper cũ Xp̃o, patiens ut Xp̃s, ut indutus charitate Xp̃i, ornate cũ charitate Xp̃i, formate cũ benignitate Xp̃i. Et ſic conſequẽter per ſimilitudinem factus Xp̃s eris debitũ ſacrificiũ Deo oblatũ. Tale ſacrificiũ de ſe fecit Maria, & inter creaturas nunq̃ apparuit tanta humilitas ſicut in ea quæ ſe ancillã vocat, mater a Deo electa. Et ita cogita de alijs virtutibus ſuis, quas ob breuitatem dimitto. Cogita ſimilitudiné carnis, cõcatum veſtitum, ciborũ, & conuerſationis, & p certo teneas ꝙ vbicunq; Xp̃s erat ſiue magnus, ſiue paruus, ibi erat ſua dilecta mr̃. Nã extra ſuã pntiã viuere nõ valebat. Si virgo pura erat in nuptijs, hoc ideo ꝙa Xp̃s ibi erat. Si verecundiſſima uirgo & contẽplationis magiſtra cum magno tumultu perrexit ad crucẽ, hoc ideo quia Xp̃s illuc profectus eſt, multo magis ſemper ambulauit ubi orabat, ubi docebat, ubi prædicabat, ubi miracula faciebat Ieſus. Et ita tota transformata in Chriſtum odoriferum ſacrificium de ſe Deo obtulit.

¶Quantum ad quartam inquiſitionem docet §.7. in quo loco tale ſacrificium facere debes de te uel filijs tuis, ſ. ꝙa ad templum Hieruſalem. i. ad domum uiſionis pacis, ſic. n. interpretatur Hieruſalem. O cum quanto dolore intuenda eſt iſta infœlix uocata fœlix. In qua eſt amplũ templum Herculis ſuperbi. Ad quod accedens ad ſacrificandum quilibet cum ambitione ſtatus & appetitu magiſtratuum non hoc merendo, ſed contrarium. Hic eſt templum bellicoſi Martis & quilibet cõi ab extra, vel particulari abintra de ſe ei offert ſacrificium cõtinuatum per annos plurimos. Templo inhoneſti Iouis raptoris non ſacrificat, niſi qui non valet. Templum Veneris oẽs venerantur & ad templum Semiramis multæ gentes currunt. Templum guloſi Bacchi nunq̃ reperitur uacuum. Templum auari Midæ a maiori vſq; ad minorem, a ſacerdote vſq; ad Leuitam oẽs ſacrificium oferunt. Templum vero Xp̃i vacuum reperitur, & non inuenit qui velit ſe in eo preſentare, vel filios ſuos tanq̃ iam in præteritum ibi ſe præſentauit conuertit illud in templum vanorũ ac fallacium deorum. O munde immunde nutritor oĩum vitiorum, ſectator ois generis malorum, & ſolum Deum exiliũ tradis. Sed certe docet te Xp̃s & mr̃ eius offerre te, & tuos ſacrificium inquantum vales de templo Hieruſalẽ vbi pax vr̃, pax ſeruatur, pax tenetur cum Deo ſuo, ita refert b. Hier. & Amb. beatiſſimam virginem feciſſe poſt paſſionem & aſcenſionẽ filij ſui dilecti, diſcurrebat, uiſitando oia loca ubi fuerat Ieſus conuerſatus, & ibi meditabatur ſacra beneficia per ipſum, ſed humano generi, & a memoria horum non recedebat.

¶Ad

¶ Ad quintam inquisitionem. s. p cuius man⁹ fieri dēt hoc sacrificiū, & respondet q̄ p man⁹ Symeonis q̄ interpretat obediens. Illud sacrificium multum cōtinuauit dñs Iesus q̄ comedebat in domo Symonis Petri, Symonis phari sei, Symonis leprosi in Bethania. i. in domo obedientiæ, in domo Matthæi q̄ interpretat donatus alteri. s. deditus & sibi abnegatus intrauit & in domum diuitis. s. Zacchei ad ostendēdum qđ verbis dixerat Matth. 24. Omnia q̄cūque dixerint uobis facite & seruate. i. in rebus licitis. s. boni plati, & ēt si praui essent sed sm opera eorum. s. mala nolite facere, verum qui pōt inuenire bonum Symeonē antiquum iustum & timoratum expectantem populi salutē magis q̄ sui, in quo habitet spūssanctus, & habeat diuinū lumen, illum sequat, & alios dimittat. Talē describit Lucas Euang. antiquū Symeonē in sacro euangelio hodierno. Elige Symeonē in prem tuū spūalem q̄ sit obediens superioribus suis q̄a male pōt alteri, p̄cipere q̄ bn̄ non dicit obedire. Tolle Symeonē antiquum practicum & expertum iam sanguine mortuum ne fætor oriri valeat ex tali conuersatione. Quere Symeonē iustū a peccatis mundum & liberū ne p malū exēplū vel doctrinam ad illa te iudicat. Accipe Symeonē timoratum humilē q̄ in seipso non confidat, nec p̄sumat q̄ plenus charitate, nō sui amator, ne te lineat tpalibus sed sit amator Dei & salutis ꝓximi q̄ te defendat a malo. Reperi Symeonē plenum spūsancto sacra scriptura eruditū, & sana doctrina q̄ sit multę orationis in qua respondet spūssanctus, Per tales manus sacrificauit virgo gloriosa. se totā summo Deo, quia paruula parentibus obediuit puella antiquo sacerdoti tēpli angelo sancto 14. vel 15. annorū cū essēt habitauit. Exinde cum vetulo virgine Ioseph in Egyptum pergens cum eo & inde rediens cum filio suo multo tempore. Demū antiqua facta. 48. annorum mansionem habuit cū Ioanne virgine puro quē sibi in cruce Christus loco sui in filium assignauit.

§. 9. ¶ Quantum ad sextam. s. cū qua societate fieri dēt tale sacrificium. & dicit Euāgelista q̄ obtulerunt ꝓ eo vnum par turturum, aut duos pulos columbarum ad quę additi sunt quinque sicli quibus primogenitus redimebatur, per quos intelligantur quinque sensus corporis, qui debent offerri in sacrificium, vt tota aia tua dñi sit, quāuis Euangelista de siclis non loquatur. Sed neq; declarat si datæ sunt turtures vel columbæ, certū tñ quia alterum eorum. Sed neq; hoc vacat a mysterio. Ideo. n. spiritus sanctus voluit Euangelistam hoc scribere disiunctiue ad doctrinā nostri, quia aliquibus conuenit turtures offerre, aliis vero columbas. nec offerre turtures, nec oēs columbas aliqui sunt qui se Deo volunt offerre in sacrificium, & remanere in vita actiua & habitu laicali. Alii vero perfectius se offerre, intrando, & reperiendo se in statu singulari. Primi secum deferant par turturū, vnū par importat vnitatē. & fidelitatem. Tu ergo qui in laico statu uis te Deo sacrificare, serua ista quatuor vnitatem vt non quęras vel sequaris sectas, diuisiones, partialitates, & hmōi. Serua charitatem dādo elemosynas prout Tobias filium suum docuit dicens. Si multum tibi fuerit abundanter tribue, si pax, & illud libenter impartire stude. Tob. 4. Serua castitatē, sic & ipse Tobias docuit filium suum dicens. Attende tibi ab oi fornicatione, & pter vxorem tuā nō patiaris crimen scire. De quo ēt dā q̄ celebrabat nuptias cum vxore in timore dñi. Serua fidem legendo vel audiendo sacras scripturas, audiendo diuina officia p̄dicationum, verba illa credendo, & obseruando. Qui uero in statu religioso se Deo tradunt offerre debent pullos columbarum. i. duas colūbas, binarius numerus est principium diuisionis, ad innuendum q̄ tales debēt esse diuisi. i. separati a mundanis. Sed inter se debent esse quasi vnum par. i. simul vniti & sine diuisione Columbarum pulli sunt callidi, sed casti, quia adhuc nō sunt columbę modicæ castitatis, sed pulli ad inuendum, q̄a religiosi dēnt esse callidi. i. feruentes in diuino amore, sed puri & mundi a carnalitate. Columbarū pulli non uolant discurrēdo, sed clausi manēt in nidis suis. Sic & religiosi non dēnt discurrere vagi per ciuitates & uillas nisi in necessitate, q̄ non hñt legē, sed clausi debent esse in cellis, vel claustris suis. Columbæ q̄a plorant loco canus significant vitā religiosam plenam esse debere pœnitentia, & q̄ (ait b. Hiero.) sē & mundū lugeant & dñi sem p pauidi p̄stolentur aduētū. Et maxime lugere dñt ꝓ p̄ctīs eorū q̄ eleemosynis eos nutriunt. Columbæ nunquam quiescunt super cadauer, significat q̄ religiosi dēnt cōtemnere pecuniā & oē inclinans ad peccatū. Columbę habitantes in cauernis petræ. Petra erat Xp̄s (inq̄t Aplūs) significat q̄ vita raliū debet eē cōfixa cū Xp̄o in cruce, & quātū fieri pōt cōtēplatiua. Colūbę residēt sup culmina aquarum, vt videant si Accipiter vel alia auis rapax volat sup eos vt capiat a quo fugiunt, significāt quod debemus morā facere iuxta aquas scripturarum eas meditando ut ualeamus cognoscere, & vitare insidias dæmonum in aere habitantium. Columbæ habent dolrum varia

Quatuor sūt seruāda laico q̄ se Deo vult offere.

Religiosi hic aptissime cōparantur colūbis.

tum depictum & totum refulgens, designat q̃ vita religiosorum debet esse speculum aliorũ & lux mundi, vt videndo eorum bona opa, verbis & factus glorificent prem cælestẽ; & cauere ab his quæ hñt speciem mali tollatur ois suspitio, Omnes istas proprietates de facili in virgine Maria reperies per excellentiam.

§. 10. ¶Ad septimã & vltimã rñdet q̃ ex p̃dictis sequit festum solẽne. s. lætitia Symeonis, qa cantat. Nunc dimittis. Lumẽ intellectus qui dicit. Lumen ad reuelationẽ &c. Occursus Annæ & stupor mẽtis hoc est dicere q̃ ex eis sequit. Læta obediẽtia, prompta humilitas deuota & integra, & lumẽ sapiæ veræ adhuc, qa Anna interprætat gr̃a. Dico q̃ ita viuẽdo currit & abũdat gr̃a infusa a Deo cum tot reuelationib. & illuminationibus, qa tota mens suspensa manet, & in stuporem vertitur, & cum Christo & matre sua se reperit in æterna gloria. Amen.

¶Quomodo gladius pertransiit animam virginis beatissimæ vt prædixit Symeon. Cap 36.

TVam ipsius aiam ptrãsiuit gladius Lu. 2. Multiplex reperit gladius in scripturis.

Gladius multiplex reperitur in scripturis.

Est. n. gladius materialis, de quo dñs ait Petro Omnes qui accipit gladiũ, gladio pibit Mat 26. Dr̃ accipere gladium qui ꝓpria auctoritate. seu voluntate nõ Dei vel legis auctoritate occidit vel pcutit aliquẽ hic accipit gladium, quia vsurpat sibi potestatẽ hoc faciendi. Nã q̃ Deo iubente occidit & pcutit, vt ppls Dei sub Moyse & Iosue, & postea sub iudicibus & regibus multos populorum Cananeorum & aliorum occiderunt, ille non dr̃ accipere gladium, sed sibi dato a Deo vti & iõ licite. Et sic̃ iudex qui occidit reum nõ accipit nec vsurpat gladium, sed eo sibi a lege dato si habet legittimã potestatẽ vtic̃, vñ nõ sine eã gladiũ portat (ait Apls) i. añ se portare fecit. s. ad vindictã malefactorum. Qui vero accipit vsurpãdo, gladio pibit, ña a iudice punitur, vel saltẽ gladio diuinę iustitiæ nil, inultũ patiẽris, & de gladio isto nõ loquitur Symeon ad virginem, qa vt dicit bea. Amb. Nulla historia docet Mariã de hoc gladii nec emigrasse. i. morte violenta, sed naturali & prefertim cum non aĩa, sed gladio corpus transfuerberet. ¶Est alius gladius criminalis de quo Ps. 143. orat erui dicens. De gladio maligno erue me. Iste est gladius odiit detractionis male psuasiõis ad peccãdũ, de quo b. Aug. Si fratri tuo male psuades, occides. Vñ Ps. 56. Lingua eorum gladius acutus, de pe. di. 1. Noli & clemens. Qui odit & qui detrahit & qui occidit pariter homicida est de pæ. di. 1. homicidiorum. Occisor corpus occidit gladio materiali, detractor occidit famam per q̃ quis viuit in memoriis hoium gladio detractionis. Odiens occidit aiam suam gladio vindicatiuę affectionis, licet. aũt istæ gladius criminalis per aiam transeat & plurimorum nõ tñ vnq̃ per aiam beatæ Marię, quia sola peccatum non fecit. Ergo de isto non intelligit Symeon dicẽs. Tuam ipsius aiam pertransibit gladius. ¶Est alius gladius spũalis, & hic figuratus est ꝓ gladium quo percussit Eleazarus Elephantem habentẽ super se castrum armatorũ, & occidit, sicq; ppĩm Dei liberauit ipse tñ sub eo oppressus, qa Christus gladio spũali verbi suæ doctrinæ, ac dolore suę passionis, & virtute suæ dilectionis mundum occidit, pstratis agminibus dęmonum armatorum malitia bellantiũ, sicq, mortuus ppĩm Dei liberauit. De isto igit intelligitur dictum Symeonis. Tuam ipsis animam pertransibit gladius. Sed hic est tripartitus.

¶Est enim gladius doloris internalis.

¶Est enim gladius sermonis diuinalis.

¶Est enim gladius amoris virtualis.

¶De quolibet istorum põt istud vere & aperte intelligi dictum beatę Marię a Symeone. Tuã ipsius animam pertransibit gladius.

§. 1. ¶De Primo gladio. s. doloris satis vsitata locutio est, cum quis habet magnum dolorem ex aliquo malo nouo, dr̃ gladius pertransiuit cor eius, & sic corpus non vulneratur nel ledatur. De hoc ẽt ait Ps. 104. In seruum venundatus est Ioseph humiliauerũt in compedibus pedes eius ferrũ pertransijt aiam eius. i. gladius cũ in cidisset in magnas tribulationes, qa vẽditus a fratribus in Egyptũ delatus emptus a Phutiphare principe militię regis Pharaonis, falso accusatus ab vxore sui patroni de adulterio, qa noluerit sibi assentire in malũ incarceratus & vinculatus fuit ꝓpter quæ ferrum. i. gladius doloris pertransiuit aiam eius. Et iste gladius doloris passionis ipsius filii pertrãsiuit animã suam. Vel sic, tuam animam quę est quasi ipsius propter intensum amorem pertrãsiuit gladius doloris. Tunc enim. s. in passione filii reseruati sunt dolores partus, vt dicit Ioan. Damascẽ. i. quas alię mulieres sustinent in partu. Sed nec aliqua mulier habuit vnquã tantũ dolorem in partu, nec aliquis martyr tantum dolorem sensit in suis tormentis quantum experta est btã Maria in passione dilectissimi filii. Non Petrus in crucifixione sui. Nõ Laurentius in craticula combustus. Nõ Blasius pectinibus ferreis dilaceratus. Non Iacobus per singula membra intercisus, nec alius. Vnde dicit beat. Hiero. Plusq̃ martyr fuit & aureolã martyrij

§. 1.

De gladio doloris quare dolor dr̃ gladius.

Maria plusquã martyr, et aureolam supoēs recepisse dī, et rō ponitur.

tyrii super oēs clariorem recepit. Ratio immē ſtatis huius doloris eius hinc trahitur, dolor fundat in amore. Quāto enim quis plus amat aliquam rem vel pſonam, tāto magis dolet de eius amiſſione vl læſione, quod patet p experiē tiam rerum magiſtrā. Magis enim quis dolet de amiſſione mille florenorū q̄ de cētū, vt pote qa magis diligit, plus dolet de morte filii q̄ de amiſſione ſubſtantię, & præcipue cū eſt bonus & vtilis ſibi. Sed beata virgo Maris naturaliter valde diligebat Chriſtū filium ſuū, tū qa vnicum. Certū eſt enim q̄ pater vel mater plus dolet de morte filii cū vnū tm̄ habet quā ſi multos haberet, tū qa totum aſſumptū corpus erat ex ſe patrē ibi nō habebat, vt qa prē non habuit terrenum, & ideo ſtrictius amabat & de amiſſione magis dolebat, tū qa innocens & optimus filius erat, & tm̄ morte acerbiſſima & ignominioſiſſima inter latrones cōdemnatus erat, & ideo pertrāſiuit gladius doloris animā eius. ¶ erat in ea & amor amicitiæ, q̄ fundat in bono honeſto, vt quanto quis ſapiētior & pfectior fuerit, tanto magis debeat amari & de eius abſentia vel morte doleri. Vnde & Patriarcha Iacob de morte quam æſtimauit filio ſuo Ioſeph eueniſſe ualde doluit pp bonitatē eius, adeo vt cæteri filii congregati ad cōſolādum eum, vix lenirent dolorem eius. Sed dñs nr̄ Ieſus Chriſtus erat optimus oīum hoīum & angelorum, ſapiētiſſimus ſibi & aliis vtiliſſimus. Vnde in paſſione aīam eius pertranſiuit gladius doloris. ¶ Erat in ea amor charitatis maximæ quæ Deū reſpicit præcipue dolere facit de offenſa Dei & pditione ꝓximi. Cū ergo cerneret & ſciret populū illū grauiſſime Deū offendere, quia directe in Deum peccabant cō tumeliādo corpus illud deitati vnitū, & hinc cōſideraret populum iudeorū exquo nata erat dānationem ꝓpter perfidiam incurſurū. Videret etiam apſos omnes a Deo ꝓpter peccatū receſſiſſe, valde dolebat. Et ſic aīam pertranſiuit gladius.

Arguit cōtra pdicta.

¶ Sed forte aliquis dicet, ſciebat beata Maria q̄ Deus pater volebat eum pati illam paſſionem. Et ipſe filius propter hoc in mūdū uenerat & hoc optabat. Indeq; ex ea ſequebat redēptio mundi, & ſalus populi, & gloria dei. Cū ergo eēt cōformis volūtati dei, & ſumme ipſa optaret ſalutem mundi. Vnde ipſa triſtari poterat vel dolere cum tātum bonum inde ſequebatur? Ad quod reſpōdeo, q̄ eo modo gladius doloris pertrāſiuit aīam virginis, quo & animā filii ſui qui dicerat pauloante. Triſtis eſt anīa mea vſq; ad mortem. Matth. 29. Eſt enim in nobis duplex anima, vel magis proprie loquēdo duplex pars ſeu potentia animæ. ſ. intellecti ua & ſenſitiua. Secūdum potētiam intellectiuā Chriſtus in paſſiones sūme gaudebat, qa deita te fruebat vt nūc. Sed ſm potētiā ſenſitiuā dicebat, q̄ ſentiebat illd̄ pſal. 87. Repleta eſt malis aīa mea. i. doloribus adeo q̄ vita mea in inferno appropinquauit. Sic & bea. Maria ſm uoluntatē rōnalem uolebat filiū ſuū pati, ſciens Deū ſic ordinaſſe, & ſalutē humani generis cō ſequēdam et hinc ñ dolebat, ſed quieta manebat, ſed ſm sēſualitatē sūme dolebat rōnib. pdictis, qa (vt dicit b. Hiero.) Licet in ſpiritu eēt, tñ dū in carne vixit carneis mouebat ſenſibus. Et ſm ſenſitiuā dicere poterat illud. Flecte ramos arbor alta. ſ. crucis &c. Sic ergo ipſius anima pertrāſiuit gladius doloris. ¶ Ex quibus vale de nobis attēdendū eſt, q̄ ſi voluit Deus btām Mariam mrem dñi inocentiſſimā & ſanctiſſimā tātū dolorem pati, et pſecutionē nō debemus nos ab hmōi eximi velle. Vnde dñs per Hiere. c. 49. ait. Ecce quibus nō erat iudicium vt biberent calicem bibentes biberunt, et tu ſi nocens eris non eris innocens, ſed bibens bibes calicem. Et Baruch quarto. Delicati mei de litiis ſpiritualibus virtutum, ambulauerunt vias aſperas, oporter te ergo multa pati.

§. 2.

Verbū dei dicitur gladius, et qūo pertranſiuit aīā Mariæ uirginis.

¶ Quātū ad ſecūdū q̄ gladius ſignificat aliqñ verbū Dei, oñdit Apls dicēs. Ephe. 6. Gladium ſpūs aſſumite qd̄ eſt verbū Dei. ad Heb. 4. Viuꝰ eſt ſermo dei et penetrabilior oi gladio ancipiti, ptingēs vſq; ad diuiſionē aīæ & ſpūs &c. Et de hoc gladio vī exponere b. Mmb. hoc dictū. Tuā ipſius aīam ptrāſiuit gladius, inqt. Oñdit Symeon in hoc prudentiam Marię non ignarā eſſe myſterii, ptranſiuit ergo gladius verbi Dei aīam Marię intellectiuā, qa intellexit verbū qd̄ dixerat Symeon. ſ. qūo filius eius poſitus erat in ruinā populi iudæorū, et reſurrectionē gentiliū cōuertēdorū ad fidē, & in ſignum cui cōtradicereť a multis, quoad veritatē myſterii incarnationis. ſ. gētilib. iudæis, et hīticis quo ad imitationē a multis. ſ. oibus malis Xp̄ianis Oīa ēt Xp̄i myſteria natiuitatis xp̄i, conuerſationis, paſſionis, et reſurrectionis fuerunt prēnunciata a prophetis et figurata. Et cum b. Maria legiſſet et audiſſet ſcripturas et ſucceſſiue uideret ſingula impleri, ſic gladius verbi Dei pertranſibat animam eius intellectiuam, acutiſſime et perfectiſſime intelligēdo. Vñ in iſto euangeł. dicit euangeliſta q̄ Maria cōſeruabat omnia uerba hæc. ſ. eorum quę fiebant circa Chriſtum conferens in corde ſuo. Quod exponit venerabilis Beda, quia. ſ. habuit menti ſcripturas ſacras et coferebat quæ ſcripta erant, in his quæ fiebāt. Verbigratia, vt deſcendamus ad particularia. Cū beatiſſima uirgo ſpiritu-

Rñdeo.

ſancto

ſancto cõcepit filiũ qñ dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi &c. cõferẽs verbũ Eſa. illud Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ, & vocabit nomẽ eiꝰ Emanuel Eſa. 7. potuit dicere itra ſe. Ecce mõ impleta ẽ dicta prophetia. Et rememorãs qđ Abrahã qui interpretat pr excelſus miſit ꝓcuratorẽ ſuũ Eleazar ad accipiẽdã ſpõſã nõ de terra ꝓmiſſiõis, ſed ad religionẽ lõginq̃ & ab eo dimiſſam filio ſuo Iſaac, qđ & fecit: Rebecã videlicet puellã pulcherrimã q̃ inuenit ad fontem aquarum qđ demum requiſita huic aſſenſit Gen. 24. Cõferẽs hoc cũ eo qꝺ Gabriel miſſus a pre excelſo, non in terrã ꝓmiſſionis. i. cęlũ ad ꝓcurãdã ſponſam cui vniret in vnitate pſonę filius eius vnicus ex Sara. ſ. in mundum remotũ a cælo, & quaſi a Deo derelictum ꝓp idolatriã, & alia vitia quibus plenus erat mundus, vt. ſ. uniret naturæ humanæ in mundo exiſtẽti, nõ angelicæ in cælo ꝓmanẽti inuenies ipſam Mariã pulcherrimã aia & corpe ad aquas ſcripturæ legentẽ, tunc meditãtẽ vel orãtẽ, angelus ipſe ſalutãs & colloquium hñs cum ea ſup hoc, demum ipſa cõſentiẽte deſpõſata eſt in ea humana natura & Dei filio vnita & ſumme ab eo dilecta, intellexit figurã illam impletã. Et ſic gladius ꝓtranſiuit aiam eius in telligendo. ¶ Cum aũt audito cõceptu Heliſabeth inſtigata a ſpũſancto, ꝓgeret ad viſitãdũ Heliſabeth per mõtana Iudeæ trãſiens cõferẽs in corde ſuo, qđ ait Salo. in Canti. 2. Ecce dilectus meus venit ſaliens in mõtibus, tranſiliẽs colles ſiſis ẽ dilectus meus capreæ hynnuloq; ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietẽ nr̃m reſpiciens ꝑ feneſtras ꝓſpiciens per cancellos. Endi lectus meus loquit mihi, poterat dicere illud in corde ſuo, modo impletum eſt illud. Nã dilectus filius meus quẽ iã cõcepi venit in me ſaliens in mõtibus quos aſcẽdo & collibus excedens oẽm. ſ. pfectionẽ montiũ ſublimiũ angelorũ, ac ẽt collium ſcõrum virorũ. Siſis eſt dilectus meus filius sũme a me amatus capreæ q̃ facit magnos ſaltus, qa deſcendit de cęlo in vterũ poſtea in pręſæpiũ, exinde in crucẽ aſcẽdet, poſt in limbũ deſcẽdet, ac ſup terrã reſurgens aſcẽdet & poſtea in cælũ. Siſis eſt hynnulo ceruorum. i. ceruulino, q. ſ. delectat humano aſpectu & delitię meę (ait ipſa per Salo) eſcum filiis hoĩum, paruulus eſt per humilitatẽ Stat aũt poſt parietẽ abſcõſus. ſ. in humanitate reſpiciẽs ꝑ feneſtras. i. ꝑ angelos natiuitatem eius & alia myſteria nunciãtes, vt eius virtutẽ & maieſtatem videre poſſemus ꝑ cãcellos. i. homines hoc ẽt manifeſtãtes vt ipſũ vidẽdo cognoſcer poſſemus. En dilectus meus loqt mihi cũ. ſ. ſalutauit Heliſabeth. Tũc exultauit infans Ioãnes in vtero Heliſabeth, & ſanctificatus eſt Ioã Bap. ad verbũ verbi qđ ꝓnunciatũ eſt ꝓ pos virginis. Naſcẽs ãt Ioannes iſtę, & de vtero mris egrediẽs vt cõiter dr̃ leuatus eſt de terra a btã virgine. Et conferens tũc btã Maria cum eo qđ dixit Malach. 3. c. Ecce ego mitto angelum meum. Hic eſt puer iſtæ Ioan. angeli cam vitã ſeruaturus, q parabit viã añ faciem meam. Hic erit de quo Eſa. 60. ait. Vox clamãtis in deſerto parate viã dñi, rectas facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri, ois vallis exultabit, & ois mõs & collis humiliabit, & erũt prava &c. ¶ Parit beata virgo Chriſtũ & cõferens in corde ſuo, dicit nũc impletum qđ lõge ante prædixit Eſa. idem. 6. Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis. Et vocabit nomen eius admirabilis, cõſiliatius, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis, & locũ partus cõſiderãs, cõfert in corde ſuo cũ ea qđ prænũcia uit Micheas ꝓpheta. 5. Tu Bethleem terra Iuda paruulus vicus es in milibus Iuda, ex te enim exiet dux q regat populum meũ Iſrael. Et egreſſus eius. ſ. quoad diuinitatem ſicut ab initio a diebus æternitatis, nec itelligi põt de Dauid rege qui fuit Bethleemita, qa iã multo tẽpore ante mortuus erat. Sed loquitur de iſto paruulo meo qui reget populum electorũ ſuorũ. Audiẽs aũt beata Maria angelos canentes in cęlo. Glia i altiſſimis Deo, cõfert in eor de ſuo dicens. Nunc impletur ꝓphetia Dauid dicens Pſ. 18 Cęli enarrãt gloriã Dei. i. angeli & opera manuũ eius. i. paruulũ iſtum factũ uirtute Dei annũciat firmamẽtum. i. cælum, nouã ſtellam emitrẽs dies diei. i. propheta illuminatus a Deo Micheas mago inquirẽti illuminato a Chriſto eructat verbũ teſtimoniũ Chriſti nati, & nox nocti. i. princeps ſacerdotũ & ſcribæ obſcuri ifidelitate Herodi indicat ſcitiã, loci huius natiuitatis. Vidẽſq; paruulum vagiẽtem & plorantẽ ait. Ecce qđ dicit ſapiẽs Sap. vii. in pſona eius loquẽs. Primã vocem emiſiſſem aliis foris plorãs. Venit octaua die ad circũciſionẽ pueri & cõferens in corde ſuo, ait dolẽs de pęna paruuli cũ Ioſeph ſpõſo ſuo, nunc implet figura eius qđ dixit Zephora vxor Moyſi cũ circũcidit filiũ ſuũ Spõſus ſanguineũ tu mihi es dolẽs de effuſiõe ſãguinis & filii. ¶ Cũ aũt tredecima die a natiuitate filii veniſſent reges Magis. i. magni aſtrologi ad adorãdũ ipſũ natũ & ipſũ venerati ſunt cũ muneribus auro, thure, & myrrha, conferens in corde ſuo, factũ iſtud cũ ſcriptura ſacra dicere poterat. Modo adimpleta eſt ſcriptura Dauid dicẽtis. Reges tharſis & iſulę mu. offe. reges Arabũ & Saba do. adducẽt, q̃ munera in ꝓte ẽt declarat. Eſa. 60.

Maria cõferua bat cõſe rens in corde ex poſitio Bedę.

dicens.

dicens. Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes, & laudem dño annũciãtes. Omne pecus cedar cõgregabit tibi arietes Nabaioth ministrabũt tibi. Offerẽtur supra &c. ex ipsis muneribus ostendentes maiestatem eius. ¶ Cũ vero. 40. die obtulit puerum, in tẽplo recolens qđ scriptũ est Malach. 3. ſ. statim veniet ad tẽplũ sanctũ suũ dñator quẽ vos quæritis & angelus, testamẽti. ſ. noui institutor quẽ vos vultis vos. ſ. iusti affectatis, vt Symeon & Anna & similes. Et quis stabit ad videndum eum? Ipsę enim quasi ignis inflãmans ad amorem eum cognoscẽtes, vt illũ Symeonem dicere poterat cõferens scripturam ipsam cum eo quod fiebat nunc impletur ꝓphetia illa. ¶ Inde ad paucos dies cũ ex admonitione angelica ipsa cũ paruulo Iesu & Ioseph fugiẽs ꝓsecutionẽ Herodis descenderet in Egyptum vt ibi maneret ad tẽpus, in cuius ingressu corruerũt idola Egypti. Audiẽs hoc cõferebat in corde suo hoc cũ eo qđ ꝓdixit Hiere. Ecce dñs ascẽdet sup nubem leuẽ. ſ. virginẽ, quę leuis fuit, qa ab omni onere pcti libera, ascendit qa tenebat puerum in brachijs, & descendit in Egyptũ fugiẽs ꝓsecutionem Herodis, & cõmouebũtur idola Egypti. ſ. in terrã corruentia, in signum qa debebat idolatria de mundo cessare, descendẽte dño ꝑ ꝓdicationẽ apſorũ in mundum. Et cum ibi maneret & percepisset magnam stragem q̃ fecit Herodes paruulorũ, vt illũ occideret puerũ dicere potuit hoc cõferẽs in corde suo. Ecce impleta ꝓphetia Hiere. dicẽtis. Vox in Rama audita est prolatus & vlulatus multus Rachel plorãs filios suos noluit cõsolari, qa non sunt. Post septẽniũ mortuo Herode angelo nũciãte reducens puerũ de Egypto & pgens ad habitãdũ Nazareth, cõferens hæc in corde suo dicere poterat. Mõ impletũ est qđ ait dñs, ex Egypto vocaui filiũ meũ. Et qđ alius dixit qm̃ Nazarenus vocabit. ¶ Duodẽnẽ factũ cum duxisset ad tẽplũ post triduũ quæsitũ eũ inuenisset in medio doctorũ dicere potuit illud Esdrę. In excelso throno vidi sedere virum quẽ adorat multitudo angelorũ dicẽtiũ. Ecce cuius impe. in æternũ ꝓma. Trigenarius factus cũ accessit ad baptismũ. Ioã. Pie imaginari põt hoc sibi a filio vel angelo reuelatũ & dicere poterat cõferẽs i corde suo. Nũc impletũ est illđ ps. 28. Vox dñi sup aquas Iordanis dñi Iesu ad Ioannem Bap. vt eũ baptizaret qđ cũ fieret Deus maiestatis intonuit parente, hic est filius meus dilectus &c. dñs spiritusanctus in specie columbæ sup aquas multas ad sanctificandũ eas probaptismo. Et sic de alijs mysterijs dici posset. ¶ De tertio gladio. ſ. dilectionis dicit ps. 44. Accingere gladio tuo. ſ. charitas sup femur tuũ ideſt i humanitate tua illã ostẽdẽs potẽtissime. ſ. dñe. Et Iudith. 9. c. ad dñm orans ait. Fac dñe vt gladio ꝓprio. ſ. dilectionis suphia eius conterat. Vñ quasi exponẽs subdit dicẽs, & ꝓcute eũ labiis charitatis meæ. ſ. ad salutem ꝓximi ptrãsiuit gladius istæ aiam virginis, qa sup oẽs dilexit, vñ Cañ. 2. Introduxit me rex in cellaria sua, ordinauit in me charitatẽ fulcite me storib⁹ stipate me malis, qa amore lãgueo &c.

¶ *Quomodo inuenit Maria filium Iesum duodennem in templo, & de triplici interrogatione beatæ virginis. Cap. 37.*

FIlli qđ feciſti nobis sic? Luc. 2. Damasus papa, ex verbis scripturæ sic ait. Ante quam scruteris non reprehendas, intellige prius & tunc increpa. Antequam reprehendas prius audias. 11. q. 4. eorum. Contingit aliqñ q̃ videns aliquis vel audiens aliquẽ defectũ apparẽter aliter non bene informatus de veritate, reprehendit talis dure & contumeliatur vt puniat. Sed cum discussa causa percipit illum innoxiũ remanet cõfusus, & ille grauatus iniuste ab eo, sicut accidit de patrono Ioseph, q quia nimis credulus fuit verbis fuæ vxoris inique accusantis eũ de turpitudine adulterij intentãti mẽ daciter non examinato negocio duræ tractauit eum carceri deputando iniuste Gen. 39. Non sic fecit beata Maria, sed inuentum filiũ quẽ cũ dolore quęrierat ait. Fili quid feciſti nobis sic? non reprehendit, non clamat, non blasphemat sed cãm huⁱ⁹ rei iterrogat. Ex q̃bus verbis ꝑt formari triplex iterrogatio circa ipsum fcm.

¶ Quid feciſti nobis sic? vt scilicet a propinquorum consortio te absentares.

¶ Quid feciſti nobis sic? vt in Hierosolymorũ templo latitares.

¶ Quid feciſti nobis sic? vt in doctorum medio te locares.

¶ Ad quę tria filius vt sapientissimus vnica sententia plene respondit dicens. Quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse.

¶ Pro declaratione primi quæsiti & suæ respõsionis sciendum q̃ mandauerat dominus in veteri lege vt in tribus solemnitatibus iudæorum omnes de illo populo qui commode poterant, pergerent Hierusalem ad templum domini ad agendum gratias Deo de beneficiis præcipuis collatis patribus eorum, scilicet in festo paschæ seu azimorum, in festo pentheco stes, & in festo tabernaculorum, vt ergo obedirent parentes Christi, scilicet vera mater naturalis beata virgo Maria & Ioseph pr̃ putatiuus §. 1.

tatiuus nō naturaꝫ. sic dicit euāgelista, vt putabāt filius Ioseph Luc. 3. ibat ad tēplū. In qua āt harū solēnitatū nō declarat euāgelista, ꝑgentes aūt secū duxerūt puerū Iesum nolētes tm̄ thesaurū alijs cōmendare, & vt exēplū darēt parentibus filios secū ducere ad ecclesias, sed cū ꝑp honestatē de more esset, vt mulieres separatæ a viris manerent in tēplo. i. in porticibus tēpli. Nā in tēplū ꝑprie sumptū soli sacerdotes introibāt, puri manebāt cū altero parentū pr̄e uel mr̄e. Credendū est aūt ꝙ b. Maria tm̄ thesaurū pēnes se voluit residere. Cū āt ibi manendo nō curiositati vacaret & vanitati ut hodie fit, sed oroni & contēplationi mēte ad cęlestia fixa, puer Iesus asentauit se a matre ea nō ꝓcipiente. Quērit ergo beatissima mr̄ eo reperto. Fili qd fecisti nobis sic? vt te a nobis absentares q̄ est rō? Cui rndit, qa in his q̄ patris mei sunt oportet me esse, pr̄ meus (ut nosti) Deus est, tu aūt mr̄ carnis meæ. Et cum oporteat me esse. i. exerceri in his q̄ sunt pr̄is cęlestis, iō decuit vt me absentarē a te, & Ioseph pr̄e putatiuo, ad ostendendū ꝙ nō apte pōt qs se tradere spūalibus & totaliter Deo vacare, nisi absentando se a parētibus & propinquis, qm̄ ait ps. 36. Pr̄ meus & mr̄ mea dereliquerūt me, dns aūt assumpsit me, totaliter. s. in suū. Parētes. n. sunt parentes carnis ex substantia sua generant corpus. s. pr̄ & mr̄. Vnde Adā dixit. Erunt duo in carne vna. Gen. 2. i. ad generandū vnā carnem seu corpus. s. pr̄ & mr̄. Pr̄ aūt. i. creator spūs seu aīæ humanæ Deus est, quo creat aīam organizato corpore & creando infundit, non. n. sunt extraduce aīæ sicut & corpora, vtrunq; notat Apost. ad Heb. 12. dicēs. Patres carnis nr̄æ habuimus q nos erudierūt, obtēperabamus eis, quāto magis pr̄i spirituū. i. aīarum & viuemus? quia igit parentes sunt carnis, ea q̄ sunt carnis q̄runt filijs suis, vt si pulcher, sit fortis corpore, diues, honoratus in mūdo, filio habeat, vxorē ducat, cū eis maneat, mundo placeat, q̄ mundi sunt cogitet, abstinentias fugiet, ieiunia nō seruet, iniurias non sustineat, infirmitates & tormenta & mortē per fortilegia & alia illicita vitet. Pr̄ āt spūs Deus vult aiam exerceri in diuinis & spiritualibus, vt hoc implere pfectius valeat, ea q̄ sunt carnis resuere debeat, & parentes carnis ne impediant in hmōi derelinquat qa igit nouerat Xps propinquos impedire frequenter salutē vel profectū salutis filiorū, ideo subtraxit se ad tps a mr̄e & Ioseph pr̄e putatiuo, nō ꝙ in aliquo impedirēt vel posset impediri ab eis in opere pfectorū operū, sed ad ostendendū ꝙ cōiter accidit in aliis parentibus, qa impediunt profectū salutis quærentes in eis q̄ sunt carnis, vnde non pōt esse. i. exerceri in his q̄ sunt pr̄is, & non q̄ sunt spūs. i. aīæ. Propterea dr̄ Matt. 10. Inimici hoīs domestici eius. Et b. Amb. Hæc est vera fuga. s. sęculi q̄dā abdicatio domesticorū. i. parētū, & alienatio charissimorū vt suis se abneget, q̄ Deo seruire Deo gliscit 12. q. 1. cui portio. Cū āt perpendūt parētes carnis filios velle a se recedere deserēdo sæculum religionē sanctā ingrediēdo multipliciter dissuadent & cōtradicunt ne carnē deserāt dicentes se in sæculo posse saluari & Deo seruire & parētibus obedire nō cōtristari ne maledicant ab eis, maioris q; laudis & meriti esse, qa maioris laudis in sæculo tētationib⁹ vtpote frequētioribus resistere, q̄ in claustro sibiipsi otio vacare, crudelitatē quoq, fore parentes derelinquere. Quibus dicendū est a filijs. In his q̄ pr̄is mei (cœlestis) sunt oporret me esse. i. exerceri opibus spūalibus ad q̄ vocat inspirādo. Nā etsi in seculo posset qs multa bona facere, Dei ꝑcepta seruare qs ē hæc q potuit trāsgredi & nō ē trāsgressus, q̄ post aurū nō abiit, utiq; laudabi mus eū, fecit. n. mirābilia in uita sua. Gre. magnus aliqñ in adolescētia sua fuit illius opinionis cū esset nobilissim⁹ ex senatorio gne Ro. ditissimus & doctiss. phūs æstimans se Deo posse ꝑfecte seruire in habitu laicali. Sed perpendēs occupationes sęculi succrescere & parū Deo vacare, oīa deserens Deo in religione se tradidit. Nō est hoc magnanimitatis & fortitudinis ingerere se ꝑicul aīæ, q̄ qs declinādo ꝑt euitare, sed temeritatis & audaciæ, sicut velle habitare cū draconib. & serpētibus ad bellādū cōtra eos vbi qs ꝑt eos declinare. Obediēdū ē parētib⁹, sed magis Deo a quo oīs pr̄nitas i cęlo & in terra noīat, cū spirat ad ea q̄ sūt eius volūtatis pfectæ. Maledictiōes āt parētū q̄ ingerunt filiis ꝑp hmōi Deus cōuertit in bn̄dictiōes, nec ꝑp scā dalū eorū ē tm̄ bonū ꝑtermittēdū, qa ē scādalū Phariseorū nō pusillorū, vn̄ nō curādū sm̄ doctrinā Xpi. ¶ Sed qs est in seculo ita potēs, diues, honoratus qui nō q̄rat ad huc magis statū suū mūdialē augere q̄to magis in statu spūali dēt quērere augeri? Hęreticū āt esset dicere vel credere statū religionis & contēptū mūdi non esse in se maioris meriti & pfectionis, q̄ ēt i sęculo laudabil̄r viuere, qa hoc eēt cōtra doctrinā Xpi hoc suadētis, nec ē crudelitas ista parētes differere ꝑp Deū, sed magna pietas. Vn̄ b. Hiero. in epła. Licēt in limine senex iaceat pr̄. s. dom⁹ ad retinēdū filiū ne recedat ab eo & ex collo pendeat neposac mr̄ ubera qb. te lactauit oñdat per calcatū pge patrē, p calcatā pge matrē, & siccis oculis ad vexillū crucis euola. Sūmū genus pietatis ē in hoc esse crudelē. Vn̄ & cuidam

Xps duo dennis a parentib⁹ se absentauit quare.

Nō sunt abstrahē di pueri ab īgress su religionis.

Exēplū.

cuidã volẽti Xp̃m ſequi,ſed prius expectare ſe pulturã p̃riſ,Xp̃s ait Dimittite mortuos ſepelire mortuos ſuos,tu ãt uadas relinquẽs p̃rem tuũ,& annũcia verbũ Dei.Mat.8.¶ Et aduertẽ dũ q̃ ſubtraxit ſe xp̃s a parentib.cũ eſſet duo dẽnis. cũ.ſ.cõiter incipit ab aliis pueris appare re ſcintilla vſus rõnis cũ cõcupiſcentia incipit excitari & titillare hoiem ad malũ,ut.ſ.tunc q̃ uult eſſe in his quæ ſunt p̃riſ ſpũ, & totũ ſe tradere Deo parẽtes & mũdũ deſerat nõ expectãs ſenectutẽ uel iuuentutẽ poſtq̃ fuerit ſæculi oblectamenta exptus.Bonum eſt uiro(dicit Hie.)ſi portauerit iugũ ab adoleſcẽtia ſua ſ.cõ ſilia xp̃i adimplendo.Vnde & dñs Deus cõiter quos elegit ad opa ſua magnificat agẽda,vocauit in pueritia uel adoleſcẽtia. Samuel ꝓpheta dñi ſingularis & iudex ppl̃i antiqui in pueritia fuit dño dedicatus.Dauid adoleſcentulus in regẽ dño iubẽte inũctus, & eius cythareda & pſaltes ad ꝓſternẽdũ ſupbũ gigãtẽ Goliath aſſumptus.Ioan.bap.& p̃curſor dñi antra deſerti teneris ſub ãnis puerilibus ciuiũ turmas ac parẽtes fugiẽs petiit,ne leui ſaltẽ maculare uitã famine poſſet.Euange.Ioan.quẽ ſpũ ſapiç & intellectus p̃ cęteris impleuit ad eructandũ verbum ſuũ in adoleſcentia uocauit ut p̃rem & rhetia deſereret b.Nicolaũ,ſctiſſimũ Dñicũ Franciſcũ,Bernar.Petrũ martyrẽ,Thomam in pueritia vel adoleſcentia ad mũdi cõtemptum & propinquos relinquendos inſpirauit,diſcãt ergo adoleſcẽtes inſpirati ad dimittendum parentes pp obſequiũ Dei,cũ dicunt eis. Fili q̃d feciſti,vel q̃d facis ſic.i.cur ita nos deſeras.R̃ñ. eis cũ xp̃o.Quia in his quæ p̃ris mei ſunt.ſ.cę leſtis oportet me eſſe.i.diuinæ inſpirationi aſſentire,& vt poſſim expeditius diuinis intendere oportet me uos deſerere. Sic & ipſa Dei mr̃ in infantia tẽplo eſt oblata,& ibi ſm Ioan. Dama.enutrita relictis parentibus & ꝓpinqs acdomo parẽtũ & tota tradita diuinis exeqis.

¶ Pro declaratione ſcđę q̃nis & rñſionis cõſiderãdũ eſt,q̃ btã uirgo in tẽplo morã trahens nõ aſpiciebat hinc inde hoies ut faciunt uanæ mulieres & uiri iuuenes, nec ad ornamẽta tẽpli curioſe cõfabulat cũ aliis ut multi faciunt, cũ tñ xp̃s dicat.Domus mea domus orõnis uocabitur.Et iõ nolite facere domũ p̃ris mei domum negociationis,ait iudæis Io.2. ſed uacabat in tẽplo oroni,meditationi, forte mẽte reuoluẽdo diuina bñficia facta & cõferẽda populo Dei quæ repræſentabãt in illis p̃cipuis ſolẽnitatibus. Nã in feſto paſchę q̃ interprætatur trãſitus repræſentabat bñficiũ illud q̃d trãſiẽs dñs per Egyptũ occidit oĩa primogenita Egyptiorũ ſine morte alicuius q̃ erant in domib. hebræorũ in quorũ ſuplimitatib. factũ fuerat ſanguine agni ſignum Thauri.crucis per q̃ flagellum cogẽtibus Egyptiis ne peiora flagella paterent ſi retinerent eos populus iſtę trãſiuit de Egypto,& qa pp feſtinãtiã nõ potuerũt fermẽtare panẽ paſtã ſecũ portarunt,& illã coctã comederunt,& iõ in ſignum huius azimas comedebãt in illo feſto q̃d erat de menſe Martii uel Aprilis,pro illo aũt nos habemus feſtũ Reſurrectionis illo tpe quo Deo gr̃as agere debemus & lõge ampliores p maius bñficiũ nobis collatũ,qa videlicet filius iſtæ b. Virginis dñs, Ieſus pfectę ætatis trãſiuit de hoc mũdo ad patrẽ de mortalitate ad immortalitatẽ reſurgẽs & occiſis uirtualiter primogenitus Egyptiorũ i.uitiis capitalibus mũdi per paſſionem ppl̃us Dei liber a morte,per ſignũ crucis crædítæ exiuit de tenebris peccatorũ dirigẽs ſe ad terrã p̃miſſionis ſupernæ gl̃iæ.¶ In ſcđa ſolẽnitate.ſ. pẽthecoſtes,q̃ diſtabat a feſto azimorũ per.40. dies dñm laudabãt de bñficio eis dato.ſ.legis decalogi ſiue legis Moſaycæ in mõte Synai ꝓ quo nos feſtum agimus pẽthe. ꝓ excellẽtiore dono collato ppl̃o Dei in monte Syon.ſ. legis, nõ timoris ut illa,ſed amoris & gr̃ę noui teſtamẽti infuſa apl̃is pſl̃.ſm illđ Eſaiæ.Et Syõ exibit lex & verbũ dñi de Hier̃m,qa ibi ſchoauit p̃dicatio apl̃orũ.¶ Tertiũ feſtũ vocabat ſcenophegia ſeu tabernaculũ i quo bñficiũ colebãt q̃ Deus in deſerto.40.anni habitare fecit in tabernaculis itinerãtes p̃ illud paſtos mãna cæleſti,p̃tectos ab inimicis,nec erat(vt ait Ps.) in tribub.eorũ ifirm⁹,loco cui⁹ agimus dedicationes eccliæ.ſ.gl̃iã triũphãtis repr̃ãtes. In q̃ in tabernaculis gl̃ię ſcti habitãtes.ſ. corporũ gl̃ificatorũ i fine mãna cæleſtis fruitionis paſcũt liberi ab inimicis,& ab oĩb.miſ̃ijs corpis. Demũ ad ſe reuerſa cũ ñ videret filiũ iuxta ſe imaginata ẽ q̃ acceſſiſſet ad Ioſeph.Recedẽs ergo inde cũ in certo loco ei obuiaſſet,& cũ ñ videret eũ cũ Ioſeph exiſtimarũt eẽ cũ aliis cõſanguineis ſuis,& veniẽtes iter diei.i. vna dieta cũ quæſitũ inter ꝓpinquos & notos nõ repiẽtes dolere cæpũt,vñ reuerſi ſunt in Hier̃m ad eũ req̃rẽdũ. Timẽtes ne forte captus fuiſſet ab Archelao filio Herodis, cũ a p̃re ſub recẽternat⁹ fuiſſet q̃ſit⁹ ad mortẽ. Sed poſt triduũ inuenerũt eũ i tẽplo,& dicẽte ei mr̃e.Fili q̃d fec̃no. ſic.rñdit,qa ĩ his q̃ p̃ris &c. Tẽplũ maternale illđ,dom⁹ p̃ris mei,oportet ãt.i.decet me eſſe & manere i domo p̃ris mei cui⁹ ſũ filius magis q̃ i alio loco,ſignãt tẽplũ iſtđ ſcãm eccl̃iã i qua oportet me eẽ cõtinue p gr̃ã alias ſuſtẽtare nõ ualeret Hic ſũt opa p̃ris,opa ſcã et virtuoſa, vñ reſurgẽs ait ipſe,ecce ego uobiſcũ ſum ſ. in eccleſia u

Xp̃s ſub traxit ſe a parẽtibus adhuc duo dennis quare.

Secunda ſolemnitas.

Tertia ſolẽnitas.

Prima ſolẽnitas hæbreorũ

ecclia oĩbus dieb⁹. Tẽplũ eccl'ię militãtis trãſit ĩ triũphãtẽ. Pſ. 10. Dñs in tẽplo ſcõ ſuo do. ĩ cę. ſe. eius. Et hoc ẽt & ꝑmaxime eſt domus p̃ris & ibi oportet me eẽ ad coronãdũ eos. Cũ igit Xp̃s inueniat in tẽplo materiali, nõ in theatro, nõ ĩ domo, nõ in ꝓtorio, ſi Xp̃m volumus inuenire tẽplũ materiale. i. eccleſiã dẽm⁹ frequẽtare. Ibi .n. inuenit Xp̃s. i. ſaluator ad ſaluãdũ. Cũ. n. ecclesia ſit locus deputatus ad oõnem magis hó ſe recolligit orãdũ & deuotius q̃ in alijs locis, ad qd ẽt vnus exẽplo alterius excitat. Licèt ãt Deus ſit vbiq; ad exaudiendũ, tñ tãto citius & efficacius & vtilius exaudit q̃to deuotius & a pluribus inuocat, & inde ſalus ꝓcurat. Ex virtute ẽt cõſecrationis eccleſiæ reprimit malitia dęmonũ, ne tñ valeãt infeſtare phãtaſijs vanis exorãtes, ibi ẽt cõiter adminiſtrantur ſacra p q̃ homes iuſtificant & ſaluant, & iõ in his q̃ p̃ris mei ſunt locis oportet me eſſe. ¶ Inuenit Ieſus in tẽplo eccleſię militãtis & multo pfectius qa p fidẽ viuã, vñ ad Eph. 3. Habitare Xp̃m p fidẽ in cordibus vr̃is. Cũ. n. Xp̃us ſit caput eccleſię (vt ait ap̃ls) & veri fideles mẽbra eius oportet Xp̃m eẽ in hoc tẽplo alias mẽbra mortua eẽnt ſeparata a capite. Et qa nullus paganus iudęus vel hęreticus ẽ vel eẽ ꝓt in tẽplo huius eccleſię cũ nõ hẽat fidẽ, iõ Xp̃s in eis nõ eſt, ſed diabolus. Vñ Aug. Qđ extra eccleſiã eſt diabol⁹ ſicut in eccleſia Xp̃s p hoc quaſi diabolo tradit q ab eccleſiaſtica cõione remouet. 11. q. 3 Oĩs. Certũ ẽ qꝫ oẽs fideles ſũt extra eccl'iaſticã cõionẽ, q̃nimmo & fideles q nõ recte viuũt, ſed Dei & eccleſię ꝓcepta trãſgrediunt ſm meritũ nõ ſũt eccleſia Dei, vñ nec Xp̃s ĩ eis. Vñ b. Hier. Eccleſia Dei eſt nõ hñs maculã. ſ. pctĩ, neq; rugã. ſ. duplicitatis vel erroris. Et iõ q̃ſquis eſt aliqua ſorde pcti pollutus. ſ. mortalis de eccleſia dici nõ ꝓt nec Xp̃o ſubiectus de pę. di. 1. Et tua. Extra eccleſiã aũt exñtibus. ſ. p fidẽ ſine opibus q̃ mortua ẽ nõ ꝓt eẽ ſalus, ſed ꝓditio & dãnatio, ſicut in figurã oẽs q reperti ſũt extra arcã tpe Noę diluuio pierũt. Igit ſummope laborãdũ ẽ vt ĩ tẽplo eccleſię qlibet ſit ñ ſolũ numero, ſed & merito, & ibi ſolũ fiũt opa p̃ris cęleſtis. i. vere virtuoſa & meritoria. Vñ & ſalus, qa ĩ his q̃ ſunt p̃ris mei oportet me eẽ (ait Xp̃s.) Qđ ſiqs amiſerit Ieſum q nõ amittit quoad gr̃am, niſi p pctũ mortale, reqrat cũ dolore cũ Maria, & poſt triduũ & nõ an. ſ. cõtritionis, cõfeſſionis, & ſatisfactionis, ſaltẽ in ꝓpoſito quoad ſm & tertiũ & iterũ iueniet recuperãdo gr̃ã amiſſam ex quo tẽplo aſcẽdit ad tẽplũ cęleſte ſctã ſctõrũ vbi Xp̃m oportet eẽ, vt ſui electi nõ ſolũ ſua diuinitate, ſed & humanitate ꝓfruant ꝓpetuo. ¶ Pro declaratione tertiæ qõnis & rñſionis aduertẽdũ qꝫ quærẽtes Maria & Ioſeph Ieſum cũ intraſſent tẽplũ. i. porticũ tẽpli inuenerũt eum ibi, nõ vbicũq; ſed ĩ loco excellẽtiori. ſ. ĩ medio doctorũ nõ qdẽ ocioſum vel pueritia tractantẽ, ſed audientẽ & irroganꝫ illos. Interrogans ergo Maria qd feciſti nobis ſic? i. cur? Rñ. qa in his quæ p̃ris mei ſunt oportet me eẽ. Si quidẽ q̃ ſcripta ſunt in lege, ꝓphetiis & pſalmis p̃ris mei. i. pr̃e meo dicta & reuelata ſunt, & qa obſcura ſunt. Tenebroſa (inqt Pſ. 17.) aqua in nubibus aeris. i. valde obſcura, aqua doctrinæ in in ꝓphetiis. Et qa nullus põt interprætari obſcuritatẽ legis & prophetarũ, melius & aptius q̃ põt exponere filius iõ in his quæ p̃ris mei ſunt oportet me eẽ, i. ſcripturis ſacris exponẽdis. ¶ Vbi nota qꝫ iuenerũt in medio doctorũ. Hi erãt doctores ſacræ ſcripturę, nõ philoſophię vel aliarũ ſcĩarũ, ĩ medio iuenerũt doctorũ. i. ĩ cõſonãtia & cõcordia earũ, nõ ĩ falſa expõne. Ego (ait diuina ſapĩa) in altiſſimis habito. ſ. doctrinis & eruditis interſum cogitationibus nulla altior doctrina ſacra ſcriptura, q̃ de diuinis pfectius & vtilius loq̃t cũctis ſciẽtiis, hoc de moribus aptius inſtruit, tenebras erroꝝ depellit, vitia repellere facit. Vñ Seuerius, papa. Sicut ſtellas nõ extinguit nox, ita mentes fideliũ inhærẽtes ſacrę ſcripturæ firmamento nõ obſcurat mundana iniqtas di. 38. Et Hier. Ama ſtudia ſcripturarũ, & carnis vitia nõ amabis. Inuenerũt ãt ipsũ audientẽ & interogãtẽ, & prudẽter rñdentẽ, dicit euang. vbi ĩuit eius humilitas in eo qꝫ audiebat Prouer. 1. Audiẽs ſapiẽs ſapiẽtior erit ſed in ſapĩa creſcere nõ poterat, qa hẽbat ſcĩam diuinã oĩa ſcientẽ nõ ſolũ q̃ fuerunt, ſunt, & erunt, ſed ẽt q̃ deus facere põt q̃ nunq̃ faciet. Hẽbat aĩa ſua ſcĩam btõrũ pfectius oĩbus. Nã ſciebat ex ea oĩa q̃ facta ſunt, & quæ fiũt & erũt. Hẽbat ſcĩam inditã ſeu infuſam p ſpẽs inditas rerũ mẽti, ſicut hñt aĩę cũ exeũt de corpe, & Adã cũ fuit creatus & angeli, hẽbat & ſcĩam expimentalẽ q̃ ex his q̃ paſſus eſt didicit. Vñ qđ ait euang. qa xp̃s creſcebat ſapĩa, intelligit quoad oſtenſionẽ corã hoĩbus nõ quoad habitũ, qa. ſ. q̃to magis creſcebat ætate, tãto maiorẽ ſapĩam oſtẽdebat in cõuerſatione ſua. Cũ ergo eẽt ſapientiſſimus audiebat doctores, & ĩterrogabat q̃ ſi uellet ad diſcere, docẽs nos in hoc humilitatẽ ut nõ recuſemus audire alios ẽt minimos. Ne erubeſcamus interrogare q̃ ignoramus iuxta illud. Interroga pr̃es tuos & annũciabũt tibi maiores tuos & dicẽt tibi. Qui. n. q̃rit inuenit. Et q̃tũ dẽt eẽ ſollicit⁹ & ſtudioſus ad iterrogãdũ & q̃rẽdũ ſcĩam oñdit b. Hiero. in epĩa ad Paulinũ exemplo antiquorũ Platonis & aliorum Pauli Apoſtoli

Xp̃s inuenit in medio doctorũ &c.

li apli eũtis ad cõferendũ cũ aplis eunuchi interrogãtis a Philippo & aliis vt habes in prologo bibliæ. Quid aũt interrogaret nõ eſt ſcriptũ ſed pie credi põt q̃ interrogaret de ſcripturis pertinẽtibus ad aduentũ meſſiæ. Et cũ doctores diuerſa dicerẽt & nõ vere, rñdebat prudenter oñdens nõ ſic poſſe intelligi pp rõnes repugnãtes quas adducebat, vtpote exẽplũ de prophetia Iacob. Gen. 49. Non auferet ſceptrũ de Iuda &c. Et de Eſa. Paruulus natus eſt nobis. Et de Daniele quoad ſeptuaginta hebdomadas & hmõi, in quibus a iudæis varie expoſitiones dantur, ſed non veræ vt habes in hiſtoria.

¶De virgine cum fuit in nuptijs quæ ſignificant nuptias ſpirituales inter Deum & eccleſia. Cap. 38.

ERat ibi mr̃ Ieſu. Io. 2. ſ. in nuptijs. Nuptiæ iſtæ (vt cõiter dr̃) fuere Ioãnis euãgeliſtę, qui nepos erat virginis glorioſæ ex parte mr̃is. Nã mr̃ ipſius Ioãnis & Iacobi maioris q̃ dicta eſt Maria Salome nupta Zebedeo, exquo genuit ipſos Ioannẽ & Iacobũ, ſoror fuit virginis glorioſæ. Et ideo conſanguinea uocata fuit ad nuptias nepotis, ac filius eius cum diſcipulis. Quæ etſi mr̃ dñi & regina cęlorum vt humilis nõ fuit dedignata nuptiis paupculi piſcatoris adeo paupis vt vinũ deficeret in ipſis nuptijs. Cui tñ defectui prouideri obtinuit a filio eius bñdicto, vt vere miſericors cõpaſſa verecũdiæ inopũ. Et p̃ſentia inſuper ſua & filio nõ reprobans, ſed approbãs ſtatũ cõiugatorũ in timore dñi nuptias celebrãtium, ut legit de S. Thobia & vxore eius. Et præferens ſtatũ virginalẽ uel viduale copulæ cõiugali ut maioris meriti. Nã matrimoniũ contractũ de p̃ſenti nõ cõſummauit, ſed relicta uxore uiſo miraculo conuerſionis aquæ in vinũ ſæculũ deferens Xp̃i diſcipulatũ aſſumpſit, & virgo in euum p̃manſit. Significant aũt hæ nuptiæ ſpũales nuptias celebratas inter Deũ & eccleſiã in gñali, vel Deũ & quãlibet aſiam in particulari. Et in oĩb. erat ibi mr̃ Ieſu b. uirgo Maria. ¶ Quãtum ad nuptias eccleſiæ notandũ eſt q̃ ſponſus earũ eſt Dei filius, de quo Ioã. euang. aiebat. Qui hẽt ſpõſam ſponſus eſt. Sponſa eccleſia. Vnde propheta in p̃ſona eius. Tanq̃ ſponſam coronauit me corona. Hæ factæ ſunt in chana Galileę. Chana interpr̃etat zelus, Galilea vero tranſmigratio. Et zelo. i. intenſo amore filij Dei ad eccleſiã, factæ ſunt iſtæ nuptiæ inter Chriſtum & eccleſiam. Et hinc fit tranſmigratio de tenebris errorum ad lucẽ veritatis, de vitijs ad virtutes, de morte ad uitam gratiæ & gloriæ. Thalamus harum nuptiarum fuit uterus uirginis in quo coniuncta eſt natura diuina humanæ. pſal. 18. Ipſe. ſ. Chriſtus tanq̃ ſponſus procedens de thalamo ſuo. Et ſic erat mater Ieſu ibi ut principalis, ipſæ autem Ieſus ſponſus uocatur cum diſcipulis eius, i. inuocatur in auxilium ab ipſa eccleſia ut honoret, ſubueniat, mira faciat in ea. Ad quod etiam operaẽ mater eius apud eum intercedens ad prouidendum defectui noſtro.

Nuptiæ hæ q̃d ſignificẽt.

¶ Sex aũtẽ hydriæ aquæ ſm Bedã ſunt mundi ætates in quibus eſt aqua ſapientiæ ſalutaris quæ continent in ſe myſterio nuptias iſtas ſeu ſacr̃m incarnationis ſub uerbis hiſtorialibus. Qui quidem ſm litteram ad modum aquæ habet mentem & refrigerare, & lauare a ſordibus malorum morũ. Sed Chriſto adueniente præſentialiter ad ipſas nuptias, i. Dei filio incarnato, aquã mutauit in uinum cum aperuit diſcipulis ſenſum. per ſpiritũſanctum vt intelligerent ſcripturas. Eſt igitur uinum ſenſus ſpiritualis qui elicitur ex littera ſeu hiſtorijs ſcripturæ, qui ſenſus vtiq; magis ſapit, magis lętificat, magis calefacit mentes fidelium q̃ ſenſus litteralis, immo ſenſus litteralis male intellectus multos fecit inflare vt iudęos præſumentes de ſua iuſtitia, alios infrigidare omnino ut hæreticos calore charitatis priuatos. Et ex hoc ſigno multum glorificatus eſt Chriſtus declaratus hoĩbus quo hoc myſterium ab antiquis fuerat prophetatũ. Et erat mr̃ Ieſu ibi in illis. ſ. figuris deſignata. Capiunt quoq; hydriæ ſingulæ metretas binas uel ternas, q̃a electi qui fuerunt in illis tpibus ſeu ætatibus habuerunt ad menſurã certam fidem trinitatis viuã implicite vel explicite vel geminã dilectionem, ſ. Dei & proximi, qui ſine fide eſſe non põt, fuit hoc initiatum matrimonium in patriarchis & prophetis facta eis promiſſione, ratificatum in incarnatione, conſummatum in gloria Apoc. 19. Beati qui ad cęnam nuptiarũ agni uocati ſunt.

Sex hydriæ q̃d ſignificẽt.

§. 1.

¶ Eſt ergo prima hydria prima ætas. Et in hac vt aqua eſt hiſtoria qñ Adã ſoporato formata eſt Eua ſponſa eius ex oſſe de latere ſuo. Vnde euigilans ab extaſi ait. Hoc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori ſuę, & erunt duo in carne una. Gene. 2. Littera hic quantum ad hyſtoriam multum ædificat, conſolatur & mundat. Nam oſtendit matrimonium (etſi quid carnale) tñ inſtitutum a Deo. Et quia uxor facta eſt non de pede uiri neq; de capite ſed de latere, non debere a uiro uxorem uilem & ancillam tenere, quia non de pede, nec permittere eam ſibi dominari, quia non de capite, ſed ut ſociam, quia de eo facta uiro ſubijci,

Quare hõ dẽt hĩe vxorẽ vt ſociã & nõ ut ancillam uel dñam.

ſubijci,fidēq; cōiugij alter alteri ſeruare, qa in ſingulari hō & vxori adherebit & ad hunc finē adhęrere.i.cōiugio vti,ut filios habeāt. Et hoc eſt qđ dicit. Erunt duo in carne una.i.ad procreandū vnū corpus.ſ.filij. ¶Sed cū accipimus ſenſum ſpiritualem hic latentē melius ſapit & letificat mentē. Nam Adā ſoporatus ſignificat Chriſtū Adā ſm in cruce morientem,de cuius latere formata eſt vxor. i.eccleſia figuratiue, qñ.ſ.percuſſo lancea latere extuit ſanguis & aqua,q̄ ſignificant duo p̄cipua ſacra.ſ.aquā baptiſmi qui eſt primū ſacramentorū & maxime efficaciæ ſuper alia, & euchariſtiā qđ eſt quaſi vltimū ſacramentorū & maximū in eſſe. Et ex his & gra eorū eccleſia eſt quaſi formata. Ex oſſe aūt facta eſt mulier, & p̄ oſſe in viro appoſita eſt caro,qa eccleſia habet fortitudinē ex Xp̄o,& Xp̄s quaſi infirmitatē habet. ſ. mortalitatis ex eccleſia.i. pp eccleſiā.Reliquit pp hanc ſibi coniungendā Dei filius patrē in cœlis, inquantū humanitate factus eſt minor, matrē in terris, qa ſynagogā de qua natus eſt,& adheſit vxori eccleſiæ. Vel reliquit patrē & matrē, qa non habuit in cœlis matrē, nec in terris patrē, fuerunt duo in carne una.i. duæ res duæ naturæ ſ.diuina & humana in una perſona ſeu vno hoīe. Nam caro ſumit pro hoīe,ut ibi. Videbit oīs caro ſalutare Dei. Et erat ibi mr̄ Ieſu,quia in paradiſo terreſtri hoc factum eſt, qui deſignabat beā.Mariam. Vnde canit de ea eccleſia. Emiſſiones tuæ.i.cogitationes, affectus, actiones a te procedētes paradiſus. Ecce quaſi aqua conuerſa in vinum dulcius ſapiens.

§.2. ¶Secūda hydria ſecunda ętas incipiens a Noe vſq; ad Abraham,huius hydriæ aqua eſt hiſtoria quæ hr̄ Gen.6.ſ.q̄ Noe fabricauit arcam in qua cōſeruauit tres filios & oia genera animaliū,& poſtea vineam plantans inebriatus eſt vino, diſcoopertuſq; deriſus ab vno & ab alijs duobus reuerenter coopertus. Multum mundificat aqua huius literæ dū diligenter aduertitur q̄ pp peccata præcipue carnis diluuium dñs immiſit ſuper terrā ut diſcat quilibet ſe ab his cauere,abſtinereq;ſe a nimietate uini ne inebrietur & derideatur. Docentur & filij ne irrideant parentes in ſuis defectibus ne incurrant maledictionem eorum vt Cham, ſed reuerenter ſe habeantur benedictionē accipiat, vt Sem & Iaphet. Sed mutatur hæc acqua in vinum,cū exponitur allegorice. Noe.n.Chriſtus qui arcam fabricauit eccleſiam, in qua tres filij ſaluantr̄.i.tres ſtatus timentiū Deum, qui filij ſunt adoptione.ſ.coniugati, prælati & continentes,multa quoq; genera beſtiarum ibi ſaluantur, qui.ſ.aliquo tp̄e fuerunt beſtiales, ſed poſtea cōuerſi ſaluantur in ea, oēs aūt qui ſunt extra eccleſiā per defectū.ſ.fidei vel charitatis diluuio infernali pereūt,ut docet Greg. 24.q.3. Quia ex ſola. Ipſe aūt Noe plantauit vineam.ſ. eccleſiā,cuius fructu.ſ.dilectionis quaſi ebrius factus nudus ſtetit in cruce. Vnde populi iudęorū ſignanr̄ per Chā q̄ irriſit, alij duo filij.ſ. per creationē, ſicut & primus reuerēter ſe habuerunt, & cū magno honore habuerūt ignominiā eius paſſionis. Vnde & bñdicunt.ſ. Greci & Latini. Erat quoq; ibi mr̄ Ieſu in figurā cū ait dñs. Arcū meū ponā in nubibus cœli. Cūq; obduxero nubibus cęlū quaſi turbatus pp pec cata hoīum, uolens iterum diluuiū immittere ignis vel alio flagello mundū percutere,apparebit arcus meus in nubibus. Arcus iſtæ quinaturaliter cauſat in aere ex reuerberatione radij ſolaris in nubē roridā eſt b.M. q̄ cauſata eſt in cęlo eccleſiæ ex reuerberatione diuini amoris in nubē roridā in ipſam plenā rore cęleſtis gr̄ę hñs colorē cęruleū flexibilis mīæ hyacinthinū contēplationis rubicundū gr̄æ ex qua fundit̄ ſanguis rubeus ſi expedit. Cū aūt Deus multotiens pp peccata hoīum minatus fuerit immittere diluuiū diuerſorū flagellorū,apparens arcus iſtæ in nubibus.i.inter ſanctos corā Deo ad intercedendū quaſi recordatus mīæ ſuę ſub traxit ſe a flagellis immittendis comminatus ex arcu iſto, ecce q̄ dulcius vinum iſtud & magis lętificatiuum quam aqua illa.

¶Tertia hydria tertia ætas ab Abraham vſq; ad Dauid, in qua hr̄ q̄ Moyſes in deſerto manens ad paſcendū oues uidit rubum ardere & non conſumi ad quē pergens ut cerneret,dictū eſt ei vt ſolueret calciamentū de pedibus eius. Cui accedenti dñs dixit q̄ deſcenderet viſitare Iſrael & liberare de ſeruitute dura Pharaonis per ſigna magna. Ad aquam pertinet huius hydriæ conſiderare quod dñs ait per Oſeæ. Ducam eam in ſolitudine.ſ.animam,&loquar ad cor eius, oportet enim ſemotum eſſe a tumultu occupationum mundi & phantaſiarum qui vult vacare ſimplicitati paſcendo oues,innocuas cogitationes & affectiones, & tunc in contemplatione vr̄, qm̄ Deus noſter ignis conſumens eſt malitias noſtras, & accedentem ad eum oportet ſolutū eſſe ab operibus mortuis. §.3.

¶Sed guſta vinū ex aqua iſta mutatū qđ ſuauius eſt. Ignis.n.in ſpineto, eſt diuinitas in humanitate noſtra ſpinoſa ſeu pungitiua pęnalitate,quæ coniunctio facta fuit in incarnatione in qua nec ignis conſumpſit rubum, nec rubus extinxit ignem, quia nec diuinitas cōſumpſit humanitatē.ſ.eam conuertendo in ſubſtantiā deitatis, nec diuinitas cōuerſa eſt in humanitatem,

tatē,sed saluata est vtriusque naturæ ꝓprietas in vna ꝑsona indeq; p hoc mysteriū visitatus ē ꝑ ꝑs Dei,erut⁹ de seruitute diaboli,ad qđ mysteriū intelligendū pie oportet exuere rationes & affectus. Et erat ibi mr̄ Iesu Maria. Nam vt canit ecclesia, ipse idem rubus incōbustus significat virginitatē Mariæ seruatam, quia ipsa ex spinis orta iudæorum, non est combusta in cōceptu suo ardore concupiscentiæ vt aliæ mulieres, sed viror in ea permansit virginitatis.

§.4. ¶ Quarta hydria.i. quarta ętas fuit a Dauid vsq; ad transmigrationē Babylonis,in qua hēs hystoriā sanationis Ezechiæ ægrotātis ad mortem ꝓp ꝑcm̄ suū, & ꝑm demerita sua moriēdo ꝓnunciatū. Cui pœnitenti vere collata est sanitas signo huius sanationis cōsequēdo sibi,dato q̄ sol in horologio Achaz retrocederet decem lineis seu gradib⁹, qđ & factū ē. Aqua ista suis est pœnitentibus,q̄ cum ꝓp delicta sua mereant mortē ęternā, si vere pœnitent,Deus sanat, & vbi sol iustitiæ eis tēdebat ad occasum, vt eos sequerent tenebræ infernales ,elongant ab eis tenebræ & tendit ad ortum grā. Gustet architriclinus quilibet prælatus vel doctor in his nuptiis aquā istā vinū factum & dicet. Tu Xp̄e seruasti bonū vinum vsq; adhuc. Infirmato.n. genere humano ad mortē animæ & corporis ꝓp ꝑcm̄, sanat, qui tm̄ ex eo pnīam agit in qua est virtus passionis insita. Sed quo signo vel mō, sole iustitiæ Deo nr̄o reuerente retro decē lineis seu gradibus Noue lineæ rectę sunt nouē ordines angelorum iusti creati. Nam decima est natura humana recta & ipsa creata in iustitia originali. Reuersus est sol retro decē istis lineis, qa minor factus est nouē ordinibus angelorū, iuxta illud ps.8. Minuisti eū paulominus ab angelis.s.ꝓp mortalitatē assumptā & in decima se locauit,naturā assumēs humanā,;immo ēt infra ipsam vī & descendere di.p ps.21.Ego sum vermis,& nō hō,& erat ibi mr̄ Iesu quia significatur per horologium Achaz regis de cuius regali progenie descendit p quā transiuit sol ipsæ homo factus.

§.5. ¶ Quinta hydria.i. quinta ætas est a transmigratione Babylonis vsq; ad Xp̄m,& in hac hēs historiam vt aquam conuiuium magnum qđ fecit Assuerus monarcha mundi principibus suis & populo tertio anno imperii sui in quo quia vxor eius Vasthi noluit accedere, vocata ab eo per eunuchos ire contempsit priuata fuit ꝓp superbiā suam regno & coniugio,& spōsa assumpta Hester pulcherrima & humilis, quæ persecutionem populi sui sentiens ꝑcibus suis impetrauit liberationē eius & hostiū ꝓditionem, vt hr̄ Hester in diuersis. c. Mundare facit aqua ista mentes a superbia & cōsolari in eo ꝙ superbis Deus resistit & reprobat & humiles exaltat,ac afflictos se inuocantes a malis liberat impios & inuidos ꝓsternens. Sed gusta vinum eius & suauius erit. Nā Assuerus q̄ interpr̄etat beatitudo.s. gloriosus Deus dn̄s tertio anno regni sui.i. sub tertio statu.s. grā non naturæ vel legis Mosaicę,parauit cōuiuiū cunctis principibus.i.apostolis & discipulis & aliis refectionem sacrorum & doctriuæ suæ. Ad hoc inuitata Vasthi.i. synagoga quæ olim erat vxor quasi Dei ꝓp cultū veri Dei q̄ erat in ea , q̄ ꝓp superbiā suā accedere noluit credēdo, vñ ipsa reprobata eligit in vxorē gentilitas cōuersa ad fidē humilis. Vñ Hester humilis interpr̄etat pulcherrima virtutibus, q̄ etsi ꝑsecutiones patiatur in populo suo fideli tandē liberatur ab hostibus suis. Et erat ibi mr̄ Iesu. Ipsa ei figurat in Hester q̄ humillima fit sponsa Dei in mysterio incarnationis, & ipsa est q̄ sua intercessione liberationē obtinet a Deo ab oppressionibus, ꝑsecutionibus, & tēptationibus populi sui fidelis.

Assuer interpr̄ tat beatitudo.

Hester interpr̄etat humilis.

§.6. ¶ Sexta hydria.i. sexta ætas est a Christo vsq; ad Antichristum. In hac vt aqua est parabola regis qui fecit nuptias filio suo ad aquas multos vocauit, sed pauci venerunt,vnde tales nō gustauerunt refectionem nuptiarū. Ex venientibus qui improperatus accessit, non vestitus veste nuptiali cum sui magna confusione eictus est. Alii aūt qui accesserunt in decenti habitu gustarunt suauitatem conuiuii. Secūdum corticem literæ docemur vt vocati ad aliquam refectionem spūalem nō debem⁹ renuere nos reperire in aliqua congregatione facta ad bonum faciendum , & multo minus non persequi vel nocere talibus & contennere,sed conueniendo ad homini, non vti fictione & indecenter ibi manere non cōueniendo cum aliis, qa tales cōfundunt.Sed vinum eius est,qa rex vñ versi Deus nuptias fecit filio suo qñ eum incarnari cōstituit, huius sponsa est ecclesia,nuptię seu cōuiuiū huius cōiugii est refectio spūalis q̄ hr̄ ex variis epulis,puta doctrinis,exēplis sanctorū & sacris,miraculis,& hmōi. Vocātur ad has nuptias multi per apostolos, & alios prædicatores. Et aliqui nec venire dignantur, qa ad fidem non conuertuntur. Et horum aliqui ex negligentia non curantes de sui salute, sed tertenis totaliter dediti. Alii nō solū venire cō tēnūt,sed ad nuptias vocantes eos ꝑsequunt & occidūt vt iudæi & gentiles ꝑsecutores Xpiano rū,q oēs in aīa & demū in corpore cōsumpti & cōfusi sunt. Veniūt aūt ad has nuptias q̄ credūt sed non hūtes vestē nuptialē cum dedecore a rege demū expelluntur & puniuntur qui.s.fidem

etsi habeant, non habẽt charitatem. Qui vero fidẽ habent quæ per dilectionem operatur, hi fruuntur his nuptiis, hic p gr̃am & postea p gloriã. Et erat mr̃ Iesu ibi, qa vt dicit Greg. thalamus vbi celebratum est illud coniugiũ seu coniunctio Dei cũ humana natura, in qua est ecclesia fuit vterus virginis. Vñ Ps. 18. Ipse tanq̃ spõsus procedens de thalamo suo. Et ipsa est mediatrix quæ procurat nobis in his nuptiis vinum dilectionis, & deuotionis. Amen.

¶ *De nuptijs pœnitentium.* *Cap.* 39.

ERat mr̃ Iesu ibi. Ioã. 2. Vltra nuptias seu matrimonium allegoricũ inter Xp̃m & ecclesiã in generali, est aliud matrimoniũ morale, qd celebrat quotidie inter Deũ & aiam. Vñ dns per ꝓphetã Oseã 2. ait cuilibet aie. Despõsabo te mihi in fide. Et qa fides suscipit in baptismo, ideo tũc despõsat aia Xp̃o, & fit in chana Galileæ. i. ex zelo intensi amoris ad aiam, ex quo ipsa aia transmigrat, de morte peccati originalis ad gr̃am. Chana. n. interpretatur zelus & Galilea transmigratio. Interest Iesus vt gr̃am merito suæ passionis cõferens & mr̃ eius vt mediatrix eã ꝓcurãs. Sed cũ puer puenit ad vsum rõnis, vt in pluribus recedit aia eius a legitimo sponso Deo per pctũ mortale, & fornicatur seu adulterium cõmittit cũ diuersis, videlicet inhærendo se & coniungendo p inordinatum affectum variis creaturis, diuitiis, voluptatibus, honoribus, & hmõi. Cum aũt reuertitur ad pœnitentiam dimittendo vitia & peccata, Deus sua pietate & dilectione iterum sibi desponsat, sed in iustitia. Vnde per Oseæ. c 2. ait. Despõsabo te mihi in iustitia, in iudicio, & in misericordia. In fide ei iã desponsata erat p baptismũ, quę fides nõ amittitur per peccata, & si informis maneat. Desponsat ergo ꝓpriam q̃ est pars iustitię ex parte aiæ & miserationibus ex parte Dei, qa sola mia iustificat peccatorẽ. Vñ dns p Hiere. c. 3. vulgo dr̃. Si dimiserit vir vxorem suam. s. pp adulterium vel suspitionẽ eius, & recedẽs ab eo. s. vxor a viro duxerit virũ alterum. Nunquid reuertet̃ ad eũ vltra? non quid non contaminata erit? Prius aia desponsata Deo dimittit sponsum Deum. s. per pctũ adulterãdo spũaliter q̃ Deus dimittit aiam gratiam subtrahendo & recedendo ab ea. Et cũ tot fornicat̃, quot creaturas inordinate diligit, & tñ si hõ dedignaretur talem reassumere in vxorem Deus nõ dedignatur. Vnde subdit. Tu autẽ. s. aia fornicata es cum amatoribus multis, & tñ reuertere ad me. s. per pniam, & ego suscipiã te iterũ in sponsam. Vocatur ad hoc coniugiũ Christus, quia gratia quam dimisit in sacro pœnitentiæ merito suæ passionis ibi operatur. Et erat ibi mater Iesu, & præcipue vocata & inuocata si peccator haber deuotionem ad eam vt procuret sibi salutem.

Chana, interpretatur zelus.

¶ Sex sunt hydriæ in his nuptiis ponitę aquæ ad purificandum. De quibus Bern. in serm. in Epiphania dñi ait. Sex hydriæ positæ sunt his q̃ post baptismum in pctã labuntur. Exuimus tunicam veterem. s. per baptismũ. Sed hęu peius reinduimus eam. Lauimus pedes nostros & peius inquinauimus eos. s. per actualia pctã mortalia. ¶ Prima ergo hydria est cõpũctio de qua legimus. In quacunq; hora ingemuerit peccator oium iniquitatum eius non recordabor. Et Chrys. Lachrymæ lauant delictũ. ¶ Secunda est confessio. Oia siquidẽ in confessione lauantur, ait quidã. ¶ Tertia est eleemosynarũ largitio. Vñ in Euang. Date eleemosynam & omnia munda sunt vobis. Sed nota q̃ ait Greg. 1. q. 1. Non est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensẽt qd̃ ex illicitis rebus acquirit̃, qd. s. dẽt restitui. Nam qui male accipit vt bene dispenset, potius grauat q̃ iuuatur. ¶ Quarta est iniuriarũ remissio, fm q̃ orantes dicimus. Dimitte nobis debita nostra &c. b. Aug. de pę. dist. 4. ait. Dimitte & dimittet̃ tibi, dimisi prius dimitte vel postea. Nam si nõ dimiseris reuocabo te, & quicquid dimiseram imputabo tibi. ¶ Quinta est afflictio corporis. Vñ oramus mũdi per abstinẽtiã ipsi canamus gloriã, ac ẽt afflictio flagellorũ Dei cui patienter ferimus. ¶ Sexta est obediẽtia ꝓceptorũ sicut audierunt discipuli, quod vtinã & nos mereamur audire. Vos mundi estis pp sermonẽ quem locutus sum vobis. ¶ Hæc sex hydriæ positę sunt in purificationẽ nr̃am, quę vacuę sunt & plenę vento, si pro ina ni gloria obseruantur, aqua replentur si timore custodian̄, ait bea. Ber. Qm̃ timor dñi fons est vitæ. Aqua inquam timor dñi est etsi minus sapida. s. q̃ vinum, optime tñ refrigerans aiam noxiis desideriis æstuantem. Aqua est q̃ possit ignita inimici iacula extinguere, nec illud dissonat q̃ aqua semper ima petit & timor ad ima cogitationem deiicit, & inferioribus immoratur, atque horrenda loca pauida mente perlustrat, iuxta illud. Vadam ad portas inferi. Hęc bea. Bern. ¶ Sed diuina virtute aqua mutatur in vinũ, qm̃ perfecta charitas foras mittit timorem. Deficiente ergo vino perfectæ charitatis & feruoris dicit mr̃ Xp̃i ad filium. Vinum non habẽt isti. s. pœnitentes perfectæ charitatis, sed aquam timoris. Compatitur ei sicut misericors, sicut benignissima b. Maria. Quid a fonte pietatis procedere põt nisi pietas? Quid mirũ si pie-

§. 1. Sex hydriæ in his nuptiis sũt hæ sex.

§. 2.

si pietatem exhibent viscera pietatis? inquit b. Bern. Nõne qui pomum tenuerit in manu dimidia die reliqua die parte pomi seruabit odorem? Quãtũ ergo viscera pietatis illa afficit in quibus nouem mensibus requieuit. Nam ante repleuit mentem q̃ ventrem. s. pietate. Optat ergo & tacite petit pœnitentibus ex timore qui aqua est vinum dari perfectæ charitatis & lætitiæ, cui & si Xps visus est dura loqui dicens. Quid mihi & tibi est mulier? nouerat tñ illa cui loquebatur non se despexisse. Sed etsi non sibi, sed aliis, quia illud sciebat, non esse suæ humanitatis ostendit infundere charitatẽ perfectã quæ excludit timorẽ: sed diuinitatis qđ intelligens ipsa iussit ministris vt facerent quod iuberet filius vt disponeretur materia ad aquã in vinum conuertendam. Ad quod facit quod dñs iubet ministris sacrorum vt impleant hydrias aqua. s. timore p prædicationẽ & admonitionẽ. Quæ hydriæ dicuntur lapideę, non pp duriciã, sed pp stabilitatẽ perseuerantiæ. ¶ Capiunt aũt metretas binas & ternas, quia est timor pœne tẽporalis. s. punitionis legis per hominẽ vel flagellorũ Dei per ipsum timorẽ, & timor gehennæ ne tradatur in eã hæ sunt duæ metretæ pp quæ duo quis abstinet a malis & dicta sex de genere bonorũ agit. Nã tertia metreta erit timor priuari seu excludi a gloria illa & bono glorię qđ vr ad amorẽ mercennarii pertinere. Sed si perseuerauerit pulsans aqua mutatur in vinum, qa conuertitur timor in pfectã charitatẽ. Et hoc Deus glorificat & magis firmantur discipuli Xpi veri fideles. Erat ergo ibi mr Iesu ad hmõi vinũ deuotionis & perfectę charitatis pœnitẽtibus ꝓcurandũ. Vnde & legit de quadã moniali deuota virginis Marię, ꝙ cum seducta a diabolo apostatasset facta publica meretrix, post multos annos ad pœnitentiã reuersa monasterium repetens stabat in magnis lamẽtis & abstinẽtiis timẽs pœnas inferni pp scelera sua. Et cum rogasset vna dierũ beatã Mariam, vt impetraret a filio remissionem peccatorum, locuta est sibi dicẽs hoc obtinuisse, & sic aquam conuertit in vinum.

Hæ hydriæ lapideæ, quare.

Exẽplũ.

¶ *De nuptijs mundum deserentium & se Deo dedicantiũ quomodo b. Maria præsens est. Cap. 40.*

ERat mater Iesu ibi. s. in nuptiis. Ioã. 2. post nuptias spũales cões ẽt laicis sunt aliæ nuptiæ quæ (vt perfectiores) his solis conueniunt q Deo aia & corpore totaliter se dedicauerũt, vt dicere valeat talis anima illud beatę Agnetis. Ipsi sunt desponsata, cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinẽ sol & luna mirantur, anulo suo subarrauit me fidelis amoris vt nullum alium prẽter eum amatorem admittam, tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas verborum suorum inter cætera di. Audi filia. O omnia mãdata mea, filia per creationẽ præcipuã, quia particeps veritatis, cognitionis amoris, & bonitatis, audi voces internas quibus in te loquit dñs, vide, considera quanta sit erga te dignatio Dei tui qui pro te a Deo exiuit, & venit in mundum pro te mortis somnũ accepit in cruce, te lauit sanguine suo a peccatis tuis vt decorem acciperes te fecit sociam mensę, sociã regni sui, sociã thalami sui, vt te introducat demum rex in cubiculum suum. Vide quid iam de sponso Deo tuo sentias quantũ de eo præsumas vide quibus brachijs charitatis vicarie reamandus & amplectendus sit, qui tanti te æstimauit, immo qui tanti te fecit. Inclina aurẽ tuã ad obediendum parata & prona ad oẽm voluntatẽ eius. Obliuiscere populum tuum. s. carnales affectus, seculares mores dedisce, & domũ patris tui amorem cõsanguineorum superbiã in qua diabolus habitat consuetudines noxias & vitia obliuiscere, & cõcupiscet rex decorem tuũ, adeo vt te spõsam spãli modo accipiat perstatũ perfectionis vt religionis. Factæ sunt hæ nuptię in Chana Galileę. i. in magno zelo amoris, ex quo quis transit de sæculo ad Dei totale obsequiũ. In his est Iesus. i. conuersatio eius cũ discipulis eius. s. castitatis, paupertatis, & obedientiæ. Est & ibi mr Iesu magistra humilitatis. Iã autem desponsata aia religiosa illi nuptiarũ prandiũ celebrat. Nã cœna quidẽ in cęlo in aula æterna præparatur vbi vinũ feruoris charitatis perfectæ lætificãs cor nõ deficiet, qa ibi inebriabuntur ab vbertate domus illius ait Ps. 35. Hic aũt in vitæ pñtis nuptiis aliqñ deficit vinũ s. denotionis & feruẽtis charitatis, ita vt nos tederet viuere, (ait Apls Paulus.) A perfectissimus b. Bern. in serm. ad fratres suos ait. Quotiens mihi necesse est fratres post lachrymas q̃rimonias vras exorare mrem miæ vt fugerat benignissimo filio suo qm̃ vinũ nõ habeatur, & ipsa dico vobis chariſſimi, si pie a nobis pulsata fuerit nõ deerit necessitati nrę, qm̃ misericors est & mr mię. Nã si cõpassa est verecũdiæ illorũ a qbus fuit inuitata, multo magis cõpatiet nobis si pie fuerit inuocata, placẽt. n. illi nuptiæ nræ & ꝓtinẽt ad eã, multo magis illis. ¶ Sed quẽ non moueat id qđ in nnptiis rñdit benignissimus dñs sctissimę mri suæ. Quid mihi & tibi est mulier? Quid pertines ad illã q̃ris, cũ sis bñdictus fructus vẽtris eius immaculati? Nõne ipsa ẽ q̃ saluo pudore cõcepit & sine corruptione te peperit? Nõne ipsa ẽ in cuius vtero

nouē mēſibus es moratus? cuius virgineis vbe
ſus, recõpenſans affectũ & cõſolatus eſt dicẽs, Filiæ Hieruſalẽ nolite flere ſup me p̃nuncians eis futurũ excidiũ vt ſibi prouideant, ſubdẽs. Sed ſup voſipſas flete & ſup filios ueſtros &c. Demũ in illo viliſſimo loco Caluariæ crucifixerunt eũ. Vnde ſtans ibi iuxta crucẽ dicere poterat. Attẽdite & uidete ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. ¶ Quinto ex afflictionis generalitate oſtenditur magnitudo afflictionis in Xp̃o patiente & matre cõpatiente. Ad litterã verificatũ eſt in eo illud Ezec. 1. A planta pedis vſq; ad verticẽ nõ eſt in eo ſanitas, & a uertice inchoando caput illud ſanctiſſimũ gazophilatiũ ſapientiæ Dei pũcturis acutiſſimis coronæ ſpineæ penetrantibus vſq; ad os perforatum fuit. Egredimini filiæ Syon aĩæ fideles ab aliis mundi cogitationibus & uidete meditando regem Salomonẽ ſapientiſſimũ qui dedit ſapientiam Salomoni, in diademate ſpineo in quo coronauit eũ mr̃ ſua Synagoga iudęorum ex qua ſm carnẽ natus eſt. Oculi piiſſimi a qb. intuitus Petrus cognoſcẽs pcm̃ ſuũ fleuit amare, in deriſum velati ſunt, facies eius plena gr̃arum deturpata eſt ſputis & ſanguine vt leproſus videretur. Eſa. 53. Nos vidimus eũ quaſi leproſum. vnde nec reputauimus eũ. Genę eius cãdidę & rubicũdæ alapis pcuſſę ſunt. Ecce dedi corpus meũ percutientibus, ait ipſe p Eſa. l. c. & genas meas vellentib. Aures ille q̃ melos audiunt angelorũ repletæ ſunt blaſphemijs, detractionibus, contumelijs, irriſionibus populorũ. Propheta inquit in eius p̃ſona, factus ſum in deriſum oĩ populo meo canticum eorũ tota die. Et iterũ. Oẽs maledicunt mihi. Nares beatiſſimę eius ad cuius odorẽ reuiuiſcunt mortui ut balſami aromatizãtis fatigant fętoribus cadauerũ Caluarie loci. Capilli eius capitis & barbæ delicatiſſimi violẽtia tracti aut euulſi ſunt. Os eius qđ tã ſanã, tã ſapidiſſimã tã vtiliſſimã & veridiciſſimã doctrinã protulerat, percuſſum eſt & tanq̃ ouis ad occiſionẽ ducto nõ aperuit os ſuũ ad excuſandũ vel cõminandũ vel maledicendũ, ſed benedicendũ & orandũ pro inimicis. Collũ eius ſuauiſſimũ collaphis attritũ eſt. Manus eius potentiſſimæ ex quantũ contactu infirmi plurimi ſanati ſunt, & leproſi mũdati, clauis duriſſimis cruci affixæ ſunt. Pedes eius quorũ terra ſcabellũ eſt quinq; diſcurrentes p ciuitates, villas & caſtra, tm̃ laborauerunt pro hominũ ſalute in cruce extenſi ſunt ſm illud p̃s 21. Foderunt manus meas & pedes &c. Totum corpus illud dulciſſimũ qđ in cibũ illum ſalutiferũ nobis reliquit, flagellis multis & diris ceſum, dilaceratũ & ſanguine cruentatum ſcđm illud p̃s 72. Fui flagellatus tota die. Oſſa illa cõfracta ſunt remãſerat ſola lingua & cor integra. Sed ne & illa ſine ſua leſione manerẽt. Lingua eius aceto & felle in ſiti mortis amaricata eſt, vt impleretur illud p̃s 68. Dederunt in eſcã meã fel, & in ſiti mea potauerũt me aceto. Demũ eo mortuo nõ ſatiatis cruciatib⁹ viuentis & morte eius ſpũ tradito latus eius lancea aptũ eſt, vñ exierũt ſanguis & aqua medicinæ noſtrarũ aĩarũ. Sed & in rebus ſibi adherẽtib. ſ. veſtibus iniuriati ſunt. Nã diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea (ait ipſe p p̃s 21.) & ſup veſtẽ meã il lã ſed incõſutilẽ q̃ fecerat ei mr̃ ſua miſerunt ſortẽ. Conuerſantes quoq; cũ eo diſcipulos eũ derelinquere cõpulerũt, capere capiẽtes adoleſcentẽ q̃ eũ ſequebat ſyndone ſup nudo indutũ niſi fugiſſet. Stabat ergo iuxta crucẽ mr̃ eius; & hæc vidẽs & ſcripta & p̃nũciata recolẽs dicere poterat illud Thren. 2. Oculus meus afflictus eſt nec tacuit eo q̃ nõ eſſet requies, donec aſpiceret & uideret dñs de cęlis. i. nõ tacuit a fletu eo q̃ nõ eſſet requies alicui mẽbro filii mei donec aſpiceret dñs. ſ. reſuſcitãdo ipſum a mortuis. Attendite igit̃ & uidete o uos oẽs ſi eſt dolor ſicut dolor meus. ¶ Sexto nõ modica cã doloris, ſicut fuit in Xp̃o patiẽte, ita & in mr̃e cõpatiente, hoc. ſ. q̃ cũ latronibus crucifixus eſt. Sicut. n. pati iuſtũ, & innocentẽ cũ aliis ſctis & probis viris & iniuſte condẽnari ad mortẽ eſt aliqđ refrigeriũ, ita ecõtra condẽnari cũ ſceleratis eſt augmentũ pęnæ cũ ex hoc videtes iudicẽt illũ ſceleſtũ. Vñ & pro ſpãli iniuria & crudelitate erga eũ p̃dixit Eſa. 53. Et cũ ſceleratis deputatus eſt. ſ. ad mortẽ, qđ videns virgo mr̃ in filio impleri, cũ in medio latronũ crucifixus eſt valde doluit. Hoc ẽt Xp̃s horrẽs ſm ſenſitiuã orabat p̃ pſal. 25. dicens. Ne pdas cũ impijs Deus aĩam meã. i. uitã. Vñ & ſubdit quaſi declarãs ſe neq; cũ viris ſanguinũ vitã meã. Erat ſiquidẽ crux illo tpe ſupplicĩũ latronum. Licet nũc p̃p Xp̃m in ea extenſum cũ ſumma uenerationẽ trãſeat ad frontes imperatorũ & oĩum Chriſtianorũ. Erat mors maximæ infamiæ & acerbiſſimę pęnę. Vnde in lege dictũ eſt. Maledictus oĩs q̃ pẽdet in ligno malectione. ſ. infamiæ. Qđ intelligẽtes ipſi maligni iudęi (vt refert quidã ſapiens hoc p̃nunciando) dixerunt nõ recte, ſed peruerſa cogitãtes, morte turpiſſima condẽnemus eũ. Hoc genus mortis ideo Xp̃s elegit potius q̃ aliã mortem, ut doceret & cõfortaret quemlibet p̃p nullũ genus mortis quantũcunq; ignominioſum, quantumcunq; aſperũ, Deũ ſeu mandatũ eius quodcunq; deſerendũ, vt not. b. Tho poſt Aug. in 3. par. cũ & ipſæ rex regũ & dñs dñantium in mortẽ ſuſtinuit immaturã, qa in flore iuuẽtutis uiolentã

De afflictionis generalitate.

quia

q̄a ab aliis & bñficiatis acerbissimā, qa crucis vilissimā, qa in medio latronū. Humiliauit in quit Aplʒ semetipsum Philip. 2. vsq; ad incarnationē inquit glo. vsq; ad humanæ mortalitatis participationē, vsq; ad diaboli tentationē, vsq; ad populi derisionē vsq; ad sputa, vincula, flagella, alapas, & si hoc parū aliqd de genere mortis addendū est, nō cuiuscūq; sed crucis q̄ cæteris ignominiosior est quanto (ait b. Be.) minorē se fecit humilitate, tanto se ostēdit maiorē bonitate. Et quanto vilior, tanto inde carior. Idē sup Can. O humilē & sublimē. O altissimū & nouissimū. O opprobriū hoium & gl̄a angelorū. Nemo sublimior, nemo despectior. Esto vilis quātūuis, nunq̄ Xp̄o vilior eris. Ipse siquidē rex regū & dns dnantiū fuit vilissimo p̄cio venalis expositus, a vilissimo ppło vilissima passus. Vilissimo loco crucifixus, crucis supplicio traditus inter latrones positus, cū iniq̄ssimis & vilissimis hoibus deputatus, mō vilissimo tractatus. Etenim tanq̄ malefactor bonus dns capitur, tanq̄ furiosus mansuetus vinculis astringit. Tanq̄ pestifer saluator accusat, tanq̄ fatuus Dei sapia irridetur, tanq̄ homicida vita hoium morti damnatur, tanq̄ leprosus & immundus mundator criminū extra menia eiicitur, tanq̄ latro crucifigit, tanq̄ flagicioſissimus cōfutandus ab oibus & intuendus nudat, & tanq̄ vermis vilis & vilissimus summus Deus cōspuit, abiicit, & cōculcat, hęc ille. Et tū inter tantas iniurias & vilificationes pro crucifixoribus deprecatur. Latroni etsi propter scelera crucifixo ad pniam cōuersū nō solū veniā: sed paradisum policet dicens. Hodie mecū eris in paradiso. Stabat iuxta crucē mr̄ Iesu hæc meditans, & doloribus quasi defecta ait ad crucē, vt pie credi pōt. Flecte ramos arbor alta, tēsa laxa viscera & rigos lēteſcat ille quē dedit natiuitas, vt supni membra regis mitti tendas stipite. Ad filiū aūt, mihi non loqueris, pro iudæis intercedis, latronē cōsolaris, ad q̄ ille. Ecce filius tuus, ex quo ad p̄sem per mortē vado loco mei Ioannē dimitto. Sed ista cōmutatio adauget dolorē, cum filius hois mihi detur p filio virginis, immo & Dei. Attendite ergo & videte &c. ¶ Septimo ostendit magnitudo doloris sicut in Xp̄o patiente, ita & in matre cōpatiente rōne paucitatis fructus seu vtilitatis ipsius passionis, ex parte miseræ peruersitatis & ingratitudinis hoium. Nā cū copiosa fuerit apud eum redēptio q̄ præcium sanguinis eius, nedum oēs hoies erat sufficiens ad redimendū, sed mille mundos si fuissent, & tamē pauci sunt qui se faciant participes fructus ipsius passionis pp̄ desidiam & ingratitudinem hoium. Sicut autē ex magno lucro quod quis videt se cōsequi ex suo labore multū consolat, ita ecōtra cū maximo labore quē quis tolerat videt consequi modicū fructū vel nullū multū cōtristat & dolet. Clamabat Iesus in cruce. Sitio. Et licèt ad l̄ram pp̄ intēsū dolorē sitiret corporaliter, maior tn̄ erat sitis spūalis desiderij saluationis humani generis. Et cū videret ipse & mater eius penè nullū fructū tunc sequi sed potiº ruinā præparari iudęorū pp̄ perfidiā suā casum cōtigisse aplorum & i futurū multos perituros Xp̄ianorum dicere poterat, cū dolore illud Micheæ. 7. Veh mihi qa factus sum sicut q̄ colligit racemum in autumno. Nam tunc vindemiata vinea non reperitur nisi aliquis racemus. Ita & in tpe passionis toram pene vineā humani generis vindemiauerat diabolus vt si bi subdita, remāsit aliqs paruus racemus vt latro conuersus Cēturio fidē Xp̄i cōfessus, & aliqs aliª quē Xp̄s collegit. Multū ergo dolet Xp̄s & mr̄ eius de tanta ingratitudine. Vñ clamat per b. Bern. Ad te clamo qui pro te morior, te exhorto qui in cruce patior. Vide clauos quibus confodior. Vide latus quo aperior, & cū sit tātus dolor intēſior & exterior, plus tn̄ me cruciat qd̄ te ingratū experior. Hæc ille. Et p̄ b. Augu. Cū esses inimicus p̄ri meo reconciliaui te p̄me, & cū lōge esses veni vt redimerē te, & inter montes & siluas cum errares q̄siui te & inter lapides & ligna inueni te, & ne luporum ferarumq; rabido ore laniareris collegi te, laborai, sudaui, caput meum spinis oppossui. Latus meum perforari permisi, tot iniuriis lacessitus sum vt coniungerem te mihi, & tu diuideris a me, tanta scilicet est ingratitudo tua, & Oseæ. 6. cōquerēs dns ait, misericordia vra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Mia vestra. i. quam vobis feci in redimendo, quasi nebula matutina quæ. s. cito pertransijt, ita illud a memoria vestra, & quasi ros qui aduenientē sole subito desiccat, ita aduenientē calore tentationum & tribulationum subito periit a vobis memoria passionis & gratia per eam recepta. Sed anima deuota dicit illud Thr. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea ex compassione.

De fructus scilicet passiōis paucitate.

¶ De tertio principali cū dr̄, Mater Iesu, Mater immaculata, Mater intacta, Mater vnigeniti dicta, Mater Dei & plasmatoris oium, eius q̄ i cœlis ē sine matre, i terris sine patre, mater vnici filii Iesu & ideo plus amans & plus dolens, mater sola genitrix totiº Iesu, & ideo plus amās q̄ si patrē habuisset, qa plus sua res, & ideo plus dolēs. Vnde Hieremia. 31. ait Femina circūdabit virū. Solet hō circūdare quod suum est §. 3.

proprium

proprium non quod alienū. In aliis filiis ſubſtantia filij nō eſt tota propria matris, ſed & patris. Et ideo nulla mr̄ circundat filium vt virgo Maria. Omnis alia figura pluribus lineis formatur. Circularis vero figura vna linea claudi tur. Sic beata virgo Maria ſola clauſit inter viſcera ſua Xp̄m. Alii filii duabus lineis, figuran tur. ſ. patre & matre. Quod circundatur ex nulla parte eſt apertum, ſed vndique clauſum. Sic bta̅ virgo Maria ante partū & in partu & poſt partum, & iō circundabit virū. ſ. Ieſum totum pfectū. Sed dolores partus quos euaſit pariēdo ſibi reſeruati fuerunt in paſſione filii (vt dicit Io. Dam.) Nec vlla vnq̄ pariēdo experta eſt tātum dolorē ſicut ipſa iuxta crucē in compatiēdo. Ex ipſa aūt maternitate. i. generatione Ieſu facti ſumus fratres Ieſu, pp quod non confundit hoīes vocare fratres, ait Ap̄s ad Heb. dicēs per Pſal. Narrabo nomē tuū fratribus meis. Et ideo ſicut debemus cōpati fratri noſtro Ieſu in tanta eius paſſione pro nobis, ita & mr̄i noſtrę de morte fratris noſtri & filii ſui. Vnde dicit b. Aug. Cum annuatim Xp̄i paſſio ab eccleſia recolitur, ita debet nos mouere ad compaſſionē ſicut nunc videmus impleri. Sic & matri noſtræ compati quę ſtabat iuxta crucē. Ipſum aūt veſpere depoſitū ſacratiſſimū corpus per Nicodemum & Ioſeph ſuſcipiens in gremio mater quot flumina lachrymarū q̄ amariſſimos ſingultus? q̄ alta ſuſpiria quæ verba mæſtitiæ plena ex ea ꝓceſſerint, qs poſſit exprimere? cum ſingula mēbra perquireret tam dire cruciata, tā turpiter deluſa o ſcularetur & lachrymis irrigaret, ſociata Maria Magdalena & aliis Mariis & deuotis mulieribus? Cū aūt ſero factum eſſet, deuoti hoīes pie & deuote corpus illud de brachiis accipiētes poſuerūt in monumento mēte cōſepulta cum eo, reminiſcēs ergo beati ſanguinis (ait dn̄s Latinus ordinis prædicatorū cardinalis quem profudit amator hoīs perfudit lachrymis.) Nō eſt locus ingratitudinis, vbi torrens tantæ dulcedinis attingit animas, Ieſu bone cur tanta pateris? cum peccati nihil commiſeris ſlos innocentiæ. Ego latro, tu cruce moreris, ego reus, tu pœna plecteris noſtræ nequitiæ, ante fecit ſic amor ebriū, vt nec crucē putes opprobrium amoris gr̄a? ſed veh mihi miſero ſi non recognouero, veh mihi miſero ſi non recompenſauero dignis operibus. Regnū quæritis, non intrabitis ſine crucis claui, portum petitis, non venietis ſine crucis naui. Sola enim digna fuit ferre ſæculi precium, atque portum præparare nauta mundo naufrago vitæ æternæ. Quam ipſe concedat qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Qualiter effecti ſum⁹ fratres Ieſu Xp̄i.

¶ De aduentu ſpiritusſancti virginem Mariam cum Apoſtolis. Cap. 42.

HI omnes erāt perſeuerātes in oratione cū Maria matre Ieſu Act. 1. Hęc dicūtur de his. ſ. Ap̄lis poſt aſcēſionē Chriſti cum congregati in vnum expectabant ſpiritūſanctū ꝓmiſſum a Chriſto cū ait Io. 16. ibi. Mittam vobis a patre ſpiritum veritatis. Vnde b. Hiero. in ſer. Ecce Ieſu aſcendente cum quibus virgo vacat in ſchola virtutum, & meditatur in lege mandatorū Dei, vt & ipſa ſit forma diſciplinę Chriſti & exemplū perfectionis. Conuerſatur cum teſtibus reſurrectionis & ipſa teſtis. Conuerſatur cum ſenatoribus cœli infra curiā paradiſi, ſub ſpūſancti diſciplina & magiſterio totius diuinæ maieſtatis. Inuenitur prima glorioſa virgo Maria inter primas ſummi regis cohortes, quorum vita non erat iam de terra. Vinum nō habent, dixit b. Maria in nuptiis exiſtens ad filium. Quia nuptiæ iſtæ celebratæ inter Chriſtum & eccleſiam erant publicandæ per apoſtolos qui ibi erant cum ea. Et vinum illud perfectiſſimæ gratię nondum aderat in eis, quia nōdum erat ſpirituſſanctus datus in illa copia. Ideo hoc orans ait. Vinum non habent hoc aūt propinato & hauſto, ita incaluerūt & feruide locuti ſunt, vt vino ebrii ab incredulis diceren tur. Plane ebrii (ait b. Bern.) ſed vino nouo, qđ veteres vtres nec mererentur accipere nec continere valerent. Hoc. n. vinum vera illa vitis fuderat de excelſo, vinum lætificans non ſtatum mentis euertens, vinum germinans virgines nō apoſtatare ēt faciens ſapiētes. Nouū vinum ſed habitantibus ſuper terrā. Nā in cœlis q̄dē olim copioſiſſime redundabat, non in vitreis nec in vaſis teſtacis, ſed in cella vinaria in ſpiritualibus apothecis, fluebat per vicos & plateas omnes ciuitatis illius. Vinū in quo eſt lætitia cordis nō carnis luxuria. Sic igit̄ cælū vino prio fruebat q̄ terra interim neſciebat, factūq; eſt grauiſſimū cōmerciū inter cęlū & terrā, inter angelos & ap̄los, vt exhiberetur illis caro Xp̄i angelis, iſtis. ſ. ap̄lis vinū cœli. Eſſetque in terra ſpūs, caro in cęlis, & deinceps oīa cōmunia in oībus in æternū. Vñ Chriſtus dixit. Niſi abiero, paraclitus non veniet ad vos. Hæc bea. Ber. Quantū potens ſit iſtud vinū oſtenſum eſt per figurā in illa quæſtione quæ propoſita fuit coram Dario rege per tres cubicularios eius. ſ. qd ſit fortius oībus, e quibus vnus dixit de rege, ſcđs de vino, tertius perfectius de muliere, quartus de veritate. Omnia hæc vtique potentia ſunt. Et ad litteram vtiq; reges potētes ſunt ad multa facienda, ſed vinum ſpirituale gr̄æ. ſ. pote-

De miſſione ſ. ſ.

potentius est adeo q̄ ipsos reges & tyrannos deuicerit qui nō valuerunt martyribus illam gratiā p tormenta auferre, immo demū & ipsos debriauit & vicit, vinū ipsius gratiæ cōuersos ad fidē. Fortior tñ mulier quodā modo. s. virgo Maria inquantum. s. ipsa procurauit cōgregatis apostolis & aliis in quibus tunc erāt nuptię ecclesiæ, vinum ipsius grę qd intendit dū ait. Vinū nō habent. s. in illa plenitudine & perfectione q̄ necessaria erat ecclesiæ. Fortissima oium veritas Christus, qui potuit mittere & misit quod promisit vinū ipsum spirituale dicens. Mittam vobis a patre spm̄ veritatis.

§. 1. ¶ Sciendum autē ſm Tho. sup̄ Ioannē q̄ ante incarnationē Christi triplex vinū deficiebat, seu vinum grę qd habet triplicem effectum.

De triplici vino quo mundus carebat. ¶ Est primo mordificatiuum, in quo signatur iustitia.

¶ Est secundo lætificatiuum, in quo notatur sapientia.

¶ Est tertio inebriatiuum, in quo insinuatur charitatis benuolentia.

¶ Primo vinū est mordificatiuū seu pungitiuum. Vnde Samaritanus ad sanandū in vulneribus sauciati immisit vinū & oleū, vinum vt abstergeret sanitatē vulnerū, oleū vt liniret, sic in pnia in regendo oportet in corrigendis excessibus immiscere seueritatem punitionis cū lenitate misericordiæ. ¶ Vnde. b. Augu. super ps. Duo ista nomina non frustra dicuntur, homo & peccator. Nam qa peccator est corrige, quia hō est, miserere. Neq; enim liberabis hominem, si nō correxeris peccatorem &c. 23. q. 4. duo sunt. Et Greg. in li. moral. Miscenda est lenitas cum seueritate, faciendum est quoddā ex vtroq; tēperamentū, vt neque nimia seueritate exulcerentur subditi, neq; nimia lenitate soluant. di. 45. disciplina, qđ ibi diffuse pseq̄tur, sic & pnia quæ ad iustitiam pertinet, si vera est vinum habetur compūctionis, ſm illud ps. 59. Potasti vos vino compunctionis & oleū lenitiuū spei remissionis Iob. Si occiderit me. s. quoad peccata, sperabo in eo. Hoc autē vinum deficiebat in veteri lege in qua iustitia imperfecta erat. Vñ & Christus dixit, Nisi abū dauerit iustitia vestra plusquam scribarum & phariseorum nō intrabitis i regnum cęlorum. Sed in noua lege perfecta iustitia finis legis Christus ad iustitiā omni credenti, ait Apostolus & alio loco. Iustificati gratis gratia ipsius scilicet Christi sine iustitia enim vera non pōt homini esse salus. Vnde Mat. 25. Iusti in vitā æternam. Sed sine gratia & fide non potest eē vera iustitia. Vnde qa spiritussanctus dabatur apostolis ad perfectā iustitiam, ideo apparuit in die pentechostes super apostolos in specie ignis, qui vrit & purgat scoriam metallorum. Quod postea per effectum ostenderunt zelantes pro fide & corrigentes iniquos. Vnde Petrus Ananiā & Saphyram verbo occidit increpatorio, quia ei mendacium dixerunt. Et Symonem magum propter simoniam pditioni ad iudicauit. Paulus Corinthum incæstuosum excōmunicās tradidit Sathanæ, & visum ad tē pus subtraxit. Vinum ergo iustitię beata Maria a filio procurat prelatis dicēs. Vinum non habent. Pauci enim sunt prelati & rectores sęculi qui puniāt scelera vt iustitia dictat, diuersis de causis, siue timore siue amore pauci sūt peccatores qui habeant vinum verę compunctionis de malis suis perpetratis. ¶ Secundo Vinum est letificatiuum ps. 103. Vinū lętificat cor hominis. Et ſm hoc sapiētia dicitur vinū. Cuius sapientię meditatio maxime lętificat cor hoīs, ſm illud Sap̄. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tediū cōuictus illius, sed gaudium. Hoc sapientię vino vacuus erat mūdus. Nā et si aliq̄d sapię videbat eē in libris philosophorū & poetarū non vera sapia erat, sed apparēs pp eloquētiā & mūdi gliam q̄ secum trahebat, a quo abstinēdū docet Salomon in ꝓuerbijs dicēs. Noli respicere vinū cū flaueſcit in vitro. i. sapiam cū apparet ex claritate eloquentiæ pulchra, nouissime. n. mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Sed vt dicit idem Can. j. Meliora sunt vbera eius, scilicet spōsę, quæ vbera eius duo sunt testamenta, vino. Omnis ratio supernę sciētiæ & terrenę creaturę in eo est q̄ est caput eorū & auctor, quē qui nouit nihil vltra q̄rat qa hic est pfecta Dei virtus & sapia quicqd alibi quęritur, hic pfecte inuenit &c. Deficiebat etiam ista sapiētia ante Christi aduētum, qa occulta erat & figuralis. Omnia enim (vt ait Aps. 1. Cor. 20.) in figurā contingebāt illis. Vñ Moyses loquēs & legē illā ppso docens ponebat velamē ante faciē suā, sed Xpo passo velū tēpli scissum est, & spūsancto de cęlo misso illa mysteria aplis & p eos toti ecclesię declarata. Vñ & in linguis igneis missus est. Ignis habet illuminare, & lingua absconditā cordis declarare & immediate piscatores illis prius idiotę loquebant magnalia Dei. Istud vinum sapię virgo procurat prędicatoribus. Et ideo ipi in vocant eā Exemplum in Noæ qui primus plātauit vineam, & bibens vinum inebriatus est. ¶ Tertio vinum inebriat Can. 5. Bibite amici & inebriamini. Ibi dem. Bibi vinum cum lacte meo. Ebrietas obliuiosum faciet, sic vinū charitatis inebrians hoīem obliuionem facit oium terrenorum,

terrenorũ, audacẽ facit & securum nil timens. 2. Esdrę.8. Deficiebat vinum istud plenitudinis charitatis, qa acceperant illi spm̃ seruitutis in timore. Conuertit aũt aquã timoris Xps in vinum amoris & beniuolentiæ, qñ charitas diffusa est in cordibus nostris p spm̃ sctm̃ qui datus est nobis ad Rom.5. Etiam ipsi Xpi discipuli antea timendi erant vt ad vocem ancillæ princeps eorũ Petrus Xpm̃ negaret. Et post resurrectionẽ in cenaculo clausi manerẽt pp timorẽ iudæorũ. Sed hausto vino spũsctõ ita audaces, securi, intrepidi, & feruẽtes sunt effecti, vt coram principibus sacerdotũ & regibus mũdi, feruẽter Xpi doctrinã eis exosam prædicarent. Nec prohibiti ab eis nec cæsi poterãt reticere, oĩumq; terrenorũ obliti in cõi oẽs viuebant. Et iõ in linguis igneis missus est, qa ignis habet calefacere, vt legẽ igneã corda ignea linguis igneis populis prędicarent. Deficiente ergo vino illo spũali, beata Maria congregata cũ Apostolis in cenaculo mente dicit. Vinũ non habent viri isti nuptiarum. Vnde orans cũ illis inquit. Emitte spm̃ tuum & creabũtur. s. in esse spũali perfecto, & renouabis faciem terræ.

§.2. Tria in hoc mundo debemus cõsiderare.

¶ Tria in magno huius mundi opere cogitare debemus cum creatus sit, videlicet qd sit, qũo sit, & ad quid sit institutus. Bern. Et in esse quidẽ rerũ inæstimabilis potẽtia cõmẽdatur p tã multa, tã magna, tã multipliciter, tam magnifice sunt creata. Sane in mõ ipsa sapĩa singularis relucet p hęc qdẽ sursum, hæc vero deorsum, hęc in medio ordinatissime sunt locata. Si vero ad qd factus sit mediteris, occurrit tã vtilis benignitas, tã benigna vtilitas, quẽ & ingratissimos quosq; multitudine & magnitudine beneficiorũ possit obruere. Potẽtissime siqdẽ ex nihilo oĩa sapiẽtissime pulchra, benignissime vtilia creata sunt. Verũtn & si fuisse nouimus ab initio & adhuc multos esse in filiis hominũ, q in bonis inferioribus sensibilibus mũdi huius, tota sensualitate depsi totos se dederũt his q̃ facta sunt quodãmõ, vel ad qd facta sunt negligẽtes qd istos nisi carnales dicamus mõ pmanebit spũs meus in hoĩe in ęterñu, qa caro est, ait dñs Gen.6. pauciss imos ẽẽ iã arbitror, legimus tn̄ nõnullos qñq; fuisse q̃bus summũ studiũ fuit atq; vnica sollicitudo modũ & ordinẽ inuestigare factorũ, adeo vt pleriq; non mõ vtilitatẽ rerũ perquirere dissimulauerint, sed & ipsas magnanimiter spreuerint cibo paruissimo, vilissimoq; cõtẽti. Ipsi siquidẽ philosophos se se vocant, sed curiosi a nobis & vani rectius appellantur, vtrisq; igit̃ successerũt viri prudentiores, vtrisq; q nimirũ & q̃ facta sunt, & qũo facta sunt trãsilientes intenderunt aciẽ mẽtis vt quę facta sunt viderẽt. Nec latuit eos, qm̃ omnia pp semetipsum fecit Deus, oĩa pp suos, aliter tn̄ propter se, aliter propter alios. Omnia fecit propter semetipsum, gratuita videlicet bonitate. Omnia pp electos suos, pro eorũ. s. vtilitate. Hi sunt spũales viri hoc mundo vtentes tanquam non vtantur, in simplicitate cordis quærentes eum. Primi voluntate vel voluptate, secundi vanitate, tertij veritate impleti. Hæc beatus. Bern. Pro his orat. Emitte spiritum tuum & creabuntur. Creantur aũt hoĩes in esse spũali per fidẽ, spẽ, & charitatẽ, ppter hoc orat Ps.50. dicens. Cor mundum crea in me Deus, & spiritũ rectũ innoua in visceribus meis. s. per spiritũ fidei in qua est rectitudo iustitiæ, quia iustus ex fide viuit. Spiritũ sanctũ ne auferas a me, sanctũ. s. spei, quę firmat hominem per sapientiam & gustum supernorũ. Red de mihi lætitiam salutaris tui, & spũ principali cõfirma me. s. charitatis quæ principalis est virtus, ita exponit Isid. lib. etymolo. Et qa beata Maria dicitur mater pulchræ dilectionis timoris & agnitionis & sanctæ spei. Eccleiastici 24. Et pulchra dilectio spectat ad feruorẽ charitatis. Timor autem effectus sit fidei, ſm Tho. in sum. Agnitio aũt pertineat ad ipsam fidẽ & sancta spes. Et ideo merito intelligens & dicẽs vinum non habent. Et propter ea. Emitte spiritum tuum & creabuntur.

¶ *De assumptione beatæ Mariæ, & quid optimum est præ omnibus diligere Deum. Cap. 43.*

OPtimã partem elegit sibi Maria. Luc 10. Psal.72. Quid mihi est in cœlo aut a te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meũ Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Considerauit prius hoĩes diuersas partes eligere, ex his quæ ante eos proponuntur. Dicit enim sapiẽs Eccl.15. Deus ab initio constituit hoĩem & dimisit eum in manu consilii sui. i. in libertate & potestate arbitrii sui. Posuit ante eũ & malũ & bonũ, uitã & mortẽ. Ad quodcunque voluerit extendet manũ suã. Habet enim quisq; inclinationẽ ex sensualitate ad malũ cõcupiscentiæ & ex ratione inclinationem ad bonum virtutum. Mors animæ ex peccato, & vita gratiæ ex bonis operibus posita sunt ante eũ, & ſm q̃ placet sibi volũtate eligit bonam vel malam partem. Quilibet igitur electus cum psalmista considerat istas partes mundi quid debeat eligere, & videns q̃ nil ex creaturis mundi potest animum quietare, sed solus Deus, quia (ut ait beatus Aug. in lib. confes.) Inquietũ est cor nostrũ donec requiescat

in te

in teipsum vt optimã partẽ elegit. Dicit ergo Quid mihi est in cœlo.s.in quo quiescã appetendo & habendo. Multa sunt in eo magnifica. Ibi est sol cum sua claritate lçtifica, ibi luna & stellæ cũ sua pulchritudine. Ibi uirtutes cçlorũ quæ influunt in ista inferiora mirabilia producentes. In cœlo quoq; Empyreo est natura angelica cũ multis sanctis maximarũ virtutum nunc, etsi nõ tpe Dauid. In angelis magna potentia, magna sapĩa, magna innocẽtia. In sanctis multæ virtutes & pfectiones. Sed certe nil horũ reperis replere aium meũ, qa non sunt, etsi bona, nõ tñ optima & infinita, quod optat aĩus ut quiescat. Quid volui o Deus a te de his q̃ sunt sup terrã, ibi multa bona, ibi diuitię, ibi aurũ & argentũ, ibi dulcissimi fructus terræ, frumenti, vini, & olei, pomorũ cõfectiones, & hmõi. Ibi palatia & possessiones magnæ. Ibi aĩalia varia, aues in aere, pisces in mari, & simi libus. Ibi honores & potẽtiæ seu dñia lata regũ & principũ, ibi uestiũ ornatus varius, ibi pulchritudo, oĩum sapĩa quoq; eloquẽtia cũ scientijs & artibus multis. Quæ oĩa vtiq; bona, qa Deo facta sunt. Sed qa oĩa ista finita sunt, nec aĩum meũ q̃ infinitus est potentia implere aut quietare pñt, qa nõ sunt optimũ. Ideo defecit caro mea pars sensitiua quoad appetitũ eorum q̃ sunt sup terrã, & nil horũ uolui pro fine ultimo. Et cor meũ i. mens mea pars intellectiua seu volitiua ab effectu finali eorũ q̃ sunt in cœlo, qa satiabor cũ apparuerit gloria tua &c. Et Deus cordis mei. s. est auctor & possessor cordis mei, est pars quẽ ex oĩbus eligo, Deus dico qui est in æternũ. Vel sic nõ solũ nũc, sed eligã in æternũ. i. sp hanc partẽ, qa optima est. Hanc sp elegit b. Ma. sup oẽsalios, & ideo cõgrue dr. Optimam partẽ elegit sibi Ma. ¶Sed mirũ pt uideri aliquibus qũo in præcipua ista solẽnitate virginis non legat euangeliũ aliqd pertinens ad virginẽ Mariã, sed ad Marthã & Mariam Magdalenã. ¶Ad qđ tñ rñdetur qp q̃tum ad sensum litteralẽ, verũ est qp nõ pertinet ad beatam virginem Mariam, sed quantũ ad sensum spũalem & allegoricum congruentissime pertinet totũ ad beatam virginẽ plus q̃ alteri. ¶Notandum igit qp triplex est vita spiritualis. ¶Vita actiua gra informata. ¶Vita cõtẽplatiua Deo associata. ¶Vita fruitiua i gĩa firmata. ¶Vitã naturalẽ dimitto q̃ est cõis bonis & malis & bñ & male uti pt. Vitã voluptuosam non nomino, qa bestialis est & non humana. i. fm rõnem. Sed de vita rõnali virtuosa loquimur. Et prima est bona, scda melior, tertia optima inter partes vitæ spũalis. Et hãc sibi hodie elegit Ma. Quãuis. n. in vita actiua & cõtẽplatiua sunt gradꝰ & in q̃libet elegit sibi partẽ optimã. ¶Quantum ad primũ. s. de uita actiua, q̃ fm b. Greg. & Aug. figurat per Marthã tria dñr de Martha opera pertinentia ad actiuã, quæ inueniunt optime in b. uirgine Maria. ¶Primũ est qp Martha excepit eum in domum suam. ¶Scdm qp satagebat circa frequẽs ministeriũ. ¶Tertium qp sollicita erat & conturbabat circa plurima. ¶Primum igit opus significat conceptionẽ Xpi factã in utero virginali. Qđ ergo dr in euãgelio, qa intrauit Iesus in quoddam castellum, significat ingressum filij Dei in hũc mundũ. Dr aũt mundus castellũ qa habet conditionẽ castelli rebellis. Primo qa fundamentum eius positum instar castri in alto mõte superbiæ & pompe. Et ab ipsa superbia dr Tob. 4. sumpsit initiũ oĩs perditio. Scdo est munitũ lapidibus duris qui frangi nũ pñt. Auaritię, vsuræ, fraudulentiæ, symoniæ, qa ita duri sunt tales defectus, vt frangi non pñt per malleũ verbi Dei. Quis est. n. qui uelit restituere vsuras, rapinas, & beneficia symoniaca relinquere? q. d. nullus. Tertio qa habet fossatũ plenũ aquis immũdis & fętidis luxuriæ, cũ ranis clamãtibus persuadentibus in eis permanere. Quarto qa est clausum nõ recipiens dilectionẽ ꝓximi per inuidiã. Quinto qa hẽt prouisionẽ diuersarũ escarum per gulã. Sexto quia habet arma diuersorũ generũ per iram, ut blasphemiã, contumeliã, maledictionem. Septimo est quietus & securus per accidiã. Et qa istud castrũ mundi erat inobediens & rebellis Deo patri. Ideo ipse misit filiũ suũ ad ipsum subiugãdum. q. d. Deus pr. Mi fili ite in castellum qđ contra uos est. Hoc aũt castrũ intrauit mundi in die incarnationis. Et mulier quædã Martha noĩe excepit eum in domum suã. Martha aũt interprætatur dña seu prouocans. Hæc est. n. b. Maria q̃ per suam maximam humilitatem prouocauit Dei filium venire in domũ vteri uirginalis. Et ipsa dña aptissime dr, quæ super oẽs alias dominata est suæ sensualitati & corpori. Nec aliqua creatura alia digna fuit recipere Deum in uteri sui domum, nisi b. Maria. Vnde canit ecclesia. Domus pudici pectoris, templum repente fit Dei, intacta nesciens virum, verbo concepit filium. Nunq̃ fuit factum tã excellens opus actiue sicut fecit uirgo in ipsa conceptione filij sui de corpore suo. ¶Scdm opus actiue quod euangeliũ notat de Martha est, qa Martha satagebat circa frequẽs ministerium. Hoc opus fecit b. Maria in Christi conuersatione, & primo in eius natiuitate. Non credatis qp ibi fuerint obstetrices. Dicit enim bea. Hierony. nulla ibi obstetrix, nullius mulierculæ sedulitas interfuit,

§. 1.

Mũdus quare dr vel cõparatur castello.

Euangelium de M. Magdale. & Martha legit in fe. assum pt. rõponitur.

Martha interpręt. Dña seu prouocans.

ceſſit, ipſa b. virgo de terra eum leuauit, ipſa nudum natum pannis inuoluit, ipſa fameſcentem lacte cibauit & potauit, & ipſa veſtiebat & denudabat, & infirmū ætate brachijs ſuis portabat. O q̄ frequenter vt filium ſuū oſculabat vt Deum amplexando venerabat. Ipſa. n. fecit tunicā inconſutilem, ipſa vſq; ad paſſionē ſequebatur eum cū alijs miniſtrans ei ut pia mr̄. Ecce qui mō Martha. i. dña mundi Maria ſatagebat circa frequens miniſterium. Vnde in hodierna epiſtola hr̄. Eccl. 24. In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Clerici ſeu religioſi qui ſeruant cerimonias & ordinationes ſuæ religionis & eccleſiarum & bene officium dñi in eccleſia in bona nota, & bene prædicant ſi hoc faciant ut honorificentur ab hoibus non miniſtrant corā Deo q̄ non placeant Deo hoc faciunt, ſed corā mūdo. Laici qui faciūt ieiunia & eleemoſynas vel ēt capellas, eccleſias & hoſpitalia ut laudent ab hoibus nō miniſtrāt corā Deo ſed corā hoibus, & ideo receperūt mercedē ſuā de operibus uitę actiuæ ſuæ. ¶ Tertiū opus q̄d dr̄ de Martha eſt, q̄a Martha Martha ſollicita es, ait dñs & turbaris erga plurima, Hoc fecit b. uirgo dña noſtra in paſſione filij, tunc. n. turbata eſt ſm̄ ſenſitiuā, & ſollicita eſt circa plurima. Nam cū Ioānes Euangeliſta venit ad nunciandum ei q̄ filius erat captus, non remanſit pęne in ea ſpūs præ dolore. Et ad ſe reuerſa ſollicitabat quō poſſet eum uidere ante mortē. Cūq; pergens de Bethania in Hieruſalem mane obuiauit filio qui ducebatur ad Pilatum, cernens faciem ſputis illitam alapis tumefactam, ligatis poſt tergum manibus more latronis duci, vix valēs formare ſermonem lachrymis plena dicebat. Heu fili ego expectabam vos iſto mane ad prandium, ſed uideo q̄ oportet nos ſimul prandere in menſa doloris. Quando uero ductus eſt ad Caluariæ locum baiulans ſibi crucem dicebat, vt pie imaginari poteſt, etſi in euangelio ſcriptum non ſit. Heu me fili. An te ſic fecit amor humani generis ebrium, ut nec crucem putes opprobriū amoris gratia, utinā daretur mihi iſta crux ad portandum ſicut te portaui in vtero meo. Q̄n aūt in cruce clamauit, ſitio, multum ſollicitabat vt poſſet ei uel aquam ad bibendum tradere. Bis autem dicit Martha Martha, quia affligebatur in vtroque. ſ. corpore & mente ſm̄ ſenſitiuam. Turbabatur dolore erga plurima, quia videbat apoſtolos fidē perdidiſſe de Xp̄i diuinitate. Sicut turbaret̄ quilibet perfectus Chriſtianus cū uideret oēs Chriſtianos fidē relinquere. Turbabat de iudæis de quorū progenie erat q̄ filiū ſuum crucifigerent unde reprobarent. Turbabatur de latrone malo & iudæis qui Chriſtum blaſphemabāt. Turbata eſt in apertione lateris cū exiuit ſanguis & aqua. Vnde dicere poterat illud ps̄ 6. Turbata ſunt oia oſſa mea. i. apoſtoli qui dr̄ oſſa, quia ſuſtentabant corpus eccleſiæ ſuaq; oſſa erant, q̄a in ipſa erat tunc eccleſia. Et ara mea turbata eſt valde. Sic & rectores & dñi ciuitatum q̄n̄ vident q̄ populi nō recte incedunt in his quæ ſunt fidei, ut q̄n̄ recurrūt ad diuinos q̄n̄ peiorant quotidie, non celebrāt feſta &c. corrigere debent oia pcā notoria & non faciunt, dicere poteſt eccleſia & timentes Deum. Turbata ſunt oia oſſa mea ex dolore & cōpaſſione. Sic igit̄ in vita actiua b. Maria elegit ſibi optimā partē inter gradus operū eius.

¶ Quārū ad opa uitę cōtēplatiuę tria ēt notanda. §. 2. De tribꝰ circa vitā contē platiuā.

¶ Et primum eſt quod dicitur Maria autem ſedens ſecus pedes domini audiebat verbum illius. Hoc opus vitæ contemplatiuæ tenetis modo uos attente audiendo ſermone meum & deuote meditando. Hoc opus fecit b. Virgo pluſquam oīs creatura. Nam Magdalena audiebat uerbum dñi in paucis ſermonibus reſpectiue. Sed b. Maria non ſolū in publico q̄n̄ cępit prædicare, ſed etiam in priuato q̄n̄ puer erat audiebat ab ea ſecreta alterius vitæ ad ſui conſolationem. Sciens. n. beata mater q̄ tātam ſcientiam tunc puer habebat quantam nunc habet in cęlis, ueriſimile eſt q̄ interrogabat eū aliquando de ſecretis cœleſtibus. Vnde & pie imaginari poteſt q̄ ponebat beata mr̄ dulciſſimum filium ſuum ad ſedendum, & ipſa ſe ponebat ad pedes eius dicens. O dñe cęte fili mi rogo uos dicite mihi ordinationem angelorū, qūo ſtant in cœlis, q̄n̄ Moyſes & alij propheę de his nihil dicunt, & de ſanctis animabus vbi collocabuntur. Et quis bonus filius qui interrogatus a matre de re bona non r̄ndereret ei ad conſolendā eam? R̄ndens ergo filius ad interrogata aiebat ſe cum patre & ſpiritu ſancto ab initio mundi creaſſe cœlum Empyreum & ipſum repletum angelis, quos diſtinxerat in nouem ordinibus. ſ. Angelis, Archangelis, Principatibus, Poteſtatibus, Virtutibus, Dominationibus, Thronus, Cherubin, & Seraphin, & in iſtis ordinibus angelorū collocabunt aiæ beatæ ſimul cū angelis ſanctis. Et in primo ordine erunt qui pęnitentiā faciunt. Vnde q̄n̄ Xp̄s cępit prædicare primū thema fuit. Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cęlorū, & ut cum angelis ſitis. Secūdus ordo mr̄ mea eſt multo pulchrior & perfectior. ſ. Archangelorum, de quo ordine fuit ille Gabriel qui uobis annunciauit conceptionem meam. Et beata uirgo. O fili mi quis ſtabit in tam pulchro ordine?

De primo themate qđ Xp̄s cępit in prædicationibꝰ ſuis

dine? Pulcherrimus. n. fuit ille qui mihi conceptum tuū nūciauit. Et Xp̄s ait ad eā. Illi ibi collocabunt̄ q ultra pœnitentiam actualē deuotionem habebunt, quæ plus est q pēnitentia, Tertius ordo. s. principatuū adhuc maior & perfectior est, de quorum numero est ille Michael ductor populi Israel p̄ desertum, q & cōsurget & stabit p̄ populo christianorum in fine mundi ad iuuādum ecclesiā. Ad quē ordinē ascendēt misericordes ꝛ operib corporalib. & spūalibus. Et virgo bea. Beati ergo uere misericordes. In quarto ordine. s. potestatū erunt patientes, q multa aduersa ęquanimiter tolerauerūt p̄ Xpo ēt ad mortē vsq; certando p̄ iustitia. In quinto ordine. s. virtutū erunt pacifici q̄ cum oībus quantum in eis fuit pacem hñtes, & nulli malū p̄ malo reddentes, quę sierunt ēt inter alios pacē ponere. In sexto. s. dñationū erunt p̄lati & dñi gubernatores ecclesię & ęculi qui p̄portam intrauerunt ad dignitatē nō p̄ symoniā uel ambitionē, & bene gubernauerūt subditos suos cū rigore iustitię puniēdo malos & dulcore misericordię adiuuando oppressos, & ęquitate exaltando bonos, nō expoliādo subditos, sed miseros eleemosynis subleuādo. Ad septimum ordinē thronorum ascendunt qui sæculum deserentes pfecte pauptatem amplectentes voluntariā cū Christo mundū iudicabūt ut Throni ī eis reqescēdo. In octauo erunt sapiētes uera sapientia, q illuminati fide & doctrina catholica alios docuerunt ea q̄ sunt fidei, & illa qbus possent hoīes regnū cęlorum ingredi. Cherubin. n. isti q interprætant̄ pleni tudo scientiæ, cū sciētia hñtes pfecta operum exēpla. In ultimo ordine. s. Seraphin q incendentes interprætant̄ erūt pfecti in ardēti charitate sup oēs alios, sicut apostoli & alii similes. Et virgo mr̄ ad eū. O fili dilectissime, ego in quo ordine horum ero? Et filius ad eam. O mr̄ mea. Vos non eritis in aliquo horum ordinum, sed super oēs ordines eritis collocata. Duæ. n. cathedræ sunt nobis præparate ī cęlis, una mihi, altera uobis sup oēs choros angelorum sedet rex, et tu mr̄ mea in alia. Iuxta illud qđ figurate hr̄ de Salomone & matre eius cū accessit ad eum, qa assurrexit ei filius honorabiliter, & fecit pręparari sibi sedem iuxta sedē eius. 3. Reg. 2. Vnde cantat hodie ecclesia. Exaltata es sancta Dei genitrix sup choros angelorum. Altera die interrogabat mater filium de locis & pēnis infernorū & Christus edocebat, et ad q̄ loca uaria eius pergunt diuersi propter uaria genera peccatorum, et sic de aliis. Quando autem Xp̄s cæpit publice p̄dicare sequebatur eū sedēs secus pedes dñi ad audiendū. Et ideo Beda sup illo verbo Beati qui audiūt verbū Dei &c. dicit beatā esse matrē, saluator dixit, q verbū audiuit, & plusquā omnes mortales custodiuit. ¶ Secundum opus uitæ cōtemplatiuæ ostendit euangelium in eo q̄ Martha dixit. Soror mea reliquit me solam ministrare. Hoc opus fecit Maria pręcipue post Christi ascensionem. Licet enim gauisa fuisset de honore filii cum ascēdit in cælū, quia ascenderat regnare & aduocare p̄ peccatoribus apud patrē & aperirep ortas paradisi, tamē de sua absentia tristabat. Licet enim spiritualis summe esset & perfectissima, in corpore tamē existens mouebatur motib. sensitiuæ naturalibus (vt dicit Hierony.) ad affectū scilicet̄ præsentiæ filii, & ad tristitiā de absentia filii. Summe enim diligebat filiū & merito, quia sanctissimū hominē & Deū gloriosū, q in cōceptu ei⁹ non abstulit decorem virginitatis, nec in partu attulerat dolorē quasi mortis, q accidit aliis mulieribus. Vidēs ergo se priuatā præsentia filii, frequenter orabat. O filii q̄n egrediens de hac valle lachrymarū ero tecū & videbo faciē tuā? Sitiuit anima mea ad Deū viuū q̄n veniā & apparebo ante faciē dñi. Voluit tamen filius vt post ascēsionē remaneret ad tēpus in mūdo doctrix & illuminatrix aplorū, vnde quādoq; ipsa determinabat quæstiōes de factis Dei & morum si qua oriebantur in ecclesia primitiua. Et propterea dicitur Lucę. 2. qd̄ Maria conseruabat omnia verba hęc, quę. s. dicebantur & fiebāt circa paruulū Iesum, cōferens in corde suo cū his. s. quæ sciebat prēnunciata de eo aprophetis meditādo cōtemplando, mysteria scripturarū & mēti cōmendando, vt postea tē pore suo, (vt dicit Beda) posset aplos instruere & euāgelistas de his ad quæ p̄tes nō fuerunt circa natiuitatē Christi & alia, quę ipsi scripserūt, p̄cipue Lucas q magis particulariter de natiuitate, annūciatione, & aliis scripsit. Vnde & a qbusdā notarius virginis dr̄ & de ea cātatur. Gaude Maria virgo cūctas hęreses sola interemisti in vniuerso mundo, dum. s. Aplos docuit q sua doctrina errores confutarūt. Sicut āt mater cū habet filiū mortuū vel absentē, cum fletibus sæpe respicit vestes filii. Sic beat. Maria vt notat. b. e. Hier. in sermone de assumptione, visitabat loca in quibus filius fecerat aliquod opus mirabile contemplando illa sacra mysteria. Aliquādo in Nazareth ibat ad locū vbi fuit annunciata & conceperat filiū dei ibi contemplando Dei immensam charitatē. Aliquando in Bethleem meditādo Dei humilitatem q̄ humiliter ibi natus est. Aliquando ad templum in Hierusalē vbi fuerat præsentatus

Quid interptat Cherubin et Seraphin.

De scdo ope vitę cōtēplatiuæ.

Xp̄s uoluit matrē suā post assēsionē ad tempus remanere rō ponit

Quid Maria egerit post assēsionē filii.

40.die & vbi postea ꝓdicauerat rememorā do doctrinā eius suauissimā & mirabilē speculando sapiēntiam suā. Aliqñ fluuiū Iordanis in quo baptizat⁹ aquas omnes sanctificauerat ad mūdādū peccata baptismā recipiētiū.ibiq; audita est a Ioanne vox paterna. Hic est filius meus dilectus & spūssanctus in specie colūbæ visus est. Considerans q; tantā largitatē dñi,in excessū mentis rapiebat vt credi potest. Ad mō tem Caluarie trāsiēs vbi filius cū tāto opprobrio ꝓ salute hoīum crucifixus est,& tota resoluebat in lachrymas ex dulcedine immensi diuini amoris ibi ostensi. Indeq; ad sepulchrū ꝓgēs q ex eo egressus resuscitatus tertia die sibi apparuit tota gaudebat. Ad montem quoq; Oliuarū ascēdēs & memorans inde filium suū in cœlū ascendisse,auidissime cupiebat esse cū Xpo. Vñ merito dicere poterat vita actiua tūc in Maria virgine. Soror mea.s.cōtēplatiua reliquit me solā ministrare, q̄a tunc non curabat cōtēplatiua de actiua,tunc nec Maria Magdalena de Martha. Vita eius actiua & cōtēplatiua duę sorores sunt,ſm Aug.& Greg 6.moral.filiæ vnius patris cælestis,& vnius matris ecclesiæ vel grāe. Hęc tñ peregrinatio dicta beatæ virginis ad loca sancta ſm beatū Amb.magis intelligēda est ſm spm̄ q̄ ſm locū.s. domi manēs cōtēplaret q̄ filius fecerat in illo vel illo loco. Hęc oia primæ & secūdæ partis diuisionis principalis sunt tracta ex ꝓdicatione beati Vincentii & q̄ sequunt⁹ ꝓ paddita. ¶ Tertium igit opus qd̄ pt notari de cōtēplatiua est i hoc qd̄ dr̄. Porro vnū est necessariū. q.d. xps Martha circa plurima occupat.i.actiua,& nō turbatur, q̄a non vacat vni,sed multis. Nā in cibando esurientē,sitienti pbendo potū, vestiendo nudū,& aliis indigentiis ꝓximi subueniēdo, oportet q̄ sollicitetur circa plurima tractādo ꝓcurando,colloquēdo,operando. Sic̄ si exercet se in operibus mię spūalis in docēdo ignorantē,corripiendo delinquentē, sustinendo defectuosum in dimittendo iniurias, oportet multum sollicitari & cogitare varia & diuersa ut illa apte fiāt. Et q̄a sæpe nō sequit̄ effectus intentus,q̄a non emendat correctus, nō habet modus ad subueniendū hinc varie turbat, & dū ista cogitat & occupat circa plurima, & si pia intentione tñ separat ab vno summo bono quod summe est necessarium,aliqñ quoad gustū,quia tediosus efficit & tepidus. Sed vita cōtēplatiua dū vnum solū cogitat,cupit & diligit qd̄ necessariū est pfectioni ultimę humanæ abstractus a pluralitate tpalium & occupationū exteriorū,iuenit magnā quietē & dulcedinē non ꝓturbationē, q̄a non hēt amaritudinē cōuersatio eius,neq; tediū conuictus illius,sed gaudiū & lętitiā Sap.8. Et loquit̄ de sapia q̄ reperit in cōtēplatiōe. Sup oia charitatē habete quæ est vinculum perfectionis. Col.3. ℭ charitas dr̄ chara vnitas q̄a vni t nos cū Deo Vñ idē Aps. 1.Cor.6. Qui adhæret Deo, ꝙ fit p charitatē vnus spūs est cum eo. Hēt. n. amor ſm Dion. vim adhæsiuā, vnitiuā, & transformatiuā diligentis in dilectū vt vna volūtas sit amborum. Propter qd̄ dicit sapiēs ꝙ amicorū est idem velle,& nolle. Porro.i.finaliter,vnum est necessariū hoī.i.vt vnū sit cum Deo cōformis in oibus volūtati suæ & ita cogitatione & affectu quantum pōt directus in eum,ut dicat cū Apostolo ad Gal.2. Viuo ego, iam nō ego, uiuit uero in me xps. Et quanto plenius hoc agit,tāto magis pficit in cōtēplatiua, & magis appropinquat statui beatorū. Hoc pfectissime egit btā virgo Ma.vnū facta cū Christo ꝑ maximā dilectionē. Vñ Hiero.i serm.de assump. ait de ea Puto q̄q̄d cordis est q̄q̄d virtutis humanæ si totum adhibeas non sufficiat vt cogitare valeas quāto indesinenter cremebat ardore pii amoris,quātis mouebat repletis spūsancto cælestiū secretorū incitamentis, dū reuolueret ea īo cūcta q̄ audierat, q̄ viderat, q̄ cognouerat, nouis q̄ppe quotidie inflāmabat desideriorū affectibus, totam eā incāduerat diuinus amor &c. Hęc be. Hiero. In vita quæ cōtēplatiua ergo hēt plures gradus in vita pñti ipsa optimam partem elegit super omnes.

Nota.

De Tertio opere vitæ cōtēplatiuæ.

¶ Quantum ad tertium genus vitæ.s. fruitiuæ §.3. q̄ est superna patria de qua dns ait de ouibus suis. Ego vitam ęternā do eis. Ioan.10. Potest dici qd̄ hēat tres partes siue gradus. ¶ Primus gradus est decedere de prēsenti tempore, ita purgata aīa qd̄ nullum cremabile secū portet, sed subito euolet. De quibus Apoc.14.c. Beati mortui qui in domino moriuntur, quia requiescūt a laboribus suis quod intelligitur de euolantibus ad cęlum. Nam qui vadūt ad purgatorium nō requiescunt a laboribus suis, sed multo maiores habent q̄ hic dum purgantur. Est autem hoc ualde paucorum. Vñ & sancti viri qui hic claruerant miraculis, uisi sunt in pēnis purgatorii, vt refert Greg.i li.4.dial. de Pascasio. Cærtum est autem beatam Mariā nil expiabile detulisse cum in nullo unquam peccauerit. ¶ Secūdus gradus est esse in gloria in aīa & corpore, quod de Christo sine dubio cærtum est & articulus fidei, de illis patribus qui surrexerunt cū Christo & multis apparuerunt in Hierusalem, ut refert be. Matth. Euangelista, c.pæn. Beatus Hier. in dubio reliquit si in cęlo sint in aīa & corpore, an in aīa tātum

Tres gradus vitę fruitiuę.

vt alij

